CATHOLICVS CATECHISMVS.

FRIDERICI NAVSEAE BLANCICAMPIANI, EPISCOPI VIENNENSIS, INuictissimi Cæsaris &c. FERDINANDI à sacris studijs & Consilijs, in catholicum Catechismum libri sex.

AD SACROSANCTAE CATHOLICAE ecclesiæ, eiusdemq; fidei, pietatis & religionis reparationē, auctionem & conseruationem.

VNIVERSIS ECCLESIASTIS NON modo profuturi, sed & pernecessarij.

COLONIAE IN AEDIBVS QVENTElianis, Anno domini M. D. XLIII. Mense Martio.

BEATISSIMO PATRI AC SANCTISSIMO DOMINO, DN. PAVLO III.

Pont. Max. sacroq; reuerendiss. S. R. E. Cardinalium Senatui, FRIDERICVS Nausea Blancicampianus, Episcopus Viennensis indignus à deo Salutem.

QVVM ANTE ANNOS XVII. (TOT enim nunc annis, & ijsce quidem cõtinuis, beatissime Papa, & amplissimi patres, ac S. R. E. reuerendissimi Cardinales ego quamlibet imbecillis apud Germanos, nec vnis tantum, sed in diuersis etiamnum Germaniæ locis, prouincijs, terris, regionibus, ciuitatibus & oppidis euangelizo) non mea nimirum sponte, sed ex Vrbe primum, Clemente VII. Max. tum Pont. authore, præter omnem meam opinionem & expectationem vocatus Moguntiam, Rheni, deindeq; Viennam, Pannoniæ superioris metropolim, ad Sereniss. & inuictiss. Romanorum, Hungariæ, Bohemiæq; &c. regem, & archiducem Austriæ &c. Ferdinãdum, Dn. meum clementiss. Iesu Christi, Opt. Max. nostri seruatoris euangelion prædicaturus venirem, statimq; sub initium non absque summo animi mei dolore tam Moguntinenses q Vienneñ. populos, alioqui non illaudatos, vsqueadeo per exotica peregrinaq; quorundam pseudoapostolorũ paradoxa, dubios in orthodoxa nostra religione fieri cœptos reperirem, vt contra ferme gentium doctoris admonitionem tanquam paruuli fluctuare, omniq; vento doctrinæ circunferri adeo inciperent, vt quum propter tempus esse debebant aliorum doctores & magistri, rursum non secus atq; catechumeni, quasi ve modo geniti doceri, quæ rudimenta sunt ac velut elementa Christianæ religionis, indigerent, facti videlicet, quibus lacte potius q cibo solido opus esset: mox equidem spiritus (vti sperauerim) melioris instinctu veterem illam catechesim, per omnes quondam ecclesias percelebrem, non modo tum, sed & antea pridem, nescio quorum vel socordia vel neligentia vel ignorantia, non sine pœnitenda catholicæ religionis iactura, prorsus in obliuionem abire cœptam, quodã perinde postliminio repetere cœpi: futurum sperans, vt ijsdem modis apud illos catholica religio renasci, recrescereq; deberet, quibus olim nata simul eẽt, ac crescere cœpisset. Quaquidem mea spe, tam, deo cooperatore, non omnino falsus sum, vt illi non multo post, eius meæ catecheseos auxilio sic ad orthodoxam illam religionem & sacrosanctam illius fidem & pietatem renati sint ac creuerint, vt (soli deo laus & gloria) fides eorum non minus propemodum, q Romanorum quondam, Paulo Tarsensi prædicatore, toto terrarum orbe celebretur prædiceturq;. Accedit, q quũ finitimi populi, & tã ex clero, quẽ vocant, q ex plebe illorum profectum religionis veterioris sentirent, summa tes

& infimates & medioximi modis hortabantur omnibus, vt quidquid meæ catecheseos aliquoto tempore verbotenus pro concione dixissem, in speciem libri, non modo suis distinctum capitibus, congererem, sed & in publicum proferre vel ideo non grauarer, quo videlicet cæteræ etiam nationes, & præsertim Germanicæ, illius fructus participes fieri possent.

Ipse vero quum cogitarem iustum videri, vt quod vni vel alteri populo, quasiq; in aurem dixissem, (& quidem, quod ipsi fatebantur, haud absq; fructu) super tecta pronunciarem, atq; non Moguntinensibus & Viennensibus solum, sed vniuersis etiam gentibus IESV Christi euangelion deberi considerarem: & interim quoque prouinciam tantopere petitam, non parum multis & argumentis & rationibus, adeoq; deprecari possem, vt multorum iudicio, bonam vincibilemq; deprecandæ delatæ prouinciæ causam habere viderer: ob nullam tamen tantum laboris & oneris æque deprecabar, atque propter eam, qua flagitabam, vt aliquantisper saltem expectarent ipsi, necnon auscultarent, num fortasse (quod equidem fore non addubitabam) in tam fœcũdo præsertim felicium ingeniorum prouentu, succedaneo tempore quispiam prodiret aut Episcoporum, aut sacerdotum, aut catholicorum doctorũ, qui hãc sibi materiam melius & ociosius desumeret, atque quàm ego, scripto longe felicius ageret, idemq; fructuosius.

Quum igitur illi meæ deprecationi, quod ea sibi non iniqua videbatur, quadamtenus condescenderent, & non ita multo post iuxta meam diuinationem, plures ferme tam ex catholicis quàm schismaticis, quàm ex equo quondam Troiano, quem poeta fingit, proceres turmatim prosilirent, qui scripto cateruatim catechizarent, & in eam rem libros sua propemodum multitudine laborantes coaceruarent, & in lucem proferrent: arbitrabar non solum me a dilata per illos prouincia dubio procul liberatum iri, sed & esse me iam plane per omnia liberatum.

Cæterum tantum abfuit, vt mei potuerim voti compos esse apud illos, vt ipsi etiamnum quàm antea, tum literis, tum vocibus longe solertius, vehemẽtius, acrius & frequentius, quod prius rogarant, efflagitarint, vt videlicet in Dei Opt. Max. gloriam, eiusq; ecclesiæ, ror vtique sub hoc nouissimum tempus modis, tam mea, q̃ mei similium opera indigentis, vtilitatem & salutem scripto tandem, quod tanto pridem cum conatu, studio, labore, fructuq; pro concione dixissem, longe lateq; per chalcographiam proferre, nequaquã grauarer. Quum vero pluribus & ipse vicissim q̃ antea, conarer excusare me, & quidem maxime, quod alijs ego iam in vinea domini Sabbaoth laboribus supra q̃ credi posset, quippe ad vsque ferme mortem, delassatus & exanclatus, merito cederem eis, qui meo nimirum iudicio, nec infeliciter ad eandem prouinciam prodijssent, nec omnino negligenter, nec ignauiter in hoc scripti genere argumentoq; conuersarentur: viderique superuacaneum, si quid ego post tot tamq; præclaros & insignes doctrina & pietate viros adferrem, nempe nõ aliud acturus, q̃ ligna (quod dici solet) in syluam laturus, & interim forsassis oleum & operam perditurus. Verum adeo isti non concedebant in meam opinio-

opinionem, vt mallent fateri catechismos a varijs quidem varios esse conscriptos, sed in eis tam multa, tamque varia propter varias huiusce nostræ tempestatis circunstantias desiderari, vt omnino quæ desiderarētur, oporteret a nobis etiam ex officio, quo fungerer in ecclesia dei, paulo maturius locupletiusque præstari, præsertim quum non viderent, qui vices meas æque commode suscipere posset.

Iam vero Beatissime Pontifex & Amplissimi Patres, quomodo potuissem flagitatoribus eiusmodi, mihique tot modis non molestis solum, sed & improbis, quod non vsqueadeo videbantur inique petere, difficilius & diutius negare? Ego certe quanquam non ignorarem tam varium pariter & ingens in catechizandi genere esse argumentum, vt ipsum, si iusta cura proque loco & tempore tractaretur, in volumē iustum esset euasurum, nec (vt nunc est temporum & mortalium malignitas & iniquitas) inuidia cariturum, etsi quoque ipsa maiestas operis conficiundi religione quadam animum meū deterreret, deterrerentque alioqui non parum multæ variæque difficultates imbecillitatem meam, mihi probe conscium, deterreretque tandem dispendium rei pecuniariæ, qua opus erat in opere tam non exiguo transscribendo & excudēdo, necnon præsentissima valetudinis ac vitæ meæ, quæ tantos ob labores certo erat in discrimine, iactura, tot tamen tamque pijs, vtcunque molestis, & vehementibus istorum precibus nō tam persuasus, quàm coactus, periculum negocij totius & aleam in me recepi, & prouinciam tot modis expetitā, quantumuis genio propemodum reluctante, verius tentaui quàm aggressus sum: schedas passim disiectas, quibus, quæ Catecheseos erant, continebantur, recollegi: recollectas, in sex libros, suis haud aliter capitibus, atque quibusdam argumentis diductos, ita partitus sum, vt ipsa duntaxat argumenta capitum coirent in Elenchum, qui subinde sequuturus est, satis iustū, per me tunc temporis isthuc mittendum, prout & ilico misi ad nonnullos istius Sanctæ Romanę Ec. Cardinales, Reuerēdissimos videlicet Dn. Laurentium Campegium, Dn. Iacobum Simonetam, Dn. Gasparem Contarenum, Dn. Hieronymum de Ghinucijs, Dn. Hieronymum Aleandrum, &, nisi fallor, ad alios Ecclesiasticos proceres iudicio conspicuos & doctrina probatos, non tam videlicet ad eos, quos mihi tum præ cæteris domestica quasi consuetudine notos, & quàm dici queat impensius inclinatos habebam, quàm ad eos, quos eruditione, pietate, consilio, prudentia, iudicio, & hoc genus alijs virtutibus vere cardinalibus adeo claros & illustres resciebam, vt haud dubitarem eos ita recte synceriterque de eo nostro opere, quod in huius fastidiosi mundi theatrū proferre animus erat, iudicaturos, vt eorum sententię adeousque mihi standū putarem, vt vbique testatum esse voluerim, & nunc volo, me nusquam a iudicio istius Sacrosanctæ Sedis Beatitudinis tuæ, adeoque Catholicæ ecclesiæ, vel vnguem vel digitum latum velle discedere: & si quid vspiam secus depræhenderetur, quod fieri posse non addubito, non data velim opera dictum

vel ſcriptum,ſed elapſum potius contra voluntatem meam.

Atque ideo,quidquid eius erat operis,quod modo tranſmittitur a me,in lucem proferri,niſi prius ab eis,qui ſacroſanctæ tuæ beatitudinis a conſilijs erant,probaretur,haudquaquam paſſus ſum.Quod vbi illi viderunt & cen ſuerunt,tam non improbarunt,vt a ſe cenſitum continuo ad eandem ſacro- ſanctã tuã beatitudinẽ referendũ duxerint.A qua ſubinde,q̃d relatũ eſt,adeo non fuit improbatũ,nigrove carbone notatum,vt ſtatim quidquid horum erat laborũ meorũ,ſingulari quodã diplomate ad me præter omnẽ meã expe ctationem miſſo,non ſolum diuino perinde oraculo probauerit,ſed inhorta- ta fuerit inſuper etiam plus q̃ clementer & paterne,vt tempore quoq; primo publicitus edendum curarem.Quod quum ex Tripode dictum mihi crede- rem,ſtatim quoad fieri potuit,quod vtcunque congeſſeram,manuq; mea nõ alicuius Amanuenſis propria deſcripſeram,vt paulo maturius ederetur cona tus ſum,atque interim mihi non vulgariter tam priuatim quàm publice hanc felicitatem gratulatus,quia non Pont.ſolum Max.ſed Paulo etiam eius no- minis tertio, inter maximos ſuis etiã dotibus ter maximo,in meis pro catho- lica religione noſtra lucubrationibus haud frigide probatus fuerim.

Operi autem,quo de nunc agitur,ne ipſum prorſus anonymon prodiret, indidi titulũ,Catechiſmus Catholicus,quoniam catholicus inibi catholice, id eſt,generatim de vniuerſis propemodum rebus,quæ catholicæ ſunt reli- gionis,quæq; catholica,id eſt,vniuerſalis per totum orbem diſperſa eccleſia, cuius Romana eccleſia ſine controuerſia mater eſt,adeoq; regina,generatim docet ac obſeruat,catechumenos in doctrina religionis & fidei catholica catechizo,doceo,inſtruo & informo,& quidem iuxta ſenſum,quem tenet ac habet ipſa catholica:non autem,quem ſibi vel ſchiſmaticorum vel hæretico rum ſomniat,& mordicus retinet,eccleſia,ſi modo ipſorum congregatio non verius ſynagoga quàm eccleſia,ſit nuncupariq; debeat:deinde quia nuſquã non ſcripturis,& deſumptis ex eis tam noui quàm veteris inſtrumenti ratio- nibus & argumentis iuxta eundem catholicum orthodoxæ eccleſiæ intelle- ctum,minime vero retortum,quod doceo,ſemper obfirmo:nimirum non mi nus ſine ſcriptura Theologus,quàm ſine lege iuriſconſultus loqui erubeſcens. Inſuper,quod hoc in opere,ſicut in alijs noſtris pro catholica religione operi- bus,vtor phraſi non ſingulari,non ornata,non ſplendida,non phalerata,non picturata,non fucata,nec aliquo modo pompoſa,vtpote qua doctrina Chri- ſtianæ veritatis, pietatis & religionis haud opus habeat,ſed catholica,id eſt, communi,generali,vniuerſalicq;,nec exquiſite latina,ſed tamen non illatina, nec(prout opinor)alia,quàm quæ condecet eum,qui non excellentibus ſo- lum viris,ſed etiam,& quidem multo magis, rudibus atque plebeijs,venæq; inferioris ingenijs ita ſcribit, vt æque poſſit ab indoctis atque doctis intelli- gi,in ea præſertim re,quæ,quod poeta dicit,ornari res ipſa negat,contenta do ceri,quo videlicet magis propter verum,quod ſimplicem requirit orationem,

in

in verbis, quàm propter verba diligi queat. Ego sane, quo (more meo) potue rim omnibus ex æquo prodesse, ad vtilitatem discentium sine quibusuis con uicijs, a quibus semper ab ineunte ætate, & quidem natura, prorsus & in alijs abhorrui, verbis in ecclesia protritis & vsitatis & peculiaribus vsus sum, nem pe nihil æque malens atq; catholicus esse. Id quod inde palam contestatum volui. quia hoc in opere non meo vel alicui singulari, verum catholico dunta xat innitor sensui: nec quod doceo, meapte intelligentia assero, sed vel Grego rij, vel Hieronymi, vel Ambrosij, vel Augustini, vel Chrysostomi, vel hoc ge nus catholicorũ patrũ, quos catholica ecclesia recipit, authoritatibus ostẽdo, nihil æque desiderãs, q̃ vt pro virili mea ex hæreticis & schismaticis catholi cos & orthodoxos reddere, alienatos a catholica religione reuocare, vacillan tes vero cõfirmare queam. Id q̃d a me fieri dubio procul sacrosancta tua bea titudo nõ minus prudenter q̃ catholice pro paterna sua in omnes pietate cu pit ac requirit. In cuius argumentum longeq; locupletissimum testimonium, quidquid huius est nostri pro catholica religione laboris & operis beatissime pater, in primis tibi, deincepsq; tuis, adeoq; sacrosanctæ sedis istius apostoli cæ & catholicæ reuerẽdissimis Cardinalibus consecratum volui, nuncq; qua possum reuerentia consecro & dedico, non secus atque ei, qui citra controuer siam summus est princeps, idemq; primus & præcipuus catholicæ religionis adsertor, arcem religionis eiusdem sic tenens, vt de tuo vnius nutu ac renu tu summa totius religionis catholicæ pẽdeat vniuersa, vt nulli q̃ tibi rectius quidquid ad instaurandam religionem pertinet, consecrari putauerim, & qui dem maxime, quod tuapte natura, nec ex officio solum pastorali, quo meritis sime, prudentissimeq; fungeris, eidem religioni restituendæ, resarciendæ, con seruandæq; multis iam olim annis plus omnibus conaris & laboras.

Congruere præterea videbatur omnino, vt illius auspicijs opus de catho lica religione reparanda prodiret ad omnes mortales, qui catholicæ religio nis arcem teneret, per ipsumq; proficisceretur institutio catholicæ doctrinæ ad vniuersos pariter homines, per quem CHRISTVS Iesus, summus secun dum ordinem Melchisedech sacerdos, cuius ipse vicarius es in terra vere legi timus, accipere nos voluit, quidquid vspiam catholicæ religionis est & do ctrinæ Christianæ.

Quanuis interea subesse non existimem, quod vetet, quo minus huiusce consecrationis consortes habere digneris tuos ac sacrosanctæ sedis istius Car dinales amplissimos, quos ipse tibi non aliter, dispensante deo, delectos ha bes a consilijs, atque sibi quondam IESVS Christus, pontifex vere ma ximus suos habuit apostolos, nempe Coadiutores, Collaterales, Seniores po puli, iudices orbis, mundi lumina. Cuiusmodi profecto iudicauerim illos, præsertim quos nunc habes, Cardinales doctissimos, prudentissimos, pijs simos, & vti quod sentio, semel ex animo citra adsentationem paucis

 edi-

edicam, in omni virtutum genere laudatiſſimos.

Dubitari enim nequit, quin vt in Iouis olim Capitolini locum ſucceſſit CHRISTVS ſolus optimus maximus, & in huius locum ſubinde Petrus Apoſtolorum princeps ſucceſſit, & ipſe Paulus tertius in huius quoque locum conceſſiſti, ſic in Apoſtolici, & eius quidem auguſtiſſimi ſenatus toti orbi, ſucceſſit reuerendiſſimus & ampliſſimus Cardinalium ordo. Qui propterea ſicut olim duodenus iſte IESV Chriſti ſenatus in fine ſeculi, tecum in eccleſia modo militante duodecim tribus Iſrael haud immerito iudicat.

Atque proinde Cardineus ordo nominari cœptus eſt, quod veluti ianua mouetur cardine ſuo quaſi corde, a quo ſuſcipiunt animantia ſuum motum quæque, & vniuſcuiuſque rei ſumma vſqueadeo vertatur in ipſo cardine, vt eam eſſe rei ſummam putemus in tuto, quæ eſt in cardine, ita ſane militantis eccleſiæ ianuam a cordatiſſimo Cardinalium ordine moueri, motumq; ab eo catholicæ religionis in omnem terrarum orbem miro quodam modo diffundi, ſummamq; Chriſtianæ reipublicæ adeouſque in ipſo verti credimus, vt ipſam quãdo penes illum ſit, in tuto ſitam minime dubitemus, ipſoſq; propterea cardinales toto terrarũ orbe, ſuo propemodum iure nobis eſſe habendos, cenſeo, quod ſunt partes in cœlo illæ altiſſimæ, quas Græci πόλους, ipſi vero vertices ac Cardinales a ſimilitudine eorum, circa quos valuæ voluuntur, appellare ſolemus, quum vtræq; ſuſtineant, iſtæ cœleſtem, hæ vero terreſtrem orbem.

Haud eſt igitur, vt metuam, ne laudata paſſim, mihiq; pridem multis perſpecta modis, Pauli tertij pontificis maximi modeſtia facilitaſq;, eos dedignetur habere collegas, qui iuſta ex parte in vices eius ſolicitudinis ſuccedunt, in ea præſertim œcumenica ſynodo, quam vt afflictiſſimi quique iam pridem modis omnibus ardentiſſime peroptarunt, & paſſis miſerabiliter ad cœlum manibus exorarunt, ita iam tandem tot tantiſq; non ſine ſummo totius orbis periculo neceſſitatibus vndequaq; cogentibus, omnino futuram confidunt, imo quaſi cœptam ſibi perſuadent.

Cuius equidem ſynodi, dudum Tridenti videlicet indictæ, cauſa maturius aliquanto cum hoc noſtro Catechiſmo feſtinandum duxi: quod ipſum inter alia quidem multa, de quibus in præſentia, ne quiſpiam momus paulo moroſior a meipſo quidquam glorioſius, præter & naturam & conſuetudinem meam, eſſe dictum cauillari poſſit, conſulto ſilere collibuit, indubitato profuturum ſperauerim, ad eum librum, in ea ipſa ſynodo conficiundum, quem pleriq; etiam noſtrorum, quaſi ſumme tam neceſſarium quàm valde proficuum, certatim fieri debere contendunt. Quum enim multis abunde conſtet argumentis, haud parum multos etiam quinquagenarios eſſe paſſim, qui neſciant quid vouerint in baptiſmo, quid articuli fidei, quid precatio dominica, quid eccleſiæ ſacramenta & cæremoniæ, quid denique

decalo

decalogi præcepta sibi velint,(quæ tamen nescire, grande nefas sit ac piaculum)arbitrantur ipsi in synodo,cuius authoritas nulli mortalium debeat esse non sacrosancta,doctos,bonos,& integros viros, semotis omnibus, quoad fieri posset,sinistris adfectibus,re communiter deliberata,de omnibus articulis, quibus potissimum Christiana creditur constare religio,de quibusq; multoties haud absq; grandi religionis eiusdem iactura controuersum iudicare debere,eosq; dein non ex humanis lacunis & commentis, sed ex diuinis sacrorum Bibliorum scripturis conficere concinnareq; librum,qui summam fidei, pietatis & doctrinæ, adeoq; totius Christianæ religionis lucida quadam breuitate,& docta simplicitate complecteretur,ac idem quotannis in templo, statis diebus & horis,populo Christiano voce probati cuiuspiam sacerdotis, aut potius,vt maior accederet authoritas & grauior,Episcopi, recitaretur,ac interim Catechismus in adultis etiam quodam modo renouaretur: sic enim consore, vt posthac sacerdotes in tot,tamq; diuersis diuersorum dogmaton opinionibus & controuersijs haberent, quod vnanimiter & concorditer citra dubium docerent,quorum fuerunt hactenus haud parum multi,qui vix vnquam serio cogitarunt, quibus in rebus vera Christi constet religio: fore denique, vt deinceps quàm antea Christianos haberemus & synceriores & pacatiores & fauorabiliores.

Ad hanc vero rem,meo quidem iudicio, peroptimam, nec minus impendio necessariam,num præsens noster catholicus Catechismus opem ferre certam,vel ex seipso tale quiddam præstare possit,sacrosanctæ tuæ beatitudinis atque Cardinalitij senatus esto iudicium. Quod si iste neutrum posse(quod minime sperauerim)præstare putabitur,haud tamen erit,quod addubitaturus sim,parochos & Ecclesiastas ipsos, ac cæteros diuini verbi ministros,qui moderandis ecclesijs destinati sunt, quibusq; potissimum quidquid huius est laboris paraui, ex eo ipso Catechismo nostro sectarum dogmata paulo modestius & cautius compressuros, earum errores profundius eradicaturos, ac ecclesiasticam in vinculo pacis vnitatem conseruaturos, & per suum denique ministerium, nomen, decus & gloriam IESV optimi maximi quàm antea fusius ampliaturos, & clarius illustraturos: si modo disciplina cœlesti reformati, hunc nostrum Catechismum diligenter & fideliter euoluerint, & suas ad populum conciones,ad præscriptam ipsius normam prudenter exegerint.

Interea faxit Deus ille Opt.Max. vt sacrosancta tua beatitudo in ipsa sua synodo suis felicissimis auspicijs,sanctissimis consilijs,saluberrimisq; constitutionibus inter cætera religionem ipsam catholicã,vereq; Christianam,multis(eheu)modis hucusque collapsam, quotidieq; magis collabentem, deindeq; publicam illã & perpetuam orbis Christiani concordiã,veræ religionis altricem, nobis ita restituere queat, vt conciliatis omnium inter se regum, princi-

principum & populorum Christianorum animis, compositisque ex animi sententia Christianorum rebus, tutiorem quàm hactenus & certiorem viam habituri simus ad impiam Turcarum gentem, vel omnino subigendam, vel eminus profligandam. Ad quod sane facinus omnium Christianissimum & gloriosissimum, pro voto suscipiendum & conficiundum, idem Deus Opt. Max. sacrosanctam tuam beatitudinem vnà cum suis omnibus perquam diutissime, felicissimeque superstitem & incolumem seruare dignetur. Iam vero demũ, quo tuæ beatitudinis occupationibus, & publico bono, cui (vt addecet) præ cæteris iugiter inuigilat, parcam: quid singulis ipsius operis voluminibus, & singulis horum capitibus contineatur, statim subinde per Elenchum sic osten do, vt ipsa cum delectissimo, vereque Cardineo suo senatu non difficile sit inuentura, quod vel singulatim inuenire vel scire desiderauerit. Præmisi enim capita rerũ insigniorum, quæ cuique libro insunt: argumentis perinde quibusdam declarans, quo quid loco quæri, & absque difficultate inueniri possit. Viennæ Calen dis Ianuarij, Anno post Christum natum

M. D. XLIII.

ELENCHVS CAPITVM LIBRI PRIMI.

PRAEFATIO.

ELENCHVS ARTICVLORVM LIBRI SECVNDI.

Tertius

ELENCHVS CAPITVM
LIBRI TERTII.

DE SEPTEM CATHOLICAE ECCLEsiæ sacramentis. Folio XVII.

PRAEFATIO.

b Quid

DE POENITENTIA, QVARTO CAtholicæ eccleſiæ ſacramento.

PRAEFATIO.

De reli-

DE SACRAMENTO ORDINIS V.

PRAEFATIO.

DE SACRAMENTO MATRIMONII.

PRAEFATIO.

ELENCHVS CAPITVM LIBRI QVARTI.

DE X. PRAECEPTIS DECALOGI. PRAEFATIO.

De quar

ELENCHVS CAPITVM LIBRI QVINTI.

DE CATHOLICIS ECCLESIAE CATHOlicæ precationibus & orationibus.

PRAEFATIO.

ELENCHVS CAPITVM
LIBRI SEXTI.

DE CATHOLICIS IN ECCLESIA CAEREmonijs,duas habens partes,de tempore videlicet & sanctis,& in earum primā præfatio.

De ca

SECVNDA PARS, DE CATHOLICIS IN ecclesia cæremonijs,de Sanctis:& in eam

PRAEFATIO.

De ca-

Reueren-

REVERENDISSIMIS IN CHRISTO PATRIBVS, CLARISS. PRINCIPIbus ac dn̄is, Dn. Reginaldo Polo, Dn. Petro Paulo Parrhisio, Dn. Iohanni Morono S.R.E. Cardinalibus, sacrosanctæq; sedis apostolicæ ad œcomenicam synodū Tridenti indictā, Legatis & Cōmissarijs digniss. dn̄is colendiss. Fridericus Nausea Blancicampianus, episcopus Viennen̄. indignus, S.

NVllis sane nec verbis nec scriptis vnq̄ cōsequar reuerendissimi patres ac obseruandissimi dn̄i, quāta mihi lætitia tam meo q̄ publico pariter noīe gauisus, vobisq; ex animo gratulatus fuerim, quādo nuper ex amicorū receptis e Roma literis certo certius intellexi, vos vnà tres a S.D.N. Paulo III. Pōt. Max. suadēte cōcorditer sapiētissimo ipsius S.R.E. Cardinaliū senatu, Tridentū nō secus atq; prodromos pmissos, vtpote Conciliū, tā diu toto passim orbe votis oīm ardētissimis exoptatū, & supra q̄ scribi pōt desideratū & efflagitatū, illic indictū, paulo maturius incepturos. Quur eñ vobis tā sanctā, tāq; piā & gloriosam felicitatē minus gratuler? qua pter omnē, q̄d equidē persuasum habeo, ambitionē, sed solo clarissimarū virtutū vestrarū merito ad eā tanq̄ primarij quidā apostoli selecti estis prouinciā, qua nō possit, hoc psertim tpe, alia esse nec sanctior, nec magis necessaria, nec magis proficua, nec magis deniq; gloriosa & grata, & quidē maxīe vobis, in qbus nihil nec pietatis, nec religionis, nec sanctitatis, nec eruditiōis, nec doctrinę, nec prudētiæ, nec experientię, nec iudicij, nec cōsilij, nec demū quicq̄ q̄d ad absolutiss. sacrosanctæ sedis aplicæ ptinet Cardinales, Legatos, Cōsiliarios & Cōmissarios, q̄q̄ mō desiderari possit aut debeat. Dispereā sane, si qd hac parte vel mētior vel adulor, testis, inquā, simul auritus & oculatus. Quātus eñ sis ipse Paule Parrhisi in oīni iuris tā diuini q̄ hūani scīa peritus & cōsultus, cogitādo q̄ dicēdo facilius cōseq̄r, vtpote q te meū in facultate iuridica pceptorē, nullo nec loco, nec tpe, nec alio q̄uis modo pœnitendū, toto dudū biennio in celeberrima Venetorū Patauij Academia nō secus atq; quendā Vlpianū vel Scæuolā, vel si qs fuit illis vnq̄ iuris peritior, singulari studio synceroq; iudicio & audiuerim & cognouerim, qq; tandē te pmotore censoreq;, iuris Cæsarei doctoratus insignia nō sine summa animi voluptate susceperim. Ipse v̄o Pole, q̄ nō solū ad vnguē Hebraicā, Gręcā Latināq; linguā calleas, sed & vitæ sanctimonia morūq; castitate mire religioseq; pfulgeas, ego post plerosq; oēs, q̄s hac ī re testes habes oīni exceptiōe maiores, expertus sum, qñ Senis Thusciæ Italiæ in florētiss. illic archigymnasio Theologiæ operā dedi, qñq; nō absq; incorruptiss. tua & bonę memoriæ Cardinalis Senēsis a Picolominib⁹ cōmendatiōe doctor eiusdē Theologiæ, q̄tūlibet indignus, q̄d vereor, creatus sum. Sileo interim q̄ cū magna oīm admiratiōe reliquas insignes vereq; regias virtutes tuas cū stēmate tuo inclyto, vtpote regio, (nō eñ ignoro, te ex illustrissima Britanniæ, q̄ nūc Anglia, regū stirpe prosapiaq; legitime prognatū) nullo nō tpe nec infeliciter coniunxeris, & in hāc vsq; diē iungere nō cesses. Tu aūt Morone, nec meo nec aliorū in-

diges tuarũ, quas ſuo & loco & tpe verius attigi pro dignitate, q̃ p̃dicaui, celeberrimarũ virtutũ, dotiũ & gratiarũ p̃conio: quippe, q me dudũ antea p̃ſagiente, ꝓpter illas nõ ſine ſumma tua, tuæq; nobiliſſ. familiæ gloria, ad hoc tantũ tãtæ dignitatis & amplitudinis Cardinaliciæ faſtigiũ perueneris. Qui ꝓin ampliſſ. patres, mihi priuatim nõ gaudeã, q vos iã olim, tot mihi nõibus & domeſtica propemodũ cõſuetudine charos, & inſigniũ virtutũ celſitudine perq̃ venerãdos, functiõe tã nobili cõiunctim ꝑſungi intelligo? Atq; quur deinde vobis q̃q; tã glorioſum munus publico etiã, nimirũ totius Chriſtiani orbis, noĩe gratuler, qa tales ad talẽ, modis videlicet oĩbus incõparabilẽ prouinciã delecti eſtis, quales ipſa plane requirit & exigit? quippe Legatos oĩbus numeris cõmẽdatiſſ. q̃rũ felicibus auſpicijs, pijs conatibus & prudẽtibus cõſilijs optimi quiq; cõſtãter cõfidunt, ꝑparatũ iri viã ad duo q̃dã p̃cipua gñis hũani bona: nẽpe pietatis illius veræ Chriſtianę, multis (proh dolor) modis collapſę, ſemp̃q; magis ac magis nõ abſq; horrẽda rerũ oĩm iactura collabẽtis, & publicæ ꝑpetuæq; toti⁹ Chr̃iani orbis, inter eius p̃ſertim monarchas, cõcordiæ, ad verã catholicã q; religionẽ & pietatẽ pnecessariæ, reſtitutionẽ. Ad q̃ quidẽ duo plane ſingularia bona, maximopereq; neceſſaria, vt via p vos eẽt facilius & certius inueniẽda, placuit vobis primũ nr̃i Catechiſmi librũ de p̃ludijs in ip̃m, dicare: ſiqdẽ docturus ea iãdudũ, q̃ catholicæ cẽſebanẽ eſſe catecheſeos, mihi ꝓrſus op̃p̃ciũ factur⁹ videbar, ſi nõ illotis, q̃d aiũt, manib⁹ ad tot tãtaq; ſacroſanctæ nr̃æ catholicę religionis arcana paulo negligentior accederẽ, ſed duabus potius de cauſis in illa q̃buſdã paucis, p̃inde cõmunioribus locis, p̃luderẽ & anteirẽ, cõmõſtraturus videlicet ſecretiores q̃ſdã ad ipſa ſc̃tã ſanctorũ portas & ianuas. In primis em̃ p eiuſcemodi p̃ludia futurũ plane ſperabã, vt q̃ fortaſſis eſſent intellectu q̃ quis credat paulo difficiliora in cath. Catechiſmo ſacræ nr̃æ religionis (q̃ duodecim potiſſimũ fidei articulis, ſeptẽ ſacramẽtis, cathol. p̃cationibus, decalogi p̃ceptis, & vniuerſalibus deniq; cęremonijs cõſtare dignoſcit) p̃miſſis cõmunioribus aliq̃t locis, aliquãto faciliora fierẽt, & intellectui, q̃ ſubſequerent, magis obuia. Quis em̃ ignorat, ipſas p̃fatiões & libẽtius nos ad auditionẽ & lectionẽ ꝓpoſitę rei p̃ducere, & cũ eo venerimus, eius euidẽtiorẽ p̃ſtare intellectũ? Deinde videbat mihi prorſus incõueniẽs, & rei, quã tractaturus erã, plane diſſentaneũ, ſi dimiſſis initijs & originibus nõ repetitis, ꝓtinus interp̃tatiõis materiã auſpicarer. Quidq̃d aũt huius erat opæ, nulli q̃ vobis cẽſebat iuſtius & rectius dicari poſſe, & quidẽ maxĩe, q pluſores p̃curſoreſq; Cõcilij non ꝑperã p̃ludia cõdeceãt. Nec interim vereor, ne ſitis, q̃d vobis tã candido, tãq; ſyncero pectore dicat, aſpernaturi, quũ nil aliud inibi catechizo, q̃ q̃d, vti bñ ſperauerim, aliquãto plus in receſſu pro reſtituẽda catholica pietate p̃ſtaturũ ſit, q̃ prima ſtatim frõte p̃ ſe ferat, & p̃ſertim, vbi (q̃d ſummopere cupio) ip̃m eo aĩo veſtra lectione dignabimini, q̃ vobis dicatũ eſt a me. Quod itaq; ſupeſt, opto reuerẽdiſſ. amplitudines vr̃as ad Chriſtianã religionẽ reparãdã ꝓpagãdãq; pientiſſima dei benignitate diutiſſime feliciſſimeq; ſeruatũ iri ſuperſtites & incolumes. Viennæ Auſtrię, Calendis Decemb. Anno a Chriſto Ieſu nato M. D. XLII.

Fride-

FRIDERICI NAVSEAE BLANCICAMPIANI, EPISCOPI VIENnensis, inuictissimi Cæsaris &c. Ferdinandi a sacris studijs & Consilijs, in præludia catholici Catechismi liber primus.

PRAEFATIO.

QVum Iudæi vel in hæc vsque tempora ab ipsis cunabulis suum ediscant Mosen, Mahumethæiq; sua teneant dogmata, ipsiq; (quos vocant) Platonici, Pythagorici, Academici, Stoici, Cynici, Peripatetici, Epicurei, & cæteri hoc genus homines, a Christiana religione multo sanctissima prorsus alieni, ijdemq; plane prophani, quod suum est mox initio diligenter imbibant, & suæ quiq; sectæ placita & decreta, quantumuis impia, tum penitus habeãt cognita, tum memoriter teneant, pro ijsdemq; digladientur illi, vel emorituri citius, ꝗ authorum suorum patrocinia deserant: non potest profecto non admiratione & stupore duntaxat dignum, sed & summa plenum videri reprehensione, ꝙ idem non præstamus, qui Christo nomina dedimus, quiq; illum ex æquo professi sumus in baptismo. Etsi enim (quod satis abunde constat) plerique omnes haberi volumus Christiani, hocq; nomine quàm quouis alio cognominari malumus, esse tamen veremur haud parum multos, quos fortasse prorsus fugit tam cognominis, quàm professionis, vel quamlibet sanctæ, ratio. Quotumquenq; enim esse arbitramur, qui ipso etiam cognomine, Christi nomen profitet, vtpote Christianus propterea dici cœptus, qui suæ possit aut professionis aut cognominationis, vt par esset, causam, quidq; Christianũ maxime deceat, proferre? Siquidẽ non paucis, nec ijs cõtemnendis, aliquando deprehendimus argumentis, esse vel quinquagenarios aliquot, qui nesciunt quid vouerint in baptismo, qui ne somniarint quidem, quid sibi velint articuli fidei, quid Decalogus, quid precatio dominica, quid angelica salutatio, quid ecclesiæ sacramenta: nimirum titulo magis & consuetudinibus & cæremonijs, ꝗ ex animo Christiani, vtpote quorum plerique tam sint rudes, vt non multo plus teneant sapientiæ Christianæ, ꝗ ij qui sunt a Christiana professione alienissimi. Iam vero quia tantam populi ruditatem & inscitiam, Christiano homine plus ꝗ indignam, atque ideo diutius non ferendam, magna ex parte sacerdotibus vel ideo imputauerimus, quòd ij vel inopia scientiæ non habeant, quod eundem populum doceant, vel cupiditatibus mundanis irretiti, suum potius agant ꝗ IesuChristi negocium, vt qui & ipsi tenebricosi sint, quos oporteret esse lucem mũdi: nec dignum Christo quicquam sapiant, quos conueniret esse salem terræ: cæcutiantq;, quos oporteret esse lucernam, toti domui lucentem: ac isti demum sordidis sint lucris ac voluptatibus immersi, quos deceret esse ciuitatẽ in edito monte sitam, quæ monstret

Matt. 5.

Esa.56.

viam errantibus: & plane quidem tales, quales propheta describit, inquiens: Speculatores eius cæci omnes, nesciuerunt: vniuersi canes muti, non valentes latrare, dormientes & amantes somnia, & canes impudentissimi nescierunt saturitatem: profecto videmur nobis operæprecium facturi, si tam in sacerdotum, & maxime pastorum, parochorum, ecclesiastarum, quam in plebeiorum salutem & vtilitatem, veterem illum, propemodumque apud nõnullos antiquatum, catechizandi morem, quasi postliminio reduxerimus: præscripturi, deo duce, ea qua possumus breuitate, summam fidei ac doctrinæ Christianæ, nec inibi quicquam concinnaturi ex humanis lacunis, nec ex cæremonijs Iudaicis, nec ex hominũ commentis & decretis, sed ex fontibus euangelicis, ex apostolicis literis, ex symbolo apostolico, & ex id genus argumẽto reliquo, quod Catechismus catholicus ex æquo polliceri potest, idemque præstare debet.

QVID CATECHISMVS SIT, AC VNDE dici cœperit, deque illius vtilitate & necessitate. Cap. I.

1.Cor.13

Galat.6.

EST autem Catechismus, (quem sumus hac quidem parte pro virili nostra daturi) nihil aliud, quàm sermo paulo rudior, quo præcipuis catholicæ religionis articulis, vtpote fide, spe & charitate, breuiter instruuntur, quibus lacte, non cibo solido, opus est: Siquidem catechizo est doceo, instruo, & in fide erudio. Quo quidem verbo Paulus ad Galatas vtitur, inquiens: Communicet autem is, qui catechizatur sermone, ei qui se catechizat, in omnibus bonis. In nascente nimirum ecclesia, quum adulti sacramentum baptismatis suscepturi erant, aliquantisper edocebantur sacrosanctæ fidei articulos, & quid pie de deo sentiendum esset, secundum symboli apostolici regulam erudiebantur. Qui vero hisce sacris documentis, antequam baptisma perciperent, instituebantur, vulgo dici cœperunt Catechumeni: vt qui, tametsi sacræ fidei mysteria edocti, & quid credere deberent instructi erant, hauddum tamen salutaribus baptismi vndis abluti, neque in Christo regenerati fuere, quorum figuram prætulisse videntur a Iohanne quondam baptizati.

Matth.3
Marc.1.
Lucæ.3
Io.1.3 4.
Acto.1.

Qua sane consuetudine nihil esse potest aut vtilius, aut salutarius, aut religiosius, aut sanctius, aut denique magis necessarium, vt quæ tam magna contineat quàm parua, sine quibus tanquam præcedentibus initijs, ad rei summam nemo peruenit: & quæ si negligas, haud sit maioribus locus, nec merito Christianus dici possis, non secus atque is in ordinem redigendus, qui ignorat ea quæ nomine profitetur.

Daturi proinde sumus operam, vt quæ ad Catechismum quoquo modo pertinent, lucida subinde breuitate, nec prorsus interim indocta simplicitate, sic exhibeamus, vti posthac tam re ipsa, quàm nomine, Christianos habituri simus paulo quam antea plures. Id quod faxit Iesus Christus, nostri omnium seruator & author, a quo & cognominari Christiani cœpimus, quemadmodum caput nostri Catechismi secundum docebit.

QVOT ET QVIBVS OLIM NOMINIBVS Christiani appellari cœperint. Cap. II.

IN primis operæprecium est, vt qui se Christianum haberi & esse desiderat, haud quaquam ignoret, vnde sibi hoc vel aliud nominis adueniat, quidq; sibi potissimũ velit, plane calleat, ne turpe sit, vnaq; absurdum, si quę suæ sunt artis, ipse nesciat artifex. Sciendum proinde, nos qui nunc toto terrarum orbe Christiani appellamur, iam olim varijs fuisse cognominibus appellari cœptos, vtpote cognomento discipulorum, fratrum, Nazarenorum, & Christianorum. Cuius euestigio rationem subijciemus.

CHRISTIANOS OLIM DISCIPVLOS fuisse appellatos. Cap. III.

QVi nunc passim Christiani appellamur, fuisse quondam nascente adhuc ecclesia discipulos appellatos, haud obscurum est, ob excellentiam magistri & doctoris omnium longe maximi, vtpote Iesu Christi, cuius doctrinam & religionem, non secus atque discipuli præceptoris, profitebamur. Ipse quidem solus est, qui a deo optimo venit magister, viam docens in veritate: verus, inquam, & vnicus natura magister, qui solus non didicit, quod omnes doceret, vt in quo reconditi sint & abstrusi omnes thesauri sapientiæ & cognitionis fructiferæ: quum alioqui nemo sit, vel quamlibet eruditus, qui dum viuit, doceri non egeat. Solus nanq; Christus est doctor, idemq; magister, quem nobis non schola Theologorum, sed ipse pater cœlestis diuinæ vocis testimonio comprobauit: idq; bis, primum ad Iordanem in baptismo, deinde in monte Thabor in trãsfiguratione: Hic, inquit, est filius meus dilectus, in quo mihi complacitum est: ipsum audite, huius vnius estote discipuli. Atque hinc est, q in Christum credentes, in euangelio passim discipuli nominẽtur, quorum primi fuere apostoli: & nos eorum saltem nomine successores, ab eodem magistro & doctore Iesu Christo, discipuli dicebamur.

Acto.11
Iohan.3
Matt.22
Marc.12
Luc.20
Col.2
Mat.3
Marc.1
Luc.3
Matt.17
Mar.9
Luc.9
Ioh.8.9.15
Acto.2

CHRISTIANOS OLIM FVISSE QVOQVE fratres cognominari cœptos. Cap. IIII.

DEinde non obscure constat ex sacris literis, fuisse quondam, nascente adhuc ecclesia, Christianos appellari cœptos, fratres. De quibus ad pręcipuum tunc Christianorum & discipulorum Petrum, ipse Christus ait: Et tu aliquando conuersus, confirma fratres tuos, id est, conchristianos, quorum dominus ipse, Paulo teste, dictus est primogenitus in multis fratribus. Fratres autem vocari sunt cœpti, ob fraternam charitatem, qua se fratres mutuo concorditerq; prosequuti sunt. Siquidem fratrum præcipue est, vt cõcordes vnanimesq; mutua se charitate diligant, insinuante hoc ipsum olim Abrahamo, quum ad Loth collitigantem dixit: Ne, quæso, sit iurgium inter me & te, & inter pastores meos & pastores tuos. Fratres enim sumus. Quod & Moyses quondam satis aperto arguit, ad duos inter se colluctantes inquiens: Viri, fratres estis, vt quid nocetis alterutrum?

Luc.22
Roma.8
Gene.13
Exo.2
Acto.7

Modo dicas,oro,qui fuerint vnquam vel magis inter se concordes & pacifici,vel mutui amoris studiosiores,quàm inter se quōdam Christiani. Quos vel quamlibet natione,lingua, moribusq; varios & multos, euangelista dicit,ob admirandam inter ipsos concordiam & charitatem,habuisse cor vnū & animam vnam:nempe inter quos tam multos,nulla fuerit neque ambitio, neque inuidia,neque rixa, neque contentio,sed vnanimis consensus & tranquillitas. Fuere proculdubio illi memores eius præcepti, quod in nouissima cœna magister pacis & concordiæ, imo pax ipsa, Christus ipsis dederat,inquiens: Mandatum nouum do vobis,vt diligatis inuicem. In hoc cognoscent omnes quia discipuli mei estis,si dilectionem habueritis ad inuicē.

Act. 4

Iohan. 13

Eheu quàm sumus nunc omnino tanti mandati immemores? Inter quos sic omnis refriguit fraterna charitas, vt vel nomine nostro simus indigni: quantumuis sint,qui fratres se vocent,habericq; velint,quum tamen sub hæc nouissima tempora tam sit varius in hominibus spiritus,vt ægre reperias duos germanos,qui inter se consentiant,sed suo quisque ducatur spiritu,nec sit vlla ex parte inter nos tranquillitas. Siquidem exitialibus bellis conflictantur principes prophani,bellorum vndis inuoluuntur & proceres ecclesiastici:populus inter se perniciosis odijs, dissidijs, contentionibus tumultuatur & committitur. Quid? Pax Christiana omnino distrahitur. Ah bone IESV, quis vnquam vidit vel atrociores,vel diuturniores bellorum tumultus inter ethnicos,quàm aliquot videmus annis inter Christianos? Nec conijcimus futurum tanti mali finem,nisi memonerimus fraterni nostri nominis,& quod p̄ se fert,re ipsa præstare studuerimus.

CHRISTIANOS ETIAMNVM QVONdam Nazaræos fuisse cognominatos.

Cap V.

QVum Christiani quondam,ob non contemnendas causas,vocarentur (vt dictum est)discipuli & fratres,interim quoque vocari passim probroso quasi cognomēto cœpere Nazaræi,a Iesu seruatore nostro,vtpote Nazarenus appellato,quoniam in Nazareth iuxta prophetę oraculum & euangelistæ testimonium conceptus,&(vti historia euangelica testatur) nutritus fuerit:quippe in humilima Iudæorum regione,& tam obscuro admodum oppidulo natus,vt quum Nathanael intelligeret ex Nazareth dominum,nempe tantum virum,tantumcq; prophetam, non minus opere quàm verbo potentem,fuisse oriundum,cum quadā animi admiratione dixerit:A Nazareth potest aliquid boni esse?

Act. 24

Luc. 1

Matth. 2

Ioh. 1.

Sed quod isti domino nostro longe nobilissimo, nobisq; omnibus illius discipulis probro verterunt, ex sacramento legis, adeoq; virtute vocabuli Nazaræus, in summam cessit gloriam: Quandoquidem Nazareth interpretatur flos,germen & sanctitas: cuiusmodi citra controuersiam dominus noster erat. De quo propheta:Egredietur,inquit,virga de radice Iessę,& flos

Esa. 11

de ra

de radice eius adſcẽdet,& requieſcet ſuper eum ſpiritus domini. Et alius etiã-num de ipſo propheta: Ecce vir, inquit, *germen nomen eius. Et alius ait: Ecce dies veniunt, dicit dominus, & ſuſcitabo Dauid germen iuſtum. Ipſum vero dominum appellant ſcripturæ non modo ſanctum, ſed & ſanctorum ſanctũ. A prophetis quidem omnibus prædictũ erat, Chriſtum fore ſingularem, ſeparatum & ſanctum, vt a quo omnes ſanctificãdi, & ab omni impuritate adſerendi eſſent: id quod in Nazaræis & ſacerdotibus priſcis, indicta ſanctimonia, præfiguratum fuit.

Zacha.6 Hiere.23 Danie.9 Num.6 Leuit.21

Atque nimirum hoc eſt, quod quum domino noſtro id cognominis, vt Nazaræus diceretur, quod ſanctum & ſeparatum ſignificat, a loco quidem, in quo conceptus fuit, obtigit, quod tamen re ipſa maxime illi competebat, euangeliſta dicit alibi impletum, quod prophetæ de eo prædixerunt. Sanctũ enim ipſum fore, imo ſanctitatis autorem, talemq; palàm prędicandum om̃es prophetæ vaticinati ſunt. Non igitur mirum, ſi dominus noſter peculiari agnominatiõe Nazaræus vocãdus erat, & in eũ credẽtes, in eoq; regenerati, Nazaræi per participationem, id eſt, ſancti: quum ipſe fuerit ſanctus, & per eminentiam ſanctus ſanctorũ, qui ſuos ſanctificat: ideoq; Nazaræos vocari cœptos. Vnde ſcriptura dicit Nazaræos eius niue candidiores, lacte nitidiores, ebore rubicundiores, ſapphiro pulchriores. Cuiuſmodi profecto nos ob fidei ſanctitatem vitæq; puritatem eſſe oporteret, quotquot ſumus Chriſtiani vocati: de quibus capite ſequenti nonnulla reddemus.

Matt.2 Danie.9 Thre.4

QVANAM CAVSA, VBI, ET QVANDO Chriſtiani primum appellari cœperint. Cap. VI.

Decreſcentibus (heu dolor) inter nos concordia, charitate, diſciplina & ſanctitate, qui prius diſcipuli, fratres & Nazaræi vocati ſumus: haud multo poſt Antiochiæ, ſuppreſſo iam antea ob inuidiam Chriſti nomine, dici cœpimus a Chriſto autore noſtro Chriſtiani, velut a Iuda Iudæi. Quod ſane nomen ex interpretatione ſignificat vnctum, qualis (vt ex ſacris literis referunt Lactantius & Euſebius ille Cæſarienſis) quondam fuere reges, ſacerdotes & prophetæ, ac proinde Chriſti vulgo vocati: nimirum qui ſua non poterant fungi conditione & dignitate, niſi prius ſacrato quodam chriſmate delibuti eſſent, vtpote figuram & imaginem gerentes Ieſu Nazareni, dei vnigeniti, noſtri ſeruatoris. Qui quum prophetarum eſſet propheta, rex regum, ſummuſq; ſacerdos, oportebat & ipſum inungi, non autem ab homine, ſed deum a deo: nec vnguento humanis opibus quæſito, nec oleo communi, ſed oleo lætitiæ: nec vulgari, ſed nouo, ſingulari, paternoq; ſpiritu, per oleum lætitiæ in ſacris eloquijs ſignificato. Et hoc eſt quod ad ipſum propheta ſpiritus inſtinctu dicit: Dilexiſti iuſtitiam, & odiſti iniquitatem: proptereaq; vnxit te deus deus tuus oleo lætitiæ præ conſortibus tuis. Quod ipſe dominus in ſe completum adfirmans, ait: Spũs dñi ſuper me, propter quod vnxit me. Iam vero, quoniã ipſe idem dominus noſter, prophetarũ pater & inſpira-

Pſal.44 Luc.4

tor,idem summus rex & sacerdos in æternum secundum ordinem Melchise-
Psal. 109 Heb. 7 dech,non oleo communi perunctus fuerit,nec suum ex successione generis sa
cerdotium(sicut moris apud Hebræos erat)susceperit:factum est,vt ipse so-
lus,qui verus Christus est,non oleo humano,nec vnguenti liquore,sed virtu
te spiritus cœlestis inunctus & consecratus,suos sectatores & populos,& vni
uersam toto terrarum orbe sui nominis gentem,ex veri Christi vocabulo ap
pellari fecerit perenni nomine Christianos: q̃d nullus antea nec prophetarũ,
nec pontificum,nec regum,potuit nec debuit.

Etsi enim multi ante seruatorem nostrũ apud Hebræos oleo,in hoc ipsum
solenniter consecrato,vncti sint Christi cum prophetæ tum reges & pontifi-
ces,& per hoc fuerint instituti,nullus tamen ipsorum vel genti vel discipulis
vel sectatoribus ex suo vocabulo nomen dare potuit,& discipulos appellare
Christianos,nisi solus ille verus Christus, Iesus Nazarenus,a quo Christia-
ni,regio nimirum & prophetico & pontificio vocabulo, adeoq; Christi(q̃d
& vernacula lingua nostra satis euidenter arguit) agnominari cœpimus,&
ob perpetuam rei memoriam, in lauacro regenerationis more christorum,
chrismate inungi. De nobis enim ad alienas gẽtes ait propheta in persona do
Psal. 104 mini:Nolite tangere christos meos,& in prophetis meis nolite malignari.

Hæc de origine & varietate nominum Christianorum & Christifideliũ,
breuiter dicta sunto. Nec est vt hoc loco multis agam,quòd Christianos ipse
quondam Iulianus Imp. appellauerit Galilæos,a Christo Iesu qui Galilæus
fuit:quando quidem hæc appellatio non fuerit vniuersalis. Quæ vel ideo re-
tulimus,quoniam non parum multi cum rubore videbantur ea desiderare,
quæ prius ignorabant. Nec interim dubitamus,quin plus sint vtilitatis in re-
cessu habituri,q̃ ista a fronte promittũt. Restat hac modo parte,vt deinceps
compendiaria quoque relatione dicamus, quid & quis vere sit ac dici possit
Christianus.

QVID ET QVIS VERE SIT AC DICI possit Christianus. Cap. VII.

HActenus in ea quæ dicemus,quodam modo præfati sumus,& in aperto
adhuc & velut intra parietes domorum versati:hac uero parte in publi-
cum,deo auspice, progrediemur,vt tanquam in concione stantes aut aliqua
eminentiore specula,totam ciuitatis faciem consideremus:qua rei summa mul
to maxima,cõtineri nõ absq; causa credi potest. Quãdoquidẽ posthac,quid
ac quis vere sit diciq; possit Christianus,qualisq; sit illius potissima profes-
sio,paucis admodum declarabimus. Quanquam fortasse vel ex nomine ipso,
quo toto passim orbe Christiani cognominamur, haud obscure quis agno-
scat,eum esse Christianum,qui vera disciplina,charitate & sanctitate Christũ
referat,quia Christianus vox sit totius virtutis,absolutæq; sanctitatis. Quo
sane pacto,nõ modo qui post Christum natum credere in illum cœpere,sed
& illi qui mox mundo cõdito,vtpote Enoch,Noe,Abraham,Isaac,Iacob,
Dauid,& hoc genus homines religiosi,fidem eius,quẽ nos nunc sequimur,
Christi,

Christi,& huius pietatem ac religionis obseruãtiam, & quidquid deniq; piæ virtutis est,tenuere & obseruauere,Christiani quadãtenus appellari valẽt & fuere. Ita nimirum omnes,qui ab Abrahamo sursum versus vsq; ad primum hominẽ generatiõis ordine cõscribuntur,etiamsi nõ nomine, rebus tamen & religione Christiani fuerunt:estq; ad hunc quidem modum fides & religio Christianorum longe vetustissima, tamen aduentu carnalis præsentiæ Iesu Christi per omnes demum gentes communicata,& omnibus impartita natio nibus. Et hoc est quod alibi Paulus ait: Antequam venisset fides,sub lege cu stodiebamur,conclusi in eam fidem quæ erat reuelanda. Gala.3

Cæterum quo pluribus gratificemur,definimus eum dici ac esse Christia-num,qui baptismo Christi renatus,religionem eiusdem ex animo profitetur & seruat. Sane etsi communi vocabulo Christianus appelletur omnis,qui ba ptismi sacramentum accepit,quãuis digne illo sacramento non viuat,ipsum tamen nomen Christianus,nemini falso,sed vere venit attribuendum,deriua tum a nomine Christus,eum significans,qui nõ secus ad Christum pertinet, atq; seruus ad dominum,discipulus ad magistrum,membrum ad caput. Per tinet autem hoc sane modo ad Christum,qui ei vnitus est per spiritum ipsius. Id quod Apostolus animaduertens, inquit: Qui spiritum Christi non habet, hic nõ est eius. Atq; hoc est,quod definiuimus verũ,nõ falsum,esse Christia-num,qui baptismo renatus,ex animo profitetur Christi religionem,& seruat. Vnde perspicuum fit,verum Christianum,quem noster Catechismus satagit erudire,a religione totum pendere. Profuerit igitur de religione, ceu de cardi ne in quo res ipsa vertitur tota,deinde verba facere. Roma.8

QVID RELIGIO SIT, AC VNDE DI-ci cœperit. Cap. VIII.

RELigio(quam Græci dicunt θεοσεβίαν vel λατρείαν)est quæ superiori naturę, quam vocamus diuinã,cultum cæremoniamq; adfert,deum colere sub-inuitans:sic appellata,q; animas nostras per eam vni deo ad cultum diuinum vinculo seruiendi reconciliatione quadam religamus,a quo ipsi nos peccato velut abruperamus:atq; hanc ob rem religiosi nuncupati, q; vni deo serui-mus & supplicamus. Ad hunc sane modum religiosus erat protoplastus,quã-do ambos filios,quorum pater tum erat,cœli numẽ venerari perdocuit:hũc, quia terræ cultor fuit,frugũ primitias:alterũ,qa pastor erat,agnos & quidqd eximium ex toto grege habuit,deo in holocaustum dare monuit. Gene.4

Nec quidem mirum,quòd mox a condito orbe cœperint homines habe-re religionem: quandoquidem hac sumus conditione geniti,vt generati nos deo iusta & debita obsequia, tanquam summo domino & parenti nostro supremo,præbeamus: hunc solum nouerimus, hunc & solum sequamur,cui pietatis vinculo religati sumus. Ad quos ipse propterea dicit per prophetam: Si ergo pater ego sum,vbi est honor meus? Et si dominus ego sum, vbi est timor meus? Malach.1

Q; SIT OMNIBVS RELIGIO SALVtaris & necessaria. Cap. IX.

QVanquam multis in præsentia religionis commoda recensere fortassis inutile non esset, quia tñ hoc ipsum in præfatione operis mirabilium feci mus, hoc sane loco silebimus: haud aliud subijcientes, quàm religione nihil esse nec sanctius ei qui deum vere colit, nec homini magis propriũ, quia eius sit cura omnibus ingenita gentibus: nec magis necessarium, quoniam sine ipsa nullus oporteat cœtus esse hominum: quando ludibrium sit, quicquid homo cogitet, non consilium, nisi deus præsens sit, volensq; humanis intersit rebus. Religione quidem sublata, nihil homini relinquitur, cur cœlum spectet amplius, cur plus sapere dici possit, quàm mutum animal, vtpote citra quam ipse homo est velut infrenis equus, atq; eo deterior, quia & natura con tumacior q̃ equi, & in vitium multo propensior.

CHRISTIANAM RELIGIONEM CAEteris esse omnibus probatiorem. Cap. X.

IAm vero etsi innumeræ propemodum sint viæ, quæ nomine religionis a mortalibus teruntur, omnium rectissima tamen est, longeq; tutissima censenda, quàm Christus pater religionis, nobis proposuit, nosq; illam verbo & opere docuit, vtpote quæ vel sola ad veri numinis agnitionẽ ducat & aram. Non est igitur vera religio & in deum pietas, a philosophis, nec a Iudæis, nec in confusione paganorum, sed petenda duntaxat a Christo. Ipse enim est, de quo ad nos pater ait: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacuit: ipsum audite: quia via, veritas & vita: quem qui sequitur, non ambulat in tenebris, quum sit lux, illuminans omnem hominem venientem in hunc mundum. Quid multa? Certe solus ipse est, qui doctor e cœlo profectus est, solus certa & salutaria docere potens, quum sit æterna, adeoq; suprema dei optimi sapientia, quin & ipsa veritas, idemq; vnicus humanæ salutis autor, qui solus absolute præstitit, quidquid vnquam docuit, petens exhibere solus quidquid promisit.

Mar.3.17 Mar.1.9 Luc.3 Iohã.14 Iohã.9 Ioh.1 1.Cor.1

Si modo quod vel a Chaldæis, vel ab Aegyptijs, vel ex hoc genus peregrino aliquo est loco importatum, hoc acrius auemus cognoscere, & precij pars est, e longinquo venisse, ac plerunq; in somnijs alicuius homunculi tam anxie distorquemur, non nullo solum fructu, sed magno etiamnum temporis dispendio: quàm debet hoc ipsum nobis esse charum & preciosum & desideratu dignum, quod vt nobis traderet, is qui deus erat ab æterno, factus est homo: qui immortalis, factus est mortalis: qui in corde patris erat, sese demisit in terras? Cuiusmodi non est aliud, quàm vera in deum pietas & religio. Quam profecto rem magnam esse oportet, nec triuialem, quando ipsam tam vndecunque magnus & admirandus autor, post tot excellentium philosophorum familias, post tot insignes prophetas, non ex Chaldæa, non ex Aegypto, sed e summo cœlo docturus aduenerit. Tanti sane illa sacrosancta Christi religio

Iohã.1

ſanctis ſemper eſt hominibus habita, vt propter eam nōnulli ſerra dimidiari, nōnulli voraginibus mergi, nōnulli ignibus conſumi, nōnulli præcipitari, nō nulli truncari, nōnulli lapidibus obrui, nōnulli beſtijs obijci, nōnulli alia hor renda corporis ſupplicia ſubire maluere, q̄ ab eadem Ieſu Chriſti religione vel latum vnguem deflectere: ſequuti nimirum ipſum totius religionis auto rem Ieſum Chriſtū, qui vel longe ante ipſos, nec præcipiti ruina territus, nec terrarum omnium dominatu adduci potuit, vt veram religionem quouis mo do poſthaberet: nempe ſuo docēs & præcepto & exemplo, nō oportere ho minem nec pœna, nec præmio ſubigi, vt a præcepta religione aberret. Quo quidem reſpexere plerique omnes & innumeri pene, qui martyrio ſunt cœlū adepti, de quibus ad Hebræos Apoſtolus.

Heb.11 Luc.4 Matt.4 Marc.1 Luc.4 Heb.11

QVIBVS REBVS VERA CHRISTI RE-ligio conſtet. Cap. XI.

TAmetſi multiplices & ſingulæ propemodum apud ſingulas iam olim fu erint gentes viæ initæ colendi hoc, quod cultu & veneratione dignum ipſæ putarunt, atq; fuerint vix vnquam duæ gentes, quæ eundem ſacrorum ritum probaſſent, aut a maioribus probatum per manus accepiſſent: quin aliæ alia via ingreſſæ, quem ſemel ſortitæ ſunt ſacrorum ritū, hūc, vt omniū optimum longeq; veriſſimum, tueri perſeuerauerūt: ad ipſam tamē Ieſu Chri ſti religionem vnice veram & ſanctam, paucis admodū vijs eſt opus. In qui bus ſi quis recta proceſſerit, vere ſit ille haberiq; debeat Chriſtianus.

Sunt eñ tria duntaxat, quæ (velut ex apoſtolicis ſcriptis intelligimus) in religionis cultu ad deum rite colendum in hominibus perquirūtur: fides vt pote, ſpes & charitas. Quæ vel ideo cæteras, quæ ipſis a deo mortalibus do nantur, omnes dotes multo præcellunt, quoniam in eis vera optimaq; Chri ſti religio cōſtat, deo nos ſola acceptos faciens. Ob q̄ tria ſane, Catechiſmus potiſſimum traditur inuētus & receptus. In fide quidem, quid de deo, quave cauſa in ipſum ſit credēdū: in ſpe, quid de eo ſperādū: in charitate, quid in ipſo ſit amādum, perdocemur: veluti deinceps & poſthac paucis oſtēſuri ſumus.

QVID IVSTIFICATORIA SIT FIDES, ET quur ipſa primas ſibi vendicet in Catechiſmo catho-lico. Cap. XII.

INter recentiores nōnulli, ſuos Catechiſmos a decalogo, qui præcepta cha ritatis erga deū & hominem amplectitur, adeoq; a charitate ipſa inchoa runt: nos vero veteriores illos Theologos, religione plurimum & pietate ce lebres, hoc quidem loco ſequentes, a fide noſtrum Catechiſmum vel proinde auſpicabimur, quoniam ea ſit ſpei & charitatis nō ſolum baſis, ſed & piæ opi nionis filia, & religionis mater: ſine qua nemo placet deo, quātumuis ſpe ab undet & charitate: ſi modo quis ex animo erga illum habere valeat ſpem & charitatem, quem, ſublata fide, neſcit, quum ſola fide deum ſciamus & co gnoſcamus: ſiquidem ignoti (iuxta protritum apud omnes adagiū) nulla pla ne eſt cupido, nec poteſt incognitum vllo pacto diligi. Iam vero quō diligas

Hebr.11 1.Cor.13

deū,

deum,aut de eo bene speres,si ipsum non agnoscis per fidem,qua ille,nec aliter,ad plenum cognosci potest?

Quod iam olim catholica ecclesia spiritu sancto perdocta animaduertēs, hunc hactenus catechizandi ordinem seruandum censuit, vt videlicet primum puer infans ad baptismum relatus per patrinos,haud aliter atque quondam paganus,interrogetur,si abrenunciet diabolo & omnibus perniciosis eius operibus atque fallacibus pompis:vt primum respuat errorem, & sic appropinquet,possitq́ꝫ,iuxta Apostolum, deponere veterem hominem secundum pristinam conuersationem,qui corrumpitur secundum desideria erroris,abnegans impietatem & secularia desideria. Deinde, vt fides illi ostendatur:quam vbi scierit,vereq́ꝫ se credere profiteatur, ad baptismi lauacrum(nō antea)admittatur.

Ephe.4

Hinc merito primas sibi partes in nostro quoque catechismo fides vendicabit,veræ religionis ancora & basis. Fides autem qua iustificamur,& per quam iusti vitam tuentur, alijs pereuntibus, a Græcis πίστις, a Latinis persuasio vocata,non est vulgaris aliqua vel historica credulitas, quum magna sit opus fide in naturæ operibus,& multo adhuc maiore in operibus diuinitatis,cuius natura ministra perhibetur:sed est constans , firmaq́ꝫ animi per spiritum sanctum de dei maiestate , omnipotentia & bonitate, deq́ꝫ illius promissis indubitata persuasio:qua vt verbis eius certam fidem habet,ita & de eius erga se bonitate,omnia sibi indubitato pollicetur,cum demerēdo quoslibet,tam ipsi gratificari,quàm referre gratias impensissime studet.

Quam sane fidei definitionem Paulus ad Hebræos non obscure confirmat,quum definiat fidem esse solidam firmamq́ꝫ basim earum rerum,quæ nec sensibus,nec rationibus humanis deprehendi possunt,sed eas firma fiducia sic repræsentat animo,quasi coram cernerentur,quasi manibus tenerētur: quæq́ꝫ per se videri non possunt,eas persuadet esse certissimas,non argumentis humanis,sed certa in deum autorem fiducia & assensione.

Heb.11

FIDEM VERAM NON HABERI POSSE, nisi dono & adiutorio dei. Cap. XIII.

IPsæ vero res quæ catholicæ sunt fidei , quum sint omnino supra hominis captum & intellectum,tam sunt creditu difficiles,vt eis assensum firmum & certum præbere nequeamus , nisi de ipsis diuina opere erudiamur : siquidem dono dei fides ipsa nobis aduenit,nec potest nisi per auditum,& auditus non nisi per verbum dei, haberi.

Ephe.2
Rom.10

Oportet ergo interiorem causam,hoc est,diuinam gratiam adesse, vt rebus Christianæ fidei prorsus assentiamur:vtcunque tamen non nihil faciat causa exterior, vtpote doctorum ratio,sanctorum persuasio, miraculorum ostensio,exemplorum adductio:non tamen quicquid earum est rerum , roboris obtinet tantum,vt omnino certam nobis fidem facere possit absque deo duce. Qui proinde a nobis orari debet,vt nos de electis esse velit,vt mittat

qui

qui illam doceat,deīcp ſpiritum ſuū,qui cordibus noſtris ita perſuadeat,quo indubitatam eis quæ fidei ſunt,fidem habeamus. Cuius vtiq; cauſa quondā apoſtoli rogantes,dicebāt:Dn̄e,adauge nobis fidē. Ediuerſo, res quæ Chriſtianæ ſunt fidei,tam ſunt certæ & veræ,vt ob certitudinē & veritatē, ſibi fidei nomen ſuo perinde iure vendicauerint,quū alioqui rectius & latinius vocabulo perſuaſionis venirent,vt quod partim vere ſint, partim certo & indubitato fiant,iuxta verbū ſupremę veritatis: Amen dico vobis,donec tranſeat cœlum & terra , iota vnum , aut apex vnus nō præteribit a lege, donec om̄ia fiant. Et rurſus: Cœlum & terra tranſibunt,verba autem mea non p̄teribunt. Ipſum em̄ fidei nomen inde dictum exiſtimant,quia omnino fiat quod eſt dictum aut promiſſum: quoq; fiat illud,quod inter vtroſq; placitū eſt. Vnde bona fide agere dicimus eum,qui citra vllum figmentū,vere atq; diligenter agit quod agendū ſuſcepit. Fide igitur ad deū acceſſuri,in ipſius obſequiū, monitore Paulo,ſuū captiuent intellectū in eis quæ catholicæ ſunt fidei. Ipſa vero quæ ad ſalutem corde ſunt credenda & ore confitenda, apoſtoli iuxta eorum numerum in ſuo ſymbolo(quod eorum creditur eſſe,quoniam plane maieſtatem ac puritatem quandam apoſtolicam præ ſe ferat)duodecim articulis in hunc,qui ſequitur,ordinem,complexi ſunt.

Luc. 17

Matth. 5

Mat. 24

1. Cor. 10

❧AD REVERENDISSIMVM IN CHRISTO PATREM, CLARISS. principē ac dn̄m, Dn. Marcellū Ceruinū, S.R.E. TT.S.Crucis Cardinalem digniſſ. Friderici Nauſeæ Blancicampiani, epiſcopi Viennen̄. in ſecundū catholici Catechiſmi librum, de duodecim catholicæ fidei articulis,

PRAEFATIO.

QVandoquidem Marcelle Ceruine,ſplendidiſſimū totius ordinis Cardinalicij decus & ornamentū,tam nec nouū nec nuper receptum ſit,vt dicato alicui vel patrocinij vel iudicij vel obſeuātiæ, vel ſyncerioris cuiuſdam dilectionis,vel hoc genus rei cauſa opere quopiam,pars dein eiuſdē operis aliqua ſeorſum dicari quoq; ſoleat alteri,(manente tamen interea priore dedicatione illæſa)vt vix vnum vel alterum reperiatur delubrum,quod nō primum Deo Opt. Max. deindeq; diuis illius pariter electis,aut quodlibet eius etiamnum altare dicatum ſit alteri: factū eſt, vt quum nuper meos in catholicum Catechiſmum libros, in vniuerſum S. D. N. Paulo III. Pontifici Maximo, reuerendiſſimiſq; illius ac S. R. E. Cardinalibus vnā dedicaſſem, continuo deinde primum eiuſdem catholici

Cate-

catechiſmi librum de prælud(ijs in ipſum, vel ideo reuerendiſſ. Cardinalibus, Dn.Petro Paulo Pariſio, D.Reginaldo Polo,D.Iohanni Morano,ſeorſum dedicauerim,quia videbatur admodum congruere, vt præluſores præcurſoresq; conuentus œcumenici,propter catholicam religionem paulo maturius reparandam & conſeruandam Tridenti nuper indicti, haberent, quibus ad opus tam graue q̃ ſanctum grauiter ſancteq; ad eam ipſam ſacroſanctæ noſtræ religionis inſtaurationem & reparationem præluderent & præirent.

Quum enim,quod Caius iuriſcõſultus haud ineleganter dixit, in foro cauſas dicentibus nefas videri ſoleat, nulla præfatione facta, iudici rem exponere,quanto magis operam ſuam in rem multo grauiſſimam & ſanctiſſimam promittentibus inconueniens fuerit,illotis(vt dici conſueuit) manibus accedere? Id quod ſi vſu venire ſeruariq; ſolet in artibus & ſcientijs à religione noſtra prorſus alienis,& omnino prophanis,quanto magis vſu non tantum venire ſoleat,ſed etiam vt veniat maxime neceſſarium ſit in rebus ad omnia ſacris & abditis? Cuiuſmodi quis eſſe dubitat,quæ catholicę ſunt catecheſeos, in quibus ſine præuio & mõſtrante ſemitã,niſi qui prorſus ſit πολυΐστωρ,quenquam nec feliciter ingredi, nec conuerſari poſſe crediderim.

Quid autẽ,obſecro,fide noſtra catholica poſſit eſſe vel abſtruſius,vel ſublimius,quia non poſſit humana tantum induſtria,ſed dei potius dono ſingulari comparari,quum ſit ipſa,Paulo definitore,ſolida firmaq; baſis earum rerum,quæ nec ſenſibus,nec rationibus humanis, nec vllis argumentis deprehendi queũt? Ea deinde quid arbitramur ſanctius eſſe,quę ſola ſit, qua ſic hominum corda purgantur, vt Deum opt.max. ſanctum ſanctorum, donec in terra degimus,quaſi quodam ſpeculo,quantumuis procul cernunt? Quid vero demum hac ipſa fide catholica magis vel vtile, vel omnino magis neceſſarium,quando ſola ſit,quę nos deo probatos charosq; reddat, neq; nos ſolũ, verum ſi quis ab orbe condito repetat,certo repetiet maiores noſtros omnes, & quotquot pie nos anteceſſerunt,quorum memoria celebris eſt,ob laudem pietatis & fidei commendatione potiſſimum quod aſſequuti ſunt,promeruiſſe? Atq; hinc eſt,quod poſt præludia in ipſum noſtrum catechiſmũ primas ſtatim partim dederim duodecim fidei catholicæ articulis, tanquam rebus altiſſimis.In quibus fidei catholicæ fundamentum,ſuper quod ædificium Eccleſiæ ſurrexit,conſtructum manibus apoſtolorum ac prophetarum continetur,idq; tam mira quadam breuitate,perſpicuitateq; ſermonis,vt de hac ipſa ſumma diuini dogmatis Eſaias haud immerito prędixiſſe videri queat, quia faciet,inquiens,dominus verbum breuiatum ſuper terram. Quam quidem et ipſe breuitatem tueri deſiderans,in noſtra catecheſi duodecim ſimul fidei articulos ita declaro,vt ipſos in tres ſummatim partes diuidi poſſe quilibet haud obſcure ſit intellecturus. Quarum prima patri,ſecunda filio, tertia ſpirituiſancto deputatur,ita nimirum,vt in ſingulas perſonas nos credere profiteamur, ac diuinitatis vnitatem & parem potentiam cõteſtemur. Siquidem pares ſint oportet,ad & per omnia,in quos par fiducia collocari debet,quemadmodum fuſius q̃ hoc loco,pridem ſcripturis & rationibus in libro noſtrorum in ſymbolũ

bolum Apostolicum catholicorum cōmonstraui,cōmonstraturus hoc secun do libro nostræ catecheseos vtī breuius,ita quoq; paulo notabilius.

Quidquid autem huius mei laboris est, tibi tamen ex ratiōe q; ex merito con secraui. Quandoquidem quadrare vehementer videbatur, quod ei qui post summum pontificem, adeoq; præcipuum catholicæ nostræ religionis antistī tem & adsertorem,primas facile tenet,eam eiusdem religionis partem dedica rem,quæ sine controuersia partium catholicæ religionis esset multo prima:ni mirum fides ipsa catholica:suo perinde iure sibi primas vsqueadeo nostræ re ligionis partes,vt paulo testatus sum,vendicās,vt sine ipsa non possit vlla cæ terarum religionis partium sibi quoquo modo vel constare, vel nomenclatu ram habere vllam,vtpote quod ipsa fides ea sit totius religiōis basis, cui vel ut vnico fundamento cæteræ partes vniuersæ innituntur. Deinde quoque ne cessario videbar dedicaturus tibi potiorem nostri de sancta religione labo ris partē,quia cōpertum habebā,sic inter primos,q nouissimis ijsce tēporibus instaurandæ catholicæ religioni laborant,esse te primum,qui Paulo III.pon tifici maximo,sapientia,iudicio,doctrina,authoritate,fide,diligentia,cura & modis hoc genus omibus adesses,vt ille in tot rebus catholicę religionis ad ministrandis tibi meritissimo inter tot splendidissima ordinis cardinalicij lu mina penes se primas tribuisset:nimirum non ignarus,quāta esses præter enu meratas animi tui dotes & virtutes,mira vitæ sobrietate, summa ingenij de xteritate, animo prorsus impigro, & ab omni pariter ocio abhorrente. Nec interim nescius,quàm magnus tibi rerum esset vsus, qui summa cum laude tua, nec infeliciter, grauissimis legationibus,maximisq; regum & regni ne gocijs ita functus es,vt merito possis inter magnos haberi facile maximus. Accedit, quod etsi tantus omnium sis iudicio,tam singulari tamen polles mo destia, vt magnitudinem ipse tuam non agnoscas.

Atque hinc fieri solet,vt etiamsi præfulgeas inter tot clarissima lumina, sic tamē integritate morum elucescis & emines,vt alijs tenebras nequaquam of fundas,sed vti per se claris & illustribus,plurimum lucis addas & decoris.

Habes igitur Amplissime pater,huius meę dedicationis rationem alteram. Cui succedit tertia,mihi plane peculiaris, ob quā quidquid hoc est operæ po tioris,Reuerendissimæ tuæ Amplitudini dicaui:quandoquidem tam pridem nullis meis omnino meritis potior cœperas esse patronus, & continuis in vi nea domini Sabbaoth meis pro Christiana republica conatibus, studijs, la boribus & sudoribus Mecœnas cæteris liberalior,vt ipse tuo nimirum iure non tantum solus quidquid huius est in hoc libro nostræ lucubrationis se cundo, sed vniuersum quoque studij mei sacratioris prouentū, imo meipsum pariter, quantusquantus sum, vendicare possis ac debeas, & vti velis, ma gnopere flagito. Satis enim superq; satis intelligo, Pater Amplissime,quan tum tibi per omnia debeo, qui tantum mihi pridem nec a facie tum noto, nec de te, patrono videlicet benefactoreq; optimo, quidquam bene merito, fauo

fauoris, humanitatis, beneuolentię, liberalitatis, ex finibus etiam longinquis, preter etiam omnem meam expectationem ita pręstiteris, vt pro tot ac tantis tuis in me beneficijs & officijs, facilius habeam & agam gratias, q̄ relaturus sim vnq̄. Quanuis vt aliqua ex parte quādocq; referā, & aliqua grati animi significatione respōdeam, sic nullo non tēpore & loco manibus & pedibus admitar, vt vel ipse palā sis intellecturus, mihi pter vires & facultates defuisse nihil. Atq; nimirū mihi vitā nō optauerim lōgiorem, q̄ q̄ posteritati consectrandis Marcelli Ceruini Cardinalis amplissi. diuinis virtutibus & meritis aliquo modo sit suffectura. Quod modo reliquū est, Reuerēdiss. amplitudinē tuam latere nolim, de Paulo videlicet III. pontifice vere opt. & max. cœptum esse hic spargi rumorē, quem modis omībus cupiā esse vanum, prout ego vanum crediderim. Siquidē sacrosāncta illius beatitudo multis nunc annis in me peculiari quodā animi fauore propensa fuerit. Si tamen Iesu Christo opt. visum est, suum in terris vicariū ad beatiorem tranquilliorēq; vitā euocare, precor ac vehemēter opto, vt dei benignitate & gratia nobis cōtingat aliquis tui simillimus, si modo tui similior esse potest q̄ es ipse tui, aut nisi malles, si per ętatem liceret, tuo habere loco Reuerēdiss. & illustriss. principē ac dn̄. dn̄. Alexandrū a Farnesio S. R. E. cardinalē & vicecancellariū digniss. & absolutiss. Qui me sic hactenus etiā absentē, & de facie nōdū facile notum, amore complexus est, sic ornauit authoritatē, sic benignitate fouit, summatim sic vbique mirum quendā præstitit Mecœnatē, vt si pater esset, haud indulgentius: si frater, haud potuisset amātius. Atq; ideo factū est, vt ego illius amplitudini tertium nostri catechismi de septē catholicæ ecclesiæ sacramentis in argumentū saltē animi mei gratitudinis inscripserim, qui alioquin dignus apud me est, vt a me nulla prodeat pagina, quæ non habere debeat illius præconiū. Etsi autē singularis illius modestia minime postulet hoc ipsum, debetur tamē maximis ipsi⁹ in me beneficijs pariter & meritis, & Christiani orbis interest, vt tam vndiq; laudati præsulis exemplum in posteros transmittatur. Ad quod equidē totis semper viribus cōnabor, donec hosce spiritus rexerit artus. Interea Christus opt. max. illum & tuam celsitudinē religioni suæ catholicæ reparandæ, propagandæ, conseruandæq; feliciter cōseruet incolumē. Viennę Austriæ. XV. calendas Ianuarias. Anno a Christo nato M. D. XLII.

FRIDERICI NAVSEAE

BLANCICAMPIANI, EPISCOPI VIENnensis, inuictissimi Cæsaris &c. Ferdinandi a sacris studijs & consilijs, De duodecim Christianæ catholicęq; fidei Articulis, Liber II.

Credo

CRedo in deum patrem omnipotētem, creatorem cœli & terræ. Et in Iesum Christum filium eius vnicum, dominum nostrū: Qui conceptus est de spiritu sancto, natus ex Maria virgine: Passus sub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus, & sepultus: Descendit ad inferna, tertia die resurrexit a mortuis: Ascendit ad cœlos, sedet ad dexterā dei patris omnipotentis: Inde venturus est iudicare viuos & mortuos. Credo in spiritum sanctū: Sanctam ecclesiam catholicā, sanctorum communionem: Remissionem peccatorum: Carnis resurrectionem: Et vitam æternam. Amen.

PRIMVS ARTICVLVS, PETRI.

Credo in deum patrem omnipotentem, creatorem cœli & terræ.

DECLARATIO ARTICVLI, ET EIVSdem per scripturas confirmatio.

CHristiana nimirū pietas hunc primū fidei articulū credens, haud parum multa quæ dei sunt, credit. Primo quidem profitetur se credere

IN DEVM, hoc est, Deum esse & eum, a quo ipsa & totum quod habet, omnino pendeat. Et quidem credit in ipsum singulariter, vtpote deum esse vnū, non plures, iuxta scripturam dicentem: Audi Israel, dominus deus tuus, deus vnus est. (Deut.6) Et secundum aliam quæ habet: Vnus est deus, vna fides, vnū baptisma. (Ephe.4) contra gentes impias, quæ per humani generis hostem seductæ, falso crediderunt deos esse plures, quū propheta teste, non dij, sed dæmonia & opera manuū hominū, (Psal.95) in quibus illa nequiter subdoleq; latuerunt, fuerint. Secundo Christiana pietas profitetur se credere in deum

PATREM, id est, Deum in quē credit, & vnde quicquid vbiq; est, pendet, esse patrem nostri omniū, autoritate scripturæ, dicentis in persona eiusdē patris: Quia factus sum Israeli pater. (Hier.31) Et autoritate alterius scripturæ, dicētis: Nunquid non vnus pater omniū nostri? (Malach.2) Et Paulina tuba: Vnus est, inquit, deus & pater omniū. (Ephe.4) Id quod veritas ipsa confirmat, inquiens: Vnus est pater vester, qui in cœlis est. (Matth.23) Sed quare deus est pater? Pater est, responde, quia nos creauit & fecit, scriptura dicente: Nonne ipse est pater tuus, qui te possidet, fecit & creauit? (Deut.32) Pater, quia nos adeoq; omnia in cœlo & terra gubernat, scriptura dicēte: Tua aūt pater prouidētia cuncta ab initio gubernat. (Sap.14) Pater, quia nos in filios suos, mediatore Christo, gratiose adoptauit, Paulo scribēte ad Romanos: (Roma.8) Gratia vobis & pax a deo patre, qui prædestinauit nos in adoptionem filiorū. (Ephe.1) Pater, quia regenerauit nos lauacro renouationis spiritus sancti, (Tit.3) Petro dicēte: Benedictus deus & pater domini nostri Iesu Christi, qui regenerauit nos in spem viuam. (1.Petr.1) Pater, quia fide nos genuit, vt in hæc verba Iacobus attestatur: Voluntarie sine meritis nostris regenerauit nos in verbo veritatis. i. fidei, (Iaco.4) vtpote quibus potestatē dedit filios fieri suos, qui credimus in nomine Iesu filij sui, (Ioha.1) ob quem & ipse pater dicitur, quoniam æterna ineffa-

Esa. 53 biliq; generatione illum mundi redemptorem sibi genuerit, vti secundus ex ordine articulus ostendet.

Atq; ideo Christiana pietas in verbo Patrem, profitetur diuinarum personarum Trinitatem in vnitate diuinitatis. Siquidem prima in Trinitate superbenedicta persona, est pater, non tempore, sed autoritate & proprietate, idem ad omnia cum filio & spiritu sancto, & ediuerso: velut & aliæ posthac

1.Ioh.5 personæ explicabuntur, iuxta scripturam dicentem: Tres sunt qui testimoniũ dant in cœlo: pater, verbum, & spiritus sanctus: & hi tres vnum sunt. contra obstinatos Iudæos, & quosdam nuper enatos hæreticos, haud attendentes distinctionem personalem patris & filij, negantesq; Trinitatem in diuinis. Tertio profitetur Christiana pietas, deum in quem credit,

OMNIPOTENTEM, id est, deum patrem esse qui omnia possit,

Gene.17 Exod.15 Eccl.43 iuxta eundem dicentem: Ego dominus omnipotens. Et scriptura: Dominus, inquit, quasi vir pugnator: omnipotens, nomen eius. Et alia scriptura: Ipse

Luc.1 omnipotens super omnia opera eius. Et angelus ad Mariã: Non erit, inquit, impossibile apud deum omne verbũ. Hinc ad ipsum Iob: Scio, inquit, quia

Iob.19 potes omnia, nec est qui tibi tuæq; possit voluntati resistere. Quarto profitetur, deum patrem non modo esse omnipotentem, sed &

CREATOREM COELI ET TERRAE, hoc est, ipsum esse vel solũ, qui ex nihilo condidit tam corporea q̃ incorporea, tam visibilia

Gene.1 q̃ inuisibilia, iuxta scripturam dicentem: In principio fecit deus cœlum & ter

Psal.145 ram. Et propheta: Beatus, inquit, cuius deus Iacob adiutor eius, spes eius in domino deo ipsius, qui fecit cœlum & terram, mare & omnia quæ in eis sunt. Et Apostolus: In ipso, inquit, condita sunt vniuersa in cœlis & in terra, visibilia & inuisibilia. contra Platonem, Aristotelem, Plinium, & id genus infideles philosophos, qui crediderunt mundum cum deo coæternum. Et contra Manichæos, qui crediderunt visibilia, sensibilia, corporeaq; a dæmone tenebrarum principe esse producta. contra quos scribit Apostolus, quo-

Roma.1 niam veritatem dei commutauerint in mendacium, & coluerint & seruierint creaturæ potius q̃ creatori, qui est benedictus in secula. Siquidem appellatione cœli, veniunt incorporea & inuisibilia: terræ vero appellatione, corporea & visibilia: vocabulo autem creatoris, venit qui ex nihilo aliquid producit. Quod solus deus potest.

Hic autem monendi sunt diligenter homines, vt ex animo cogitent, quantum debeant timoris, honoris & amoris, tanto taliq; patri ac domino, vnde sunt, & quo duce manent & conseruantur, sine quo nec sint nec esse possint, vnde habent quicquid sunt & habent, qui & ad eorum vsum & commodum cœlos & terras, & quicquid vtrobiq; continetur, abunde, sapienter, copioseq;, sola bonitate, sine ipsorũ meritis creauit, deditq;, quotidieq; dat & creat, quemadmodũ pius homo facile sentiet ex summaria huius articuli circunscriptione, quam ipsi Paraphrasim vocamus, quod ipse credens, per eam non literam ex litera, sed sensum e sensu interpretatur, transfert & circunscribit. Dicat proinde summa fide in hunc modum fidelis homo:

PARA-

PARAPHRASIS.

IN deum patrem &c. ita credo, vt in & a quo totus pēdeo, & omne quod sum & habeo, qui est deus solus, vnus, æternus, a quo cœlum & terra, & quicquid in cœlo & in terra cōtinetur, ex nihilo, & solo quidē verbo, creatū est. Ipse solus natura bonus & iustus, & in quo quicquid vsquā boni est, deriuatur & continetur, in quo vel solo cuncta in cœlo & terra nobiscū sunt, viuunt & mouentur: sine quo nihil, & in quo omnia possumus, in quē solū confido, & vnde mihi sit omnis salus & virtus: quo mecū, nemo contra me esse potest, vt cui nemo possit resistere, penes quē vitę est atq; mortis potestas, cūcta deniq; ex arbitrio & sapiēter regēs. Hinc abiurādo nihil esse crediderim vel idololatriā vel nigromantiā, vel quicqd hoc est humanæ & diabolicæ inuentionis, vt q̄d eatenus possit, q̄tenus illi a deo meo (cuius nutu cūcta recte gerunt) p̄mitti solet. Cuius diuinæ volūtati, quicqd sum aut habeo, futurus aut habiturus, cōmitto: q quicqd mecū agit, recte ac sapiēter agi crediderim.

SECVNDVS ARTICV. S. ANDREAE.

Et in Iesum Christum, filium dei vnicum, dominum nostrum.

DECLARATIO ET CONFIRMATIO.

HOc statim articulo Christiana pietas profitetur secundā in superbenedicta Trinitate personā, vtpote filium, in quem credit nō secus atq; in deū & hominem, deo patri ad omnia parem. Id quod verba articuli ex ordine satis euidenter arguunt. Quum enim profitetur se credere

IN IESVM, fatetur in ipsum se credere, vt in saluatorem nostrū, q populum suū, hoc est, nos in eum credentes, a peccatis saluū fecerit ac faciat. Si quidem Iesus est saluator, qualis præter deum non potest esse alius, ipso de se ipso dicente: Saluator non est præter me. Et Apostolus: Christus, inquit, caput est ecclesiæ. ipse saluator corporis eius. Qualem ipsum fore nunciauit angelus pastoribus, dicens: Natus est vobis hodie saluator, qui est Christus dominus in ciuitate Dauid. Ab ipso proinde tanq̄ a fonte totius salutis, omnis est petenda salus, quū solus nostra sit salus. Credens autem in

Matth. 1. Osee. 13 Tit. 3. Luce. 2

CHRISTVM, fatetur deinde simul Iesum esse hominē verū, æque vt deum: quādoquidem ipse non vt deus, sed vt homo, vnctus est (quod signat vox Christus) præ consortibus ipsius: quemadmodum superiore loco diximus, contra Iudæos plus nimio obcæcatos, qui Messiam suum adhuc expectant futurum, qui dudum venit, Andrea post Iohānem baptistam testante, quum ait: Inuenimus Messiam. Quid multa? Christum esse Messiam nomine & re ipsa, venisseq; ipsum, veritas testatur, dicens ad Samaritidem mulierem: Ego sum Messias, qui tecum loquor. Adde q hoc ipsum series totius euangelij doceat, agat & obfirmet. Sequentibus vero verbis,

Psal. 44. Iohā. 1. Iohā. 4

FILIVM DEI VNICVM, profitetur Christiana pietas primo ipsum Christum Iesum, esse naturalem & ad omnia consubstantialem dei patris filium. generatione ineloquibili solum ex substantia patris esse genitum,

Esa. 53

nec vti nos, filium illius esse vel nuncupatione, vel participatione, vel adoptione, vel gratia, sed plane naturalem, iuxta deum patrem, ad ipsum filium Iesum dicentem: Filius meus es tu, ego hodie genui te. Et rursus ad eundem: Ex vtero ante luciferum genui te. Idem de eodem ad populum circunstantem, ex nube ait: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui: ipsum audite. Et hoc est q̃d Euangelista dicit: Et vidimus gloriã eius, gloriã quasi vnigeniti a patre: plenum gratia & veritate. Et haud multo post: Vnigenitus, inquit, qui in sinu patris est, ipse enarrauit. Contra Arrianos, Nestorianos, Eutychianos, Acephalos, & id genus alios impios hæreticos, quorum nonnulli dicunt Christum non natura, sed gratia esse deum: & prophetam fuisse potius, q̃ deum, aut naturalem dei filium: nec deo patri coæternũ, sed tempore posteriorem.

Psal.2 Psal.109 Matth.3 Matt.17 Marc.9. Luc.9 Iohan.1.

Deinde per verbum, vnicum filium, credit Iesum Christũ esse non duos, sed vnum & eundem esse filium in duabus, vtpote diuina & humana, naturis, iuxta ipsum ad Nicodemum dicentem: Nemo ascendit in cœlum, nisi qui descendit de cœlo, filius hominis qui est in cœlo. Quod & symbolũ Athanasij nõ silet. cõtra Nestorianos, qui duos dixerũt esse filios, separãdo naturas: contraq; Sabellianos, qui patrẽ & filium crediderunt vnã esse personam.

Iohã.3.

DOMINVM NOSTRVM. Hoc verbo credit, Iesum Christũ dei patris filium, idem habere cum patre rerum omnium dominium, & æque dominũ esse atq; ipsum patrem, iuxta prophetã dicentem: Dixit dñs domino meo, sede a dextris meis. Ipse quoq; de se Christus: Data est mihi, inquit, omnis potestas in cœlo & in terra. Et alibi: Vocatis me, dñe & magister, & bene dicitis. Sum etenim. Siquidẽ ipse est dñs ille fortis & potens in prælio, qui non aliter atq; dominus, nos seruos ex seruitute diabolica & lege tyrannica, nullo nec auro, nec argento, sed precioso sanguine suo sic redemit & restituit, vt interim per cuncta secula nos regat, gubernet sua iustitia, sapientia, potestate, vita & beatitudine, ceu dñs dominantiũ sua mancipia. Vnde Paulus de eo: Vnus, inquit, dñs Iesus Christus, per quẽ omnia, & nos per ipsum. cõtra impios Arrianos, ponẽtes inæqualitatem personarũ, oblatrantes filiũ perfectione & autoritate minorem esse patre. Id quod tamen verũ non est, ipso dicente: Ego & pater vnum sumus: nisi intuitu humanitatis adsumptę, qua se vti seruum exinaniuit ob nostram salutem. Qua nimirum ratione idẽ alias ait: Pater maior me est.

Psal.109 Matt.vl. Iohã.13. Luc.11 Psal.23 1.Petr.1. 1.Cor.8 Iohã.10 Phil.2 Iohã.14

PARAPHRASIS.

Aeque vt in patrem, credo in Iesum Christum, vnigenitum eius ab æterno filium, q; sit & vnicus dominus & saluator, redemptorq; noster, idemq; verus Messias, qui ex patre ante omnia secula natus est, deus de deo, lumen de lumine, deus verus de deo vero genitus, non factus, ad omnia patri consubstantialis, per quem cum patre omnia facta sunt, vt illi omnes subscribunt scripturæ & prophetæ.

TERTIVS ARTICV. S. IACOBI.

Qui conceptus est de spiritu sancto, natus ex Maria virgine.

DECLARATIO ET CONFIRMATIO.

PRæsenti nimirum articulo & subsequentibus vsq; ad octauū, Christiana pietas credit quæ ad Iesu Christi pertinent humanitatem, naturamq; humanam ab ipso assumptam. Primo quidem per verbum,

QVI CONCEPTVS EST DE SPIRITV SANCTO, credit eundem dominum nostrū Iesum Christum, dei patris ab æterno filium, propter nos propterq; nostrā salutem e cœlo descendisse, & in vtero virginis Mariæ non naturaliter, nec ex virili semine, sed diuinitus stupente natura, spiritus sancti operatione conceptum, & carnem esse factum, de patre venientem, & tamen non recedentem, qui maiestate omnia complet, iuxta Esaiam dicentem: Ecce virgo concipiet. Quod & angelus affirmans, ad virginem ait: Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi. Idem postea ad Ioseph inquit: Quod in ea natum est, de spiritu sancto est. Quod sane mysterium in virgine præter prophetarū oracula, dudū fuerat Mosi monstratū in rubo & igne, Aaroni in virga & flore, Gedeoni in vellere & rore: contra Hebionitas, qui Christū ex nuptiali coitu conceptum impie blaterarūt, cū impio Iudæo, de quo in cōfusionē perpetuā ait Ecclesia: Erubescat Iudæus infelix, qui dicit Christū de Ioseph semine esse natū. Contra quoq; Marcionistas, Origenistas, Eutychianos, q falso crediderūt, Christū carnē e cœlo secū attulisse, & nō ex virginis corpore traxisse. Cōtra Valentinianos & Marcianos, q crediderūt ipsum in phantasia, id est, absq; veritate conceptū, nec carnem ex carne sumpsisse: quū tamen Euangelista dicat, Et verbum caro factum est. i. conceptum in vtero virginis. Quod vero deinceps humana pietas credit, dicens:

Esa. 7.

Luc. 1.

Matth. 1

Exo. 3

Nume. 17

Iudi. 6

Iohan. 1

NATVS EX MARIA VIRGINE: certe hoc ipsa verbo credit Christū, dn̄m, dei vnigenitū, non solū in vtero virginis operatione sp̄us sancti esse natū, sed & illæsa virginitate sic ex vtero virginis, veræ matris, de qua materiā corporis sumpsit, absq; dolore natum prodijsse, vt ipsa manserit ante & post partū inuiolata, iuxta Euangelistā dicentē: Et peperit filiū suum primogenitū, posuitq; in p̄sepio. Id quod dudum p̄dixerat Esaias, canēs: Ecce virgo cōcipiet & pariet filiū. Atq; hoc ipsum plus q̄ aperto, porta Ezechielis cōmonstrat: cōtra Valentinianos, q negarunt Christū aliqd corporis ex virgine sumpsisse, sed per eā quasi per fistulā transijsse: quū tamen constet ex verbis Euangelistæ & symboli hac quidē parte apostolici, vno eodemq; momento virtute sp̄us sancti carnē ex virgine assumptā, a reliqua carne virginis fuisse segregatam, animatamq; anima rationali, & deitatē ei ineffabiliter vnitā, ita vt in momēto Christus fuerit verus deus & homo, angelo ad virginē dicente: Ideoq; & quod nascetur ex te sanctū, vocabitur filius dei. Cōtra hæreticos, & maxime Nestorianos, q negāt sacrosanctā virginē dei, sed hominis tantummodo, fuisse genitricē, vt aliā personā carnis, aliā facerēt deitatis, Christūq; verū deum esse negarēt. Ad quorū vesanā hæresim explodēdā, decreuit vnanimi sententia synodus illa celeberrima, eademq; tertia, atq;

Luc. 2.

Esa. 9

Ezech. 44

Luc. 1

inter

inter quatuor primas sacrosanctas patrũ cõciones, tertio loco apud Ephesum sub Cælestino primo, & Theodosio iuniore Rom. Imp. in consessu ac cœtu CC. patrũ, circa annũ dñi CCCC.XXIIII. ꝙ diua virgo deinceps Theotocos, hoc est, dei genitrix siue deipara mater appellaret. Quã quidem sententiã corroborauit deinde & approbauit quinta synodus, habita tẽporibus Vigilij Max. Pont. Anno sal. DL. Cõstãtinopoli, cõtra repullulantẽ ipsius Nestoris hæresim, maximeꝗ cõtra Theodorũ & eius adstipulatores, Nestorij sectatores, q affirmabãt, diuã virginẽ duntaxat hominẽ, nõ etiã deũ & hominẽ, peperisse. Itemꝗ cõtra eos facit hic articulus, q negãt virginẽ Mariã, cœli misericordiæꝗ reginã dici ac esse, quũ tñ cõstet, ꝙ vera mater & virgo, vere de sua carne spũs sancti operatione verũ deũ & verũ cœli & terræ, adeoꝗ totius misericordiæ regẽ conceperit & genuerit. Itemꝗ cõtra Hebionitas & Heluidianos veteres & nouos, q dicũt deiparã virginẽ plures peperisse filios præter Christũ, veluti sonare vident̃ quædã scripturæ loca de fratribus Iesu, non tñ vterinis: quũ plus q̃ euidẽter colliqueat, deiparã virginẽ semper extitisse portã Ezechielis clausam, & soli Chro peruiã. Vere igit̃ ac recte catholica ecclesia adfatur lætabũda deiparã virginẽ, dicẽs: Gaude Maria virgo, cunctas hæreses sola interemisti, quæ Gabrielis archãgeli dictis credidisti, dum virgo deum & hominem genuisti, & post partum virgo inuiolata permansisti. Id quod prophetarum carmina, Sibyllarum voces, Ethnicorũ oracula tam manifesto prædixerunt euentu, vt in nouo & incredibili pene mysterio, cuius ne humana quidem mens est capax, nihil sit eorum quæ fide continentur, cui libentius alioqui pietas accedat humana.

Marc. 3. Luc. 8. Ioh. 7. Ezec. 44

PARAPHRASIS.

CRedo etiamnum, ꝙ idem dñs noster Iesus Christus, dei vnigenitus, ex sola sua pietate & patris misericordia, sine nostris meritis, vnius alioqui cũ patre diuinitatis & maiestatis, propter nos homines, mortis olim reos, filiosꝗ iræ factos, propterꝗ nostrã salutẽ ineffabiliter e cœlo descẽdit, & de spũ sancto solo ex Maria virgine perpetua, virginitate illæsa, sine virili semine supra naturã cõceptus & incarnatus est: deindeꝗ debito tpe ex ea dẽ virgine citra eius virginitatis incõmodũ, sineꝗ dolore verus homo natus, vt iuxta paternã misericordiã, nostrã terrenã natiuitatẽ purificaret atꝗ benediceret.

QVARTVS ARTICV. S. IOHANNIS.

Passus sub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus, & sepultus.

DECLARATIO ET CONFIRMATIO.

IN hoc sane articulo confitetur Christiana pietas, secundũ Christianæ humanitatis Iesu Christi sacramentũ, q̃d est ipsius innocẽtissima passio. Primũ quidẽ hac sua confessione ad maiorẽ rei fidẽ, exprimit eiusdem passionis tempus, quoniã passus sit tẽpore quo Pilatus, cognomẽto Pontius, sub Tiberio Cæsare Iudæã gubernauit, iuxta verbũ dei patris, qui (Petro teste) prænũciauit per os omnium prophetarũ, pati Christũ suum. Ipse quidẽ, inquit Paulus, vt sanctificaret per suum sanguinem populum, extra portam passus est.

Luc. 2. Acto. 2. Esa. 53 Hebr. 13

Secun

Secundo subinsinuat formam passionis, quoniam credit ipsum post multas passiones crucifixũ, vt & ipse sæpenumero prædixit, morte vtpote iuxta scripturã adeo turpi condemnatum, vt olim maledictus haberetur, qui in ligno penderet: vt videlicet nos, ob peccatũ maledictos, suo maledicto, hoc est, crucis, ad salutẽ benediceret. Crucis aũt passionẽ dudũ prædixerat hisce verbis Esaias: Ipse aũt vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra. Quã etiam suæ passionis formã ipsemet expressit, per prophetam dicens: Foderunt manus meas & pedes meos, & dinumerauerunt omnia ossa mea. Hinc Paulus ait se prædicare Christum crucifixum. Tertia confessione sua notat passionis finem, qui fuit mors, quoniam in cruce vere mortuus fuerit, iuxta prophetam dicentem: Domini domini fuit exitus mortis. Quod & Apostolus confirmat, inquiens: Qui humiliauit semetipsum, factus obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis. Contra Apollinaristas & alios, qui dixerunt Christum carne & sensu caruisse, vel certe carnẽ ipsam in naturam deitatis transijsse: proptereaq; ipsum fuisse impassibilem, quum tamen ipsemet de suæ mortis & passionis acerbitate per prophetam supra q̃ dici potest, conqueratur, dicens: O vos omnes qui transitis per viam, attendite & videte, si est dolor sicut dolor meus. Postremo mortis veritatem assignat, credẽs ipsum sepultũ, sed nõ corruptũ, iuxta ipsum per os prophetæ dicentẽ: Insup & caro mea requiescet in spe. Nec dabis sanctũ tuũ videre corruptionẽ. Quid, ꝙ & ipse modũ suæ sepulturæ dudũ per prophetã expresserit, inquiẽs: Mortificauerũt in lacu vitã meã, & posuerũt lapidẽ sup me. Atq; ideo alius propheta prædixit, sepulchrũ eius fore gloriosum. Atqui opus nõ est, plura huc cõgerere testimonia pro hoc Iesu Christi passionis sacramento obfirmando, quũ nullus ferme sit locus tam in veteri q̃ nouo instrumento, qui idipsum non confirmet, testibus omni exceptione maioribus.

Marginal references: Matth.20; Mar.10; Luc.18; Sa.u2; De.c.21; Gal.3; Esa.53; Psal.21; 1.Cor.1.; Psal.67.; Phil.2; Thren.1.; Psal.15; Acto.2; Thren.3.; Esa.11.

PARAPHRASIS.

CRedo ꝙ idẽ dñs noster Iesus Christus dei filius, trigintatribus in summo pro nobis labore annis cõpletis, exhibitis per ipsum totius salutis documentis & scientijs, turpissimã mortẽ crucis innocenter subierit: vt sic mortem nostrã moriendo destrueret, atq; ipsi deinde in nouitate vitæ ambularemus.

Marginal references: Matth.27; Marc.15; Luc.23; Iohã.19

QVINTVS ARTIC. S. PHILIPPI.

Descendit ad inferna, tertia die resurrexit a mortuis.

DECLARATIO ET CONFIRMATIO.

HIsce nimirum verbis homo fidelis tertium humanitatis Iesu Christi, vtpote descensus ad inferos, & resurrectionis a morte, mysterium confitetur, duo credens. Primo quidem, ipsum dñm in cruce defunctum, ad inferna descẽdisse, scilicet in anima duntaxat deitate vnita, cuius in sepulchro corpus requieuit: nẽpe vt hoc suo descẽsu redimeret inibi detẽtos, iuxta prophetam ad ipsum dicentẽ: Tu quoq; in sanguine testamẽti tui, emisisti vinctos tuos de lacu, in quo nõ est aqua. Id q̃d ipse dudũ se facturũ promiserat, p prophetã

Marginal reference: Zacha.9

Osee.13 dicens: De manu mortis liberabo eos, de morte redimam eos. Ero mors tua
1.Cor.15 o mors, morsus tuus ero inferne: quandoquidem ipse illic, tanquam euangelicus
Heb.2 ille fortior, fortem ligauit, & eius vasa diripuit, spolia diuisit, captiuamque du
Luc.11 xit captiuitatem. Quem quoque ad inferna descensum, ipse fat superque adhuc vi
Ephe.4 uens expresserat, inquiens: Sicut fuit Ionas tribus diebus & tribus noctibus
Matt.12 in ventre ceti, sic erit filius hominis tribus diebus & tribus noctibus in corde
Ionæ 2. terræ. Secundo credit, quod idem dominus noster die tertia resurrexerit a mortuis se
1.Cor.15 cundum scripturas. i. eo modo, eo ordine, eoque tempore, quo prædictum est a scri
pturis, prophetis & patriarchis. Quod autem resurrexit, ipse per prophetam testa
Psal.3 tur, dicens: Ego dormiui & soporatus sum, & exurrexi, quoniam dominus suscepit
Psal.138 me. Resurrexi, & adhuc sum tecum. Et factus sum sicut homo sine adiutorio,
inter mortuos liber. Quod resurrexerit tertia die, testati sunt olim in inferis
Osee.6 detenti, dicentes: Sanabit nos post biduum, in die autem tertia resurgemus, & viue
mus in conspectu eius. Hinc Paulus: Tradidi vobis, inquit, in primis, quod & acce
1.Cor.15 pi, quod Christus mortuus est pro peccatis nostris secundum scripturas, & quia
sepultus est, & quia resurrexit tertia die secundum scripturas. Id quod ipsa veritas
Iohan.2 iam antea in vita adhuc fore testata est, inquiens ad Iudæos: Soluite templum
hoc, & in tribus diebus excitabo illud. Admonemur autem hoc bimembri ar
ticulo eius, quod ipse dominus & saluator noster sua nobis morte meruerit, vtpo
te redemptionem in anima, completam fractione inferni in descensu ad ipsum: &
Hebr.2 redemptionem in corpore, completam in resurrectione per gloriam corpo
ris. Vt enim sua morte nostram mortem moriendo destruxit, ita quoque vitam
nostram resurgendo reparauit.

PARAPHRASIS.

Credo quod idem dominus noster Iesus Christus ad inferos descenderit, atque cacodæmonem illic istiusque tyrannidem sic captiuauerit, vt is plane nihil nobis vltra sine consensu nostro nocere valeat. Deinde, quoniam & ipse tertia die propria virtute ad vitam æternam resurrexerit, nobis in ipsum credentibus vitam nouam virtutis & bonæ operationis exhibens, ita ne deinceps denuo peccaremus, verum in omni pia virtute & honestate, angelico perinde more, eius præcepta obseruaremus.

SEXTVS ARTIC. S. BARTHOLOMAEI.

Ascendit ad cœlos, sedet ad dexteram dei patris omnipotentis.

DECLARATIO ET CONFIRMATIO.

Hic articulus, æque vt prior bimembris, aperit quartum Christianæ humanitatis, nostræque redemptionis mysterium, quod est, in cœlum Iesu Chri
sti ascensio, & inibi ipsius cum deo patre sessio. Primo quidem pietas Christia
Acto.1 na hoc credit articulo, Christum (vtpote quadraginta diebus post resurrectionem
completis) corpore & anima ascendisse in cœlum, iuxta assertionem eiusdem ascensus,
Luc.vl. Mar.vlt. quam veridici Euangelistæ Lucas & Marcus, itidem & Acta apostolorum sic lu
Acto.1. culenter exprimunt, vt plane iusto morosior sit, qui huius rei cupiat aliud testimo
nium.

nium. Euangelista enim ait: Dominus quidem Jesus, postq̃ loquutus est eis, adsumptus est in cœlũ. Et alius Euangelista inquit: Et factũ est dum benediceret illis, recessit ab eis, & ferebatur in cœlũ. Idẽ in Actis apostolicis: Et quũ hæc dixisset, videntibus illis eleuatus est, & nubes suscepit eum ab oculis eorũ, iuxta prophetã iam antea prædicẽtem: Qui ponis nubẽ currũ tuũ. Cuius ascensum idẽ vates dudũ præcinuit in hæc verba: Ascendit super Cherubin, & volauit, volauit super pennas ventorũ. Et ille idẽ propheta: Ascendit, inquit, deus in iubilatiõe, & dominus in voce tubæ. Et ipse Paulus ait: Qui descendit, ipse est & qui ascendit super omnes cœlos, qui solus e cœlo descendit. Ascendit aũt propter nos, viam illuc nobis præmonstraturus, cœli ianuã reseraturus, ac nobis inibi locũ præparaturus, iuxta prophetã longe antea prophetantẽ: Ascendet, pandens iter ante eos. Diuidet, & transibunt portam, & egredientur per eã. Et transibit rex coram eis, & dñs in capite eorum.

Mar.vl. Luc.vlt. Act.1 Psal.10 Psal.17 Psal.46 Ephe.4 Iohã.16 Mich.2

Secundo per hunc articulũ credit humana pietas, Christũ non modo cœlos ascendisse, sed illic sedere ad dei patris omnipotentis dexteram, iuxta verbum illius ad ipsum: Sede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedũ tuorũ. Et Euangelista: Assumptus est, inquit, in cœlũ, & sedet a dextris dei. Apostolus quoq: Qui, inquit, proposito sibi gaudio sustinuit crucem, cõfusione cõtempta, atq in dextera dei sedet. Atq tũc verũ fieri cœpit, q̃d ipse aliquãdo dixit: Cœlũ mihi sedes est, terra aũt scabellũ pedũ meorũ.

Psal.109 Heb.12 Esa.66

Sedere aũt Christũ ad dextrã patris, est esse, habitare, gloriariq ibidem quiete & pacifice, in æquali pariq secundũ etiã humanitatẽ deitati cõiunctã, iudiciaria potestate cũ patre, quãdoquidẽ ipse pater omne dedit filio iudiciũ. Non aũt sic ad dextram illius sedere credendus est, q̃ sessu sit quasi ligatus & coniunctus, vt nobiscum vel maxime in venerabilissimo eucharistiæ sacramento altaris esse nequeat. contra nõnullos nostra tempestate hæreticos, ipsum illic esse pertinaciter inficiantes. Aduersum quos ipsamet veritas dixit: Ecce ego vobiscũ sum oĩbus diebus vsq ad cõsummationẽ seculi: q̃nquidẽ dñs cœlũ ascendit, ac illic ad patris dextrã sedet secundũ humanitatẽ, qui vnica deitate nõ modo nobiscũ, sed & vbiq est, iuxta ipsius verbũ: Nemo ascẽdit in cœlũ, nisi qui descendit de cœlo, filius hominis q est in cœlo: quũ tamen hæc dicens, in terris visibiliter & corporaliter conuersaretur.

Iohan.5 Matt.vlt. Iohan.3

Hucusq dictũ est breuiuscule de sex fidei articulis, q̃bus euidẽter agnoscimus, Christũ verũ esse Messiã, & vnicũ in lege & prophetis promissum totius mũdi saluatorẽ, nec aliũ expectandũ, q̃n in eius solius noĩe salui fieri possimus. Quomodo eñ quispiã possit aut debeat de eo vel tantillũ dubitare, quũ videmus oĩa in eo ipso cõuenire, quę sancti prophetæ spũ cœlesti afflati, in sacris literis ante tot secula de eo, magno vnanimiq cõsensu prædixerunt, vtpote gen⁹, familiã, modũ natiuitatis, vitã, doctrinã, miracula, afflictiões & ignominias, genus mortis, sepulturã, resurrectionẽ, ascensum ad cœlos, spiritum sanctũ e cœlo missum, prodigiosas apostolorum linguas, gentium conuersionem, & reliqua, quæ post ac interim facta vidimus, quotidieq fieri videmus per Christi nomen profitentes.

Matth.11 Luc.7 Act.1.2 Matth.8

Iam

Iam vero hac supereſt parte non aliud, q̃ vbi ea,quam nobis ipſe dominus tam laborioſe ſua humanitate acquiſiuit,ſalute digni eſſe voluerimus, forecq́ eius tandem participes:demus operam oportet,vt ſatagamus in nobis quocq́ complere ſpiritualiter,quæ ipſe non minus ſpiritualiter,q̃ corporaliter ob eandem noſtrã ſalutem abſq́ vllis noſtris meritis ſatis abunde præſtitit,ad quemlibet dicens de nobis:Quid vltra debui facere tibi,& non feci?Naſcamur proinde oportet in nouos homines,veteribus ſublatis,crucem noſtrã tollentes,omnia huius mundi aduerſa nomine Ieſu patiẽter feramus, in humilitate deſcendamus,vt aſcendamus exaltati in dextrã noſtri capitis: quẽadmodũ vniuerſa & ſingula ex ſanctis paſſim ſcripturis vbertim docuimus in opere noſtrorũ Catholicorũ,per ſingulos & vniuerſos catholicæ fidei articulos,quo pium lectorẽ remittim⁹,hic catechiſmi formã cuſtodiẽtes.

Eſa.5

PARAPHRASIS.

ATque interim nihilominus credo,eundem dominũ noſtrũ,exactis quadraginta poſt reſurrectionem diebus,cœlos aſcendiſſe,ipſumcq́ ſic ibi ad dextram patris ſedere,vt idem cum illo etiam iuxta humanam naturam ſit rex & dominus æternus omnium,quæ vel ſunt in cœlo vel terra vel inferis:vnde potens eſt,nos credentes contra quamcuncq́ poteſtatem in quibuſcuncq́ noſtris anguſtijs & neceſſitatibus iuuare,ſupremus apud patrem cœleſtem noſter patronus, mediator & interceſſor,donec nos ad ſeipſum recipiat,ex huius mundi tribulationibus exemptos,vt ſequitur,

SEPTIMVS ARTICVLVS, S. THOMAE.

Inde venturus eſt iudicare viuos & mortuos.

DECLARATIO ET CONFIRMATIO.

QVintum de Chriſto ſeruatore noſtro ſacramentũ,hauddum nobis apertum,hoc credit articulo Chriſtiana pietas.Et hic quocq́ articulus duo nobis credenda proponit:Primo quidẽ,dñm,qui cœlos viſibiliter aſcendit, viſibiliter reuerſurũ in nouiſſimo die,iuxta prophetã dicentem: Veniet rex manifeſte. Quod & angelus olim ad diſcipulos pdixit futurũ,inquiens:Hic Ieſus,qui adſumptus eſt a vobis in cœlũ,ſic veniet,quemadmodum vidiſtis eum euntem in cœlũ.Veniet aũt,inquit ipſe dñs,in nubibus cœli cũ virtute multa & maieſtate.Secũdo,qm̃ ſit vẽturus in cõſummatione ſeculi,iudicaturus viuos & mortuos,iuxta ſcripturã dicentẽ:Veniet rex manifeſte,cui pater dedit iudiciũ,manifeſte veniet,& non ſilebit.Parauit in iudicio thronũ ſuũ, & iudicabit orbem terræ in æquitate,iudicabit populũ in iuſtitia. Et Micheas:Iudicium dñi,inquit,cũ populo ſuo.Semel quidẽ aduenit humilis & abiectus,iuxta ſpeciem humani corporis(ſic eñi illũ pdixerat futurũ Eſaias)ſua morte liberaturus vniuerſos à mortis tyrannide.Idem rurſus adueniet in fine ſeculorũ,non iam ſeruator,ſed iudex omnium viuorũ & mortuorum.Sicut enim nunc ab illius beneficio nullus hominũ excluditur,ita tunc illius iudiciũ nullus effugiet.Sed tum læti videbũt iudicẽ æterna pręmia largientẽ,qui nunc

Pſal.95 · Acto.1 · Matt.24 · Marc.13 · Luc.21 · Pſal.49 · Iohan.5 · Mich.6 · Zacha.9

nunc mansuetũ & exorabilẽ seruatorẽ non aspernanť,ipso dicente: Ecce venio,& merces mea mecũ est,reddere vnicuiq; secundum opera eius. Apoc.22

Iudicare eñ hoc loco non est aliud,q̃ iudiciaria,hoc est,æqua lance vniuscuiusq; opera ponderare & discernere,vt meritam pleriq; omnes recipiant vel beatitudinis vel damnationis sententiam & mercedem. Per viuos autem, quos tum dñs est iudicaturus,intelligimus vel iustos omnino,vel animas ipsas cũ corpore:vel tunc adhuc viuentes,subito tamen,vt alij,morituros,vt & ipsi cũ alijs iudiciũ recipiant. Per mortuos vero,vel tum mortuos naturæ, vel culpæ mortuos:quibus de,fusissime leges in opere nostrorũ catholicorũ.

PARAPHRASIS.

ITem credo eundem dominũ nostrũ Iesum Christũ,certo deniq; in nouissimo huius seculi & tẽporis die,cum summa maiestatis suæ gloria ex cœlo iterum esse venturũ,& iudicaturum viuos,hoc est,eos quos tum viuentes in ueniet:& mortuos,hoc est,eos qui dudum a temporibus Adam vsq; ad eam diem nouissimã defuncti sunt:vt singuli iuxta iustissimam illius sententiam, quod meruerũt,æternaliter recipiant:vt ipse deinde cum suis per secula seculorum,non secus atque æternus ab æterno deus,viuat & regnet. Id,inquam, credo de Iesu Christo,vnigenito dei patris filio,domino nostro, iuxta humanitatem ipsius deitati counitam. Matth.16 Acto.1 Pt.II.3. Rom.5 2.Petri.3 Esa.3 2.Tim.4 Apoc.22 Matth.16

OCTAVVS ARTICV. S. MATTHAEI.

Credo in spiritum sanctum.

DECLARATIO ET CONFIRMATIO.

HIc articulus tertiam in diuina Trinitate personam exprimit,quæ est spiritus sanctus,in quem pius homo se per huius articuli verba credere cõfitetur. Vt autem ille vna eademq; in Trinitate diuinitatis persona doceatur, sicut dictum est,in deũ patrem credi,adiecta præpositione:ita & in Christũ filium eius,ita & in spiritum sanctum. Esse vero spiritum sanctum,inter infinita propemodum ex sacris literis testimonia,patet ex propheta,deum sic rogante:Ne projcias me a facie tua,& spiritũ sanctum tuũ ne auferas a me. Et scriptura alibi ait:Quis tribuat vt omnis populus prophetet, & det ei dñs spiritũ suũ? Et angelus ad Mariã inquit:Spiritus sanctus superueniet in te. Ipse autem spiritus sanctus deus est,vnus cum deo patre & filio,ab vtroq; perpetua æternaq; manatione tam mirabiliter q̃ ineffabiliter procedens,quem missum apostolis ecclesia recolit. Cœptus est autem dici spiritus, a spirando,q tacito eius adflatu animi nostri viuificantur,& spirant in recipiendis a deo diuinis donis, veluti corpora nostra halitu viuunt & spirant. Id quod Christus suo ad apostolos inflatu,satis aperto subinsinuauit, dicens: Accipite spiritum sanctum. Sanctus autẽ dicitur,vt excludantur spiritus prophani non sancti,nec a deo sancto sanctorũ procedentes,nec sanctificãtes vt ille, qui nos & omnia sanctificat,de se dicens:Ego dñs sanctificãs eos. Per ipsum eñ vniuersa dona,quę ad nostrã sanctificationẽ pertinẽt,nobis cõmunicanť, Psal.50 Nume.11 Luc.1 Acto.2. Iohan.16 Iohã.20. Ezech.20

1.Cor.12 Paulo dicente:Diuisiones gratiarum sunt,idem autẽ spiritus.Et diuisiones administrationũ sunt,idem autem dominus.Et diuisiones operationũ sunt, idem autem deus,qui operatur omnia in omnibus.

Ex quibus perspicuũ fit,hominẽ Christianũ pie ac recte credere in spiritũ sanctum,vt in eundem cũ patre & filio dominũ & deum:contra Macedonianos,Nestorianos,Eutychios,qui posuerũt spiritũ sanctũ esse creaturã,patre & filio minorem,& quasi vtriusq; seruum & ambobus subiectum,nec simul cũ patre & filio posse adorari, glorificariq;.

Deinde constat per hæc,oportere etiã Christianũ credere in spiritũ sanctũ, deum & dominũ,qui animas nostras non aliter sua sanctificatione viuificat, Iohã.6 atq; spiritus humanus corpora vegetat,iuxta saluatorẽ dicẽtem:Spiritus est qui viuificat. Credat pariter idẽ Christianus,eundẽ spiritũ sanctũ ineffabiliter Iohã.15. ex patre filioq; procedere,iuxta dominũ dicentem: Cum venerit paracletus,quem ego vobis mittam a patre spiritũ veritatis,ille vos docebit omnia. contra pertinacissimos olim nonnullos Græcos,qui dicebant spiritũ sanctũ a patre duntaxat,non etiam a filio procedere:quũ tamen eiusdem ab vtroq; processio,contineatur in Concilio Ephesino apud ipsos edito. Et ipsi quoq; Græci illam processionem in Concilio Lugdunẽ. sub Gregorio decimo publicitus sunt confessi.

Postremo credit per hunc quoq; articulũ Christiana pietas,eundẽ spiritũ sanctũ esse loquutum per sanctos olim prophetas,iuxta dictum Petri,dicen- 2.Petri.1 tis:Non voluntate humana allata est aliquando prophetia,sed spiritu sancto inspirati,loquuti sunt sancti dei homines. contra Montanum & Porphyrium,& hoc genus hæreticos,qui dixerunt prophetas ipsos quasi arrepticios & mente captos,enunciasse sacra oracula, diuinaq; mysteria,vt hac impia adsertione detraherent verbis propheticis fidem & autoritatem.

PARAPHRASIS.

Matth.3. Marc.1 Luc.3 1.Cor.12 Rom.10. Sap.7 Iohã.5.6

INsuper credo in spiritum sanctũ,æque secundum omnem substantiam in Trinitate diuina deum & dominũ viuificantem,vt qui sit,quo pater per Christũ & in Christo omnia viuificat & operatur,ex patre filioq; ineffabiliter procedens:qui & cũ patre & filio verus deus simul adoratur & conglorificatur:qui & per prophetas est loquutus,nos pro nominis sui officio sanctificans per ecclesiam catholicam,peccatorũ remissionem, carnis resurrectionem,& vitam æternam:quæ & credo,vt subinde sequitur.

NONVS ARTICVLVS, S. IACOBI.

Sanctam ecclesiam catholicam,sanctorum communionem.

DECLARATIO ET CONFIRMATIO.

HAud sane est,vt in præsentia recenseamus variationẽ,qua pleriq; omnes ferme doctores variant interpretationem huius articuli: quandoquidẽ eam in lib. catholicorũ non modo posuimus,sed & pro virili ad vnitatẽ redegimus: ideoq; hic merito causa breuitatis trãseundum,quũ doceamus quo-

dam-

dammodo catechumenos,quos haud expedit pluribus obtundere. Quia ve ro hic articulus Ecclesiæ mentionem facit, profuerit(arbitramur)scire,Ecclesiam esse ac dici,totam fidelium & in Christo regenitorum congregationem, quæ corpus est Christi mysticum,& Christus caput eius. Quia vero ea meri to & recte vel sola appellari debuerit congregatio,quæ vero diuinoq; cului, adeoq; vni deo innititur, cœpit olim Ecclesia dici omis coadunatio hominū, quæ vnum deum professa est, suamq; per Messiam Christum aliquādo æter nam salutem sibi a deo restitutū iri: quę tamē peculiari vocabulo Iudæis vocata est synagoga,nobisq; Ecclesia vocari solita, ob religionis fideiq; discrimen. Sic vtiq; & in veteri testamento sæpe inuenimus vsurpari Ecclesiam ꝓ ijs,qui vnum verum deum,& in eo suam salutem,in protoplasto perditā, per Messiam restituendam sibi profitebantur. Sic nos quoq; Ecclesiam dici posse censemus,congregationem omnium fidelium a principio mundi vsq; ad con summationem seculi: & nō solum cōprehendere Ecclesiam Christi, sed etiam synagogam Mosis,simul & eos qui fuerunt sub lege naturali.

Ephes.1.

Credit itaq; summatim pius homo per huius articuli verba, eam Ecclesiā, hoc est,congregationem sanctam,quę in primis est catholica,id est,vniuersalis,quæ toto terrarum orbe consistit,iuxta prophetam dicentem: In omnē terram exiuit sonus eorū, & in fines orbis terræ verba eorꝝ. Et Apostolus: Gratias,inquit,ago Deo meo pro omibus vobis,quia fides vestra annunciatur in vniuerso mundo. Contra Donatistas & recentiores quoq; nonnullos hæreticos,qui separant se a generali Ecclesia,& asserūt in sua solum parte veram esse Ecclesiam: damnandi proinde sunt nō modo propter hæresim,sed & propter schisma,quo diuidunt inconsutilem domini tunicam,non habentes propterea nec veram fidem,nec charitatem,nec remissionem peccatorꝝ: vt pote q nullū horum est extra Ecclesiam catholicam, vnde secluditur hæreticorum ecclesia, quæ sancta credi non potest,quum non sit catholica,sed singularis: quandoq dem ipsa in aliquibus tantummodo regionum partibus coarctatur, & haud aliter atque fures in certis terrarum angulis includitur,& ceu in latibulis delitescit,lucem odiens,tanq̄ male operans. de qua ideoq; dominus: Odi,inqt,ecclesiam malignantium,hoc est,hæreticorū. Christiana vero ecclesia,a Solis or tu vsq; ad occasum, vnius fidei splendore diffunditur, ex omni tribu, lingua, populo & natione collecta.

Psal.18.
Rom.10.
Roma.1.
Iohan.19
1.Petri 3.
Iohan.3.
Psalm.25
Matt.8.
Apocal.5

Etsi & ipsa sacrosancto sit Christi sanguine redempta, hæresi tamē sua quæ domino displicet,se sancta redemptione indignam facit: ideoq; sancta non est. Credit itaq; pietas Christiana,Ecclesiam esse sanctā,quæ est catholica & sanctorꝝ communio,id est,quæ tam in terra adhuc militans,q̄ in cœlo triūphans, participat vniuersaliter vno deo,vno pastore,vna fide,vno baptismate,ijsdē meritis & suffragijs,vnis & ijsdē sacramentis,maxime Eucharistia,totius vni tatis & concordiæ sacramento, iuxta Paulum dicentem: Obsecro vos fratres per nomen dn̄i nostri Iesu Christi,ut idipsum dicatis omnes,& non sint in vo bis schismata: sitis autem perfecti in eodem sensu & in eadem scientia. Contra hæreticos & schismaticos,quorum ecclesia non est sancta, quia nec catholica,

Ephe. 4.
1.Cor.1.

nec cōmunicans iisdem sacramentis & doctrinis: quemadmodū nunc supra q̄ dici potest, aperto videmus, quum eorum fides in omnibus pene tam sit varia, q̄ ipsi sunt varij in omnibus, etiam inter seipsos & a seipsis dissidentes. Cuiusmodi catholici non sunt, quantumuis vtrobique male viuatur.

PARAPHRASIS.

CRedo postea vnam in toto terrarum orbe esse catholicam, sanctam & apostolicam Ecclesiā, cuius caput mysticum Christus est: in qua vel solus homo possit ac debeat saluari, & extra illā nemo: quæ per spiritū sanctū cōgregata conseruatur & gubernatur, indiesq; venerabilibus sacramentis atq; Dei verbo nutritur & vegetatur. Cuius vel sola fides est illa, quā hactenus confessus sum, & cōfessurus deinde: sine qua adeo nemo possit placere Deo, vt qui eam non habet, iam sit iudicatus. Credo quoq; cōmunionem sanctorum, id est, credo me per sacramēta huius Ecclesiæ, adeoq; per eiusdē Ecclesiæ fidē ita Christo capiti nr̄o atq; oībus sanctis cōmunione quadā vniri, vnumq; effici, vt quicqd boni vnquā Christus & eius sancti, vel nup defuncti, vel adhuc viuentes, meruerint, idipsum totum mihi vere credenti, & in Ecclesia existenti, in meam sit cessurum salutē, ita vt de æterna vita consequenda, mihi nequaq̄ sit diffidendum.

Genes. 7. Ephe. 1. 5. Coloss. 1. Hebr. 11. Iohan. 3. Marc. 16. Iohan. 5. Mar. 16. Ioh. 6. 16. 1. Co. 10. 1. Cor. 15. Ephe. 6. Apo. 14.

DECIMVS ARTICVLVS, S. SIMONIS.

Remissionem peccatorum.

DECLARATIO ET CONFIRMATIO.

PER huius articuli verba pietas Christiana credit, sibi in catholica Ecclesia manenti, & sacramenta ipsius participanti, a Deo tam per baptismū fluminis, flaminis & sanguinis, q̄ per pœnitentiā post baptismū, peccata sic remitti, vt sibi cœli ingressum non p̄cludant, iuxta dn̄m per p̄phetam dicentem: Conuertimini, & agite pœnitentiā ab omnibus iniqtatibus vestris: & non erit vobis in ruinā iniqtas. Et quare moriemini domus Israel? Quia nolo mortē peccatoris, sed vt conuertatur & viuat. Et dn̄s ad discipulos: Quorū, inquit, remiseritis peccata, remittuntur eis. Nec quidem semel tantū, sed & pluries, dn̄o eodem ad Petrum, de numeraria vice remittendi peccata rogantē, in hæc verba dicente: Non dico tibi, vsq; septies, sed vsq; septuagiessepties. Cōtra Montanum, Nouatū, Nouatianū, & id genus hæreticos, qui neq; p pœnitentiā putarunt denuo peccatoribus remissum iri peccata. Id q̄d est, domino omniū misericordiarū tyrannidē impingere, a quo p̄rsus est alienus, quum non sit eius misericordiæ numerus: maxime, q̄ vix inueniatur homo qui nō peccet, vixq; salueturiustus. Quid multa? De nullo legitur, cui vere pœnitenti dominus denegasset remissionem peccatorū: quam vel ob id, cœlum ascensurus, suis concessit discipulis, eorumq; successoribus in Ecclesia catholica sacerdotibus, ut alijs impertiant.

Ezec. 18. Ioh. 20. Matt. 18. Luce 17. Psal. 146. 3. Reg. 8. Eccl. 7. 1. Petri 4. Ioh. 20.

PARAPHRASIS.

CRedo in eadem vnica ecclesia catholica remissionem peccatorum, vtpote q̄ virtute & merito passionis IESV Christi, peccata priora mihi sint mi-

Luc. 24. Ephe. 1. Heb. 9.

fericorditer remiffa:& fi qua,quālibet vel grauia vel multa, poft baptifmum vel quolibet modo(prout omnis homo ad malum natura pronus eft,& q̄ nemo fit qui non peccet)commifi feu commifero,eadem IESV Chrifti paffionis virtute,atq; mihi ex animo pœnitenti,mifericorditer & ita quidem remiffum iri,vt ex Dei mifericordia,fi pœnam ęternam propter ea peccata demeruerim, temporali quapiam pœnitētia fatisfacere poffim:adeo, vt tandem haud aliter atq; nunq̄ peccaffem,futurus fim mundus & purus,cœloq; aptus.

Rom. 4. Act. 2. Mat. 5.11. Actor. 2. 8.11. 1.Tim. 2. Ezec.18.

VNDECIMVS ARTICVLVS, S. THADDAEI.

Carnis refurrectionem.

DECLARATIO ET CONFIRMATIO.

ADftruit hic articulus,futuram in fine feculi refurrectionem humani eiufdemq; demortui corporis,quod per carnem hic intelligimus. quandoquidem vnaquæq; anima,quæ interea in loco per Deum ordinato viuit, vt quæ fit immortalis,recipiet fuum corpus,quod exanime per mortem vel q̄libet variā reliquerat,fimul cum ipfo deinde victura,iuxta Iob, poft infinita de refurrectione futura ex facris eloquijs teftimonia,dicentem:Scio q̄ redemptor meus viuit, & in nouiffimo die de terra furrecturus fum. Et rurfum circundabor pelle mea,& in carne mea videbo deum:quē uifurus fum ego ipfe,& oculi mei confpecturi funt,& non alius. Repofita eft hæc fpes mea in finu meo. Et Apoftolus alibi Corinthios & Theffalonicenfes admodum multis perdocet, nos, qualibet hic morte defunctos,in nouiffimo die refurrecturos:& quoflibet,q̄d hic meruerunt,a iuftiffimo iudice IESV Chrifto recepturos, iuxta dominum dicentem:Venit hora,in qua omnes q̄ in monumentis funt, audient vocem filij Dei:& procedent qui bona fecerunt,in refurrectionem vitæ:qui vero mala egerunt,in refurrectionem iudicij. Si enim refurgere dicitur id quod cadit, profecto refurget in veritate caro noftra,quoniam ea in v̄itate cadit. Nec erit fecundum Origenem immutatio corporum,id eft, aliud nouū corpus pro carne:fed eadem caro corruptibilis,tam iuftorum q̄ iniuftorum, caro incorruptibilis refurget,vt vel pœnam fufferre poffit ꝑ peccatis,vel in gloria æterna manere pro meritis,iuxta prophetam dicentem:Qui dormiunt in terræ puluere, euigilabunt:alij in vitam æternam,alij in opprobrium. Ad quos per aliū prophetam dicit dominus:Ecce ego aperiam tumulos veftros,& educam vos de fepulchris veftris,& viuetis. Et ego intromittam intra vos fpiritum, & viuetis:& dabo fuper vos neruos,carnes & cutem. Atqui fuperuacaneum duxerimus,hunc de refurrectione articulum multis hac parte munire,quum ipfum in lib. Catholicorum,innumeris pene & ijfdem incōuincibilibus ex vetere & nouo teftamēto fcripturis,infuper & rationibus haudquaquam friuolis nec contemnendis,comprobauerimus:in præfentia duntaxat monentes,ne quis paulo fit,quærendo de hac ipfa corporum refurrectione,curiofior,quādo ipfa creditu facilima effe debeat,cum quia illam fore prędixit,qui mentiri nequit:tum quia eam operabitur,qui omnia poteft. Nūquid dubitemus eum poffe in priftinam naturam reftituere, quod ex fua forma mutatum eft, qui ex nihilo vni-

Iob 19. 1.Cor.15. 1.thes.3. et 4. Iohan.5. Dani.12. Ezec.37. Phil. 3. Gene. 1.

Phil. 3. uersa creauit. Et hoc est quod Apostolus affirmat, nos videlicet e cœlo expectare saluatorem, dominũ nostrum IESVM Christum, qui sit reformaturus corpus nostræ humilitatis, configuratum corpori claritatis suæ, secundũ operationem virtutis suæ, qua etiam possit sibi subijcere omnia. Ipse enim potẽs est omnia abundantius facere, q̃ nos intelligere quimus.

Absit proinde, vt vel ideo tantillum de resurrectiõe futura dubitemus, quũ quotidie videamus argumenta illius apertissima. Quid enim dubitas, a morte resurrecturum te, qui, antequã viueres, nihil fuisti? Quur etiam dubitas an resurgas, quando totum quod in rebus est, continue sic resurgat? Nonne sol occidit & resurgit? dies sepelitur & redit? menses, anni, fructus, tempora, semina, cum transeunt, moriuntur ipsa: quum redeunt eadem, sua morte uirescunt? Nonne etiamnum, quoties dormis & dormiendo euigilas, tecum quasi moreris & resurgis? Quam ob causam vel nõ extremam, mortui in domino, dicuntur dormire, ꝗ vt dormientes, aliquãdo eius qui omnia potest, virtute sint resuscitandi & resurrecturi. Joh. 11. 1. thes. 4.

PARAPHRASIS.

IDentidem credo carnis resurrectionem: nempe nos omnes, quocunq; loco & tẽpore, & qualitercunq; viximus atq; mortui sumus, ab initio mundi vsque ad ipsius finẽ, in nouissimo die, quũ e cœlo visibiliter reuersurus est Christus, corporaliter in debita ætate & forma, sine aliquo corporis defectu, cũ eisdem prioribus nostris corporibus, virtute & potentia diuina perinde in unico momento, vt Christus olim, vere resurrecturos & viuificãdos, per animarum nostrarum ad corpora reunitionem, ita vt singuli de proprijs nostris factis coram Christo IESV iudice iustissimo rationem reddamus, vt vnusquisq; ante tribunal eiusdem referat propria corporis, prout gessit, siue bonum, siue malũ: & recipiat deinde vel æternam pœnam, vel æternam mercedem. Matt. 28. Marc. 16. Luc. 24. Io. 20. 21. Matt. 16. Iohan. 5. Rom. 14. 2. Cor. 5.

DVODECIMVS ARTICVLVS, S. MATTHIAE.

Et vitam æternam.

DECLARATIO ET CONFIRMATIO.

ET hic duodecimus, idemq; postremus catholicæ fidei articulus, est bimembris. Primo quidem in eo pietas Christiana confitetur se credere, ꝗ qui hic a mundi exordio moriuntur corpore, post iudiciũ rursus corpore uicturi sint vitam, vtpote in regione vere viuentium, iuxta prophetam dicentem: Credo videre bona domini in terra viuentium. Et rursus: Placebo, inquit, domino in regione viuorum. Deus quidem inibi est, non mortuorum, sed viuentiũ: contra eos qui falso negãt alibi nunc viuere, qui corporaliter hinc in domino decesserunt. contraq; eos, qui non credunt futuram venturi seculi vitam, nec aliquam alibi esse, sed animam simul cum corpore interire, nec aliquãdo reuicturam, dicentes: Vnus interitus est hominis atq; iumentorum, & æqua vtriusq; conditio: sicut moritur homo, sic & illa moriuntur: quum tamen etiam ethnici crediderunt immortalem esse animam, naturæ fortassis duntaxat lumine perdocti. Secundo confitetur se credere, non solum ꝗ viuant vitam, sed & ꝗ vi- Psal. 26. Psal. 114. Matt. 22. Eccles. 3.

uant

uant vitam æternam,vtpote finis nesciam & interminam, nec vltra mo rituri,iuxta CHRISTI verbum:Illi qui digni habebuntur seculo illo & resurrectione ex mortuis,neque nubunt,neque ducunt vxores:neque enim vltra mori poterunt. Siquidem viuunt haud secus atque membra cum capite CHRISTO,qui (vt Paulus ait)resurgens a mortuis, iam non moritur: mors illi vltra non dominabitur. Ita nimirum nec nobis ipsius membris,Apocalypsi teste,dominabitur. Ipsa vero vita æterna dignoscitur consistere tam in stola animæ,quàm animæ. Stola autem animæ, rursum in tribus. Luc.20. Rom.6.

Primo, in manifesta summæ Trinitatis agnitione,quæ succedit fidei, iuxta dominum dicentem:Hæc est vita æterna,vt cognoscant te solum verum deum,& quem misisti IESVM Christum. Ioh.17.

Secũdo,in perfecta eius fruitione,quæ succedit spei,iuxta Paulum dicentem:Videmus nunc speculum in ænigmate,tunc autem facie ad faciem. Spe quidem nunc salui sumus, tum salui vero futuri re ipsa, quando videbimus eum sicuti est. 1.Cor.13. 1.Ioh.3.

Tertio,in perfecta erga Deum & proximum dilectione, quę succedit charitati,quæ nunquam excidit,sed alibi perficienda, secludet omnem foras timorem:contra eos, qui negant in cœlo viuentes, pro nobis eorum confratribus orare.Id quod charitatis est,vtique alias q̃ hic,vehementioris:quasi illi minus illic:q̃ hic,sciant & amẽt. Quod sane falsum est, maxime quod in cœlo sancti vel magnopere pro nostra orent salute: quoniam sine nobis,quoad gloriam corporis,consummari nequeunt, nos auidissime expectantes. 1.Cor.13. 1.Iohã.4. Hebr.11.

Stola quoque corporis, tum quatuor rebus constare creditur & dotibus,vtpote in Agilitate,Subtilitate,Claritate & Impassibilitate,iuxta scripturam dicentem:Fulgebunt iusti,& tanquam scintillę in arundineto discurrent.quemadmodum in lib. Catholicorum singula & vniuersa vberrime declarauimus,hic incassum repetenda.Hic quidem non aliud sumus addituri,quàm eam esse vitam æternam,in qua Deus ille optimus ita in omnibus est omnia,vt (Iohanne teste) similes illi simus futuri:atque ideo scientes & habentes omnia non solum bona,sed & optima quæque sine alicuius mali præsentia,quæ ab omnibus summo & recto voto desiderari queunt:& quidem tanta,vt eis condignę non sint,quot quot sunt & quantæ huius mundi passiones. Siquidem tot & tanta sunt inibi bona,quot & quanta oculus non vidit,nec auris audiuit,nec in cor hominis vnquam descenderunt. Sap.3. 1.Corin.15. 1.Iohan.3. Rom.8. Esai.64. 1.Cor.2.

Interea quoque scias velimus,Christianam pietatem æque sub hoc articulo credere pœnam æternam malorum,sicut credit vitam æternã bonorum:illam vt supplicium,hanc vt præmium. Siquidem iuxta Prophetam,Vermis impiorum non est moriturus, nec eorum ignis vnquam extinguendus.Ad quos propterea dominus in nouissimo iudicio dicturus est: Esai.vlt.

Matt. 25. & 7. eſt: Diſcedite a me maledicti, quos neſcio, in ignem æternum, qui paratus eſt diabolo & angelis eius, vbi fletus eſt & ſtridor dentium: nempe ſignificans magnitudinem horrendi damnatorum perpetuo apud inferos ſupplicij, nunquam finiendi. Contra Origeniſtas & alios hæreticos, qui crediderunt dæmones in angelicam, qua creati ſunt, dignitatem redituros, & impios homines iuſtorum ſocietate donatum iri poſt tormenta, quaſi ſupplicijs expurgatos. Nos vero nō ipſis, ſed credamus iudici omnium iuſtiſſimo, & eidem retributori æquiſſimo, qui dicit: Ibūt hi (impij) in ſupplicium æternum, iuſti autem in vitam æternam, vt percipiant fructum operum ſuorum. Matt. 25. Iohann. 5.

PARAPHRASIS.

Credo finaliter vitam æternam, hoc eſt, quod exacto ſupremo iudicio, mali æternaliter ineffabili tormento punientur ſine aliquo fine, quoniam hic quoad potuerunt, contra Deum infinitum peccauerunt, & pro peccatis, quū potuiſſent, pœnitere noluerunt. E diuerſo credo, quod qui bona hic egerunt, vel de peccatis denique pœnituerunt, cum CHRISTO iudice in vitam æternam ad cœlos ſunt ituri: illicq́ cum eodem æternaliter victuri, vt qui ſemel mortui ſunt, vltra non moriantur: neq́ eis mors dominabitur, vtpote qui per ſecula ſeculorum, eo ac tanto gaudio & præmio ſine intermiſſione, ſineq́ aliquo faſtidio perfruētur, quod & quantum neque oculus vidit, neque auris audiuit, nec in cor hominis adſcendit. Ad quam ſane vitam æternam credo nos ſola Dei miſericordia per IESVM CHRISTVM dominum noſtrum certo peruenturos. Amen. Iohā. 5. Rom. 6. 1. Co. 15. Eſai. 64. 1. Cor. 2.

CONCLVSIO.

HÆc hactenus dicta ſunto de duodecim articulis Chriſtianæ, adeoq́ Catholicæ fidei, primæ religionis Chriſtianæ partis: quos alibi ſingulatim, multoq́ fuſius pro loco & tempore diſputauimus. Hac ſane duntaxat parte dedimus operam, quo fidei ſummam dilucida & ſimplici breuitate ſimplicioribus, ceu quibuſdam catechumenis, proponeremus: nihil vltra ſubijcientes, quàm quod nolimus latere quenquam, omnes in vniuerſum articulos, conſtringi poſſe & cogi in tres articulos, ſecundum tres in ſuperbenedicta Trinitate perſonas: in quibus Chriſtiana pietas vnum Deum in trinitate, & trinitatem in vnitate veneratur: vbi nihil eſt neque prius, neq́ poſterius, neq́ maius, neque minus, ſed totæ tres perſonæ, coæternæ ſibi ſunt & coæquales.

Primus autem articulorum, ſicut accepimus, perſonæ patris omnipotentiam; ſex deinde, perſonæ filij humanati ad ſalutem noſtram perficiundam

dam, mysteria:quinque vero postremi, personæ spiritus sancti singularia dona & opera sic exprimunt, vt interim iuxta fidem catholicam, diuinarum personarum ad extra profusa operatio, vna sit & eadẽ, sicut & virtus & substantia, quanquam proprietas illarum alia sit & alia.

Docemur autem in ijsce duodecim fidei articulis, eam tamq; eminentem scientiam, vt in ea omnis nostra consistat sapientia, quam illa multo longissime superat: adeo, vt ipsam non modo doctus ille Plato nesciuerit, nec solum Demosthenes eloquens ignorauerit, sed & ignorauerint quotquot fuere huius mũdi sapientes & prudentes, quanq̃ summis conati sint viribus, vt quid Deus esset, quidq; ille ageret, rescirent: frustra tamen ita omnes hac parte moliti sunt, vt eorum sapientia & prudẽtia, ꝓrsus fuerit reprobata & perdita. Norunt proinde hanc veram & solidam sapientiam Christiani, vnigenito Dei filio duce & doctore, qui solus in sinu patris residens, eam nobis per hosce duodecim articulos, apostolis ꝑ eum & eius spiritum loquẽtibus, ita deprompsit & enarrauit, vt eius adiutrice gratia, plane nunc intelligamus, quid nobis a Deo cum expectandum, tum accipiendum sit, vt qui fide inibi duodecim articulis expressa, cognoscimus ipsum deum totum: nempe quantus & qualis sit, quid quantumq; illi debeamus.

Esai. 33.
1. Cor. 1.

Est autem hæc ipsa illa fides, qua vel sola nec alia iustificamur, res sane vel vna, quę nos deo probatos charosq; reddit: neq; nos solum, verũ (si quis repetat ab orbe condito) maiores nostros omnes, qui sola fide, quæ per charitatem operatur, promeruerunt quod assequuti sunt. Siquidem nulla est res, quę pios æque deo nos commendet, ac certa de illo fiducia, quum sit animi optime de deo sentientis, nihil addubitare de dictis illius, quum nec appareant (vt audiuimus) vsquam humanis sensibus quæ dicuntur, nec humana ratione probari possint, sed per solã scripturam colligi: quam ille nobis tradi curauit, quem scimus nihil non posse, nec posse mentiri: cui & in quem si quis per scripturam, verbo scilicet dei, credit, deo maxime commendatur, propter indubitatam in ipsum fidem, sine qua nemo illi placet. Quisquis ideoque illi velit esse commendatus, primum oportet vt deum esse credat, qui possit omnia, quicq; velit optima. Deinde, hunc agere curam rerum humanarum, perq; hunc nec pios, qui neglectis huius mũdi visibilibus bonis, deum inuisibilem inquirunt, fraudari suis pręmijs, quantumuis adfligantur in hac vita: nec impijs defutura supplicia, etiam si hoc in seculo videantur secundis vti ventis: quandoquidem in deum patrem, filium eius, & spiritum sanctum modo quo hactenus docuimus, haud credunt. Siquidem veritas dicit: Qui non credit, iam iudicatus est. Et iterum: condemnabitur, Qui non crediderit, vtpote fide illa, quam nobis Symbolum Apostolicum hucusque præscripsit, quum sit sola & vnica fides, quæ vera est, impietatem omnem & falsas religiones abijciẽs, earumq; sectatoribus æternam pœnam comminans.

Rom. 5.
Gal. 2. 3.
Gal. 5.
Hebr. 11.
Heb. 11.
Iohann. 3.
Mar. 16.

Quæ nimirũ fides, fuit ac est fides patriarcharũ & prophetarum, figurata in lege naturę, pręnũciata in lege scripta, reuelata a Christo dei filio & docta, ab apostolis toto terrarũ orbe vsq; in fines orbis, subsequẽtib⁹ miraculis p̃dicata, a sanctis martyribus effusiõe sanguinis testificata, ab om̃ibus orthodoxę fidei professoribus firmiter cõfessa.

Sed quęris, an nihil aliud Christianũ credere oporteat ad salutẽ, q̃ q̊d duodecim cõtentum est articulis. Respõdemus, credi oportere qdqd ini bi exprimit̃, quidqd illuc reduci potest, ac necessaria & certa aliqua connexione inde depẽdet, aut subtili indagatione ex ęis q̊uis modo colligi queat, & deniq; qdquid adfirmat sacra scriptura, quę solui nequit, quum tradita sit a spiritu veritatis: & qdquid ex ea coniecturis certis colligi potest, quemadmodum non parũ multis ostendimus in opere Catholicorum, quando disputabamus species veritatum catholicarum: quo te Lectorem candidum remittimus, huic secundo in catechismum catholicum libro colophona ponentes.

Iohan. 10. Ioh. 16.

REVERENDISSIMO PATRI, ILLVSTRISS. PPINCIPI AC DOMINO, DN. ALEXANDRO FARNESIO S.R.E. CARDINAL. ET VICECANCELLARIO DIGNISSIMO ET AMPLISS. DOMINO SVO CLEMENTISS. FRIDERICVS NAVSEA BLANCICAMPIANVS, EPISCOPVS VIENNENSIS, S. P. D.

HAVD IGNORAS, opinor, Alexander princeps multis sane modis ter illustrissime, necnon singulare Cardinei senatus ornamentum, quàm nõ parum multi cum doctrina tum pietate præclari viri, vel a nascente statim ecclesia quasdã doctrinę Christianæ methodos indubie propterea instituerint ac informauerint, vt extarent eiusdem doctrinæ Christianæ quædam compendia, quasiq; nonnullæ Summę, in quibus locos ad Christianam religionem & pietatem pernecessarios, non secus atque in quibusdam tabulis propositos pleriq; omnes, qui Christo optimo nomina dedissent, complecti possent & conspicere: quippe quod vix vllam hac docendi ratione iudicarent vtiliorem. Id autẽ licet nemo facile pos-

sit

sit inficias ire, quum satis abunde constet, hasce εἰσαγωγὰς ad docendum valde conducere: non tamen defuerunt hactenus, qui prorsus adseuerarent in multis, qui versati essent in hoc ipso scribendi docēdiq; genere, propter inauditas planeq; propemodum nouas huiusce nostræ calamitosæ tempestatis tam locorum quàm personarum circunstantias, impendio multa desiderari. Quod ipse verum esse animaduertens, & quod in alijs ante nos desideraretur, reddere cupiens, & sedulo dein multorū etiam non contemnendæ nec dignitatis nec authoritatis hominum hortatu ferme compulsus, quæ nuper partim apud Mogūtinēses, partim apud Viennenses populos catechizando pro Concione dixi, in sex, quos hic qua possum reuerentia offero, catholici catechismi libros congessi, congestosq; dein certas ob causas S.D.N. Paulo III. pontifici maximo, et Reuerendissimis illius ac S.R.E. cardinalibus in vniuersum consecraui, necnon deinde singula totius operis volumina, singulis dicaui patronis. Inter quos ita mihi semper, haud iniquo certe iudicio, visus & habitus es facile præcipuus, vt committere nequaquam potuerim, quin tertium in ordine librum de septem catholicæ ecclesiæ Sacramentis (quod ita videbatur eorum, quæ catholicę sunt religionis, ordo postulare) modis, quibus potui, oīmibus reuerendissimę & illustrissimæ celsitudini tuę dedicarem.

Etsi enim qui catholicæ religionis & eius doctrinæ rudimenta hactenus ad veram salutem plane necessaria conscripserunt, haudquaquā dispari sententia processerint, non eundem tamen omnes ordinem sequuti sunt. In quorum equidem sententiam sicut pedibus etiam facile concesserim, sic ab eorum pariter ordine, nisi quatenus ratio secus suggesserit, nō cedo: nempe nusquā nō ecclesiæ catholicæ iusta ex parte seriem præ se ferens. Qui enim fidei primum vel ideo locum trado, quoniam ipsa sit adeo basis totius Christianæ religionis, vt citra illam religio verius haberi possit ac dici debeat superstitio, q̄ religio, proximum post articulos fidei catholicæ locum sibi iure quodam vendicare visa sunt septē catholicæ ecclesię sacramenta, cꝙ ea sint perinde certissima quædam fidei Christianę symbola, queādmodum in hoc ipso, tibi de septem sacramētis ecclesiæ catholicę dicato, libro subinde paulo fusius est videre.

Quod autem Illustrissime princeps ita seorsum singula volumina singulis principibus, ijsdemq; præcipuis patronis dedicauerim, sicuti nulla prorsus factum est ambitione, ita nec ipsum tam feci, quia duos parietes (vt est in adagio) de vna fidelia dealbare, vnaq; & eadē opera simul oēs demereri studuerim, q̄ quia rationē alias a me redditā, probari mihi declarauerim. Nec est q̄d magnopere formidem, quo minus hoc recte fecerim, quū potius huic operi nostro futurum bene sperem, quod plerunq; semp vsu venire solet ei tēplo, quod pluribus cōiunctim diuis cōsecratū est. Sicut em̄ videmus hoc sæpenumero plus ei tēplo maiestatis ac vene-

rationis accedere,quod pluribus vna diuis dedicatum eſt:ita ſane confi‑
do,quidquid huius eſt operis,hoc felicius & auſpicatius exiturum in ma
nus hominum,quo pluribus,& ijſce quidem totius orbis facile ſumma‑
tibus, ſimul inſcriptum eſt.

Inter quos ipſe tam raris tamq; diuinis tuis virtutibus haud ſecus at‑
que phœbus inter minora ſidera prȩluceres,ſi tu illis in omni quoque vir
tutum genere per ſe ſplendidiſſimis & ornatiſſimis,non plus ſplendoris
& decoris adderes,quàm ille cæteris ſideribus tenebrarum offunderet.
Cæterum ne parum prudens,hoc non ita quidem commodo loco latiſ‑
ſimum tuarum laudum campum ſim ingreſſurus (quandoquidem hui‑
us ingenioli vis tuis ſit præclaris virtutibus longe impar, nec mea ad il‑
las infantia tantillum adſpirare poſſit) verum compendio potius laudes
tuas explicaturus,ſane mihi augurari videor,te,ſi fata per ȩtatem ſinent,
eum eſſe,poſtq; hac ſemper magis ac magis futurum, qui tuis omnige‑
nis virtutibus & dotibus,domum & proſapiam ipſam Farneſiorũ, quæ
alioqui multo omnium laudatiſſima eſt,omnino non ſolum ſis ſuperatu
rus & illuſtriorem redditurus, & illius lucem ornamentorum tuorum
ſplendore quodam modo obſcuraturus, ſed & magnum illum tuum pa
truum,PAVLVM dico tertium, pontificem maximum, cuius ipſe ſe‑
cundum ſanguinem nepos es haudquaquam pœnitendus, in ipſo ſum‑
mæ dignitatis faſtigio ſis æquaturus.

Atque proin Illuſtriſſime princeps,tãtus quum ſis, & ab omnibus me
rito veraciterq; habearis, quur tibi ſeorſum dicaturus haud fuiſſem li‑
brum,non ob ſui,ſed materiæ magnitudinem vſqueadeo tãtum, vt ipſe
inter alios in hoc opere libros,maiorem ſe præter eum, qui de duodecim
Catholicæ fidei articulis eſt,habere vix poſſit?

Succeſſit & alia mihi peculiaris ratio, vt quidquid huius eſt pro Ca‑
tholica noſtra religione laboris & operis,Illuſtriſſimæ tuæ celſitudini di
cauerim,quia videlicet non alia via licuit teſtari animum meum, memo
rem beneficiorum ſimul & officiorum tuorum in me nequaquam vulga
rium.Siquidem iampridem circunſpexerim, ſi quod idoneum argumen
tum nancìſci poſſem, quo ſimul & tuam erga me magnificam liberalita
tem & munificentiam,& meam viciſſim in te deuotam grati animi pro‑
penſionem teſtatam apud etiam poſteritatem efficerem,vt ipſa videlicet
in te optimi Mecœnatis ac laudatiſſimi præſulis imaginem, in me vero
ſeduli clientis exemplum acciperet.Sed hactenus in tot vnus curas & ſo
licitudines tum priuatas tum publicas diſtractus,hinc varijs& moleſtis
pro repub. Eccleſiaſtica ſtudijs meis,hinc aliquantiſper Aulæ regiæ ne‑
gocijs ſupra quàm ſcribi poteſt,nõ occupatus ſolum,ſed & obrutus,me
miniſſe magis potui officij mei,q; præſtare, quemadmodum nec modo
propter eaſdẽ cauſas aliud queam,quũ hoc tibi dicato de ſeptẽ ſacramen
tis libro aliud non ago,q; vt ipſum velut arrabonem duntaxat exhibe‑
am,

am, quo me magis ac magis pro receptis beneficijs adstringam, non uti fidem meam liberem, vtpote non contentus hoc argumento tuam in me liberalem benignitatem & meum in te animum declarasse. Id quod breui, ceu spero, vberiore magisque fortasse viuaci monumēto doctur⁹ sum, nec aliud inde speraturus, quàm vt aliquo saltem argumento declarare digneris, hoc tibi munus meæ pro Christiana eademque catholica religione lucubrationis ingratum non fuisse. Siquidem hic sibi probe conscius animus, nec opes, quarum nunquam fuit auidus, ambit, nec honores, a quibus a puero semper abhorruit: voluptates certe multo minus, quæ nec ætatem nec conditionem hanc deceant, si libeat frui, & breui mihi sciam relinquendas esse. Faxit Deus ille optimus maximus, vt sibi mei pro sancta eius Ecclesia labores & sudores, grati sint & accepti, & is in suam te gloriam & eiusdem suæ Ecclesiæ salutem & pacem dignitati Sacrosanctæ Romanæ Sedis & reipublicæ Christianæ iuuandæ perq̄diutissime felicissimeque seruet incolumem. Viennæ Austriæ. decimoquarto Calendas Ianuarij. Anno salutis humanæ M.D.XLII.

FRIDERICI NAVSEAE BLANCICAMP. EPISCOPI VIENNENS.

INVICTISS. CAESARIS &c. FERDINANDI A SACRIS STVDIIS ET CONSILIIS, IN CATECHISMVM CATHOLICVM DE VII. CATHOLICÆ Ecclesiæ sacramentis, Lib. III.

PRAEFATIO.

Libro

LIBRO proximo, primam Christianæ religionis partem, vtpote fidem, & ea quæ vera fide ad salutem cõsequendam credenda sunt, eatenus reddidimus, quatenus (deo autore) catechismi ratio permisit, obmissa suo quidem loco susius reddituri, quanq̃ ea maiore ex parte in opere Catholicorũ reddita bene speramus. Credit autẽ inter cetera quę hic cõsulto transimus, catholica ecclesia, Deum non modo esse, sed & eum esse optimum & maximum, qui optima quæcꝗ velit ac possit, quicꝗ nos ab initio semper amarit, ametcꝗ, vtcunque supra quàm dici possit, a nobis peccato læsus & offensus. Cuius sane erga nos charitatem ipsa fide non obscure sentimus, quum illa sub oculos nostros ponat innumera simul & maxima beneficia atque dona, quæ tam magnus, tam vilibus suis mancipijs ab ipso conditis, mox initio largitus est, nec largiri cessat. Mittimus enim alia, quæ nec angelorum lingua recensere sufficeret: nonne beneficia sunt amore plenissima summo, quod quum non essemus, nos fecerit: animamcꝗ nobis talem inspirauerit, qualem nulli plane animantium, vtpote creatoris ipsius imagine insignem, rationis participem, beatitudinis æternæ capacem: atque illi paradisum plantauerit, cœlum extenderit, terramcꝗ substrauerit, luminaria accenderit? Adde quod nobis idem largitus sit, indiescꝗ non secus atque pater omnium clementissimus largiatur, quæ vel ad vtriusque hominis sustentatiorem, ad eruditionem, ad consolationem, ad correptionem, ad delectationem feliciter conducunt. Hæc profecto fide, qua de liber præcedens disseruit, satis euidenter cognoscimus, articulis præsertim fidei paulo altius repetitis. Nec interim nos inibi latere potest summum illud ac prorsus incomparabile donum, quo idem Deus omnipotens & pater liberalissimus, vt nobis propter peccata nostra filijs iræ, æternocꝗ supplicio obnoxijs, parceret: proprio, eidemcꝗ vnigenito, filio suo IESV CHRISTO non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum: nec vulgari quidem, sed nouo tradidit modo, vt qui illum dederit non solum in consortem naturæ ac vitæ socium, sed & in redemptionis nostræ precium. Cuius sane causa ille non solum creditur conceptus & natus ex virgine, sed & passus, sed & crucifixus, sed & mortuus & sepultus, nec quidem sine summo fructu: quandoquidem ille natus in terram est, vt ipsi nasceremur in cœlũ: descendit & ille ad inferos, vt nos inde captiuos educeret: resurrexit, vt sua morte redemptis, vitam immortalem daret: adscendit, vt nobis locum præpararet. Quid multa? Fide nimirum credimus & agnoscimus, quoniam nos DEVS noster fecerit, tamcꝗ multa propter nos fecerit, secꝗ ipsum, nempe filium, propter nos fecerit, factus nobiscum caro vna, nosque secum facturus spiritum vnum. Qui enim noster est socius & frater incarnatione, precium morte crucis: haud dubium erit nostrum præmium, finali vtique beatitudine, quæ est post remissionem peccatorum & carnis resurrectionẽ vita æterna, quã & om̃ia quæ ad ipsam pertinent, certo sumus habituri.

Ephe.2.
Rom.8.
Esaiæ.9.
Psal.67.
Ephe.4.
Iohan.16.

Non

Non superest igitur nunc aliud, q̃ vt spe firma bene speremus, deũ certo da turæ quæ nos de eo credimus: de qua quidẽ spe, parte religiõis nr̃ę altera, præsenti (quatenus profuerit) libro differemus, quum iudicio omnium spes fidei, & spei beatitudo succedat.

QVOMODO SPES DEFINIATVR, ET QVA causa fidei proxime succedat. Caput I.

TAmetsi non infima pietate & doctrina theologi, plurifariam & plane multa de spe, deq; illius varietate disputarint, nec absque fructu fortasse: nõ tamen est, vt hoc loco illos disputatione longa sequamur, qui de ea dũtaxat spe dicturi sumus, quam vocãt Theologicam, altera nostræ religionis parte: quæ nõ est terrestrium, sed cœlestium diuinarumq; rerum cultrix & pedissequa, in hunc ferme modum a pijs hominibus definita:

SPES, est certa rerum bonarum futurarũq;, quas a Deo promissas fide indubitata credimus, cum patientia expectatio, ex gratia & meritis proueniens, iuxta Paulum dicentem: Iustificati ergo ex fide, pacem habeamus ad deum p dominum nostrum IESVM Christum, per quem habemus accessum per fidem in gratiam istam, in qua stamus, & gloriamur in spe gloriæ filiorum dei. Non solum autem, sed & gloriamur in tribulationibus, scientes q; tribulatio patientiam operatur, patientia vero probationem, probatio vero spem. Spe enim salui facti sumus. Spes autem quæ videtur, nõ est spes. Nam quod uidet quis, quid sperat? Si vero quod non videmus, speramus: per patientiam expectamus. Habemus ergo spem, sicut ancoram tutam & firmam, incedentem vsque ad interiora velaminis: siquidem spes non cõfundit. Vides ergo quomodo Paulus appellet spem ancoram firmam, quæ constãter & indubitanter patienterq; ducat ad interiora velaminis, hoc est, ad æternæ beatitudinis tabernacula, quæ nobis futura sunt, vtcunque nunc inuisibilia: quoniam (vt idem alibi dicit) non contemplamur quæ videntur, sed quę non videntur. Quę ẽm videntur, temporalia sunt: quæ autem non videntur, æterna sunt. Qualem sane spem idem Apostolus habuit, quum dixit: Ob quam causam etiam hæc patior, sed non confundor. Scio enim cui credidi, & certus sum.

Roma.5. Rom.8. Heb.6. Roma.5. 2.Cor.4. 2.Tim.1.

Iam vero, quia sic esse nobis debet de futuris bonis consequendis spes, merito fidei spes succedit, quæ & ipsa verbo Dei, quo nihil certius & veracius, innixa, prorsus certissima est. Accedit, quod ipsa spes sic affinis videatur fidei, vt ea propemodum nasci credatur ex fide. Siquidem fides est, qua verbo creditur: spes, qua expectatur quod per verbum promissum est. Vt enim expectemus, potissimũ fides ꝟbi dei facit, iuxta ꝓphetam dicentẽ: Sperẽt in te omẽs qui nouerũt nomen tuũ. Quanuis autẽ fides & spes ita cõformes videãtur, vt pene non sit, cur separemus alterũ ab altero, hacq; gratia sæpenumero scriptura vocabulis fidei & spei, expectãdi & sustinendi, ꝓmiscue vtat̃: inter se tamẽ differunt fides & spes, vti filia a matre: differũt & interim, q̃niã fides sit & malarũ rerũ & bonarũ, itemq; præteritarꝫ, ꝑsentium & futurarꝫ, itẽq; rerꝫ suarũ & alienarꝫ: ipsa vero spes nõ est nisi rerꝫ bonarꝫ, futurarꝫ, & ad eum pertinen-

Psal.9.

tium,

In enchi. capite 8. tium,q̃ earum ſpem gerere perhibetur, vt Auguſtin⁹ alibi declarat exemplis.

SPEM CERTAM TRIBVS PRAEcipuis rebus haberi. Caput II.

QVoniam res eſt admodum grandis & ardua, peccatores, cuiuſmodi ſumus plerique omnes, & ſeruos inutiles, quālibet quod præceptum eſt ſacientes, certam habere ſpem, hoc eſt, indubitatam expectationem futuræ beatitudinis & eius quod eo pertinet, conſequendæ: non oberit, arbitramur, ſed plurimū proderit, hac parte ſub oculos collocare, quibus rebus præcipue ſpes ad eandem conſequēdam naſcatur, cōſtet, coadiuuetur, & corroboretur. Quarum ſunt tres: vtpote charitas adoptionis, veritas promiſſiōis, & poteſtas redditionis. Nimirum hæc tria ſic poſſunt ac debēt cor noſtrum in ſpe bonorum futurorum certa roborare & confirmare, vt nulla nos penuria meritorum, nulla conſideratio propriæ vilitatis, nulla æſtimatio vitæ æternæ, quæ beatitudo eſt, de celſitudine ſpei deijcere poſſit aut debeat. Qui eñ non certo ſperemus, ab eo nos habituros æternam beatitudinem, & quæ illuc attinent, qui nimia 1.Ioh.3. nos charitate in filios ſuos adoptauit, Iohanne dicente: Videte qualem charitatem dedit nobis Deus, vt filij Dei nominemur & ſimus? Iam vero quid clementiſſimus & optimus pater negabit filijs, q iam dedit quod pater eſt? Si eñ Lucæ 11. patres in terra mali, filijs ſuis bona dare norunt: quanto magis pater ille noſter cœleſtis, q non poteſt eſſe non optimus? Inſuper, ſi filij ſumus, certe ſumus & Rom.8. hæredes: hæredes quidem patris, & cohæredes IESV Chriſti. Nec eſt quod dubitemus aut deſperemus de ſpe veniæ & reconciliationis: quandoquidem omnem deſperationem nobis, vtcunque peccatoribus, ſubmouere debet de fi Lucę 15. Pſal.6.50 lio prodigo parabola. Conducit quoque pro ſpe habenda, cōtra propter pec Hebr. 2. cata deſperationem, conuerſio Dauidis, Manaſſis, Niniuitarum, Zachęi, & al Mar.12. Lu.19.23 terius publicani, Petri, latronis in cruce, Matthæi, Pauli, Magdalenæ, & alio Matth.8. rum non uulgarium peccatorum, quos in hoc propemodum deus videtur ex Act.9. Lucę 7. pectaſſe, vt eis tandem conuerſis & pœnitentibus veniam largiretur, & quidem, q̃ illi expectabant firma ſpe, copioſiorē: fieretq; verbo veritas, vt vbi ab Roma.5. undarat delictum, ſuperabundaret & gratia.

Deinde, quæſo, qui deſperemus vel tantillum habere apud illum, quicquid pſal.144. in beatitudine eſt bonorum, qui tam verax eſt in oībus promiſſionibus, vt Iacob.1. non poſſit mentiri, ſed fidelis in oībus verbis ſuis, promittens per Apoſtolū: Beatus vir qui ſuffert tentationem, quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vitæ? Hinc ad ipſum Propheta ait: Memor eſto verbi tui ſeruo tuo, in q̃ pſal.118. 1.Iohā.1. mihi ſpem dediſti. Et Iohannes: Si cōfiteamur, inquit, peccata noſtra, fidelis eſt deus & iuſtus, vt remittat nobis peccata noſtra, & emundet nos ab omni iniquitate. Inſuper accedit illius veracitati in promiſſione, poteſtas in exhibitione: vtpote quæ tanta eſt, vt etiam ſolo verbo omnes poſſit implere promiſſi Eccl.7. ones, quantumuis etiamnum arduas. Eſt enim eius ſermo, inquit ſcriptura, poteſtate plenus. Nolumus interim multis commemorare, quantum coadiuuet ſpem noſtram conſideratio, qua cōſideramus Deum ipſum eſſe creatorem, gu pſal.144. bernatorem & miſeratorem, cuius miſerationes ſunt ſuper oīa opera eius.

Iam vero natura comparatũ ſcimus,artificem ſic amare opus ſuum, vt vix audire valeat ꝙ ei detrahatur. Veriſimile igitur eſt,deum artificem & creatorem noſtri omnium,nos ſua plaſmata & opera,ad ſui præſertim imaginem & ſimilitudinem ab ipſo creata,velle conſeruare & perdita recuperare.quemadmodum Euangelica de cẽtum ouibus & decem drachmis parabola,confidenter atteſtatur,huc merito applicanda. Cui ſubſcribit ſcriptura,dicẽs ad deum: Et misereris omnium, quia omnia potes:& diſſimulas peccata hominum propter pœnitentiam. diligis enim omnia quæ ſunt,& nihil eorũ quæ feciſti,odio habes. parcis autẽ omnibus,quoniã tua ſunt domine qui amas animas. Profuerit itaque, ſemper cum Eccleſia ſic ad dominum clamare: Lucæ 15. Sapi.11.

Noſtris malis offendimus
Tuam Deus clementiam.
Effunde nobis deſuper
Remiſſor indulgentiam.
Memento ꝙ ſumus tui,
Licet caduci,plaſmatis.
Ne des honorem nominis
Tui(precamur) alienis.

Si proinde hæc & id genus alia,quæ hoc loco breuitatis cauſa mittimus,ex animo recollegerimus: profecto non poſſumus nõ maxime ſperare videre bona domini in terra viuentium, quãtumlibet peccatores & bonorum operum inopes. Murmuret interim,quantum volet,inſipiens cogitatio noſtra,dicens: Qui eſtis vos?aut quanta eſt illa gloria, quibusve meritis eam obtinere ſperatis? Reſpondebimus ſinguli cum Paulo:Scio cui credidi,& certus ſum,quia ille in charitate adoptauit me deus, qui verax eſt in promiſſione, qui potens eſt in exhibitione. Licet enim ei hoc facere quod voluerit. Hæc & hoc genus alia,vtique magnam dant ſpem eis,qui prorſus vacant bonis operibus & meritis: quæ & ipſa nonnihil bonis ſpei conferunt, eoꝗ non parum conducunt, uelut ſequenti oſtendemus capite. 2.Tim.1.

AN bona opera & merita quoquo modo ſpem roborent. CAPVT III.

QVi dixere ſpem non modo ex gratia,ſed & partim ex meritis prouenire, non impie mihi dixiſſe prorſus videri ſolent: ſiquidem a viro non improbo dictum recordamur: Sine meritis aliquid ſperare,nõ ſpes, ſed præſumptio potius appellari debet. Bene vtiꝗ ſperare nobis conuenit,ſi quæ nobis præcepta ſunt,vt pote bona opera,fecimus: quoniam qui verax eſt,ſe pro illis mercedem pollicitus eſt daturum,dicẽs: Ecce venio cito,& merces mea mecum eſt, reddere vnicuiꝗ ſecundum opera ſua,quandoquidẽ nos hæc vel ſola ſequuntur poſt mortem. cuius gratia dominus iuſtiſſimus iudex olim eſt dicturus ad procuratorem ſuum: Voca operarios,& redde illis mercedẽ. Sed ut rem paulo rectius accipias,nos nõ modo propter opera noſtra bona & merita, ſed & propter aliorum merita & ſuffragia ſpem habere poſſe non impiam; Primo q dem Lucę 17 Apoc.22 Apo.14. Matt.20.

dem bene sperabimus propter vniuersa bona opera & merita IESV Christi, dei & hominis, qui non tam sibi q̃ nobis meruit, vtpote nobis conceptus, nobis natus, nobis loquutus, nobis viuens, nobis crucifixus, nobisq; demũ mortuus. Quamobrem non possumus non sperare in merita eius, qui talis ac tantus pro nobis factus est apud patrem aduocatus, qui etiam interpellat pro nobis, vtique suis ineffabilibus meritis: atque ideo semper pro eius reuerentia audiendus, ad quem pater ait: Tu es filius meus dilectus, in quo mihi bene cõplacuit. Adeamus ergo, inquit Apostolus, cum fiducia ad thronum gratiæ eius, vt misericordiam consequamur, & gratiã inueniamus in auxilio opportuno.

Esa. 9. 1. Ioh. 2. Roma. 8. Heb. 5. Mat. 3. 17 Mar. 1. 9. Luc. 3. 9. Hebr. 4.

Secundo habenda quoq; nobis est spes bonorum in patria consequendorũ, propter merita sanctorum tam hic q̃ alibi viuentium, quorum bona & opera & merita communicantur omnibus in charitate existentibus, quia nobiscum om̃es vnum sunt corpus, & vna ecclesia, in qua est communio bonorum spiritualium, & capitis in membra, & membrorum in alia membra, iuxta fidei articulum: Credo ecclesiam sanctam catholicam, sanctorũ communionem. Sicut sane in corpore naturali operatio vnius membri, cedit in bonum totius corporis, ita in corpore spirituali, id est, ecclesia. Quia proinde sancti in cœlo nobiscum corpus sunt vnum, & ipsi commembra nostra, dubitari nequit, quin merita eorum nobis ita suffragentur, vt propter ea nobis bene sperare cõueniat. Non q; ab ipsis sanctis gratiam vel dona tanquam ab autore sperare debeamus, sed a domino ipso meritis & precibus sanctorum, veluti sonãt pleræque omnes in Ecclesia orationes, quas appellant Collectas. Et hoc est quod olim propheta dixit: Leuaui oculos meos in montes, (per quos, Augustino teste, dei sanctos & electos intellexit) vnde veniet auxilium mihi. Auxilium meũ a domino. Quod ipse idem propheta quodammodo exponit altero versu, dicens: Particeps ego sum omnium timentium te domine. Vult enim, omniũ sanctorum deum timẽtium, merita & opera communione quadam sibi suffragatum iri. Non igitur solum Christus sua bona nobis communicat, sed etiam qñque hominũ spirituales bonorũ operum diuitias alijs impartiri potest & distribuere. Atque hoc est, quod olim pij homines a deo quicquam oraturi, cõmemorauerint antiquorũ patrum, Abraham, Isaac, Iacob & aliorũ, nomina: nimirum certo sperantes, deum optimum ipsis & posteris petita daturum, benefactorũq; contemplatione iustitiæ illorũ, quos illi quadam deuotione sub oculos & aures collocabant: argumento vtique, nobis sanctorũ merita ex dei liberalissima benignitate prodesse. contra eos qui beatorũ pro nobis suffragia negant, quos ipsi post alios passim in lucubrationibus nostris abunde cum sanctis scripturis, tum rationibus & exemplis confutauimus. Tertio demũ poterunt & pie spem nr̃am coram deo nonnihil coadiuuare merita, hoc est, opera bona, si qua dei gratia fecimus, iuxta prophetam dicentem: Sacrificate sacrificium iustitiæ, hoc est, opus bonum, & sperate in domino. Et rursus: Spera in domino, & fac bonitatem, id est, bene operare: non obscure subindicãs, spem sine meritis, præsumptionẽ potius dici q̃ spem: nostraq; bona opa nobis apud deum posse coadiuuare spem nostram, iuxta aliũ prophetam, dicentem: Misericor

Psal. 120. Psal. 118. Gene. 48 Exod. 32 Dan. 3. Psal. 4. Psal. 36. Oseе 12.

ricordiam & iudicium custodi,& spera in domino.

Hac tamen parte scitu dignum esse ducimus,nulla plane nostra esse merita,nec vllius spei vel momenti,si ea,scilicet merita,attendamus ex sola nostra dignitate & natura,nulla habita ratione diuinæ gratiæ adiutricis,aut bonitatis eius immensæ,promittentis pro bonis operibus præmia. Cuiusmodi sane merita non sunt ponenda,vtpote quæ non sint. Nam cũ fecerimus omnia quæ præcepta sunt nobis,adhuc dicere debemus,secundum summæ veritatis sententiam:Serui inutiles sumus:quia quod facere debuimus,fecimus. In huiusmodi sane merita nihil sane sperandum est , quum ea Paulus quoque damnet,dicens:Gratia dei vita æterna. Gratia estis saluati per fidem,non ex vobis. Dei enim donum est,non ex operibus,ne quis glorietur. Sunt autem aliqua nostra corã deo merita,vbi ea attendimus ex diuina promissione,gratuite & liberaliter nobis facta, ꝙ custodientes mandata dei, ingrediemur æternam requiem:& ipsius itidem promittentis veritate, quenquam fallere nescia,ex adiutricis etiam gratiæ dei ad bene operandum præsidio, & demũ ex operum nostrorum conditione ac qualitate,postremo cõstituenda loco. Huiusmodi sane merita,etsi potius dei sint q̃ nostra,ipse tamen deus optimus gratuita bonitate sua,vt nos ad bene agendum extimulet,esse nostra ac dici vult merita,vsqueadeo nostra,vt ijs etiã mercedem se daturum polliceaẽ, dicens:Erit merces operibus vestris.

Luc.17. Roma.6 Roma.11 Ephe.2 2.Para.15

Iam vero constat,mercedem æque vt præmium,ad merita siue opera bona referri. Quibus sane meritis modeste fidere propter dei promissa & immẽsam illius bonitatẽ,non est periculum. Aiunt enim vtcunq; spem bona opera,quemadmodum mala opera gignunt desperationẽ. Quia em̃ redditurus est deus vnicuiq; iuxta opera sua,debent fideles securi esse,ꝙ si perseuerauerint bene agendo,&diuina mandata custodiendo,cõsequentur vitã æternã. Idipsum quidem ratio spei complectitur. Nec ea spes gratiam & misericordiam dei excludit,per quas meremur & ad vitam æternã acceptamur,quum longe absit huiusmodi fiducia a pręsumptione & ingratitudine,quando oĩa bona opera deo,vt præcipuo autori,adscribit:& fructum meritorum maxime collocat in diuina misericordia,non in proprijs meritis aut in humana iustitia,quæ nullius est momenti,seclusa diuina misericordia. Ex quibus nunc fit perspicuum,in bonis operibus tanquã in medijs ad salutem necessarijs,cũ dei gratia recte nos fiduciam modestam sub deo posse reponere,quum sciamus non inutilem fore laborem nostrum apud deum,qui nos haudquaquã fallit,dum bona æterna pollicetur bene operantibus,iuxta Paulum dicentem:Itaq; fratres mei dilecti,stabiles estote &immobiles,abundãtes in omni opere domini semper,scientes ꝙ labor vester non est inanis in domino. An non hoc est hortari vt bene speremus ob opera bona,si qua fecerimus? vtiq;,quum ipse hoc ipsum de spe inibi habenda clarius insinuat,dicẽs:Debet in spe,qui arat,arare:& qui triturat,in spe fructus percipiendi. Quam sane spem,ipse plus q̃ aperto in seipso arguit,dicens:Ego enim iam delibor, & tempus resolutionis meæ instat. Bonum certamen certaui,cursum cõsum

Matth.16 Matth.25 1.Cor 15 1.Cor.9 2.Tim.4

maui,fidem ſeruaui. In reliquo repoſita eſt mihi corona iuſtitię,quam reddet mihi dominus in illa die iuſtus iudex. An non & propheta ſpem de ſuis ope ribus bonis modeſtam habuit,quãdo cor ſuum ad faciendas iuſtificationes inclinauit propter retributiones? Nonne & Ezechias hoc modo ſpem habuit ad deum propter bona opera ſine præſumptione & arrogantia,dicens: Obſecro domine,memento(quæſo)quomodo ambulauerim coram te in veritate & in corde perfecto,& quod bonum eſt in oculis tuis,fecerim? Quid multa? Sunt ſane multo plura teſtimonia, quibus accipimus poſſe eos bene ſperare,qui bene egerunt,ob cauſas hoc loco partim depromptas: & melius vtiq;,q̃ eos qui nihil vnquam boni fecere,quos tamen in articulo neceſſitatis nolumus cum Caino & Iuda deſperare,ſed cum Dauide, Manaſſe,Niniuitis,Matthæo,Magdalena,latrone & Paulo bene ſperare, modo pœniteãt in nomine Ieſu Chriſti,in quo copioſa nobis omnibus facta eſt redemptio, cuius meritis vel ſolis ſi quis fidit,omnino bene fidit & ſperat,nec confundetur,accedente merito præſertim virginis Mariæ matris eius, reginæ miſericordiæ. Qui enim,quæſo, quantumuis peccatores,non habeamus fiduciam apud deum patrem,ante quem ſtat filius, & ante filium mater:vbi mater pro peccatoribus oſtendit filio pectus & vbera,& filius patri latus & vulnera? Nulla profecto poterit ibi eſſe repulſa,vbi tot ſunt amoris inſignia,maxime cum huius fidei & ſpei firmiter habẽdæ ſigna & ſigilla,Chriſtus poſt ſe reliquerit ſacroſancta ſeptem ſacramenta,de quibus hoc quidem loco potiſſimum nobis habendus eſt ſermo.

Pſal. 118 · Eſa. 38. · Gene. 4. · Mat. 27 · Pſal. 6. 50 · 2. Para. 33 · Ionæ 2. · Matt. 9 · Luc. 7. · Luc. 23. · Acto. 9.

QVID SACRAMENTVM SIT. Cap. IIII.

QVoniam hac nimirum parte Catechiſmi ratio maxime exigit de ſacramentis tractatum,non duximus abs re fore,ſi primum vel more noſtro, quid ſacramentum ſit,paucis enarrauerimus. Eſt itaq; ſacramentũ,definitoribus Theologis,inuiſibilis gratiæ viſibilis forma,gerens ipſius imaginem & cauſa exiſtens:ita dici cœptum a ſacra ſecretaq; virtute,hoc eſt,gratia, quam ſanctus in ea manens ſpiritus,latenter ſub tegumento corporalium rerũ operatur. vnde & μυστήριον a Græcis dici cœpit,quod reconditam in ſe habeat diſpenſationem & gratiam,quam viſibilis exteriorq; forma efficaciter ſignat & repræſentat:vnde & ipſum ſacramentum,efficax eius gratiæ ſignum eſſe cenſetur:quandoquidem credi par eſt & æquum,eſſe aliquam inibi virtutem occultam in verbo & elemento vel elementato,quæ ſpiritalem operetur in animo recipientis gratiam dei,vel certe eam ipſam gratiam dari a ſolo deo,qui ex pacto,ſacramento a ſe(vt deinde dicetur)inſtituto adſiſtit. Conſona proinde omnium eſt piorum ſententia,ſacramentum ſignum eſſe quoddam eius, quæ per illud datur,gratiæ ſpiritualis. Quur hoc haud quis credat de ſacramẽto,re,inquam,tam pluriſariam ſancta,quum ſint multa corporea,quæ aliquoties ſine ſacramento fidei, per verbum dei recipiant ſpiritalem vim? nisi prorſus vana ſint(quod abſit)omnia,quibus cerei,ignis,aqua,ſal,panis,altare,veſtes,annuli vel adiurantur exorciſmis,vel inuocatione gratiæ benedicuntur.

1. Tim. 4

cuntur. Quæ nimirum & id genus plurima, si vim vllam recipiunt, aut vllam numinis præsentiam extra sacramentum: quãto magis credibile est, sacramẽtum ecclesiæ spiritalem vitæ vim, cui deus merito passiõis filij sui, pactioneqꝫ & verbo quoque suo, quo omnis creatura sanctificatur, adsistit, ipsiqꝫ sacramento visibili ineffabiliter sua potestate diuina gratiã infundit, cõferre? quẽadmodum in disputatione deinde singulorum sacramentorum, paulo clarius commonstraturi sumus. 1. Tim. 4

Vanitatis proinde manifestæ conuincuntur, qui uel negant sacramentum conferre gratiam, vel efficax gratiæ signum esse, vel sacramentum nouæ legis differre quicquam a sacramento legis Mosaicæ. Quanquã interim neminem fugiat, trifariam differre nostra sacramenta a sacramẽtis olim Iudæorũ. Primo, quoniam nostra sacramẽta sine medio signa sint gratiæ: istorũ vero, minime. Secundo, quoniam nostra sacramenta sint causæ & signa gratiæ: illorum vero, signa tantum. Tertio, quoniam istorum sacramẽta gratiam duntaxat promiserint, non autem continuerint: nostra vero gratiam, quam continent, largiantur. Id quod singulatim (deo duce) probabimus, disputaturi de singulis sacramentis. Nec est, vt hanc quis differentiam non pensi habeat, quum sciat, omnia quondam in figuris contigisse Iudæis, quorum veritas est in lege Christiana. Vnde sequi constat, sacramenta quibus vtitur ecclesia, tantum præcellere synagogæ sacramenta, quantum lex noua veterem præcellit legem, id est, quantum corpus vmbram superat. Oportuit profecto, vt secũdum processum temporum, spiritualium gratiarum signa magis semper ac magis euidentia ac declaratiua formarentur, vt cum effectu salutis, cresceret cognitio veritatis. 1. Cor. 10. Iohã. 1. Heb. 10.

Atqꝫ hinc est, ꝙ ecclesiæ sacramenta, quorum fides est difficilior, & vsus magis necessarius, in antiqua lege fuerint prædicta & præfigurata: nimirum baptisma nostrum per baptisma Iohannis, eucharistia per esum agni paschalis, pœnitentia per confessionem summi sacerdotis, & per præceptum de leprosis sacerdotibus offerendis. Leui. 16 Leui. 14

SEPTEM ESSE SACRAMENTA. Cap. V.

HAudquaquam operæprecium censemus, hac parte exaggerare inconstantiam quorundam nostri temporis hæreticorum multo impudentissimã, & varietatẽ lõge vanissimã, qua isti modo vnum, modo duo, modo tria duntaxat esse cauillant sacramenta: quũ tamen ecclesia, q̃ veritatis est columna, multo secus censeat, cuius decreto & libẽter & cõstãter subscribimus. 1. Tim. 3

Sunt itaqꝫ in nõ illaudato catholicæ ecclesiæ vsu septẽ sacramẽta, hoc ordine cõtenta: Baptismus, Cõfirmatio, Eucharistia, Pœnitentia, Extrema vnctio, Ordo, Matrimonium, iuxta vulgarem versiculum:

Abluo, firmo, cibo, piget, vngit, & ordinat, vxor.

Nec sane frustra septenario sunt numero conclusa ecclesiæ sacramẽta, vtpote numero multis admodum modis insigni, quemadmodum alias ostendimus. Siquidem præfigurata dudũ sunt per septem vices, quibus olim Na- 4. Reg. 5

Nume.19 aman in Iordane fuit lotus: per septem vices, quibus digitus in festo expiationis in sanguine intingebatur: per septem vices, quibus leprosus sanguine mū- Leui.14 dificandus passeris adspergebatur. Adde ꝙ & hæc ipsa sacramenta numero hoc septenario, qui numerus est vniuersitatis, perpulchre respondeāt septem virtutibus, vtpote tribus Theologicis, & quatuor cardinalibus. Quæ & faciunt aduersus septem peccata capitalia, quibus illa medentur ab eo, qui ipsa instituit, vt posthac suo loco singula monstrabimus.

A QVO SACRAMENTA SINT instituta. Cap. VI.

QVanta nobis veneratione, deuotione & grauitate, habenda tractandaꝗ sint sacrosancta ecclesiæ sacramenta, vel hinc haud obscure accipimus, ꝙ ea sint a Christo Iesu, dei opt. filio, Theanthropo, seruatore nostro, citra omnium piorum controuersiam, instituta, non a quopiam puro homine: nullo proinde pacto negligenda. Quanquam non defuere, qui voluerunt ipsa non a Christo, sed ab apostolis esse instituta: ipsi tamen constanter credimus, ea non ab apostolis, sed a Christo duntaxat instituta, vtcunꝗ non omnia ab ipso promulgata: vtpote ꝙ is nonnullorum promulgationem & expressionem maiorem apostolis reliquerit, vti deinceps loco suo videre erit.

Ipsa vero non esse ab apostolis, sed a Christo solo instituta, hinc constat: quoniam quum illa signa sint gratiæ efficacia, id est, quæ & eam ex institutione (vti dictum est) diuina conferant, certe nulla potuit esse creatura nec angelica nec humana, tantæ vel autoritatis vel potestatis, quæ vel huiusmodi signa instituere, vel eiusmodi gratiam conferre potuisset: quandoquidem nullus potest dare certitudinem alicui signo (quod vocant) practico, nisi in eius sit potestate, posse causare signi illius signatū. Præterea, quū sacramenta sint diuinæ quoꝗ voluntatis erga nos signa, profecto nō est homo, quantauis autoritate & dignitate magnus, qui signū possit instituere, quo hæc ipsa voluntas erga nos diuina significaretur.

Atꝗ hinc est, ꝙ ipsa sacramenta nec Papa, nec tota ecclesia mutare possit, nec in eis dispensare quicquā, quū seruus nequeat dn̄i sui legē tollere. Quanquam fortasse circa illa, dispēsatio admitteretur diuina reuelatione facta, veluti in nascente ecclesia cum baptismo dispensatum legimus, quando is dare- Act.2. tur in nomine Iesu Christi, quum præceptum fuerat, idipsum baptisma dan- Mat.28 dum in nomine Trinitatis, scilicet patris & filij & spiritus sancti.

QVAM OB CAVSAM SACRAMENTA sint instituta. Cap. VII.

QVum fide iustificari dicamur, totusꝗ cardo nostræ salutis in fide pendeat, a non paucis propterea quæri cœptum est, quanam sint causa post Heb.11. fidem, qua vel sola deo placemus, sacramenta instituta. Quibus in hunc responderi modum queat:

Sacramēta nō esse absoluta necessitate instituta a deo, quū saluare hoīem

alio

alio modo potuisset: verum quia ineffabilis illius sapientia, volens hominem qui ceciderat, erigere, errantem reducere, perditum saluare, omnia egerit fortiter, suauiterq; disposuerit vniuersa, modum constituit homini reparando congruum. Iam vero, quum supra q̄ dici potest, constet, nos oportere per fidem mediatoris saluari: ipsa autem & credenda, & per fidem speranda, nostræ intelligentiæ naturalis acumen longe & quidem ita excedunt, vt noster ipsis intellectus summa cum difficultate assentiat: pro immensa bonitate sua & sapientia idem deus Opt. Max. instituit sacramenta, non secus atq; signa gratiæ efficacia, aliquot potissimas ob causas.

Prima est, vt nos per ea ipsa exteriora sacramenta, ad aliqua spiritualia, cuiusmodi sunt in ipsis gratiarum dona, cogitanda & consideranda erudiremur & excitaremur. Si enim deus animam curaret, nulla foris composita specie, rudis homo nunquam de aliqua interiore purgatione cogitaret: admonitus vero per ea quæ foris fieri conspicit, visibili quapiam specie, non solum ad inuisibilem gratiam, quæ intus est, certius agnoscendam eruditur, sed & ad eam quærendam multo ardentius accenditur. Non enim potest non accendi trepidantis animus, si certior fit per visibilia eorum mediorum signa, quibus facile sit salutem inuenturus.

Secunda est, vt per eadem ecclesiæ sacramenta noster intellectus suauiter adsuesceret, manuduceretur q; ad formam credendorum & sperandorum, quæ omnem superant intellectum, fidem.

Tertia est, vt per eadem quoq; sacramenta fieret nobis omnino certa, firma & indubitata de credēdis & sperandis fides & spes, haud aliter atque per efficacia quædam signa, quæ sigillorum vice apposita, nos non solum diuinarum promissionum, propter fidem a deo nobis factarum, admonerent: sed & efficaciter testarentur, nos certo partim accepisse, partim accepturos, quæ nobis pollicitus est ipse deus: essentq; ad hunc modum sacramenta efficacia & certa diuinæ erga nos voluntatis, gratiæ, misericordiæ, & beneuolentiæ testimonia, omni exceptione maiora: quibus obfirmati, non possemus de rebus fidei & spei neq; diffidere, neq; desperare, præsertim q ipsis omnibus & singulis sacramentis accedat verbum dei, quod non potest esse non firmissimum & verissimum, cui omnino credendum est.

Sicut proinde antiqui patres illi fuerunt participes humanæ redemptionis per Iesu Christi passionem mediis sacramētis, quæ ipsi tum habuerunt quasi signa & protestationes eiusdē redemptionis: ita & nos eius sumus participes redemptionis per sacramenta ecclesiæ, quæ illius sunt gratiæ, redemptionis, adeoq; de ea fidei & spei sigilla & testimonia, quæ fidem & spem maxime corroborant. Sic olim (quod pro exemplo dicimus) Abrahamo datum est sacramentum circuncisionis, quod signum illi esset fœderis inter ipsum & deum. Sic Gedeon, ne quid dubitaret, futurum vt suo ductu vindicaretur Israel in libertatem, duobus signis confirmatus est. Gene. 17 Iudic. 6

Quam enim dubitare non potuit Ezechias, quin reualesceret, cum & promissionem audisset, & signo vidisset confirmatam promissionem: q̄ etiam 2. Para. 32 Esa. 38.

Iudic. 6 non potuit dubitare Gedeon, quin victurus esset, cum tot signis cõfirmatus esset: tam nos, & longe minus, ipsi Christiani debemus dubitare de ijs, quæ credimus & speramus, quum eorum quæ credimus & speramus, signa efficacia habeamus vice sigillorum, quæ rebus visibilibus non modo eorum gratiam, quæ nobis per fidem a deo communicatur in sacramentis, verumetiam deo ipso institutore largiuntur.

Non vtiq; dubitandum est, quin dei benignitas suis sacramentis efficaciter assistat, & visibilibus signis inuisibilem infundat gratiam, & sacramenti sui feruore teporem credentium adiuuet: quoq; multi per sacramenta consequantur salutem, qui de sua fide non amplius alioqui polliceri possunt, Marc. 9 q̃ potuit ille qui dixit: Credo domine, adiuua incredulitatem meam. Ex quibus consequi videmus, fidem & sacramentum sibi inseparabiliter mutuo cohærere: nimirum vsqueadeo, vt sola fides sine sacramento non sufficiat in eo, qui sacramenti compos esse potest, neq; sacramentum sine fide, quoniã vtrunq; oportet concurrere, & vtriusq; robur cooperari. Id quod, paulopost de singulis ex ordine sacramentis acturi, clarius accipiemus: hoc demum loco non aliud monentes, q̃ vt diligenter attendamus, q̃ res sint magnæ & preciosæ ipsa sacramenta, quæ vsqueadeo nos non modo diuinarum promissionum admonent, nec solum diuinam erga nos voluntatem attestantur, afflictasq; conscientias nostras consolantur, sed & nos immediate (vt sic dixerimus) ad susceptionem gratiæ, quæ sanitas est & animæ vita, disponunt, eamq; efficaciter signant.

Vt enim ipse dominus nostræ ex omni parte infirmitati consuleret, sensibilia etiam signa instituit, quasi vasa illius gratiæ & medicinas efficaces, quibus ipsi homines carnales sensuali cognitioni inhærentes, disponeremur ad gratiæ inuisibilis cognitionem, appetitionem & consequutionem, velut suo loco omnia euidentiora fient, magisq; perspicua.

DE BAPTISMO, PRIMO ECCLESIAE SACRAMENTO. Cap. VIII.

POst vniuersalem de sacramentis ecclesiæ disputatiunculam, de singulis nunc ex ordine, quatenus autor sacramentorum dederit, acturi sumus: & quidem primo de sacramento baptismatis, Rom. 15 quod in locũ circuncisionis octiduanę quondam successit. Quia enim baptismus sine controuersia primum est fidei sacramentum, quasiq; totius catholicæ disciplinæ basis, fundamentum & signaculum, adeoq; omnium sacramentorũ ostium, non immerito primas ipsum sibi partes hoc vendicat loco, id quod primũ definiemus: deinde, quibus facto opus erit, addituri.

Quod Græci βάπτισμα dicunt, nos Latini tinctionem dicere possumus: Ephe. 5 Tit. 3 proptereaq; a Paulo lauacrum regenerationis est appellatum. Siquidem baptismus non tam ob id tinctio dicitur, quia homo inibi aqua tingitur & mergitur, q̃ quia spiritu gratiæ ibi in melius immutatur, & longe aliud, vtpote

pote spiritualis & nouus homo, q̃ erat, quia carnalis & homo vetus, efficitur: quemadmodum satis aperto perspicuum fit ex baptismatis definitione, quæ sic habet iuxta scripturam:

Baptismus, prout sacramentũ est ecclesiæ, non aliud est, q̃ tinctio in aqua, verbo vitæ sanctificata, qua baptizatus in nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis per gratiam spiritus sancti, quam ille post fidem simul cum baptismo efficaciter purgantem infundit, haud aliter intus ab omni peccato, maxime originali, lauatur purgaturq;, atque foris a sordibus mundatur aqua corpus: & tum primum vere in Christi ecclesiã recipitur, vereq; Christianus esse, haberi, diciq; incipit: nempe signo gratiæ efficacissimo fidem suam non clam, sed palam protestans.

IN AQVA PRORSVS ESSE BAptizandum. Cap. IX.

PRimo autem ex ijsce definitorijs baptismi verbis haud obscure intelligimus, opus esse ad verum baptismum tinctione adspersioneve aquæ, si modo facultas illius adsuerit, aut ea haberi valeat, iuxta baptismi institutorem, dicentem: Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non potest introire in regnum dei. Atque hoc est, q; eunuchus ille potens reginæ Candacis Aethiops, quum a Philippo fidem esset edoctus, videretq; præterfluentem aquam, dixit: Ecce aqua, quis me prohibet baptizari? Et descenderunt vterq; in aquam, Philippus & eunuchus, & baptizauit eum, vtpote in aqua ad baptismum necessaria. Et Petrus hanc ob causam de ijs, qui spiritum sanctũ acceperant, dixit: Nunquid aquam quis prohibere potest, vt non baptizentur ij? Summatim, quotquot sunt nascente adhuc ecclesia ab apostolis baptizati, non aliter baptizatos intelligimus, q̃ in aqua, vtpote elemento summe ad baptismum Christi necessario: contra eos, qui contẽdunt aquæ baptismũ ad salutem non esse necessarium, quando tamen & hac quidem causa dominus hoc salutis sacramentum instituit perficiundum in aqua, quasi elemento quod æque posset haberi a pauperibus atq; diuitibus, quodq; parui constaret, facileq; posset vbiq; haberi, totoq; terrarum orbe inueniri. Cuius si difficultas esset, tantam nobis huius necessitatem proculdubio non imposuisset, cuius onus est leue, & eius suaue iugum. Instituit proinde sacramentum baptismi, summe ad salutem necessarium, in aqua, ne quis inopum vel etiam diuitum a suscipiendo excusari posset, tanquam a re difficili, quũ fortassis alioqui propter difficultatem periclitari possent.

Iohã 3
Acto. 8
Acto. 10
Ibidem
Iohã. 13
Matth. 11.

IN AQVA BENEDICTA BAPTIzandum esse. Cap. X.

SEcũdo colligimus ex baptismi definitione, ad verũ Christi baptisma oportere aquã nõ esse cõmunẽ & prophanã, sed sanctificatã, sed benedictã verbo vitæ, quo sanctificat̃ omnis creatura, & baptismo aquæ tantã dat virtutem. Per verbum vero vitæ, intellige inuocationem sanctissimæ Trinitatis, omnia viuificantis: quam super aquam baptismi sacerdos multis sane adeoq;

1. Tim. 4

supplicibus & maximis precibus inuocat in sacratissimo tempore paschali, vt videlicet sacrosanctum baptismi lauacrum sua sic virtute sanctificet, vt per ipsum spiritus sancti gratiam in renatos spiritualiter & renascẽdos effundat. Quas sane orationes si quis pietatis amator legat, audiet & intelliget, facileq́ sentiet, q̃ sit res sancta, diuina & beata, baptismi aqua: q̃q́ prorsus non sit ob sanctificationem verbi diuini, quo nihil nec potentius nec sanctius, vt alia communis aqua habenda & tractanda, sed omnia separata, omniq́ veneratione dignissima: contra eos, qui nostra tempestate plus q̃ indigne habẽt & tractant aquam baptismi, falso blaterantes, nihil eam differre ab aqua cõmuni, qua ipsi contra ecclesiæ vsum & decretum, non autem sacrata per verbum aqua, non sine detestando ecclesiæ contemptu vtuntur in pueris baptizandis.

IN NOMINE SANCTAE TRINITATIS esse baptizandum. Cap. XI.

TErtio colligimus, nullius creaturæ, sed duntaxat nomine sanctissimæ Trinitatis, hominem posse debereq́ baptizari, iuxta domini verba, quibus hoc instituit, fieriq́ ad salutem præcepit sacramentum, dicentem ad discipulos, primos post Christum sacerdotes: Euntes ergo, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris & filij & spiritus sancti. In cuius instituti & præcepti testimonium, superbenedictissima illa adeoq́ indiuidua Trinitas, in baptismo Christi (qui nostri fuit baptismi ad omnia confirmatio) sensibilibus signis & speciebus apparuit. Siquidem Christi persona est visa in carne humana, vox patris super ipsam audita, Hic est filius meus dilectus: & persona spiritus sancti apparuit sub specie columbæ. Id quod dudum fore, propheta quasi præteritum prophetarat, dicens: Vox domini super aquas, deus maiestatis intonuit, dominus super aquas multas.

Matt. vlt.

Matth. 3. Marc. 1. Luc. 3

Psal. 28

Voluit sane dominus tantum confirmari sacramentum ternario diuinorum nominum numero, vt tribus staret testibus omne verbum: vtq́ interim triplex ostenderet munus & beneficium, quod assequeretur, qui in Christo rite baptizatur. Primum quidem est adoptio in dei filiationem, designata per vocem patris, testantem, Christum qui baptizabatur hoc modo, esse filium suum. Secundum, apertio regni cœlestis, demonstrata per cœlum apertum super Christum baptizatum. Tertium, susceptio sancti spiritus, insinuata per spiritum sanctum, in specie columbæ descendentem super Christum. Nec potuit nec debuit interim baptismi sacramentum dari nomine alicuius hominis, creaturæve alterius: cum, quia non sit creatura quæ possit salutis conferre gratiam, quæ confertur in hoc sacramento, quum omnis creatura vanitati sit subiecta: tum, quia generaret diuersitatem & personarum acceptationem. Si eñ in Petri vel Pauli nomine baptismi gratia donaret, posset alius alio videri sublimior, & secundũ ministrorũ merita hæc singularis gratia æstimari: vt melior esset baptismus eius, qui sanctior videret: & indignior, qui ab eo acciperetur, quem non amplior æstimatio commendaret: quum vtiq́ huius gratiæ priuilegium non meritis, sed gratiæ detur: & proprie sibi

Matth. 3. Marc. 1.

Eccles. 1. 2

omni-

omnipotentia dei trini & vnius,hunc retineat effectum. Id quod alibi Apostolus abunde declarans,testatur. Hic aũt admonemur,q̃ sit veneratione dignum hoc sacramentum,quanto tremore & timore tantum sit sacramentum suscipiendum,quantaq; ad ipsum deuotione accedendum, in quo & super q̃d certo adsit deus ille trinus & vnus sua virtute & maiestate diuina,quẽ laudant angeli,adorant dominationes,tremunt potestates,cœli cœlorũq; virtutes ac beata Seraphim socia exultatione cõcelebrãt. Cõtra eos,qui nonnunq̃ nescio q̃bus cachinnis & hoc genus leuitatibus,tantũ prophanãt sacramẽtũ. 1.Cor.1. Psal.102 Psal.96. Psal.148 Esa.6.

IN BAPTISMO GRATIAM DARI. Cap. XII.

QVarto colligimus,baptismi sacramẽto gratiam dari,non modo ipsum simplex esse signum, vtpote q; qui inibi renascitur,sit filius dei, quum plane Christum induat,qui antea fuit filius iræ propter originale peccatum, solo(vt audiemus)baptismo tollendum. Gala.3

FIDE OPVS ESSE IN BAPTISMO. Cap. XIII.

QVinto colligimus,hanc gratiam non baptismo solum, sed & vna cum fide dari, quæ ab homine prius adulto requiritur:& infans in eandem educandus per patrinos,ecclesiæ commendatur. Atq; ideo dominus vbique baptizari præcipiens,fidẽ baptismo præposuit & coniunxit,dicens:Qui crediderit & baptizatus fuerit &c. Cuius argumẽto idem dñs oculos cæci nati prius luto ex sputo facto superliniuit,& sic ad aquas Siloe misit: q̃m prius debeat baptizãdus fide instrui,& sic ad baptismũ iam credulus admitti,vt sciat cuius gratiæ in eo sit particeps,& cui iam debitor fiat deinceps. Id q̃d patrini summopere debẽt corde percipere,q̃m vicẽ infantũ supplẽt,nõ secus atq; coram deo & hoĩe fideiussores:quibus deinde infantuli facti adulti,ad seruandam promissam pro eis fidem obligantur:alioqui nunquam saluandi baptismo,quod nullo plane modo reiterare conuenit. Mar.16 Ioha.9.

IN BAPTISMO REMITTI OMNE peccatum. Cap. XIIII.

SExto colligimus,baptismo per gratiã spiritus sancti quam inibi infundit, omne peccatũ remitti baptizato & deleri,nõ secus atq; corpus foris aqua naturali mundat,atq; in eo macula delet. Hoc eñ præcipue cõstat institutũ, esse a dño sacramẽtum,vt per ipsum aboleant & abstergant peccata nostra: vnde & catholica ecclesia cõfitet,vnũ baptisma in remissionẽ peccatorum. Quod Petrus haud ignorãs,ad eos qui compuncti credebãt,ait:Baptizet ergo vnusquisq; vestrũ in noĩe Iesu Christi,in remissionẽ peccatorũ vestrorũ. Atq; ideo nullus dubitet baptisma verũ esse sacramẽtũ,q̃a sit visibilis forma gratiæ inuisibilis,vtpote remissionis & ablutionis peccatorũ,geratq; imaginẽ & similitudinẽ huius gratiæ. Sicut eñ foris aqua corporis mundat sordes, sic intus gratia sordes animæ:interimq; hoc sacramentũ causa huius gratiæ existit,quũ sine eo deus eã gratiã non vult largiri, quãuis alioqui posset,qui proprie & per se,causa est & remissionis peccati,& collationis gratiæ. Acto.2

BAPTI-

BAPTISMVM MVLTIFARIAM ESSE præfiguratum. Cap. XV.

IN huius vero ablutionis peccati teſtimonium, voluit potiſſimum dominus hoc ſacramentum fieri medio aquæ, vitæ verbo ſanctificatæ: de cuius aquæ ſacramentalis virtute & gratia, dudum prophetarat propheta, dicens, in perſona domini: Effundam ſuper vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis veſtris. Huius etiam baptiſmalis aquæ virtutem & gratiam, a mundo condito deſignauit aqua diluuij, quæ fuit figura & typus baptiſmi, in nouo teſtamento inſtituendi. Sicut enim ipſa, effuſione ſua mundi nocentis crimina (deo volente) abluit, & virtutes contulit in poſteris, adeo, vt vnius eiuſdemq; elementi miniſterio finis fuerit vitijs, & origo virtutibus: ita ſane in aqua baptiſmali contracta vitia abſterguntur, & ſacræ virtutes animæ recens purgatæ, ad ſalutem æternam inſeruntur, ipſo Petro teſte, qui dicit: In diebus Noe quum fabricaretur arca, in qua pauci, id eſt, octo animæ ſaluæ factæ ſunt per aquam: quod & vos nunc ſimilis formæ ſaluos facit baptiſma. Et hoc eſt quod Apoſtolus ait, q Chriſtus dominus ſuam eccleſiam mundauerit lauacro aquæ in verbo vitæ, vt exhiberet ſibi ipſe glorioſam eccleſiam, non habentem maculam, aut rugam, aut aliquid huiuſmodi. Cuiuſmodi eſt omnis in Chriſto creatura, per baptiſma natiuitate ſpirituali noua, ad quam propterea ſpiritus ſanctus ait: Quæ eſt iſta quaſi dealbata aſcendens? Atqui poſſemus huius & tantæ per baptiſmum collatæ gratiæ, infinita propemodum genus hoc alia ex ſcripturis teſtimonia proferre, niſi ratio Catechiſmi nos prohiberet eſſe longiores, in re præſertim nulli non pio homini fide digna, & dudum vnanimi conſenſu ſemper credita.

Ezech. 36

Gene. 6.

1. Pet. 3

Ephe. 5

Cæterum quicquid hoc eſt rei, fiet paulopoſt in tractatu de baptiſmi cæremonijs, multo magis perſpicuum.

BAPTISMVM NON NVDVM ESSE ſignum. Cap. XVI.

COnſtabit proinde, vt nunc quoq; conſtat, eos vehementer contra ſcripturas errare, qui cenſuerunt hoc baptiſmi ſacramentum duntaxat nudum eſſe diuinæ erga nos voluntatis & miſericordiæ gratiæq; ſignum, & adſcriptionis in gregem Chriſti teſſeram, nec ipſum gratiam conferre poſſe vel etiamnum ex inſtitutione diuina: nimirum hac ſua opinione miſeris Anabaptiſtis hoc tempore præcipuam dantes cauſam, quod velint infantes baptizatos rebaptizari, quoniam non poſſent neque credere, neque intelligere, neque gratiam fidei per baptiſmum habere, quum nouæ legis ſacramenta gratiam conferre non poſſent. Errare quoque per dicta conſtat, qui vel negant aliquod eſſe peccatum originale, vel ipſum baptiſmo tolli: quum ſupra q̄ dici poſſit, ſciamus, hac potiſſimum cauſa baptiſmum eſſe datum, vt idem tolleretur peccatum eius virtute.

Esse autem originale,quod a parentibus ex vtero per Adam cōtrahitur, peccatum,nosq; per ipsum diaboli filios,æternæq; pœnæ reos fieri,satis abunde colligimus ex Paulo,dicente: Eramus natura filij iræ &c.Quomodo natura? Vtiq; naturali propagatione traducta ab Adam,primo nostræ originis parente, in quo omnes peccauimus, spiritualiterq; mortui fuimus,in peccato concepti & nati.Id quod nec Iob,nec Dauidem, sanctissimos alioqui viros,latuit,sed vterque hoc ipsum confessus est peccatum.Iob enim ad dominum ait:Quis potest facere mundum,de immundo cōceptum semine? Nonne tu qui solus es? Dauid quoq; inquit:Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum,& in peccatis concepit me mater mea.Huius causa dixerunt alibi Iudæi ad cæcum natum,sed a Christo illuminatum:In peccatis natus es totus,& tu nos doces? Est præterea peccatum originale tam plerisq; omnibus perniciosum,vt paruulos hauddum baptizatos,non tantum a regno dei separet,verumetiam a salute & vita æterna faciet alienos.

Ephe.2.
1.Cor.15
Iob.14
Psal.50.
Iohan.9

Quod vero solui nequeamus ab eo peccato,nec fieri filij dei,adeoq; diuinæ gratiæ participes,nisi sacramento baptismi,veritas ipsa testatur,inquiens ad Nicodemum: Amen amen dico tibi, nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non potest introire in regnum dei. Sola enim hac secunda in baptismo natiuitate, filij dei efficimur & dicimur, Euangelista teste, quum ait: Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios dei fieri,ijs qui credunt in nomine eius. Qui non ex sanguinibus,neque ex voluntate carnis,neque ex voluntate viri,sed ex deo nati sunt. Nascuntur ex deo,qui fide præuia baptismo abluuntur: quando quidem de nulla alia diuina natiuitate scriptura meminerit, q̄ quæ fit lauacro regenerationis in baptismate. Id quod, nec aliud, videtur a deo postulasse propheta regius.Quum enim ille iam querulus dixisset, se in peccato natum, nec videret remedium contra illud,precatus est in hæc verba: Adsperges me domine hyssopo, & mundabor: lauabis me, & super niuem dealbabor. Cor mundum crea in me deus,& spiritum rectum innoua in visceribus meis. Atqui hæc lotio,hæc mundatio,hæc dealbatio,hæc innouatio, quam sanctissimus propheta futuram præsensit,non aliter fieri potest,nisi baptismo per spiritum sanctum hodiernis quidem temporibus,quibus quoniam gratiæ sint, a Christo primum cœpit reuelari & institui sacramentum baptismi. Cuius olim loco in typo,quātum ad semen Abrahæ, proculdubio fuit circuncisio octiduana:quantum vero ad alium populum tempore legis naturæ,fuit indubie sacrificium aliquod, quale fuit sacrificium Abel,Noe,Melchisedech & aliorum. Nec sane dubitemus, quod agit apud nos baptismus, hoc ipsum ex parte saltem egisse apud veteres vel pro paruulis solam fidem,non quidem interiorem duntaxat, sed aliquo exteriore signo protestatam. Iam vero, etsi deus huiusmodi fide & sacrificio veteribus illis ex ineffabili sua pietate & misericordia offensam & originalem & personalem remiserit, dederitq; gratiam,qua mereri possent cœleste ipsius regnum: nullus tamen eorū ingredi potuit,donec opere completū est in baptismo virtute passionis Iesu

Iohan.3
Iohan.1.
Psal.50
Gene.17
Gene.4.
Gene 8.
Gene.14

Iohā.19 Christi per sanguinē & aquā, ex eius latere dextro lancea perforato manantē, & baptisma confirmantē & roborantē, ita vt is solū regni ianuā aperiat, ve-
Iohan.3 ritate dicente: Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non potest introire in regnum dei. Absit proinde, vt vel negemus aliquod esse peccatū originale, vel ipsum non nocere, nec vel baptismo tolli.

PER BAPTISMVM FIERI DEMVM Christianum. Cap. XVII.

POstremo colligimus ex definitiōe baptismi, nos primū baptismo in Christi ecclesiam recipi, & Christianos esse ac dici, nec antea vel quālibet credulos: tum enī baptismo, tanq̄ externo signo quopiam, nos eius in quem credimus, esse palam profitemur & testamur. Quod vsqueadeo verū est, vt non desint ex classicis Theologis, qui volunt hac quoq; causa sacramentū baptismi institutū, vt per ipsum ab alterius religionis hominibus distingueremur, vt vnius religionis homines, hoc baptismi signo inter nos conueniremus, nosq; ad veræ religionis obseruantiam mutuo iuuaremus, aliosq; alterius sectæ cautius vitaremus. Cum enī in corpore hic etiamnum agimus, atq; cum aliјs conuersamur, vt signum etiam externum Christiani haberemus, quo ab aliјs secerneremur, religionisq; Christi consortes nos profiteremur, & ab aliјs agnosceremur: duo Christus nobis inter alia potissimum signa reliquit, quæ singulares ob causas, quas supra retulimus, sacramenta vocari cœpta sunt, videlicet baptismū & eucharistiam, quorum ille circuncisioni, hæc sacrificiјs legis successit. Sicut itaq; quondam Iudæi circuncisione populo dei publicitus inserebantur, ita & Christiani baptismo in ecclesiam Christi recipiuntur & inseruntur. Cuius argumento dicit scriptura, ex ijs quos Petrus vna
Acto.2. concione conuertit ad fidem, & baptizauit, animas circiter ter mille appositas, id est, ad gregē Christi, adeoq; fideliū ecclesiæ insertas & adscriptas.

MAGNAE DIGNITATIS ESSE SAcramentum baptismi. Cap. XVIII.

EX baptismi igitur descriptione, & huius declaratione satis superq; constat, quantæ sit gratiæ & dignitatis, quantæ deniq; vtilitatis & necessitatis baptismi sacramentū, vt sine quo salutem habere nequeamus, nec Christiani dici nec esse possimus. Admonemur proinde, vt idipsum summa cū reuerentia & deuotione, singulariq; gratiarū actione suscipiamus, Paulum sequentes, vtpote qui tantæ in baptismo dignitatis & gratiæ non inscius, ait:
Tit.3 Cum autem benignitas & humanitas apparuit saluatoris nostri dei, non ex operibus iustitiæ quæ fecimus nos, sed secundum misericordiam suam saluos nos fecit, per lauacrum regenerationis spiritus sancti, quem effudit in nos abunde per Iesum Christum saluatorem nostrum, vt iustificati gratia ipsius, hæredes simus secundum spem vitæ æternæ.

Cæterum huius sacramenti gratiam & dignitatem, multo fusius posthac intelligemus, audituri cæremonias, quas ecclesia pie circa hoc ipsum sacramētum fieri instituit.

DE ORDINE ET MODO CAEREMONIArum,in baptizando puero fieri solitarum. Cap. XIX.

QVæ ad baptiſmi ſubſtantiam pertinent,& neceſſario credenda,& in baptizando ſeruanda ſunt, præcedenti capite, quatenus catechiſmi ratio exegit,diſſeruimus:ſupereſt vt nonnihil dicamus de ordine & modo ceremoniarum,quæ non tam neceſſario,q̃ fructuoſe,& ita quidem in puero baptizã do ſeruari ſolent,vt ſi quis contra eius eccleſiæ,in qua puer baptizatur,conſuetudinem & vſum,eas negligeret cæremonias abſq; cogente neceſſitate, per contemptum,non aliter peccato ſe reum faceret, atq; is qui peccat in legem,cui conſuetudo plerunq; æquiualet:eſſetq; publicæ pacis & concordię perturbator contentioſus,nec alienus a peccato,præſertim in ijs cæremonijs, quæ tametſi non ſint abſolutæ pietatis,tamen non ſunt cum impietate coniunctæ,ſed potius pietatis altrices. Cuiuſmodi citra dubiũ ſunt cæremoniæ, quæ circa baptizãdum iuxta cuiuſlibet eccleſiæ morem,hactenus non ſecus atq; ſacramentalia ſigna ſeruari conſueuere: vtpote quæ admoneant baptiſmi dignitatem,maieſtatem,& virtutem: quidq; baptizatum ſequatur,ac ei conueniat,pie ſubindicent.

1 In primis igitur baptizandus infantulus,ad valuas templi,non in templũ defertur,vt indignus templo,in quo ſua maieſtate deus multo q̃ alias ſpecialius habitat. Cum eñ dei domum non deceat niſi ſanctitudo,in ipſo vero baptizando,quũ adhuc eſt infidelis,diabolus ſit,prophanator omnis ſanctitatis:merito proinde tum puer cauebit ab ingreſſu templi,loci vtpote teribilis & ſancti,in quo dñs eſt,quum nec Moſes auſus fuerit accedere ad locum for taſſe non æque ſanctum,dño ad ipſum dicẽte:Non appropinques huc. Solue calceamentũ de pedibus tuis. Locus eñ in quo ſtas,terra ſancta eſt. (Gene.28; Pſal.92; Gene.28; Exod.3)

2 Deinde ſacerdos baptizaturus(qui dempta neceſſitate,in hoc baptiſmi ſacramento miniſter eſt,quo ad deum & eccleſiam)in baptizandi faciem ſufflat,ſignificans,mox malignum ſpiritum inde fugere coactum iri ſufflatu ſpiritus ſancti,in baptiſmo gratiam largientis, cui iſte locum volens nolens ſit ceſſurus,iuxta illud:Exiccatum eſt fœnum,& cecidit flos,quia ſpiritus domini ſufflauit in eo. Sic alibi ſacerdos aquã baptiſmi benedicens,in eam ter ſufflat,vt inde fugiat maligni ſpiritus fraus & malitia. (Eſa.40)

3 Mox facta ſufflatione,ſacerdos incipit exorcizare,ſimulq; ad deum precari,quo reprimat diaboli poteſtatem,quã per peccatum accepit ſuper hominem. Eſt eñ,exorcizare,nihil aliud,q̃ per diuina uerba ſpiritũ immundũ adiurando expellere. Hinc exorciſtæ dici cœperunt,qui cacodæmones adiurando fugant. Cuiuſmodi non ſolum apud Chriſtianorũ eccleſiam,ſed & apud Iudæos fuiſſe comperiuntur,vt innuit ſeruator noſter in euangelio,dicens:Si ego in Beelzebub eijcio dæmonia,filij veſtri in quo eijciũt? Et in Actis apoſtolicis fuere,qui tentarunt exorcizare,& inuocare ſuper eos qui habebant ſpiritus malos,nomen domini Ieſu. Quo ſane loco ſciẽdum eſt,exorciſmo nõ prorſus expelli ſpiritum immundum, ſed notari, ipſum paulopoſt abijciendum. Siquidem conſtat,eundem ſpiritum a paruulo nequaquã exire,donec (Matth.12; Luc.11.; Acto.19)

manet in peccato originali. Arctatur autem exorcismo diaboli potestas in exorcizato, ne impediat baptizandum a susceptione effectus baptismi & illius gratiæ, ne quoque sæua cacodæmonis potestas tantum deinceps possit, quantum potuit antea. Vides ergo quatenus nunc apostatæ & schismatici baptizandis paruulis incommodant.

4 Exorcismo peracto, signatū baptizādus pollice sacerdotis signo sanctæ crucis tā in fronte q̄ in pectore, vt diabolus cognoscat se ab illo tā in occulto cordis, q̄ in aperto cōfessionis expelli virtute eius, q in cruce pepēdit, vnde suā virtutē crux cōtra eū accepit: qua de multis egimus in nr̄is Homiliarū Cēturijs.

5 Post crucis signaculū hoc modo & ordine factū, legunt̄ sup baptizandū orationes, vt fiat catechumenus. i. vt possit edoceri mysteriū sacræ fidei: q̄ nō Ephe. 2. datur nisi dono dei, q solus adiuuat incredulitatē nostrā, & fidē adauget. Id q̄d facile subindicatur precibus, quæ super baptizandū dici consueuerunt.

6 Quibus ita dictis, datur illi sal benedictū in os, vt per sal typicū, sapientiæ sale cōditus, fœtore careat iniquitatis, & ne a vermibus peccatorum vltra putrefiat, sed magis illæsus seruetur ad maiorē gratiā percipiendam. Significaturque eo sale, hominē omnino esse foreque insulsum sine cōdimēto primorū documentorū fidei, q̄ sal notat, quibus puer ipse saliendus & imbuendus est.

7 Dehinc rursus exorcizat̄ diabolus, nempe vt suā agnoscens nequitiam, & iustum super se iudicium dei timens, recedat ab homine, nec iam contendat cum arte sua subuertere, ne baptismum consequatur: sed magis honorē deo creatori suo exhibens, reddat opus factori suo.

8 Postea sacerdos, Christi exemplo tangit baptizandi nares & aures cū saliua, dicens: Epheta, q̄d est, adaperire. Hoc agit ipse sacramēto, vt per saliuam typicam sacerdotis & tactum, sapientia & virtus diuina salutem baptizandi operetur, vt aperiantur illi nares ad accipiendū odorem notitiæ dei, de quo Paulus alibi: & vt aperiantur illi & aures ad audiendū mandata dei, sine quibus nemo adultorum vitam sit æternam ingressurus.

Marc. 7 · 2. Cor. 2 · Matt. 19

9 Quibus hac serie secundum ecclesiæ consuetudinem peractis, sacerdos puerum manu accipiens, templum ingreditur, & dicit: Ingredere in templum domini, vt habeas vitam æternam &c.

10 Quo dicto, simul puer baptizādus defert̄ ad sanctificatū baptismi fontē, regenerationis lauacrū: atque sacerdos ibi quærit ab eodē baptizādo, si abrenunciat diabolo & oībus eius damnosis operibus, fallacibusque pompis, vt primū respuat errorē, sicque ad veritatē possit appropinquare, & iuxta Apostolum, deponere veterē hominē secundum pristinā conuersationē, qui corrumpitur secundū desideria erroris, abnegans impietatem & secularia desideria. Quod sane facto opus est, quū nemo possit æque duobus inseruire dominis, nec sit participatio iustitiæ cū iniquitate, nec aliqua luci societas cū tenebris, nec quicque conueniat Christo cū Belial. Respondet aūt pro puero baptizando patrinus, inquiens: Abrenuncio. & quæ sequuntur reliqua.

Ephe. 4. · Col. 3 · Matt. 6. · 2. Cor. 6

11 Post hæc vngitur baptizandi pectus oleo, nimirum sanctificato, cū inuocatione sanctæ Trinitatis, vt nullæ reliquiæ latentis inimici in eo residea nt,

sed

ſed in fide eiuſdẽ ſanctæ Trinitatis,mens eius læta confortetur vera in ipſam charitate & deuotione.

Interim quoq; idem baptizandus inter ſcapulas eodem oleo inungitur,vt vndiq; muniatur, accipiatq; fortitudinem ad portandum onus domini in ipſius gratia corroborante. 12

INFANTES RECTE FIDE ALIENA BAptizari,contra Anabaptiſtas. Cap. XX.

DEinde ſacerdos paulopoſt puerũ baptizaturus,interrogat ab ipſo ſymbolum apoſtolicæ fidei,de quo præcedenti lib. dicens:Credis in deũ patrem? Cui pro puero reſpondet patrinus:Credo. Qua quidẽ reſponſione tam puer q̃ patrinus coram deo obligatur. Puer, vt ætatẽ nactus perfectam, fidei aſſentiat:patrinus,vt ſit operam daturus,quo puer credat. Nec inconueniẽs eſt,vt vnus alium obliget in ijs,ad quæ omnes tenẽtur:ſecus tamen in eis,ad quæ non omnes tenentur. Nec patrino quicquã periculi poterit in hoc immi nere caſu,quũ baptizandus parentes habeat Chriſtianos, ſitq; ipſe victurus inter Chriſtianos,a quibus dubio procul nutriendus ſit & fidẽ docendus,id q̃d fieri nõ ſemper potuit in naſcẽte adhuc eccleſia:quanq̃ ſub id q̃q; tempus apud parẽtes,q ſunt vel infidelitatis vel hæreſeos ſuſpecti,nõ prorſus abſit periculi ſuſpicio. Quod eccleſiæ primoribus,vtpote epiſcopis,cogitandũ relinquimus. Nec dubites hoc ſane loco, pueros infantes recte ſalutariterq; baptizari,vtcunq; fidem vocalem non habeant,nec eam poſſint doceri,quum careant intellectu. Siquidem reſponderimus,illis ſufficere fidem aliorũ, adeoq; totius eccleſiæ, qua baptizantur:quorum merito ſalus adimpletur per corda & ora geſtantium fideiuſſorum,quando dñs ipſe alias fidem aliorũ ſuſcipiẽs, paralyticũ a morbo tam corporis q̃ animæ curauit,ad illũ dicens:Homo,remittuntur tibi peccata tua. Quod ſi hoc ipſum de illo,quid de pueris dixit? Sinite illos ad me venire,qm̃ ipſorũ eſt regnũ cœlorũ. Id quod non niſi baptizatorũ eſt. Recte ergo paruuli baptizantur,nec vllo pacto ſunt rebaptizandi, quanuis actu credere nequeant,ſed per alios,vtpote patrinos. Nec immerito baptiſmus & ipſis delet peccata. Sicut eñ illi ex alijs ea,quæ illis remittũtur in baptiſmo,peccata traxerunt,ſic & per alios ad ſalutẽ credũt. Quod & olim factũ legimus in circunciſione,in baptiſmi locũ ſuccedente, quæ & paruulis æque vt adultis fuit cũ pręcepta tum fructuoſa. Cur nõ idẽ fieri quis credat in noſtris paruulis,maxime,q; nunc æque vt olim,naturæ infirmitas humanæ nõ obſiſtat omnipotentis dei gratiæ? cõtra Catabaptiſtas,impie negãtes quicq̃ prodeſſe paruulis baptiſmũ,ſed baptizatos in pueritia, denuo baptizandos in adulta ætate cauillãtes,de qbus multa leges in opere noſtrarũ Centuriarũ. Sed redeamus,vnde digreſſi,neceſſitate cogente,ſumus. 13 Matth.9 Matth.19 Marc.10. Luc.18 Gene.17

His ex ordine ſic & qua decet dignitate & grauitate perfectis,ad baptiſmum deinde procedit ſacerdos. Cuius formam,quoad tinctionem, ſeruaturus,accipit ipſe puerum per latera:& verſa ad aquã facie, directoq; ad orientem capite,ſemel ipſum primo mergit,dicens:Ego baptizo te in noĩe patris. 14

Secundo, capite ad aquilonẽ verso, eundem immergit, dicens: Et filij. Tertio deniq;, capite ad austrũ verso, dicit: Et spũs sancti. Ita nimirũ, vt baptizando fiat crux. Atq; rectè quidẽ homo, q ad sanctę Trinitatis imaginẽ creatus est, per inuocationẽ sanctæ Trinitatis ad eandẽ renouatur imaginẽ, fitq; prorsus noua secundũ spiritũ creatura. Debetq; proinde cũ inuocatione sanctæ Trinitatis, sub trina mersione baptismũ confici, vt secundũ personarũ differentiã baptismi forma celebretur, & secundũ vnitatẽ substantiæ vnũ baptisma fiat, iuxta Apostolũ dicentẽ: Vnus dñs, vna fides, vnum baptisma &c. Ipsa vero crux, admonet dñi nostri Iesu Christi crucifixionẽ, ad quã baptizamur omẽs, vt & ipsi post baptismũ semper nostrã carnẽ carnisq; desideria, Paulo monitore, crucifigamus: crucẽq; nostrã patienter tollentes, hortante dño, feramus, alioqui indigni baptismo futuri. Deniq; trina etiamnum immersio, triduanã significat sepulturã & resurrectionẽ dñi, qui tribus diebus totidẽq; noctibus in corde terrę fuit, & tertia demũ die resurrexit. Cũ quo & ipsi baptizati, si cũ illo moriemur, aliquando resurrecturi sumus, qui in eius morte baptizamur, Apľo dicẽte: Quicũq; baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus. Cõsepulti eñ sumus cũ illo p baptismũ ĩ morte, vt quõ resurrexit Chrs a mortuis p gloriã patris, ita & nos in nouitate vitę ambulemus. Si eñ cõplantati facti sumus similitudini mortis eius, simul & resurrectiõis erimus.

Gene. 2. Ephe. 4. Gala. 5. Mat. 10. 16 Luc. 9. 14 Matth. 12 Luc. 11. Roma. 6 Col. 2

CHRISTIANA NOMINA PVERIS ESSE imponenda in baptismo. Cap. XXI.

15 INterim dum hæc ante & in baptismo geruntur, a patrino nomen vel a parẽtibus imponitur puero: nomen, inquã, non ridiculũ, nec cuiuspiam pagani infidelisve, sed potius alicuius sancti & Christiani, quẽ puer factus adultus, tam nomine q̃ exemplo referat & sequatur, illiusq; fide & conuersatione imitator efficiatur, quemadmodũ Paulus hortatur suos, dicens: Rogo vos, imitatores mei estote, sicut & ego Christi. Cõtra eos, qui diuorum contemptores, negant in diuo quopiam Christũ nos sequi posse. Impositio autem nominis in baptismo, sumpta videtur a consuetudine Iudæorũ, qui lege diuina suos infantulos octaua natiuitatis die circuncidebant, eisq; nomina in circuncisione imponebant, quorum primus fuit Abraham, cui in circuncisione nomen inditum est Abraham, quũ prius vocaretur Abram, quasi mutato nomine, mutatus esset & ipse in alium, vtpote nouũ, hominẽ. Qualis profecto fieri solet vnusquisq; in baptismo, qui nunc est vice circuncisionis. Hæc obiter collibuit admonuisse, quę nec proposito nostro quicquã obesse putamus, redeuntes ad ea quæ post baptismum fieri consueuere.

1. Co. 4. 11 Ephe. 5 Phil. 3 Gene. 17 Luc. 1. 2

16 Igitur puerulus baptizatus e fonte ascendens, a sacerdote statim signatur in vertice, summitate videlicet capitis, sacro chrismate, subsequente quidem oratiõe: nimirũ quo baptizatus regni Christi sit particeps, & a Christo Christianus appelletur, quodq; ipse virorẽ cœlestis gratiæ accipiat, quem spiritus sanctus per chrismatis vnctionem in baptismate confert. Cuius argumento Christus baptizatus ascẽdẽs de aqua, vidit cœlis apertis spiritũ dei, descendentẽ

Matth. 3 Marc. 1. Luc. 3

dentem sicut columbã & venientẽ super se. Nec argumento abfuit columba, quæ in diluuio, quo & baptismus est olim præfiguratus, ad arcã reportauit ramũ virentis oliuæ, vnde chrisma baptismale conficitur. Gene.8

Deinde traditur baptizato candida vestis, qua significatur, baptizato per lauacrũ regenerationis restitutam esse innocẽtiam, puritatẽ & castitatẽ, quã peccato originali amiserat, vt & candorem earundẽ virtutũ illibatũ perferat ante tribunal Christi, corã quo resurgentes aliquando apparebimus. Vnde scriptura: Omni tempore, inquit, vestimẽta tua candida sint. Atq; hoc est, q etiã per huius indumenti candorẽ velint significari, gloriosam illã corporum & animarũ in nouissimo die resurrectionẽ, & angelicũ in ea nitorem, qualem in se Christus pfigurauit per suã in monte Tabor transfigurationem, quãdo (Euãgelista teste) facies eius in morẽ solis refulsit, ac vestimenta niueo quodã candore reluxerunt. Insuper hæc ipsa candida vestis, vna cũ rotunda in capite mitra, significat sacerdotiũ & regnũ vitæ, qd baptizatus acquirit, quũ factus sit membrũ Christi, qui rex est & sacerdos in æternũ, cuiusmodi baptismo fiunt Christiani, reges, vtpote qa seipsos & alios regũt: sacerdotes, qm se ipsos dño offerũt, offerreq; debẽt, iuxta Apostolũ dicentẽ: Obsecro vos per misericordiam dei, vt exhibeatis corpora vestra &c. Vnde ad credentes & baptizatos ait Petrus: Vos estis genus electum, regale sacerdotium. 17 Roma.14 2.Cor.5. Eccẽs.9 Math.17 Marc.9 Luc.9. Psal.109 Heb.7. Rom.6.12 2.Cor.6.7 Col.1. 1.Pet.5

Postremo sacerdos tradit baptizato candelã accensam in manu, dicẽs: Accipe lampadẽ ardentẽ, custodi baptismũ, & serua mãdata &c. vt sic luceat vita tua coram hominibus, vt glorificent patrem tuum qui in cœlis est. 18 Matth.5 Matth.19

HAERETICOS PERPERAM NEGLIGERE cæremonias in baptismo. Cap. XXII.

HActenus de sacramenti baptismi cæremonijs, nõ tamen omnibus & singulis, quũ singulæ propemodũ ecclesiæ singulas habeant cæremonias, non tam necessarias, q̃ pias & fructuosas, meritoq; iuxta vniuscuiusq; ecclesiæ morem seruãdas, vt quæ sacramenti dignitatẽ, virtutẽ, gratiã, quidq; inibi serio sit aut agendũ, aut dimittendũ, quasi simulacra quædã, nõ sine simpliciorũ hoĩm energia, cõmonstrẽt & admoneãt. Quas vel ideo paulo fusius hoc loco tractãdas censuimus, vt resciant apostatæ isti cæremoniarũ osores, q̃ nõ satis pie neglexerint, arrogãterq;, nulla suffulti autoritate, sacramẽtales cæremonias partim prorsus abrogauerint, partim subsannauerint improbauerintq;: quũ rem longe secus habere videat optimus quisq;, ac ipsi in libro posthac de cæremonijs ecclesiæ, seorsum vberius differemus: interim nequaq̃ ituri inficias, ea quæ in sacramentis necessaria nõ putanť, posse iustis de causis ab ecclesiæ primoribus tolli. Quo factũ, vt quãdoq; iuste sint baptismi ritus immutati, materia aquæ & verborũ forma non variatis. Ita baptizandi corpus immergebatur antiquitus: nunc capitis ablutio satis esse decernitur. Ita quoq; ter mergi (qd & hac parte docuimus) obtinuerat vsus, quẽ probauit Augustinus, & Pelagius pontifex, & apostolorũ canones. Gregorius id non referre censuit. Mox ad abolendã quorundã hæresim schismaq; tollendũ, in

Toletano Concilio statutũ est, sola immersione vtendũ. Id q̃d vel in hoc genus alijs facto nobiscum opus esse cõperimus: contra eos, a quibus nihil, vel quamlibet bene sanctecꝫ institutum, esse potest tutum, immune & illibatũ, vt qui regni etiã dei Momi, omnẽ in ecclesia ordinẽ, cõcordiam, obedientiã, fidem, deuotionẽ, omnẽ denicꝫ virtutem, opuscꝫ bonum omne, labefaciunt. Vnde fieri videmus, vt licentiosi isti apostatæ tot habeãt diuersæ farinæ adoratores, qui proiectis scripturis ac interpretationibus sanctorũ patrũ, vita & miraculis clarentium, proiectis Concilijs & ecclesiæ catholicæ ordinationibus ac statutis, solum probant mordicuscꝫ tenent, quod apostatico suo arbitratui arridet. Sed in foribus est, vt nemo melius ipsos, q̃ ipsimet semetipsos, inconstantia videlicet & maledicẽtia sua cõficiant, q̃bus saniorẽ mentẽ a deo optimo precamur, capessentes proximo deinde loco sacramẽtũ cõfirmatiõis.

DE CONFIRMATIONE, SECVNDO ECCLESIAE CATHOLICæ sacramento. Cap. XXIII.

Baptismo succedit confirmatio, secundũ catholicæ ecclesiæ sacramentũ. Dicturi aũt hoc in capite paucis de ipsa confirmatione, nõ est vt eorũ mentionẽ faciamus, q̃ nostri tẽporis hæretici nõnulli in eã, vtpote rẽ mod is oĩbus sacrã, nugacissime perfrictacꝫ fronte ludũt & obganniunt: nẽpe inter alia q̃ ex cõposito transimus, cõfirmationẽ pro ritu tantũ ac cæremonia cõtendentes habendã, pro sacramẽto aũt pertinaciter negãtes: quũ tamen illa nõ solũ sanctorũ testimonio doctorũ, & totius ecclesiæ fide, sed etiã sacræ scripturæ clarissimis locis ostendatur, visibili signo manus pontificiæ nõ gratiã modo, sed & ipsum grãe spm̃. cõferre, quã & pro magno sacramento ministri dignitas, ecclesiæ autoritas, & ipsius sacramenti cõmendat vtilitas. Id quod non obscure probabit huius descriptio, & eius quam subijcimus declaratio.

DE CONFIRMATIONIS DESCRIPTIONE. Cap. XXIIII.

Est eñ cõfirmatio, hoĩs baptizati in fronte per pontificẽ in figura crucis cũ sanctificato chrismate ad fidei cõfitẽdæ robur vnctio. Post baptismũ sane baptizatus confirmatr̃ chrismate, q̃d oleo & balsamo conficit̃. Daturcꝫ hoc cõfirmationis sacramento gratiæ spũs, scilicet plenitudo, ad spũale robur augendũ & propagandũ. In oleo, Christi gratia designatr̃, qui dicit̃ vnctus & perfusus oleo lætitię: & propter odoris fragrantiã miscet̃ balsamũ, tum q̃a resistit etiã corruptiõi, tum q̃a per hoc sacramẽtũ maxime efficimur Christi bonus odor in omni loco, p̃ plenitudinẽ septiformis gratiæ spũs sancti. Debet aũt chrisma sanctificatũ esse, nõ etiã prophanũ, quo cõfirmamur. Siquidẽ cõfirmatio nequit, cogẽte etiã necessitate, fieri in chrismate nõ cõsecrato: quanq̃, eadẽ cogente necessitate, baptismi materia possit esse aqua nõ consecrata, q̃a baptismus absolutæ est necessitatis, nõ aũt cõfirmatio, quũ multi nõ confirmati

Danie. 9 Psal. 44. 2. Cor. 2 Ephe. 5

mati saluenť,mõ sacramēti cõtemptus haud interueniat. Cõtēptores aūt eos censent,q oblata recipiendi opportunitate,ipsum cõfirmatiõis sacramentū recipere vel renuunt,vel supine crassecꝫ negligūt. Nec est q̄d arbitrenť sufficere baptismū,quo ad salutē sint omnino renati:quādoquidē facile responderi põt,baptismo remissionē peccatorū accipi:ꝑ manus vero impositionē,q̄ nūc cõfirmatio appellať,spm̄ paracletū dari:Illic gratiā tribui,hic illā dari ad cõfirmationē:itēcꝫ baptismū adiuuare ad credēdū,cõfirmationē vero ad audacter cõfitendū. In baptismo quidē regenerať qs ad vitā,post baptisma vero cõfirmať ad pugnā,qa cõfirmatio ad huius mūdi agones armat & instruit.

Iam vero qd prodesset,si a lapsu quispiā erigereť,q̄d fit baptismo:si nõ ad standū,q̄d fit cõfirmatiõe,cõfirmareť? Atcꝫ vt paucis multa doceamus,scias hoc ipsum facere cõfirmationē baptizato, q̄d pupillo facit tutor. Modo qd prodesset amplā hæreditatē filio relinquere,nisi ipsa vel lex,vel præses illi de tutore prouideret? Paracletus quidē est eius consolator in Christo,custos & tutor,q suadente diabolo,posset(sicut & pupillus)suā perdere facultatē.i.baptismi vtilitatē,si hunc nõ haberet tutorē. In cõfirmatiõe proinde gratia,quę collata est homini in baptismo,cõfirmať,augeť,corroborať & completur.

DE EFFICACIA CONFIRMATIONIS. Cap. XXV.

QVemadmodum em̄ in vita corporali præter generationem, per quā vitam consequimur,alia requiritur actio,per quā & crescimus, & ad perfectionem virtutis perducimur:ita in spiritali vita, quæ per generationem baptismatis acquiriť,opus est sacramento cõfirmatiõis,per quā vita sp̄ualis ad perfectā virtutē perduciť,& sp̄us sanctus datur ad perfectū robur. Plus igiť habet gratiæ & gloriæ baptizatus & cõfirmatus,q̄ qui dūtaxat baptizatus est. Etsi em̄ paruulus ꝑ baptismū moriens,euolet indubie ad gloriā,etiā nondū cõfirmatus:ipse tñ non habet illā gratiæ plenitudinē & gloriæ,quā habet paruulus & adultus cū baptizatus tum cõfirmatus. Id q̄d facile declarat nomen sacramenti,q̄d est,confirmatio , quū prius vocaretur manus impositio. Siquidē cõfirmare est,id quod collatū est,corroborare,firmare,adaugerecꝫ: Quod proculdubio fit baptizato per sacramentum confirmationis, vti pro simplicioribus exemplo magis euidenter commonstrabimus.

Nõne,quæso,si quis ad aliquā eligiť dignitatē,ius sibi ad illā acquirit,et si deinde a superiore confirmať,ius illi suū magis & ita quidem firmať,vt non æque possit facile,vt antea,quouis modo ab eo auferri? vticꝫ. Nā & de Salomone scriptū scimus,cꝫ cõfirmato eo in regno,fortius q̄ antea regnū illi adhæserit. Atcꝫ hinc est,cꝫ priuilegia q̄ vel a regibus,vel Cæsaribus,vel Impp. obtinuimus,a successoribus cõfirmari plerūcꝫ semp satagimus. Ita nimirū q baptizať,sp̄ualiter ad dignitatē regiā & sacerdotalē adsumiť,vt se virtutib⁹, nõ passionibus regat,sp̄ualescꝫ orationū & bonorū operū deo hostias offerat:interimcꝫ sibi baptismo ius acquirit ad omnia sacramenta : hoc vero ius ipsum,sibi ꝑ cõfirmationem magis ac magis firmatur & roboratur.

3.Reg.3 2.Para.1. 1.Pet.2

Insuper cõstat, cõfirmationis sacramentum esse ordinatũ cõtra debilitatẽ ex fomite surgentem, quæ nõdum tota baptismo purgata, remanet ad exercitium in homine duplex, interior scilicet & exterior. Interior est, quædã verecundia plurimum noxia confessioni nominis Christi, ad quã singuli obligamur, dño dicente: Qui confitebitur me corã hominibus, confitebor & ego eum corã patre meo qui in cœlis est. Qui aũt negauerit me corã hominibus, negabo & ego eum corã patre meo qui in cœlis est. Sed hæc nimirũ verecundia ex interiore debilitate consurgens, nõ tollitur nisi in cõfirmatione per cõsignationẽ crucis in fronte, loco timoris & pudoris: quãdoquidẽ timentes pallescimus, & verecundãtes rubescimus. Ipse proinde baptizatus armatẽ in confirmatione signo crucis: tũ, vt meminerit se virtute huius signi victurũ quoslibet hostes, quos & p ipsum vicit summus ipse dux & imperator Iesus Christus, sub cuius signo militat. Hinc Apostolus: Mihi absit, inquit, gloriari, nisi in cruce dñi nostri Iesu Christi: tum, vt angelus exterminator vidẽs baptizatum hoc munitũ signo ad se nõ pertinere, transeat, haud secùs atq; quondã transijt domos Hebræorũ in Aegypto, quarũ vtrunq; postẽ vidit sanguine linitũ agni, figuræ eius, q in cruce de eodẽ angelo triumphauit. Inungiturq; simul idem baptizatus, vt nõ aliter atq; pugil olim fortisq; athleta, nõ timeat nec erubescat publice Christũ ducem fateri cõtra quemcunq; hostem. In cuius ferme figurã Dauid a Samuele inunctus, cõtra Goliath terribilem gigantem p̃ualuit, vt q & antea precatus fuerat a deo, se confirmatum iri spũ principali, q per plenitudinẽ in cõfirmationis sacramẽto cõcediẽ baptizato.

Matt.10 Marc.13 Luc.12 — Hebr.2 Galat.6 — Exo.12 — 1.Reg.16 Psal.50

Exterior vero debilitas, est quædam instabilitas ad standum exterius in confessione nominis Christi coram regibus & principibus, ad quam pariformiter obligamur, teste domino & Paulo dicente: Corde creditur ad iustitiã, ore aũt confessio fit ad salutem. Sed hæc ipsa debilitas expellitur in confirmatione chrismate salutis. Cuius inunctio baptizatum, robustum & intrepidũ virtute spiritus sancti, qui inuisibiliter secretoq; operatur, reddit ad resistendum quibuslibet hostibus, cũ visibilibus tum inuisibilibus. Summatim proinde scias, gratiam, quæ baptizato per baptismum confertur, in confirmatione roborari & firmari contra hostes vel maxime spirituales.

Matt.24 Marc.13 Luc.21 Rom.10

DE PROBATIONE VIRTVTIS ET EFficaciæ confirmationis. Cap. XXVI.

Atque hoc est, quod apostoli quondam baptizati, credantur hoc sibi a deo petijsse sacramentum confirmationis, per prophetam dicentes: Confirma hoc deus quod operatus es in nobis. Ipsis enim iam antea illis in baptismo contulerat gratiam, sed augendam deinceps per cõfirmationem. Quod futurum pollicebatur dominus ipsis: Sedete, inquiens, in ciuitate quousq; induamini virtute ex alto. Id quod adepti sunt in die pentecostes, quando per cõfirmationem repleti fuere spiritu sancto, cuius plenitudo per septiformem gratiam non confertur, nisi per confirmationem.

Psal.67. — Acto.1 — Acto.2

Hinc etsi ijdem apostoli gratiam haberent, essentq; proculdubio, qu alio

alios baptizarunt, baptizati, nondum vero confirmati, sic ad resistendum verecundi, debiles, formidolosiq; erant, vt in cœna nouissima audientes, quantas essent pro nomine Iesu quandoq; passuri tribulationes, supra modũ mœrere cœperint, nec multo post ex voce vnius duntaxat ancillulæ dominum negarint, & ipso pauloante relicto, omnes aufugerint: postq; eius resurrectionem, propter metũ Iudæorũ clausi domiq; latuerint, die vero post resurrectionẽ quinquagesima cõfirmati, & spiritu sancto per cõfirmationẽ repleti, sic facti sunt robusti & animosi, vt quẽ nuper voce vnius ancillę publicitus negarant, tum corã omni populo non modo sermone, sed & facto confessi sint: qui nuper a captiuantibus aufugerãt, tum in faciem eorũ restiterint, sua sponte illis occurrentes: qui nuper cõclusi fuerãt ob metũ Iudæorũ, tum fiducialiter extra domũ exierint, palamq; non modo corã Iudæis, sed & corã omni natione quæ sub cœlo est, nomen Iesu prædicare cœperint: quiq; nuper tristes ac mœsti fuerãt, audientes quãta pro noĩe Iesu essent passuri, tũ gauisi sunt q; digni haberent pro noĩe Iesu cõtumelias pati, quorũ deinde nõ nulli in omni fidei cõstantia lapidati, nõnulli cæsi, nõnulli decollati, nõnulli suspẽsi, nõnulli secti & excoriati, nõnulli alio supplicij genere mortui sunt.

Ioh.14. Matt.26 Marc.14 Luc.22. Ioh.20 Matt.26 Acto.2. Acto.5 Acto.2.3 Acto.5 Heb.11

Q̃ INIQVE REDIGANT IN ORDINEM hæretici sacramentũ confirmationis. Cap. XXVII.

EX ijs igitur & hoc genus alijs, quæ hactenus breuiuscule retulimus, agnoscis & vides, quãta salute, gratia, virtute, vtilitate & bonitate, imo quanto plurimorũ bonorũ thesauro hoĩes priuare satagunt hæretici pleriq; omes, qui contra tot scripturas, totq; scripturarũ exempla & rationes, sacramentũ cõfirmatiõis in ordinẽ, perinde vt nouũ & fictũ, redigũt, negligũt, damnãt & subsannãt, negãtes ipsum homini vllã cõferre gratiã: sed quos cõfundit cum cõfusione Babylonica dñs, huius vt aliorũ sacramentorum autor vnicus, qui & primũ hoc sacramento suos cõfirmauit apostolos in die pentecostes, quando eos plenitudine spũs sancti repleuit signis huic sacramẽto respondẽtibus, nimirũ lingua ignea: nũc aũt chrismate, q̃d oleo & balsamo cõficit. Ignis qui dẽ respondet oleo, ignis nutritiuo: lingua vero, balsamo, q̃d odoriferum est. Per linguã eñ prædicãdo diffusus est odor suauis doctrinæ fidei.

Gene.11. Acto.2. 2.Cor.2 Roma.10.

Est itaque verum sacramentum ecclesiæ, confirmatio, quum sit visibilis forma inuisibilis gratiæ, quæ quidem forma gerit ipsius gratiæ imaginem, & causa ex institutione diuina existit. Siquidem sacramentum inibi est ipsa cõsignatio, quæ per manus episcopi fit in fronte confirmati, ex chrismate sanctificato. Res autem sacramenti, est ipsa gratiæ spiritualis datio, ad robur contra debilitatem ex originalis peccati fomite nascentem.

Iam vero, sicut inunctio per subingressum in corporis substantiam ministrat ei fomentum humoris, ne deficcetur & rigescat in pugna: sic ipsa chrismatis inunctio hominem baptizatum in confirmatione robustũ & animosum efficit contra quoscunq; hostes. Id quod in apostolis & in omnibus martyribus supra q̃ dici potest, est intelligere.

CHRI-

CHRISTVM INSTITVISSE SACRAmentum confirmationis. Cap. XXVIII.

NEc dubitandum est,quin & Christus modo & ritu, quo nunc ecclesia vtitur,instituerit hoc sacramentum:nec duntaxat per manuum impositionem,qua ipse vna cum apostolis vsus est.

Quanuis enim nulla verborum forma legatur, quibus apostoli confirmarunt,imo qui tantum videntur vsi pro confirmatione manuum impositione: tamen credi par est,eos nunq̃ sine verbis,nec sine materia chrismatis determinata confirmasse,sed & Christū sic instituisse,præsertim qui suos in die pentecostes confirmarit,spirituq; sancto repleuerit signis,huic sacramēto tā signāter respondētibus. Qua in re nostrā fidē non tam stupidis hæreticis obstringamus,q̃ catholicæ ecclesiæ,firmamento veritatis & columnæ, quæ spiritu sancto perdocta,non temere cōfirmationē suscepit sacramentū,nec spem suā in signo nihili collocauit. Atq; nimirū non potest cōfirmatio nō esse vetus & sane præcellens sacramentū,quod nomen,q̃d virtus,quā spondet,q̃d & tantopere cōmendat minister. Ipsa quidē huius sacramēti conferendi potestas,solis est reseruata episcopis,qui vel soli vicē gerunt apostolorū,qui quondā soli,nascente ecclesia,dignoscuntur hominibus,sorde peccatorū baptismo mūdatis,manus imposuisse,eosq; confirmasse, ipsisq; dedisse in robur fidei spiritum sanctū,qui post adscēsum domini non nisi ad apostolos descendisse legitur,qui ob id,& eius successores episcopi solum,alijs illū conferre possunt, & rem perinde atq; maiores confirmare, q̃ minores statuere. Sic baptizare omnium sacerdotū minorū est: confirmare vero post baptismū,maiorū est, vtpote apostolorū & episcoporū,vices illorū in ecclesia gerentium.

(Acto.2; 1.Tim.3.; Acto.8; Acto.19; 1.Tim.5.; Acto.2.)

Cui sententiæ cū alia multa scripturæ loca subscribunt,tum ille multo clarissime,qui in Actis apostolorū declarat,q̄ populus qui ante baptizatus est in Samaria,descendentibus ad eos Petro & Iohanne,ac manus eis imponentibus,accepit spiritū sanctū. Valeant proinde schismatici & hæretici Arnaldistæ,qui nulla nec scriptura,nec ratione,nec autoritate,negant sacramētum confirmationis gratiam conferre,& a solis episcopis dari posse illud,quando rem longe secus ex dictis habere docemur.

(Acto.8)

DE ORDINE ET MODO CAEREMONIArum,in homine confirmando fieri solitarū. Cap. XXIX.

ETsi quondam baptizatus,ætatis adultæ duntaxat,& non nisi ieiunus & confessus,ob sacramenti reuerentiam,confirmabatur: quia tamen dominus autor huius sacramenti,puerulos etiamnum confirmasse manuū impositione legitur,profecto censemus,vtrunq;,ætatis vtpote cum puerilis,tum iuuenilis,hominem(modo sit baptizatus,& annos discretionis & memoriæ habeat)rite confirmari posse,præsertim q̄ & ætas ipsa puerilis ad pugnam spiritualem,cū tempus tentationis aduenerit,sacramento confirmationis præparatur. Quapropter patrinus in hoc selectus(nisi aliud haberet consuetudo)confirmandum quacunq; diei hora,qua decet reuerentia & deuotione, ducat

(Math.19; Marc.10)

ducat ad epiſcopum ſuo loco fungentem officio,& eundem confirmari flagitet ab eo. Qui præmiſſa prius ex more ſuper omnes confirmandos oratione,confirmandi frontem liniat in modum crucis chriſmate cum pollice,dicens : Signo te ſigno crucis,& confirmo te chriſmate ſalutis,in nomine patris & filij & ſpiritus ſancti. Pax tibi. Siquidem ſalutatur confirmatus,quia nouus ſit homo,& ſecũdum deum in iuſtitia,ſanctitate & veritate creatus,pro quo prius orabatur:qui quoniam vetus,non erat ſalutandus.

Quem deinde ſic confirmatum, idem epiſcopus in maxillam percutit,ob nonnullas nec contemnendas cauſas. Prima eſt,vt ita percuſſus,memoria tenacius teneat,ſe tam baptiſmi q̃ confirmationis ſacramentum recepiſſe,memineritq; quid eum deinde facere oporteat. Secunda,vt deinde tam ſit fortis in fide per baptiſmum ſuſcepta,vt Chriſti nomen coram quocunq; confiteri nolit erubeſcere , ſed & cum apoſtolis gaudere potius, q; pro nomine Ieſu contumelias & percuſſiones patiatur. Tertia,vt hac percuſſione repræſentet manuum impoſitionem,qua apoſtoli in confirmando vſi ſint : nec aliud nunc fieri conferriq; per epiſcopum,q̃ per apoſtolos olim. Acto.5 Acto.8. Acto.19

Duo proinde præſul in confirmando facit. Primo vngit, ſignificans,hoc ſacramento dari augmentum gratiæ,& robur audacter aggrediendi ea,quæ ſanctæ ſunt fidei. Secundo percutit, ſignificans,confirmatum non vlterius debere vel erubeſcere vel formidare confiteri nomen Chriſti,a quo propter chriſma dici cœpit Chriſtianus. Q.d.ad confirmatum:Ita poſthac eſto fortis, vt quicũque ſic te percuſſerit,vel quocunq; alio modo tibi confuſionem fecerit,pro eo Chriſti fidẽ confitearis,nec propterea erubeſcas,memor eius,cuius nomen geris,qui cum malediceretur,non maledicebat:nec cũ pateretur,comminabatur,vtpote faciens tanquam ouis coram tondente. 1.Pet.2. Esa.53

Quibus in hunc ferme modum iuxta vniuſcuiuſque eccleſiæ conſuetudinem geſtis,ipſe patrinus ob reuerentiam ſacramenti,frontem confirmati linteolo quopiam mundo colligat , ne recens vnctio aut defluat,aut deleatur: quod poſt tres dies in templo per ſacerdotem,propter eiuſdem ſacramenti reuerentiam,deponi,& frons ablui poterit in baptiſterio, ligamen vero ipſum igne comburi. Qua in re putamus eccleſiæ cuiuſlibet conſuetudinem citra culpam cum obedientia ſequendam. Alicubi enim moris eſt haud illaudati, vt confirmatus,caput eatenus non lauet , quatenus ſpiritus ſancti-aduentus celebratus eſt,vtpote ſeptem diebus, quoniam totidem diebus in pentecoſte ſpiritus ſancti aduentum catholica agit eccleſia.

Admonendi ſunt proinde pro loco & tempore ſimpliciores, vt tempore quoque primo ſuos paruulos confirmari curent,& ad epiſcopum oblata opportunitate adducant,adferentes ſecum vittas lineas,ad ligandam frontem percommodas : & ſi quid aliud huc attinet,non negligant,orantes & dicentes:Cõfirma hoc deus quod operatus es in nobis. memores interim,quãtæ ſit hoc confirmationis ſacramentum virtutis & dignitatis,quo demũ confirmati plene ſumus Chriſtiani,nõ circunferendi omni doctrinæ vento,nec ceſſuri Psal.67 Ephe.4

argu-

argumentis perfidorum hæreticorum,qui propterea nihil non moliuntur ad uersus ecclesiam,sed sibijpsis in peius proficient,ecclesia interim supra petram ædificata,mansura vsq; ad consummationem seculi salua.

2.Tim.3 Matt.16

DE EVCHARISTIA, TERTIO ECCLESIAE SACRAMENTO.

PRAEFATIO.

SAcramentum in ordine tertium,non immerito collocant eucharistiæ sacramentum. Postquã enim homo baptismi sacramento, vita nimirum spirituali, eademq; supernaturali, regeneratus est, idemq; confirmationis deinde sacramento roboratus & auctus: subsequens est,vt idem homo vita viuens spirituali,nutriatur & perficiatur. Id quod facit & agit venerabile sacramentum eucharistiæ. Cuius ilico definitionem subijciemus:& quæ in rem facere videbuntur reliqua, silentio non transibimus.

QVID EVCHARISTIA SIT. Cap. XXX.

EST proinde sacrameutum eucharistiæ,sacramentum veri corporis & sanguinis Iesu Christi,sub speciebus panis & vini,post sacerdotis consecrationem,virtute diuini verbi vere contenti,significansq; idem corpus & sanguinem sub eisdem speciebus ex institutione diuina vere contineri. Rem vero sic in rei veritate dubioq; procul haberi,non obscure(deo fauente)accipiemus ex declaratione singularũ particularum definitionis.

QVOMODO EVCHARISTIA SIT VERI corporis & sanguinis Iesu Christi sacramentũ. Cap. XXXI.

PRimum quidem dictum est in eucharistiæ sacramẽti definitiõe, Veri corporis & sanguinis Iesu Christi. Quibus sane verbis sole multo clarius intelligimus,in eucharistia non esse Iesu Christi corpus, nec imaginarium,nec phantasticum,nec mysticum,nec figuratiuum , nec typicum, nec quicquam aliud,q̃ verum &(vt ita dixerim)reale ipsius corpus cum sanguine, quemadmodum prodijt ex castissimo virginis vtero,quemadmodũ pro nobis in terra vixit,quemadmodũ pro nobis passum est in ara crucis & mortuum, vna cum eius roseo sanguine, &quicquid deniq; ad Iesu Christi humanitatem & diuinitatem pertinet. Id quod approbat longe luculentissime dominus ipse suis ipsius verbis,quibus hoc ipsum sacrosancti sui corporis sacramentum,in nouissima sua cum discipulis suis cœna instituit. Manducantibus eñ illis,inquiunt vnanimiter Euangelistæ,accepit Iesus panem,& benedixit ac fregit, deditq; discipulis suis,& ait:Accipite & manducate. Hoc est corpus meum, quod pro vobis tradetur. Similiter accipiens calicem,gratias egit,& dedit illis,dicens:Bibite ex hoc omnes. Hic est enim sanguis meus noui testamenti, qui pro multis effundetur. En audis verbum eius,qui non potest nec fallere,

Matt.26 Mar.14 Luc.22 1.Cor.11

nec

nec mentiri, quoniam ipsissima veritas est, manẽs in æternũm. Cuius verbum vsque adeo verum est, vt ipsum non sit transiturum, quanuis interim cælo & terra transeuntibus. Audis autẽ ipsum dicere, in sacramento Eucharistiæ non esse sui corporis nec figuram duntaxat, nec typum, nec mysterium, nec phantasma, nec aliud quicquam, q̃ verum suum corpus & sanguinem, quod ꝓ nobis in cruce tradidit, queꝗ pro nobis effudit. Non vtique Christi corpus nec figuratiuum, nec typicum, nec mysticum, nec significatiuũ, nec vllum aliud, q̃ verum ipsius corpus, vna cum vero eius sanguine pro nobis traditũ. Quod sane verbum vel maxime solũ conuincit, plerosque omnes hæreticos, qui nulla plane nec scriptura, nec ratione solida communiti, negãt in Eucharistia verum IESV Christi esse corpus: stolide & plus æquo curiose tropum nunc in verbo EST, nunc in nomine CORPVS, nunc nescio in quo alio fingentes, qui tamen nusquam esse potest, quemadmodum post multos Ecclesię catholicæ doctores, tam doctrina q̃ pietate probatos, passim in nostris iamdudum lucubrationibus editis, cum scripturis, tum scripturarum rationibus & exemplis hactenus irrefragabilibus euidenter ostendimus, quibus dudum toto terrarũ orbe subscripsit Ecclesia, quæ tam a suo perdocta duce spiritu sancto, non potest in hoc genus rebus errare, vt eam doctor gentiũ vasq electionis, tam pie q̃ vere nuncupet firmamentũ & columnam veritatis. Cui proinde in omnibus, Deo non aliud euidenter reuelante, fidem suam vnusquisque citra præiudicium obstringet. Nec est vt pluribus hic agamus, quũ inter infinita nobis suffragetur verbum domini, adeoꝗ veritatis ipsius ipsissimæ, cõtra quod nec inferorum portæ vel tantillum valebunt. Quæ vero desiderabis hoc loco, cum ab aliorum, tum a nostris in hãc rem scriptis tuto repetiturus es, quo te remittimus.

Ioh. 14. Mat. 24. 1. Tim. 3. Matt. 10.

DE TRANSSVBSTANTIATIONE PANIS & vini in Christi corpus & sanguinem. Cap. XXXII.

SVb Speciebus Panis Et Vini Post Consecrationem. Hisce nimirum verbis definitio plus q̃ aperto significat, post panis & vini cõsecrationem, quã per Christi in cœna benedictionem intelligimus, non remanere panem & vinum, sed verbo sanctificationis, veram panis veramꝗ vini substantiam, in verum corpus & sanguinem Christi conuerti, solamꝗ speciem panis & vini, atque horum accidentia sine subiecto, mirabiliter remanere, & substantiã in substantiam transire, iuxta verbum IESV Christi, dicentis: Accipite & manducate: Hoc est corpus meũ. Bibite: Hic est sanguis meus noui testamenti. Q. d. Accipite & manducate, quoniam hoc quod nunc do, & quod nunc sumitis, corpus est meum, quod antea panis fuit, sed verbo sanctificationis in propriũ corpus meum & in meam carnem conuersum, quanuis adhuc speciem panis cernitis. Id quod etiam de sumptione bibitioneꝗ sanguinis, hoc intellexit pacto. Sane dominus ipse virtutũ & rex gloriæ, suis ipsius verbis, inquiens, Hoc est corpus meum, &c̃. docuit, hoc quod porrigebat, non esse (quod ipsis fortasse videbatur) panem, sed suum ipsius corpus: quum alioqui longe apertius dicere potuisset, Hic panis est corpus meum: maxime ꝗ ipse suos apostolos,

Matt. 26. Mar. 14. Luc. 22. Psal. 23.

quos tam diu sua doctrina formarat, docere nõ dubitarit, panis viniq; substãtiam non amplius post verbum suæ benedictionis, quam nunc consecrationẽ vocamus, restare: sed manente vtriusq; specie, vtrunq; tamen, & panem & vinum, in corpus & sanguinem suum esse cõuersum. Atq; nimirũ quomodo potuisset aptius dicere, nihil illic remanere panis, q̃ quũ dixit, Hoc est corpus meum? Nõ enim dixit, In hoc est corpus meum: vel, Cum hoc est, quod videtis, corpus meum: tanq̃ in pane, aut simul cum pane consisteret. Cæterũ non sic dixit, sed de hoc quod manu tenebat, & ipsis porrigebat, ait: Hoc est corpus meum. citra controuersiã significans, se verbo consecrationis panẽ vertisse in carnem suam, & vinum in sanguinem suum: nec aliud restare, q̃ speciem & figuram panis, non autem panem remanere. Quod enim videmus, species est panis & vini: quod aũt sub specie illa credimus, verũ Christi corpus est, & verus Christi Iesu sanguis, quod pependit in cruce, & qui fluxit de latere eius.

Iohã.19.

Et hoc est quod Ecclesia toto terrarũ orbe, sacris edocta institutis, verbũq; Christi sequens, cum sonora, iucunda & decora iubilatione canit:

Panem, vinum, in salutis
Consecramus hostiam.
Dogma datur Christianis,
Q; in carnem transit panis,
Et vinum in sanguinem.
Quod non capis, quod non vides,
Animosa firmat fides
Præter rerum ordinem.
Sub diuersis speciebus,
Signis tantum & non rebus,
Latent res eximiæ.
Caro, cibus: sanguis, potus:
Manet tamen Christus totus
Sub vtraque specie.

rursus hæc ipsa Ecclesia canit:

In supremæ nocte cœnæ
Recumbens cum fratribus,
Obseruata lege plene
Cibis in legalibus,
Cibum turbæ duodenæ
Se dat suis manibus.
Verbum caro, panem verum
Verbo carnem efficit,
Fitq; sanguis Christi merum.

Contra nonnullos & schismaticos & hæreticos, qui aduersus ecclesiæ totius fidem, adeoq; cõtra Christi omniũq; euangelistarũ verba, asseuerant post consecrationẽ manere panẽ & vinũ, & sub ipsis & in ipsis esse contineriq; Christi simul verũ & corpus & sanguinẽ, nec inibi vllã fieri transsubstantiationẽ, quã vo-

vocant. Quod & falsum ꝓbauimus,& esse plus q̃ absurdũ. Si enĩ (vt alia trãsе amus) cũ colubro virga restare non potuit, vt colliquescit satis abunde: quan to minus restare potest panis cum carne Christi, incomparabili videlicet sub stantia? Qui enim sacrosancti Iesu Christi corporis dignitatem & excellẽtiam ex animo æstimat, facilius assentitur, quascunq; duas substantias simul mane re coniunctas, q̃ vllum corpus aliud manere commixtum cum venerãdo cor pore Christi. Neque enim vlla substantia digna est, quæ cum ea misceaẽ sub- stantia, quæ substantias omnes condidit. Exod.4.

QVVR VERVM CHRISTI CORPVS AP- pelletur panis. Caput XXXIII.

NEC est quod allegant, corpus dñi alicubi post consecrationem nominari (quod tamen raro legitur) panem. Primo quidem responderim, non idẽ esse, Dicere, quod Esse: quũ sæpe res alio, q̃ sit ipsa, nomine vocetur. Secũdo, scripturam sæpenumero vocare quippiam, non id quod est, sed quod ante fue rat, vt quum ait: Virga Mosi deuorat virgas magorum: quæ tamen tunc vir- gæ non erant, sed serpentes. Tertio, scripturam alias panem pro corpore vsur- pare, & quidem pro corpore Christi, quum ait: Venite, (loquitur autem in per sona Iudæorum) mittamus lignum in panem eius. Quarto, quoniam hoc sa- cramẽtum corporis, haud immerito fuisset appellatum panis: cum quia panis fuerat, & huius speciem adhuc referebat, eratq; sub ipsius specie panis ille ve- rus & cælestis obtectus, de seipso alibi dicens: Ego sum panis viuus & vitæ, q de cœlo descendi. Si quis manducauerit ex hoc pane, viuet in æternum. Præ- terea, esto ꝙ ipse dominus corpus suum ita porrectum, nomine panis (quod tamen haudquaquam fecit) appellasset: tamen cum simul admoneret audien tes, idipsum quod vocaret panem, nihil aliud esse q̃ suum corpus, in quod to tus fuerat, ipso mutante cõuersus, nemo potuisset dubitare, quid dominus vel let appellatione panis significari: eoq; circunstantia ipsa declarat non obscure, vocabulum panis, quum panis mutatur in carnem, absq; vlla violentia facta verbo diuino, panis significare speciem, non substantiam. Exo.4. Hier.11. Ioh.6.

Q̃ vero isti absurde (ne dicamus, impie) similitudinem ferri cum igne con iuncti, & in vna Christi persona, dei cum homine vsurpent, non est vt hoc lo- co discutiamus: cum quia alias id egimus, tum quia ratio catechismi latius ex- patiari non permittit. In præsentia sufficiat, scire & credere, post consecrationẽ nõ amplius restare panem, sed sub panis & vini specie, verum Christi corpus & sanguinem contineri.

Deinde q̃d dictũ est in definitiõe, Sacerdotis: ostẽdit huius sacramẽti mini- strũ idoneũ nõ esse aliũ, q̃ sacerdotẽ, cui soli dñs consecrãdi potestatẽ contulit. Nõ alij quidẽ tum p̃sentes erãt, quãdo dñs, primus & summus secundũ ordi nem Melchisedech sacerdos, hanc dedit potestatẽ, q̃ apostoli, primi post Chri stum sacerdotes. Ad quos dixit, Hoc facite: Nimirum significans, hanc sacrifi candi potestatem se nõ daturꝫ, nisi viris & apostolis, & eoꝝ successorib. Cui- usmodi est, vnusquisq; legitimo more cõsecratus, ob id sacerdos dici cœptus, ꝙ potissimũ muneri tam sacro sit dicatus, quẽ adhuc in carne manentem, non Psal.109. Hebr.7.

homo,non angelus,non archangelus,non alia aliqua creatura,non virtus,sed ipse spiritus sanctus ministerio præstitit angelorum fungi.

BONVM ET MALVM SACERDOTEM CONsecrare posse. Caput XXXIIII.

NEc est,quoad munus hoc,quicquam discriminis inter bonum & malum sacerdotem,inter catholicum & hæreticum,vel quenuis alium malæ vel vitæ vel conuersationis. Nec quicquam a bono maius,nec a malo minus pficitur sacerdote:q̃nquidem non in merito cōsecrantis,sed in verbo perficit creatoris,& spiritus sancti virtute. Nec etiamnū consecrandi potestas consistit in gr̃a gratū faciente,sed in gr̃a gratis data: quę quū etiā duret in reprobis,(q̃m nō ad meritū,sed ad vtilitatē Ecclesiæ & dei gloriā datur) necessum est, vt & potestas in ipsa constans,duret in malis & reprobis propter characterē sacerdotalem,qui semp manet, nec vllo potest corrūpi peccato. Sic etem̃ Caiphas vel q̃libet Simoniacus,prophetizādi potestate vsus est. Sic Balaam ethnicus & iniquus,de Christo nascituro prophetizauit. Sic sacerdotes olim & pharisæi parū æq,sedebāt sup cathedrā Mosi:& multi q̃ndam operarij iniqtatis, dæmonia eijciebāt,& alia id genus prodigia cum sanctis apostolis faciebāt,quēadmodum libro II.nostrarum Miscellanearum,hoc negocij tractantes,abunde docuimus:quo lectorem remittimus,hoc loco repetituri reliqua definitionis Eucharistiæ verba,quæ habent vti sequitur:

Ioh.11. Nu.24 Mat.23.7

IN SACRAMENTO EVCHARISTIAE omnia fieri miraculose. Cap. XXXV.

VIrtute Diuini Verbi Vere Contenti:Definitio per hæc verba plane arguit,ex pane & vino fieri Iesu Christi corpus & sanguinē,subq; visibilibus speciebus inuisibiliter vere,nō ficte,nec virtute cuiuspiā virtutis humanæ,sed cōtineri fieriq; potētia verbi diuini,nihil nō potētis, q̃ verbum caro factū est, & habitauit in nobis:q̃ dixit,& facta sunt:mādauit,& creata sunt, vt pote cœlum & terra,& oīa q̃ in eis sunt:q̃ fœminā mutauit ī salis statuā,& virgā in colubrū:fontes in sanguinē, aquā in vinū. Si verbū Heliæ potuit ignē de cœlo elicere,quur non possit Christi verbū panē mutare in corpus suū? Qui potuit ex nihilo creare oīa,nō potest(obsecro)vnū mutare in aliud,vt pote panem in corpus suū? Adde q; multo maius est,q̃m deus ita fact⁹ est homo, vt deus esse nō desinat:q̃,q; panis ita sit caro,vt desinat esse panis. Hoc per incarnationem semel est factum,istud vero iugiter fit per consecrationem.

Ioh.1. psal.32. Psal.148. Gen.1.19 Exo.4. Iohā.2. 3.Reg.18. Gene.1. Ioh.1.

Quare non est, vt quæras naturæ ordinē in Chr̃i corpore, cum pter naturā sit ipse natus ex virgine citra virile semē: maxime, q; nihil est in hoc venerabilissimo sacramēto,tam vel impossibile vel admirandū,q; simile quiddam nō videres in natura,vtcūq; nō valeas eius inuenire nec rationē,nec causam.

Mat.1. Luc.1.

Primo quidē vt impossibile miraris,q̃a vinum & panis mutātur prorsus in corpus & sanguinē Christi:quur nō miraris,quia panis & vinum quibus vteris,natura p digestionē vertitur in carnē & sanguinē tuum? Id quod facile accipitur de infantulo adhuc in vtero nascente.

Secundo miraris,q; quotidie mutatur panis in Christi corpus,& nullum tamen

men interim fit in ipso augmētum: quur non miraris, quia quod scis secretum, multis manifestas, & quia te illis reuelante, omnes sciunt illud: & tamē illius nullum fit in te solo, vel mente tua augmentum?

Tertio miraris, ꝙ ipsum sumitur indies & comeditur, nec vlla tamen eius fit diminutio: quur non miraris, ꝙ mille sumuntur a tuo lumine lumina, nil tamē interea deperit in tuo lumine? Quur nō miraris, ꝙ Sareptana illa vidua semp e lecytho cōedebat, & tñ nec oleū in lecytho, nec farina in hydria deficiebat? 3.Re.17.

Quarto miraris, ꝙ in qualibet parte Eucharistiæ totū & integrum corpus remanet: quur nō miraris, ꝙ in speculo repꝛ̄sentatum, in qualibet eius parte relucet integrum? quur non miraris, ꝙ vox eadem a proferente edita, omnibus auribus integra excipit̄, vt quam vnus haurit adstātium, eandem hauriant & mille præsentes? Neqꝫ tamen idcirco primaria illa vox ab integritate sua decidit, ꝙ a tot & tantis articulatim & distinctim percipiatur: quur non etiā miraris, ꝙ eundem solis orbem videt vnus, vident & mille: quātum isti, tantum etiā ille: nec sol interim visus aut sui visione, aut continua luminis in oculos intuentium suæqꝫ speciei diffusione consumitur aut diminuitur? Quur non miraris, ꝙ vna cera sigilli primitiui formam suscipit, suscipiunt & mille, vnaquæque tamen earum integram & totam: nec frequente sui impressione primariū illud sigillū sentit detrimentum, aut diminutionē suę substātiæ aut formæ?

Quinto miraris, ꝙ ab iniquis sumptum non coinquinetur: quur non miraris, ꝙ sol transiens stercora vel longe fœtidissima, non coinquinatur?

Sexto miraris, ꝙ ipsum corpus Christi cibus vitæ, peccatoribus est mortale perniciosumqꝫ: quur non miraris, ꝙ ægrotantibus cibaria & pocula etiā optima, sunt nociua? Nonne sol alioqui sanis iucundissimus, lippientibus est grauissimus? Sunt enim quibus ob malā ꝑuersæ voluntatis dispositionē, oīa etiā bona cooperantur in malum: & sunt, quibus omnia cooperantur in bonū. Roma.8.

Septimo miraris, ꝙ corpus Christi sumptum ab hoīe, ore etiam clauso, rapitur in cœlum: quur non miraris, ꝙ ipse dominus e corpore virginis incorruptæ exierit, & de monumento etiam clauso surrexerit, & ostio quoqꝫ clauso, in locum vbi erant discipuli, intrarit? Lucæ 2. Iohā.20. Luc.24.

Octauo miraris, ꝙ corpus tam alioqui immēsum, vt ipsum capere non queant cœlum & terra, in tam parua contineatur hostia: quur non miraris, ꝙ exigua oculi pupilla montem vel maximum appręhendit?

Nono miraris, ꝙ idem corpus totum simul diuersis in locis consistit, a diuersisqꝫ percipitur: quur non miraris, quia verbum hominis semel prolatum, iuxta vocis naturam totum simul est in auribus diuersorum? Quur non miraris, ꝙ sol, luna, lumēqꝫ q̄duis, in diuersis locis & aduersis videntur? Quid plura? Nihil sane est quod hic, vt impossibile, mireris: quum cogitas, qualis & quantus sit, qui, quod miraris, facit, quoniam omnipotēs est. Nec est vt eius potentiam & sui facti rationē deposcas, quū facit q̄d vult, maxime qui sibi vult credi, nec fidei rationē expiscari. Siquidem nullū est fidei meritū, vbi ratio hūana capit experimentū. Beatus qui credit, & tñ non videt. Crede igitur q̄d audis, & vere manducasti. Et quod non capis, vt canit Ecclesia, quodqꝫ non vides, Gen. 17. Exo.15. Ioh. vlt.

animosa firmat fides præter rerum ordinem. Ad firmandum cor syncerum, sola fides sufficit.

SACRAMENTVM EVCHARISTIAE ESSE verum sacramentum. Capur XXXVI.

DEinde ait definitio: Significansq; Idem Corpus Et Sanguinem, Sub Eisdem Speciebus Ex Institutione Diuina Vere Contineri. Ostendunt hęc quidem verba, Eucharistiæ sacramentũ esse verę sacramentũ, qm̃ sit inuisibilis gratiæ forma visibilis, imaginem gerens gratiæ. Species enim panis & vini, sunt vnũ sacramentũ & signum vni⁹ rei sacræ, nimirũ collatæ nõ modo in ea gratiæ, qua æternam vitam adipiscimur, sed & eius qui plenissimus est & autor gratiæ, quem species hic efficaciter subesse signant. Atq; ideo voluit Christus, suũ sub hoc sacramento corpus & sanguinẽ sub specie cibi & potus cõtineri, vt esset inibi integra significatio rei, quã efficit in suscipiente, s. integræ nutritionis spũalis. Id quod vt paulo clarius intelligatur, scitu dignum ducim⁹, tria in hoc sacramẽto discreta haberi, formam videlicet visibilem, veritatẽ corporis, & virtutẽ spiritualẽ. Formã, vtpote panis & vini, veritatẽ carnis & sanguinis Iesu Christi, virtutem charitatis & vnitatis. Primũ quidem oculo cernitur, secundum animo creditur, tertium corde percipitur. Primum sane, sacramentum est, non res. Secundũ, res est & sacramentũ. Tertiũ vero res est, & nõ sacramentum. Sed primum, est sacramentum geminæ rei: tertium, est res gemini sacramenti: secundũ vero, sacramentum est vnius, & res alterius. Siquidem forma siue species panis, vtranq; Christi carnem significat, vtpote verã & mysticam: sed verã carnẽ & continet, & significat: mysticã vero significat, sed nõ continet. Sicut enim vnus panis ex multis conficiẽ granis, vnumq; vinum ex diuersis racemis confluit: ita & Christi corpus ex multis cõponitur membris, vnitasq; Eucharistica in diuersis personis consistit: nimirum in prædestinatis, vocatis, iustificatis, & glorificatis. Quos enim Deus prædestinauit, hos & vocauit: & quos vocauit, hosce & iustificauit. Vnde Apostolus: Vnus, inqt, panis, vnum corpus multi sumus.

Roma. 8.
1. Co. 10.

Constat proinde, substantiam corporis & sanguinis Christi, esse sacramentum & rem: sed alterius sacramẽti esse rem, & alterius rei esse sacramentum. Est em̃ res primi, quia signaẽ & continetur a primo, videlicet a forma visibili &c. Et est sacramentum tertij, quia significat & efficit tertium, id est, vnitatem Ecclesiasticam. In summa vero summarum, scias hoc sacramẽtum Eucharistiæ in eo gerere similitudinem corporis, in quo panis similitudinem repræsentat: ita nimirum, vt species panis sit sacramentum corporis, non solum ratione rei signatæ, sed & ratione rei contentæ.

QVAM OB CAVSAM CHRISTVS VENERABIlissimũ Eucharistiæ sacramentũ instituerit. Cap. XXXVII.

QVanuis (vt supra de Sacramentis differẽtes diximus) seruator noster misericors, & miserator domin⁹, nihil plane necessario facere cogaẽ, sed mere contingẽter (vt ita dixerimus) & libera & dignãtissima sua voluntate agat quæcũq; agit, potuisset q; Deus ille max. opt. humanũ genus aliter q̃ per filij

sui

ſui incarnationē, paſſionē & mortē redimere: potuiſſet quoq; mortis ſacræ me ritum, hoc eſt, gratiā nobis participare ſine ſacramētis, quibus vtiq; ſuam po tentiā non alligauit: quia tamē diuina ipſius ſapiētia fortiter & ſuauiter om̄ia diſponit, attingēs a fine ad finē, q̄s noſtræ miſeriȩ ſanādæ magis cōgruere no uit modos, diſpoſuit: atq; ideo ꝓpter nos & pati elegit, & inſtituere ſacramen ta. Nec enim cōuenit ſaluari quenquā, niſi eū, qui ſuæ quoq; ſaluti per gratitu dinē & Dei amórem pro ſuo modulo ſe diſponēdo cooperet̄, quatenus im po tentia non excuſat. Iam autē, quæſo, quid nos tantū poſſet ad Dei amorē ſuc cendere, q̄ intenſiſſimus ipſius erga nos amor, quo nos prior dilexit? Tātus au tem amor vbi plus apparuit, q̄ in eius pro nobis morte? dicēte veritate: Sic de us dilexit mundum, vt filium ſuum vnigenitum daret. Cui ſubſcribit Euāge liſta, dicens: In hoc apparuit charitas Dei in nobis, quoniā filium ſuum vnige nitum miſit Deus in mundum, vt viuamus per eum. Proinde vt ille tantum ſuum amorem erga nos oſtenderet nobis, non niſi moriendo nos a morte libe rare voluit, quo non ſolum pietatis in nos ſuæ beneficium, ſed & charitatis af fectum monſtrauit. Oportet ergo ipſum diligamus modis ſane omnibus, quū prior vſq; adeo nos dilexerit, maxime cū apoſtoli propter eum amorē nihil nō ex animo ſuſtinuerint, & ſemper ſuperauerint.

Sap. 8.

1. Ioh. 4.

Iohā. 3.

1. Iohā. 4.

Roma. 8.

Vt proinde noſtræ infirmitati prorſus, ex omniq; parte conſuleret, etiā ſenſi bilia ſigna inſtituit, non ſecus atq; vaſa ſuæ gratiȩ, medicinaſq; efficaces, q̄bus nos homines carnales, ſenſuali cognitioni inhærētes, diſponeremur ad gratiæ inuiſibilis cognitionem, ad petitionem & conſecutionem.

Quod etſi ſacramēta ſingula in ſuo genere faciunt, maxīe tamen hoc ipſum facit & agit, ex inſtitutione diuina, ſacramētum corporis Chriſti: quod vel id eo noīari cœpit ſacramentū Euchariſtiæ, q̄m nō modo cōtineat & cōferat gra tiam, q̄ vitā ȩternā adipiſcimur, ſed & Ieſum Chr̄m pleniſſimū gr̄a, autorēq; totius gr̄æ: quādoquidem εὐχαριστία gr̄a eſt & gratiarū actio, quā dn̄o ſeruatori nr̄o maxime debemus ob huius ſacramenti exhibitionem.

SVMMAM CHRISTI CHARITATEM FVISSE, quoad ipſam inſtitutiōis Euchariſtiæ cauſam. Cap. XXXVIII.

Si In cauſas om̄ino p̄cipuas, quur dn̄s noſter hoc inſtituerit ſacramētum, & nos ipſum ſumere voluerit, diſcendi deſiderio quæris: facile reſpondemus, in domino noſtro cauſam niſi vnicam fuiſſe huius ſacramenti inſtituendi, nem pe feruentiſſimā ipſius erga nos charitatem, qua nobiſcū eſſe voluit ſacramen taliter vſq; ad cōſummationem ſeculi. Id quod ipſe non obſcure ſuiſmet ver bis oſtendit, quando inſtituturus hoc venerabiliſſimū Euchariſtiæ ſacramen tum, ſuis ait diſcipulis: Deſiderio deſideraui hoc paſcha mādu care vobiſcum antequam patiar. Ipſe nimirū, inquit Euangeliſta, quū dilexiſſet ſuos qui erāt in mundo, in finem dilexit eos. O ſane ineffabilis omnino charitas noſtri ſerua toris, qua non ſolum voluit nobis eſſe pater per creationē, frater per incarna tionem, redēptor per precij ſolutionem: ſed & noſtra eſſe voluit ſpiritualis re fectio, ſponſuſq; ſemper nobiſcum manens in hoc ſacratiſſimo Euchariſtiȩ ſa

Mat. vlt.

Luc. 22.

Ioh. 13.

cramento: quod ille nobis haud aliter in suo discessu dono reliquit, atq; dilectionis erga nos suæ perpetuæ pignus & arram.

Ipse quidem mysticus suæ ecclesiæ sponsus, illud in hoc preciosissimo sacramento fecit, quod verus sponsus & maritus suæ dilectæ ex anima sponsæ faceret absturus, si posset aut quoquo modo valeret. Profecto sponsus syncero erga sponsam zelo, ab ea discessurus, xenium quoddam meditans, si fieri posset, seipsum in ipso xenio relinqueret. Animus certe præstandi istud non deest, tametsi potentia & arte careat, q̃ minus illud valeat exeq, vt semp vel absens, esse posset cũ sponsa sua p̃sens. Quũ vero (q̃d satis cõstat) Chr̃s ita vere suam dilexerit Ecclesiã, vt pro ea nõ recusarit corp⁹ suũ oĩbus ærũnis & cruciatib⁹ mortis exponere, pariter & vniuersum sanguinẽ effundere, quicq; præ nimia dilectione nobis ꝓmisit, se fore nobiscum vsq; ad cõsummationem seculi: certe dubitari nequit, quin & seipsum sub hoc sacratissimo xenio nobis in signum summi erga nos amoris contulerit: tum, quia illud potuerit, cui nihil impossibile est: tum, ꝙ illud seruare debuerit quod promisit, quũ sit veritas manẽs in æternum, mẽtiri nõ valẽs, maxime ꝙ illi non desit sapientia, q̃ tam commode ipsum præstare potest, vt & citra quanuis sui corporis iniuriam, citraq; crudelitatem & horrorem edẽtium, suam carnem nobis impẽdat. Est igitur Eucharistia primũ instituta a Christo ob nimiã ipsius erga nos charitatem, qua nõ solum deitatis maiestate, per quam oĩa complet, sed & corpore suo, quod ex virgine sumpsit, quodq; pro nobis in cruce crudelissimæ morti exposuit, nobiscum præsens esset vsq; ad consummationem seculi.

Iohã. 3. Mat. 9. Marc. 2. Luc. 5. Ioh. 15. Roma. 8 Mat. vlt. Luc. 1. Iohã. 14. Hiere. 23

DE CAVSIS INSTITVTIONIS EVCHARIstiæ quoad nos. Caput XXXIX.

CAusæ vero huius sacramenti instituendi, quoad nos, sunt aliquot: Prima est, vt per ipsum haberem⁹ amarissimæ Iesu Chr̃i ꝓ nobis passionis, q̃ illi⁹ erga nos amorẽ declarat, memoriale ꝑpetuum, ipso Paulo dicẽte: Quotiescũq; mãducabitis panẽ hunc, & calicẽ bibetis, mortẽ dñi annunciabitis donec veniat, id est, sumẽtes hoc tantũ mysteriũ, recordabimini mortem & passionẽ dñi, quã rep̃sentat: ac interim p̃cellẽtiss. illi⁹ in vos amoris, cuius causa dñs aiebat: Hoc facite in meã cõmemorationẽ: hoc est, mãducantes meũ corpus & bibẽtes sanguinẽ, recordemini q̃ ego vos dilexerim, ꝙ pro vobis mortem subierim lõge maxĩe turpẽ, ꝙq; meipsum nimia charitate vobis in esum miro quodam modo cõtulerim. Maiorem vtiq; hac dilectionẽ nemo habet, q̃ vt animã suam ponat quis pro amicis suis. Ideoq; desiderio desideraui hoc pascha manducare vobiscum antequam patiar.

1. Cor. 11. Luc. 22. Ioh. 15. Luc. 22.

Secunda causa, vt ipsum placans esset ꝓ peccatis nostris sacrificiũ, olim nõ obscure p̃figuratum ꝑ sacrificiũ Melchisedech, qui cũ esset in oĩbus Christi typus, Deo maximo panem & vinũ obtulit, p̃figurans, propheta teste, Christum in nouo testamẽto corpus suũ & sanguinẽ sub specie panis & vini Deo patri pro salute humani generis oblaturũ, nempe sacramentaliter in cœna nouissima, realiter vero in ara crucis. Id quod idem (quo complerẽtur de eo figuræ) fecit, eo ipso testante quum ait: Accipite & comedite. Hoc est corpus meum,

Gen. 14. Psal. 109.

um,quod pro vobis tradetur. Bibite:hic est sanguis meus noui testamēti, qui pro multis effundet̄ in remissiōem peccatorum. Atq; sane sacramentū Eucharistiæ hoc,est ipsum vnicum sacrificiū, quod dominus sibi toto terrarum orbe oblatū iri dudum ꝑdixit,inquiēs: Ab ortu solis vsq; ad occasum,magnum est nomē meū in gentibus,& in om̄i loco sacrificat̄ & offert̄ mihi oblatio mūda. Hinc est,ꝙ Eucharistiæ sacramentū a nascente Ecclesia vsq; in hæc tempora, nusquā non locoꝝ vocetur sacrificiū:cum,quia sit memoria mortis Christi, q sese obtulit in sacrificiū patri,redimēdi hūani generis causa:tum,quia idē Deo patri inibi sub mysterio offeratur ad placandum eius in nos indignationē. In hoc em̄ Eucharistiæ sacrificio, participamus fructus & om̄ia illius in cruce factæ oblatiōis. Si deletionem peccatorum petis,ecce agnus Dei,ecce qui tollit peccata mūdi. Si gratiaꝝ actionē,ecce gratias agit pro nobis Deo patri,sacramentū hoc cum gratiaꝝ actione instituēs. Si maloꝝ euitationē,ipse nos sanat & liberat,q̄a languores nr̄os ipse tulit. Si celerē bonoꝝ cōsequutionem, latro quæsitus docebit, q tēpore huius sacrificij vesptini audire meruit cū iuramento: Amen dico tibi,hodie mecū eris in paradiso. Et quid bonoꝝ nō tribueret hoc Eucharistiæ sacramentū intuitu sacrificij, quo patri æterno filius æternus & vnigenitus sacrificatur,offertur,& exhibetur fons totius boni? Sed de hoc vero & vnico apud Christianos sacrificio,cum in Homiliarū,tum in secundo Miscellanearum nostrarum libro copiose nobis est disputatum.

Mal.1. Ioh.1. Esai.53. Luc.23.

Tertia causa,vt cibus esset & edulium animarum nostrarum,quo dominus ipse animam,ad vitam baptismo regeneratam,cibo vitæ aleret,contra vetitū cibum protoplastorū,qui cibus fuerat mortis,domino ad eos dicente: In qua cunq; die comederitis ex eo,morte moriemini. Hic autem cibus est vitæ æternæ,de quo dominus: Quicunq; manducauerit ex hoc pane,viuet in æternū. Et panis quē ego dabo,caro mea est,pro mūdi vita. Caro mea vere est cibus, & sanguis meus vere est potus. Qui manducat meam carnem,& bibit meum sanguinem,habet vitā æternā. Amen amen dico vobis,nisi mādu caueritis carnem filij hominis,& biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis. Atque hinc est,ꝙ dominus hoc sui corporis & sanguinis sacramentum,singulariter etiam sub specie panis & vini,& non sub alterius cibi generis specie instituerit, vt videlicet plene significaret refectionem mentis, quam per hoc sacramentum prestaret. Sicut enim pane materiali naturaliter corporaliterq; sustentamur & alimur,estq; ipse initium vitæ corporalis:ita quoque spiritualiter ad vitam æternam fouemur,nutrimur,& augmentamur per hunc panem,qui de cælo descendit, ac inde præstitus est, omne delectamentum in se habens & omnem suauitatis odorem. Cœpit proinde hac nimirum ratione,hoc Eucharistiæ sacramentum merito dici viaticum,ꝙ cibus sit viatorū hominum,huius mundi desertū peragrantiū:qui nō aliter, per hunc ipsum cibū pasti, ex hac lachrymarū valle perueniunt ad montē supernæ ciuitatis,atq; Helias ille propheta defatigatus,& pastus subcineritio pane,qui huius erat panis e cœlo typus,ꝑuenit vsque ad montem Dei Oreb. Haud est igitur ab vllo tātus panis negligendus,maxime circa finem vitæ,quum inde migrandum est.

Gene.2. Ioh.6. Eccl.29. Ioh.6. Sap.16. 3.Reg.19.

Po-

Postrema vero causa est, vt hoc ipsum Eucharistiæ sacramentũ, nobis esset pignus lõge certissimũ gloriæ perennis, nostræq́ redemptionis, quam dñs in cruce operatus est immolatione sui sacrosancti corporis & sanguinis, quã Eucharistia habet & repsentat. Non enĩ (vt ait Petrus) de vana nostra conuersatione redempti sumus auro & argento, vel hoc genus rebus corruptibilibus, sed precioso sanguine Iesu agni immaculati. Et hoc est, quod adhuc ecclesia de hoc sacramento lætabũda concinit, dicens: O sacrũ conuiuiũ, in quo Christus sumitur, recolit memoria passionis eius, mens impletur gratia, & futuræ gloriæ nobis dat pignus. Et hucusq́ de pcipuis huius venerabilissimi Eucharistiæ sacramenti instituendi causis, quas in præsentia, catechismum tractantes, sufficere putamus, deinceps acturi de digna tanti sacramenti sumptione & fructifera, quam sub ijs verbis a domino precatur Ecclesia: Deus qui nobis sub sacramento mirabili, passionis tuæ memoriã reliquisti: tribue, quæsumus, ita nos corporis & sanguinis tui sacra mysteria venerari, vt redemptionis tuæ fructũ in nobis iugiter sentiamus. Amen.

1. Pet. 1.

QVOMODO DIGNE SVMENDVM SIT venerabilissimum Eucharistiæ sacramentum. Caput XL.

HActenus inter alia præcipuas cõnumerauimus causas, ob quas dominus hoc venerabilissimũ Eucharistiæ sacramẽtum instituerit, nosq́ ipsum sumere voluerit. Ex quibus secundum alia, q̃ necessario repetenda non sunt, accepimus ineffabilẽ huius sacramenti dignitatem, magnitudinẽ, excellentiã & vtilitatẽ, imo & sumẽdi ipsius necessitatẽ, vtpote q̃ sit ipsum, in q̃ est diuinitatis psentia, mũdi redẽptio, peccatorũ remissio, gratiarũ diuisio, vnio cum Christo, virtutũ & gratiarũ omniũ, vna cum autore & fonte earũ, aggregatio, atq; ad vitam æternã cibatio, gloriæ futuræ nostræq́ redemptionis certissima arra & attestatio. Iam vero cõstat, res preciosas solere magis nocere, dum vel in improportionatis iungunt obiectis, vel incautis veniunt in abusum. Id q̃d in naturalibus rebus arguit solis claritas, quæ lippientes ferit oculos: & vehementia operosæ medicinæ, quæ nisi proportionata fuerit, magis lædit. Ita & diuina beneficia quanto maiora, tanto sunt ingratis & indigne sumentibus damnabiliora. Atqui donorum omnium (vt paulo ante didicimus) maximũ est Eucharistiæ sacramentum, quod mors est malis, vita bonis. Nõ quia malum sit domini corpus, quo nil meli⁹: sed quia malus, male sumit quod bonum est. Argumento est arca domini, quæ allophylos occidit, & Israel saluauit. Argumento est manna, quod bonis omnis delectamenti & suauitatis saporem, malis vero nauseam præstitit.

1. Reg. 5. 6. 7. Sap. 16. Num. 21.

Iam quemadmodũ cibus corporalis, dum ventrẽ inuenerit aduersis humoribus occupatum, amplius lædit, magis nocet, & nullum præstat auxilium: ita & hic spiritualis Eucharistiæ cibus, si aliquẽ repererit malignitate pollutũ, magis eum perdit, non sua natura, quæ optima est, sed accipientis vitio. Quod sane testatur Apostolus, serio volens, vt ipsum digne, nõ indigne, suscipiamus, pœnam horrendam adijciens, quum ait: Quicunq́ manducauerit panem, & biberit calicem domini indigne, iudiciũ sibi manducat & bibit, reusq́ erit cor-

1. Cor. 11.

po-

poris & sanguinis domini: id est, eas dabit aliquando pœnas, quas habent qui Christum IESVM crucifixerunt, quia reatũ incurrunt ex peccato, commisso circa corpus & sanguinẽ domini. Cuiusmodi sunt, qui indigna sumptiõe filiũ Dei non secus ostentui habent, atq; qui ipsum denuo crucifigunt. Hebr. 6.

EVCHARISTIAM DIGNE ESSE SVMENDAM. Caput XLI.

Danda proinde modis est om̃ibus opa vobis, vt tantũ sacramentũ digne suscipiatis, q̃ mortẽ declinetis, & vitã æternã ex eo, iuxta dñi verbum, habeatis. Ioh. 6. Primo qdem (vt ex Apostolo intelligimus) opus est, vt dijudicetis 1.Cor.11. dñi corpus. i. ab alijs cibis discernatis, firma fide, diligẽtiq; meditatione credẽtes sumere vos summũ, ẽternũ, bonũ, potentissimũ, sapiẽtiss. benigniss. iustiss. sanctiss. vnigenitũ patris æterni, eundẽ cũ p̃re & spiritusancto in substãtia, discretũ in p̃sona, quẽ oẽs angeli colũt, dæmones contremiscũt, pauet oĩs creatura, cuius gloria pleni sunt cæli & terra, q ꝑpter vos ꝑpterq; salutẽ vestrã de cœlo descẽdit, ex virgine incarnatus, passus, mortuusq; est: q deniq; vester & vniuersitatis est creator, gubernator, cõseruator, redẽptor & bñfactor, iudex demum, beatificator aut damnator futurus: q vos fecit, quũ nõ essetis: reparauit, quũ male essetis: resuscitabit, postq̃ esse desieritis: in iudicio demũ futurus nouissimo, iudicaturus viuos & mortuos ad vitam æternam, vel ad perpetuã mortẽ. Ioh. 5. Esa. 6. Apoc. 4. 1.Ioh. 5. Hæc nimirũ & id genus alia, dijudicabitis firma fide, sub specie panis hic esse, nihil dubitãtes, sed inhærẽtes verbo eius, qui nihil nõ potest, q men tiri negt, de hoc sacramẽto dicẽs: Accipite & mãducate: Hoc est (em̃) corpus meũ. Caro mea vere est cibus, & sanguis meus vere est potus. Et panis quem ego dabo, caro mea est, pro mũdi vita. Et hoc est, q̃d olim filij Israel iubebanẽ agnũ paschalem festinãter comedere, qui typus erat huius in sacramẽto agni, q tollit peccata mũdi. id est, ꝙ nõ deberẽt multis quęrere, disputare, discutere, & dicere cũ Iudæis infidelibus: Durus est hic sermo, & qs potest eum audire? Accipite & mãducate: hoc est corpus meũ. Caro mea vere est cibus. Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, nõ habebitis vitam in vobis: memores, ꝙ qui talia dixerũt, dubitãtes & infideles, retrocesserint ac desierint dñi esse discipuli, q̃rũ nouissima prioribus facta sunt peiora. Id quod dictu horrendum est, & nunquam satis deplorandum. Luc. 1. 18. Mar. 10. Hebr 6. Matt. 26. Mar. 14. Lucę 22. Iohã. 6. 1.Co. 11. Exod. 12. Iohã. 1. Ioh. 6. Ibidem. Matt. 12. Luc. 11. 2. Pet. 2.

Secundo, iuxta Paulum, probetis vosmetipsos, vt pote diligenter vos examinetis, an vera vobis sit fides, an peccatis mortalibus inuoluti sitis. 1.Cor. 11. Quibus vbi vos inuenietis pollutos, haudquaquam accedatis, nisi prius per verã pœnitentiam illa deposueritis, Deum toto nimirum affectu humilimeq; deprecãtes, vt ea remittat, vosq; suo corpore dignos efficiat: memores, ꝙ olim non ausi fuerint comedere panes propositionis sanctos, nisi qui erant a proprijs etiam vxoribus mundi: quanto minus manducare licet immundis hunc panem, qui est sanctorum sanctus, e cœlo descendens, panis filiorum, nõ canibus vllo modo mittendus? 1.Reg. 21. Danie. 9. Ioh. 6. Math. 15. Si Oza quondam morte subita perijt, quoniam non satis caute tetigerat arcam, in qua mãna erat: qua putamus morte periturum eum, qui corde polluto per peccata, & ore immundo tangit & accipit, non dico arcam 2. Reg. 6.

mannæ, ſed ipſum manna: non dico manna, quod patres olim manducantes in deſerto, mortui ſunt: ſed illud ipſum verũ manna, quod qui digne manducãt, non morientur, ſed viuent hic in gratia, & alias in gloria in æternum.

1. Cor. 11. Quapropter probet homo (monitore Paulo) ſeipſum, cõſcientiam ſuam pro virili diſcutiẽs de peccatis, de quibus ex animo pœniteat, & ſic de pane illo manducet. Nec temere de ſe præſumat, quantũuis ſibi nullius fortaſſe peccati conſcius, ſed pauidus, ex filiali timore ad dominum cum centurione dicat: Domine, non ſum dignus vt intres ſub tectum meum, ſed tantum dic verbo, & ſanabitur anima mea. Nec eſt quod exiſtimes te fideliorẽ eſſe centurione, de cuius fide dominus ad turbam dicebat: Non inueni tantam fidẽ in Iſrael. Inſuper vbi vacauerit, cognoſcas oportet tuam indignitatem cũ Petro, qui dicebat ad dominũ: Exi a me domine, quia homo peccator ſum. Et rurſus: Nõ lauabis mihi pedes in æternũ. Nec eſt quod te putes feruentiorẽ eſſe in charitate Petro, qui vere dixit ad dominũ: Domine, tu ſcis quia amo te. Et antea rurſus: Domine, etſi oportuerit me mori tecum, & ire in carcerem, non te negabo. Si tam ſe indignos Chriſto cenſuere tam fideles, tamque in charitate feruentes homines: quam oportet vt ipſi noſtram conſideremus indignitatem, qui ſumus in quos ſeculorum fines deuenerunt, quorum charitas refrigeſcit, fides decreſcit, & abundat iniquitas. Supereſt ergo, vt nos probemus in conſcientijs noſtris, & nihil negligamus, ſed cum reuerentia accedentes, timeamus ob indignitatẽ noſtram, memores quod (propheta teſte) dominus ſe præbuerit eſcam timentibus ipſum, cuiuſmodi ſunt, qui antequam eam ipſam ſacroſanctam eſcam ſumunt, ex animo pro peccatis pœnitent.

Math. 8. — Ibidem. — Luc. 6. — Ioh. 13. — Ioh. 21. — Matt. 26. — 1. Co. 10. — Mat. 24. — Marc. 13. — Luc. 21. — Pſal. 110.

QVIBVS CAEREMONIIS VSVS SIT CHRIſtus in Euchariſtiæ inſtitutione. Cap. XLII.

ERrant proinde plurimum, & alios in errorem ſeducunt, qui nulla nec ſcriptura, nec ratione obfirmati, ſed ſcripturis & ſcripturarum veridicis exemplis repugnantes, impudenter docent, eos errare, qui ad venerabile ſacramentum Euchariſtiæ accedentes, antea confiteantur ſua peccata, præmittantque quã poſſunt deuotione ſuas orationes & præparatoria, ne manducent ſibi iudicium: ſufficere enim fidem, quæ ſola faciat eos puros, & dignos tanto ſacramento Contra quos qui ſic docent, non modo ſunt ſcripturæ, & ſcripturarum rationes & exempla, quæ partim recenſuimus, partim cauſa breuitatis tranſiuimus, ſed & ipſe Paulus vna cum Chriſto, qui huius ſacramenti autor, etiam in eius inſtitutione non verbo ſolum, ſed & exemplo docuit, quid faciendum eſſet ſumpturo ſuum corpus.

Ioh. 13. Primo quidem, priuſquam hoc ſacramentum ſuis apoſtolis exhibuit, eorũ lauit pedes: quo nimirum facto palam arguit, purgandos eſſe prius animorũ affectus, per pedes in ſcriptura deſignatos, quam peccatores ad hoc tam eximium accederent ſacramẽtum. Cur enim alioqui iam pedes eorum lauit, quos paſſus eſt illotis manibus eſcas communes accipere?

Matt. 15. — Marci 7. — Luc. 22. — Matt. 26. Secundo, corpus ſuum & ſanguinem eis porrigens, iuſſit, vt quoties eſſent hæc facturi, memoriam agerent ſuæ tam ingẽtis in eos charitatis, quam declaraturus

raturus erat sua passione,quã inter alia repræsentat Eucharistiæ sacramẽtum.

Tertio,quoniam Iudas,qui sumpserat haud syncero puroq; affectu,mala morte vitam finierit. Quæ sane tria Paulus quoq; censet seruãda sumpturo Eucharistiæ sacramentum,vt q primo vult mortem domini per ipsum denunciari:deinde conscientiam probari de peccatis:demũ,quantum maneat periculum,nempe iudicium æternæ damnationis,indigne (hoc est, infideliter & in peccato)sumenti. Vides aũt q nec Christus,nec Paulus aliquam faciat mentionem fidei,quanq̃ illa opus esse qs negauit vnquam, quando Paulus ante aliquot centenos annos scriptũ reliquerit,oportere accedentem ad Deum,credere,nec posse quenq̃ sine fide Deo placere?

Matt. 27 | 1. Cor. 11 | Heb. 11

Præterea,quis dubitat Iudam credidisse, quũ post Christi de hoc sacramento verbũ,non retrocesserit,sed manserit,& tamen sumẽs perijt? Quare? quia peccato adhuc obnoxius. Quis dubitat Corinthios veram habuisse de hoc sacramento fidem,quando Paulus eos laudarit,q sic ipsum conuenientes accipiebant: & tamen eorum nonnulli infirmi & imbecilles erant,nonnulli dormierant? Quare? quia in deterius,id est,in peccato, vtpote contentionis, gulæ,ebrietatis & comessationis, non q infideliter,conuenerant & sumpserant. Imo non tantum periculi maneret infideles in peccato accedentes,quantum fideles in peccato sumentes. Siquidem seruus voluntatem domini sciens & non faciens,multis vapulabit.

Iohã. 6. | 1. Cor. 11 | Luc. 12

Atq; igitur iuxta Paulum,ad cõdemnationem suam corpus domini manducat,quisquis non ante suam conscientiam explorarit: & quo quis diligentius hoc fecerit,tanto potest accedere confidentius. Nec sufficit sola fides informis,vt quis ad huius sacramenti susceptionẽ dignus euadat,sed animã itẽ oportet purgare & præparare,quo magis tanto sacramento suscipiendo reddatur idoneus,per veram ipsius de peccatis pœnitentiam. Sic quondã Aaron & filius eius,quantumuis fideles,non audebant accedere ad altare,nisi manibus & pedib⁹ loti. Sic nullus olim,vel quamlibet fidelis,de semine Aaronis, ausus fuit offerre deo panes,qui habuit maculam Sic olim perire debuit, qui manducarat immũdus,vel quamlibet fidelis,ex carne salutaris sacrificij. Probet itaq; seipsum homo per veram pœnitentiã,& sic de illo pane edat,ait Paulus: quem sic nobiscũ intelligunt & interpretãtur Cyprianus,Origenes,Chrysostomus,Vulgarius,Cassianus,Leo,Hieronym⁹,Augustinus, Ambrosius, Gregorius, & hoc genus omnes orthodoxi patres, qui nos tot retro seculis summa fide & charitate prædecesserunt.

Exod. 30 | Leuit. 21 | Leuit. 17 | 1. Cor. 11

AN RECTE PIEQVE LAICI SVB VNA duntaxat specie communicent de Eucharistia, & quur illis altera sit species ab ecclesia quondam adempta. Cap. XLIII.

Licet hoc venerabilissimũ Eucharistiæ sacramentũ, quondam sub specie tam panis,q̃ vini datum sit,vsus ecclesiæ tamẽ obtinuit, vt sacerdotes dũtaxat vtraq; specie communicarent, & infantibus ac pueris nõ præberẽt sub illa specie Christi corpus consecratũ, sed eis duntaxat q adoleuerint,& ratio-

nis vsum obtinuerint. Atque nimirum recte, quum utique paruuli nō habeāt tātum rationis, vt hunc cœlestem cibum ab alijs cibis valeāt dijudicare & discernere. Id quod Apostolus ab omnibus Eucharistiam communicaturis, exigit. Cui Boemorum pars obaudiens, condemnata est, vt quę noluerit obedire Ecclesiæ, quæ tam hoc q̄ illud nō sine sancti spiritus instinctu instituisse creditur, & eius institutiōis facultatē habuisse & causas. Prima vero causa, ob quam censuit laicis sub vna tantum specie panis dandam Eucharistiam, est, quod nec Christus, nec Paulus legitur aut intelligitur dedisse ipsam aut dari iussisse populo sub vtraque specie. Secūda, quoniam significantiæ in hoc sacramento mysterium magis ad consecrantem, q̄ ad suscipientem pertineat, vt discrimen esset inter pastores & gregem, inter plebem & sacerdotes, qui sacrificium sua communione repræsentāt. Tertia, quoniam nihil amplius sub vtraque specie contineatur, q̄ sub altera tantum. Totus enim Christus cum anima, sanguine, corpore & deitate, non minus sub vini q̄ panis specie, cuique siue laico, siue sacerdoti confertur. Quarta, quod & Christus & Paulus videantur post resurrectionem dominicam Laicos specie duntaxat panis communicasse: propterea que de hoc alicubi Eucharistiæ sacramēto loquentes, raro vel nunq̄ vini, sed tantum panis speciei mentionem habuerint: argumento, quod sufficiat communicatio sub vna Laicis specie. Quinta, quod toties tanta promittātur pro sacramenti huius sumptione sub specie panis, & nihil vnquam sub specie vini: argumēto, Laicis haudquaquam altera opus esse specie. Sexta, quoniam multa ex altera, vtpote vini specie, sequuta sint pericula & incommoda: quidam enim crediderunt, amplius quiddam sub vini q̄ sub panis specie contineri: & ediuerso quidam cum laborarunt in extremis, & sub specie vini Eucharistiā sumere non potuerunt, suspicabantur se nō esse communicatos integre. Cōtigit etiam aliquando, quod auditu horrendum est, vt Christi sanguis in terram effunderetur: imo & nonnunquam in vasis non bene seruatis, creberrime corrumperetur. Neque enim diu seruari potest liquor eiusmodi, quantauis adhibita fuerit diligentia.

1. Cor. 11.

Quas quidem causas, & hæc totque discrimina, catholica ecclesia pio nimirum maternoque affectu sentiens, simulque verba & facta Christi perpendēs, interimque intelligens nullam huiusce rei esse necessitatem: tandem post diuturnam & maturam deliberationem, non sine sancti spiritus inspiratione vnanimiter censuit, Laicos non nisi sub vna specie, vtpote panis, deinceps communicatum iri, in hæc verba in Concilio Basileeñ. decernens: Laudabilis quoque consuetudo communicandi Laicum populum sub vna specie, a sanctis patribus rationabiliter introducta, & hactenus diutissime obseruata, & a doctoribus diuinæ legis, sacrorum Canonum, atque sanctarum scripturarum multam peritiā habētibus, iam a longæuo tempore commēdata, pro lege habēda est: nec alicui licitum est, eam reprobare, aut sine autoritate Ecclesiæ immutare. Hæc illa in Synodo Basileeñ. cui tantisper arbitramur obtemperandum, quātisper ex causis legitimis, spiritu sancto duce, secus decreuerit. Id quod multas ob causas tempore quoque primo futurum cuperemus & optaremus, fatentes

interim

interim nobis eius sufficere autoritatem, quæ veritatis est & firmamentũ & columna, maxime φ ipsa ex tẽporis mutatione multo maiora pro gloria Christi & suorum salute per modum dispensationis immutarit olim. Non sunt igitur audiendi qui blaterant, humano figmento & pontificia tyrannide factũ, ne Laici sub vtraq; specie reciperent Eucharistiam: quinimo credi par est & æquum, φ per Ecclesiam spiritus sanctus, qui illam regit, sicut Eucharistiæ sacramentum mutauit a cœnantibus ad ieiunos, ita Laicos ab vtraq; specie deduxit in alteram, sub qua tantum continetur sola, quantum sub vtraq;. Nec quidem dubitandum est, quin a nascente ecclesia Laici cœperint sua etiã sponte, propter præmemoratas & alias hoc genus legitimas causas, sub specie duntaxat altera communicare: quodq; huius cõmunicationis consuetudo, ex traditione Apostolorum, qui non omnia scriptis complexi sunt, sed multa voce viua ad posteritatẽ quasi per manus transmiserunt, emanarit, quũ nemo huius consuetudinis non illaudatæ, commonstrare possit initium. Iohã. 20. & 21.

Et hæc de venerabilissimo Eucharistiæ sacramento dicta sint, quæ & pro Catechismi ratione sat superq; in rem facere speramus. Qui plura desiderat, nostras passim perleget Centurias, satur fortassis abiturus.

DE POENITENTIA,

QVARTO CATHOLICAE ECCLESIAE SACRAMENTO.

PRAEFATIO.

QVanquam nonnulli nostra tempestate schismatici & hæretici, cõtra pœnitentiam nõ modo nugas, somnia, absurda & impia multifariam deblaterauerint, sed & eã sic e medio pene tulerint, vt nõ veriti sint dicere, non esse Christianis opus aliqua pœnitẽtia pro peccatis, quibus Deum plus q̃ indigne offenderunt, quotidieq; offendunt, tamen eos errare, vel hoc inter pene infinitas rationes argumento est longe euidentissimo, φ non solum propter peccata venire soleant aduersa, nec hæc sint cessatura, nisi cessetur a peccatis, quæ nec remittantur citra pœnitentiam, sed & a mundo condito non magis opus fuisse pœnitentia, q̃ nobis & hisce nouissimis temporibus, quibus alioqui tam horrenda immineant aduersa, q̃ horrenda nunq̃ contigere. Quãdoquidem Christus vna cũ apostolis nihil æque serio clamarunt, q̃ vt agatur de peccatis pœnitentia, & quidem in initio & in fine. Iohãnes quidem Baptista prædicare incipiens, dixit: Pœnitentiam agite, fructusq; pœnitentiæ dignos facite. Et Christus quoq; prædicare incipiens, aiebat: Pœnitemini, & credite Euangelio. Et alibi: Nisi (inquit) pœnitentiam egeritis, omnes similiter peribitis. Et apostoli prædicatum missi a Christo adhuc viuente, non aliud primum prædicarunt, q̃ pœnitẽtiam. Quibus & post resurrectionem in totum orbem proficiscẽtibus dictum est, vt in nomine Iesu Matth. 3 Luc. 3 Luc. 15 Mar. 1 Luc. 13 Marc. 6 Luc. 24

pœnitentiam in remissionem peccatorum prædicaret. Et quum Petrus in die Pentecostes ab auditoribus interrogaretur, quid facto opus esset, vt saluari possent, respondit: Pœnitentiam agite &c. Vnde plus q̃ aperto accipimus, nobis nunc maxime opus esse pœnitẽtia, propter infinita & maxima peccata nostra, quæ nobis non remittuntur, nisi pro ipsis pœniteamus.

Acto. 2

Iam vero, quia longo nunc tempore (diabolo sic instigante) ita prorsus parum, aut nil de vera pœnitentia apud multos prædicatũ est, vt non parœ multi nihilomnino de pœnitentia vera sciant, q̃ nudum nomen, sileo ꝙ fortasse nũquam vere pœnituerint: visum proinde est in salutem vestram, nonnulla posthac ex sacris literis de pœnitentia disserere, quæ vos summe velim memoria retinere, quũ prorsus sint necessaria, maxime ꝙ pœnitentia sibi locũ vendicet inter septẽ ecclesiæ sacramenta, non secus atq; vnica post baptismũ tabula, qua per pelagus ad portum felicitatis veniendum est.

Quoniam autem de peccato est pœnitẽdum, profuerit primum paucis describere, quid peccatum sit, & quantũ ipsius sit nocumentum.

QVID PECCATVM SIT, ET QVALE eius nocumentũ, de q̃ pœnitendũ est. Cap. XLIIII.

PEccatum est, quicquid voluntarie vel cogitatur & concupiscitur, vel dicitur, vel agitur contra deum & eius legem & mandatum: id quod in hoc vno cõsistit: Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo, ex tota anima, & ex omnibus viribus, & proximum tuum sicut teipsum. Modo tametsi infinita propemodũ sunt incõmoda peccati, siquidẽ propter ipsum veniunt aduersa: tamen vnicũ est, quo cætera cõpræhendũtur omnia, nempe ꝙ mori hominem cogit & spiritualiter & æternaliter, inductum deniq; post hãc mortẽ naturalẽ & spiritualẽ, apud inferos pœnã omni supplicio maiorẽ, si nõ remittatur hic a deo per pœnitentiam, Propheta teste qui ait: Anima quæ peccauerit, ipsa morietur: &, mors peccatorum pessima. Et hoc est quod olim deus ad protoplastũ dixit: In quocũq; enim die comederis ex eo, id est, pręceptũ meũ transgressus fueris, morte morieris. Id quod deinde Paulus aperto commonstrat, inquiẽs, per vnũ hominẽ peccatũ in mundũ intrasse, & per peccatũ mortem sic in omnes homines transijsse, vt peccati stipendiũ sit mors. Id quod intelligit tam de naturali, q̃ æterna & spirituali morte, quæ omniũ est miserrima, nec aliud q̃ hominis hic & alias a deo separatio, quam non aliud facit q̃ peccatum, Propheta dicente: Iniquitates vestræ diuiserunt inter vos & deum vestrum, & peccata vestra absconderunt faciẽ eius a vobis ne audiat. Iam vero, obsecro, quid possit esse miserabilius & calamitosius, q̃ a deo, summo bono, separatum esse, quum separatus ab illo, subiugatus sit diabolo, priuatus omni bono, & circundatus omni malo? Id quod inter innumera alia testimonia testatur diues epulo, miserrimis suis ad Abraham clamoribus inquiens: Pater Abraham, miserere mei, & mitte Lazarũ, vt intingat extremum digiti sui in aquam, vt refrigeret linguam meam, quia crucior in hac flamma. Cui respondit ille inter cætera: Et in ijs omnibus inter nos & vos chaos magnum est firmatum, vt ij, qui volunt hinc transire ad vos, non possint, neq; inde huc trãsmeare.

Matt. 22
Lucæ. 10
Deute. 2
Ezec. 18.
Psal. 33
Gene. 2.
Roma. 5
Roma. 6.
Psal. 33
Esa. 59
Lucæ. 16

meare. Quũ proinde per peccatũ sic misere separetur homo a deo, vt & alibi crucietur æternaliter ineffabili pœna, nec possit ipse peccator per Christũ aliter deo patri cõiungi, & a tãto malo hic liberari, nisi per pœnitentiã: nõ immerito dñs passim hortatur ad eã pœnitentiam, dicens: Pœnitemini &c. Marc.1.

QVID PROPRIE SIT POENItentia. Cap. XLV.

Est autem pœnitentia, volũtaria & ex charitate erga deũ pro peccato cõmisso punitio adsumpta. Siquidem (teste Augustino) pœnitere dicitur, quasi pœnã tenere, seq; pro peccatis vlcisci intus & foris. Vnde cognoscuntur vehementer errare, & esse iniurij iustitiæ dei, qui adserunt pœnitentiam nihil aliud esse, q̃ resipiscentiã, quam Græci dicũt μετανόιαν, vel transmẽtationem, & nouã vitam, & a vitijs cessationẽ, quandoquidem virtus vocabuli pœnitẽtiæ refragetur. Est enim (vt nunc ex Augustino retuli) pœnitere, pœnã tenere: vt scilicet peccator pœnitens, semper puniat in se vlciscendo, q̃d cõmisit peccando: & ipsa q̃q; pœna proprie sit læsio, q; punit & vindicat, q̃d cõmisisse dolet. Siquidẽ vera est pœnitentia, sine tẽporis intermissione de præteritis malis dolere, & sic plangere cõmissa, vt pœnitens non committat plangenda. Quum enim pœnitentia pro illis peccatis subeunda est, quæ legis decalogus cõtinet: profecto debet vnusquisq; maiorem in se seueritatem exercere, vt a seipso iudicatus, quod Paulus ait, non iudicetur a domino. 1.Cor.11

Debet itaq; peccator pœnitere volens, aduersum se ascendere tribunal mẽtis suæ, seq; ante faciem suã cõstituere: atq; sic cõstituto in cordis iudicio, adsistere accusatricem cogitationẽ, testem conscientiã, carnificem timorẽ, ac inde quidem sanguinẽ ipsius animi confitẽtis peccatoris per lachrymas profluere, & demũ ab ipsa mente talẽ proferri sententiã, vt peccator se iudicet indignũ conspectu domini dei sui, vt qui timeat se a regno cœloꝝ separari. Sic procul dubio pœnituit Dauid, quũ dixit: Miserere mei deus secundũ magnã misericordiã tuã: Et secundũ multitudinẽ miserationũ tuaꝝ, dele iniquitatẽ meam: Amplius laua me ab iniquitate mea, & a peccato meo mũda me: Quoniam iniquitatẽ meã ego cognosco, & peccatũ meũ cõtra me est semper. Qui deniq; sic doluit pro peccato suo, vt nec dies nec noctes panẽ sine lachrymis mãducarit, imo qui lectũ lachrymis rigauerit. Ita q̃q; pœnituit Magdalena, quę sic, dolẽs de suis peccatis, lachrymata est, vt lachrymis dñi pedes lauerit. Ita q̃que pœnituit Petrus, qui curiam principis exiens, fleuit amare. Qui præterea fertur, post Christi ascensionẽ omni nocte circa tempus gallicantus, quo dominum negauit, e stratu surrexisse, ac tam duriter geniculatus fleuisse, vt in genibus callos habere, & in facie videri cœperit quasi igne tostus & vstus ex frequenti casu lachrymarum. Psal.50 Psal.6 Psalm.22 Luc.7 Mat.26.

DE TRIBVS POENITENTIAE PARTIBVS, & mysticis earum rationibus & præfigurationibus. Cap. XLVI.

Ex definitione pœnitentiæ quam dedimus, multisq; exemplis ex scriptura desumptis, intelleximus eos admodũ errasse, q dixerũt pœnitentiã nõ

 esse,

esse, nisi quandam resipiscentiam & vitæ emendationem: quandoquidem vis etiam vocabuli pœnitentiæ, probat ipsius descriptionem præ se ferentem, pœnitentiam esse quandam voluntariã, & ex charitate erga deum pro peccato, quo ipse offensus est, adsumptam punitionem, vindictam & pœnam.

Scot. di. 9 Ex qua quidem definitione Theologi tandem ipsam pœnitentiam, prout sacramentũ est, aut pœnitentiæ sacramentum, non minus sancte q̃ vere dixerunt, esse absolutionem hominis pœnitentis, factã certis verbis, debita intentione prolatis a sacerdote iurisdictionẽ habẽte, ex institutione diuina efficaciter significãtibus absolutionẽ animæ a peccato, factã iuxta verbũ dñi dicẽtis:

Iohã. 20 Quorũ remiseritis peccata, remittuntur eis: & quorũ retinueritis, retenta sunt. Id quod totum fiet perspicuum ex ipsius pœnitentiæ partibus, quas subinde pro loco & tempore, quasi summe scitu necessarias, tractabimus.

Quia eñ ipsum Deum Opt. tribus peccatis offendimus, vtpote peccato cordis, quod est mala cogitatio: peccato oris, quod est sermo mal⁹ & ociosus: peccato operatiõis, quod est malum opus & malũ facinus: proinde deus ipse maximus tres nobis cõstituit pœnitẽtiæ partes, tanquã aptas & cõgruas medicinas cõtra hæc triplicia peccata, nẽpe cõtritionẽ cordis, cõfessionẽ oris, & satisfactionẽ opis: ita nimirũ, vt cũ in corde habeat dolor de peccatis cõmissis, & in ore cõfessio illorũ coram sacerdote, & in opere satisfactio per sacerdotem imposita cõpleatur, omne peccati genus & modus a nobis expellatur, & integra sanitas animæ nostræ reddat, deiq; maximi offensa remittat, nec aliter, nẽpe vt satisfiat scripturæ, dicenti: Per quæ peccat quis, p hæc & torquetur.

Sapiæ. 11 Hæ nimirũ tres pœnitẽtiæ partes, sunt tres illæ dietæ, per quas itur ad terrã ꝓmissiõis, hoc ẽ, æternæ felicitatis, de qbus Israelitæ sic dicebãt: Deus Hebræorũ vocauit nos, vt eamus viã triũ dierũ ĩ solitudinẽ, & sacrificemus dño deo

Exo. 5 nrõ, ne forte accidat nobis pestis. i. culpa in p̃senti, aut gladi⁹. i. pœna ĩ futuro.

Hæ quoq; tres pœnitentiæ partes, sunt tres illi dies, quibus Iesus amissus, id est, salus deperdita, quærit & deniq; reperitur, prout ipsum gloriosa virgo

Luc. 2 Maria post triduum inuenit in templo.

Gene. 28 Hæ quoq; tres pœnitentiæ partes, sunt tres gradus eius scalæ, per quam adscẽditur ad cœlũ: quæ significata est per scalam, quam vidit Iacob erectam a terra vsq; ad cœlum, & dominũ scalæ innixũ, propter tria quæ deus omnipotens omni vere pœnitenti largitur: Primo, vt eam fortiter sustineat: Secũdo, vt adscẽdẽti per eã manus (si necesse fuerit) porrigat: Tertio, vt adscendẽs, cum laborauerit & fatigatus fuerit, in ipsum respiciat, totãq; suam curam in eum iactet pœnitẽdo, quẽ nolit pœnitentem sua gratia deserere.

DE CONTRITIONE, PRIMA POENItentiæ parte. Cap. XLVII.

Dictum est, tres esse partes veræ pœnitẽtiæ, quibus haud secus atq; tribus diætis, itur ex hac misera huius mundi solitudine in terram promissionis:

Psal. 144 hoc est, in regionem vere viuentium, atq; harum partium esse ac dici primã, nomine contritionem.

Est aũt cõtritio, definitoribus sanctis autoribus, dolor voluntarie adsumptus

ptus pro peccatis, cũ proposito & intẽtione ea cõfitẽdi, & pro ipsis satisfaciẽdi, atq; illa iterũ nõ admittẽdi. Sine hac quidẽ cõtritione, nõ est vt quispiã vere pœniteat, aut suorũ peccatorũ veniã speret. Nã cũ (qđ satis cõstat) in omni peccato mortali sit auersio volũtatis a deo per peccatum, & ipsa q̃q; cõtraria curẽtur cõtrarijs: cõsequens est, vt e diuerso in omni remissione peccati mortalis, actualis sit conuersio a peccato ad Deum. Quæ quidẽ conuersio (si vera fuerit ac perfecta) dici cœpit cõtritio, quam deus gratiose nimirum acceptat, propheta dicente: Cor contritum & humiliatum Deus non despicies. Roma. 6 Psal. 50

Nec est vt absq; eiusmodi cõtritione sacerdos quenquam vere possit absoluere, quum ipse reum non absoluat, nisi reus in se debito modo dispositus, sit capax absolutionis: quandoquidem sacramentum exterius, est signum interioris absolutionis, quæ nullo sane pacto communicatur citra debitum in mente interius absolutionem disponenti.

DE QVOT AC QVIBVS PECCATIS, & quomodo de eis cõterendũ sit. Cap. XLVIII.

Circa contritionem primo quæri solet, de quot ac quibus peccatis sit conterendum. Respondendum est: homo quidem in hac contritione singulatim omnia peccata sua (modo possit eorũ omnium habere memoriam) ante tribunal conscientiæ suæ adducet, vt ibi seipsum accusans in amaritudine animæ suæ, de singulis conteratur, eaq; deinde confiteatur.

Opus aũt esse de singulis peccatis mortalibus contritionẽ singulari, vel inde liquet, quoniam diuersorũ morborũ diuersæ sunt medicinæ: ipsa vero contritio, medicina est singularis cõtra vnũ tantũ mortale: ergo nõ vna de omnibus peccatis communis, sed de quolibet peccato mortali (quatenus memoria poterit) singularis est peccatori necessaria cõtritio: maxime, quia singulis peccatis sint singulæ pœnæ, si pro ipsis non facta fuerit pœnitentia.

Cuius argumentũ est ille, quem, quia non fuerat sui cõserui misertus, iratus dominus tradiderat tortoribus, quoadusq; redderet vniuersum debitum. Matth. 18

Deinde quæri solet, quãdiu debeat pœnitens dolere ac cõteri de peccatis suis. Responderi potest, quoniã quũ deus hominẽ absoluit a vinculo peccati, siue a culpa & pœna æterna, ipsum ligat vinculo perpetuæ detestatiõis peccati, pœnitentẽ debere perpetuo in hac vita (maxime in habitu, si nõ actu) dolere & conteri etiã post peccati remissionẽ, cũ sedula examinatione vitæ transactæ ab vltima cõfessione, & discussione diligenti suæ conscientiæ. Ita nimirũ contritus est Dauid, dicens: Quoniam iniquitatem meam annunciabo, & cogitabo pro peccato meo, & dolor meus in conspectu meo semper. Ita quoq; contritus est Ezechias rex, inquiens: Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ meæ. Ita nimirum fertur Petrus semper contritus fleuisse, postquam negarat Christum. Ita quoq; Maria Magdalena dicitur contrita eremum ingressa, semper effudisse lachrymas. Ita quoque pœnitens de peccato suo, semper conteri debet, si non actu, saltem habitu, vtpote corde semper dolens, de dolore gaudens, non semper doluisse se dolens. Nec mirum, quando iustũ sit, vt semper in suo æterno, id est, quãdiu vixit, doleat, q̃ peccauit in deum Psal. 37 Esa. 38 Matt. 26 Luc. 7

deũ qui æternus eſt. Vnde etiam, iuſte æternaliter damnatur, qui donec vixit id eſt, in ſua æternitate, pœnitere noluit.

QVO PACTO ET QVANAM RATIONE homo ſemp poſſit ac debeat cõteri de peccatis ſuis. Cap. XLIX.

QVia non deſunt, qui tam duro ſunt corde & animo, vt vix dolere & cõteri queãt de ſuis cõmiſſis: viſum eſt nõnulla paucis ſubijcere, quæ aliquo modo cõtritionẽ cauſare poſſunt in ipſo peccatore, quantũuis indurato, nõ quidẽ principaliter, quo modo deus ipſe ſolus cauſat per ſuã gratiã in corde peccatoris cõtritionẽ, quũ ſolus ſit, qui operatur in nobis velle & perficere, ſine q̃ nihil poſſumus. Cuius etiã gratia dicebat ad ipſum Hieremias in perſona pœnitẽtis: Cõuerte me, & cõuertar: poſtquã enim cõuertiſti me, egi pœnitentiã: ſed diſpoſitiue (vt ſic dicã) ex parte noſtri, quoniã nobis arbitrium ſit liberũ ab ipſo dño datũ, volũtasq́ tam ad bonũ q̃ ad malũ relicta, iuxta quã vſq́ adeo dominus ipſe vult velle perficere, vt nos ſine nobis conuertere nolit, dicens ad peccatorem: Si cõuerteris, conuertam te.

Philip. 2. Iohan. 15 Hiere. 31 Eccl. 15.

Quũ proinde tã ſit maior pars noſtræ cõuerſionis & cõtritionis in deo ſita, vt Paulus dicere nõ dubitauerit, Igitur nõ volentis, neq́ currẽtis, ſed miſerentis eſt dei: profuerit, vt pœnitens ante oĩa deũ ſuppliciter oret, vt a corde ſuo duritiem auferat, dolere faciat, cor remoueat lapideũ, & largiatur carneũ, quale peccatoribus ipſum rogãtibus, ſe daturũ pollicitus eſt, inquiẽs: Et auferam cor lapideũ de carne eorũ, & dabo eis cor carneũ, vt in præceptis meis ambulent, & ſint mihi in populũ, & ego ſim eis in deũ. Cõducet igitur peccatori, orare cũ propheta pœnitẽte: Cor mũdũ crea in me deus, & ſpiritũ rectũ innoua in viſceribus meis. Id q̃d vbi peccator vere precatus fuerit, dubiũ nõ eſt quin ipm exaudiet q dicit: Nolo mortẽ pctõris, ſed magis vt cõuertatꝰ & viuat.

Roma. 9. Ezech. 11 Pſalm. 50 Ezec. 18.

Deinde peccator pœnitere volẽs, nõ aũt oĩno, prout oportet, dolere potẽs, ſex neceſſum eſt recogitet, quæ, gr̃a diuina ꝑuia, facile cauſabũt cõtritionem.

Primo recogitet de peccatis, quoniã nullũ tã efficax eorũ remediũ ad dolendũ, q̃ cõtinuata ipſorũ memoria. Et hoc eſt q̃d Ezechias pœnitẽs dicebat: Recogitabo tibi omnes annos meos. Et Dauid: Quoniã iniquitatem meam annunciabo, & cogitabo pro peccato meo.

Eſa. 38 Pſalm. 37

Secundo recogitet pudorẽ, qui peccanti eſt q̃ peccauerit. Ait enim ſcriptura: Putredo in oſſibus eius, qui cõfuſione res dignas gerit. Quid enim (quæſo) pudoroſius & dedecoroſius, q̃ id perpetraſſe, quod plane eſt cacodæmonum & irrationalium beſtiarum: Cuiuſmodi eſt peccare. Quare merito quis conteratur, recogitans pudorem peccatorum, ſequens eorũ cogitationem.

Prouer. 12

Tertio recogitet vilitatẽ peccati, quod tam eſt vile, vt hominem (nec aliud) a deo ſeparet, & ipſum faciat ſuũ ſeruum, domino dicente: Qui peccatum facit, ſeruus eſt peccati. Et a quo quis ſuperatur, eius etiã eſt ſeruus. Iã vero vt nihil eſt libertate precioſius, ita nihil ſeruitute vilius, maxime ſeruitute peccati, quæ facit hominẽ cõſequenti ordine ſeruũ diaboli, tyrãni omniũ viliſſimi, & crudeliſſimi latronis, & homicidæ peſſimi, cui ſeruire omniũ eſt multo viliſſimũ. Atq́ hoc eſt, quod Hieremias ait ad animam peccatricem: Q̃ vilis facta es ni-

Iohan. 8. 2. Pet. 2. Hiere. 2.

es nimis,iterans vias tuas? Atq; hoc erat, quod nonnulli ex ethnicis philosophis dicebant:Si scirent deos ignoscituros, & hoīes ignoraturos,adhuc propter vilitatē peccati peccare nollent. Tam enim viles reputarunt ethnici poetæ peccatores,vt eos finxerint mutari in bestias,vtpote luxuriosos in hircos, iratos in leones,ebrios in porcos,&c.

Quarto recogitet peccator diem iudicij supremi, & pœnā inferni æternā, quæ tanta erit,quantā nemo potest cogitare,sileo exprimere. Vsq; adeo miseri sunt apud inferos damnati, propter ineffabile suppliciū quo cruciantur æternaliter, vt etsi viuant,tamen mortui appellari soleant,ob luctuosam inibi vitam,quæ morti etiam durissimæ multo est similior. Eius vero pœnæ quantitatem,satis euidenter arguit clamor eorum qui in inferis sunt, expressus in libro Sapientiæ. præterea clamor quoq; diuitis epulonis,qui clamat ad Abraham,dicens:Pater Abrahā,miserere mei,&c.quia(misere) crucior in hac flāma. Erit autem tantus iustitiæ rigor in nouissimo iudicio, q; ne iusti quidē satis sibi confident. Vnde Petrus extremiscens dicebat: Et si iustus quidem vix saluabitur,impius & peccator vbi parebunt? Quare Hieronymus, vtcunq; vir sanctissimus,dicebat se semper contremiscere,vbi diem nouissimum consideraret. Atq; ideo non frustra monuit scriptura,dicens:Memorare nouissima tua,& in æternum non peccabis.

Sap.5. Luc.16 1.Petr.4 Eccl.7

Quinto recogitet,quātum amiserit propter peccata sua, quantūq; incurrerit,& quem & quantum offenderit. Peccator sane perdidit amicitiā & gratiam totius sacrosanctæ Trinitatis,angelorum,apostolorum,& omnium sanctorum,decorem animæ,& suffragia ecclesiæ. Præterea incurrit laqueos fortissimos,hostes crudelissimos,statum periculosum,horribile pręcipitium,defectum gratiæ,& mortem animæ, ceu satis patet ex peccati descriptione.

Insuper offendit deū creatorē omniū,patrē clementissimū,qui pascit ipsum multifariā:offenditq; redemptorē, qui ipsum ineloquibili passione & morte redemit a crudelitate dæmonū,a vinculis peccatorū, ab acerbitate tormētorum,qui tamē interim cōtulit infinita beneficia,æternaq; pręmia repromittit.

Sexto recogitet peccator spem, quæ triplex est: Prima,veniæ consequēdæ,Petro dicente:Pœnitemini,vt deleantur peccata vestra. Secunda, gratiæ recipiendæ,domino per scripturā dicente: Ego sto ad ostium & pulso. Tertia,gloriæ perpetuæ adipiscendæ,Baptista dicente:Pœnitentiam agite, appropinquabit enim regnū cœlorū.Id quod confirmat veritas,dicēs:Pœnitemini,& credite Euāgelio:quoniā tempus impletū est,regnūq; dei instat.

Actor.3 Apoca.3 Matth.3 Marc.1

Q; NECESSARIA POENITERE VOlenti sit ipsa contritio, prima pœnitētię pars. Cap. L.

NOn posse quenquam peccatorē,cuiusmodi (proh dolor)sumus omnes, absq; pœnitentia per Christum seruatorem nostrum cœlesti patri recōciliari,nec quoquo modo post hanc vitam transitoriam habere vitam & lætitiam sempiternam,& contritionē primam pœnitentiæ partem vsq; adeo primam esse partem,vt reliquæ partes sint citra illam prorsus vanæ,non obscure potuimus ex ijs quæ diximus,intelligere.

Cuius

Cuius sane contritionis vel ex hoc possumus & necessitatem & vtilitatē, virtutem & efficaciam plus q̃ euidenter percipere, ꝙ per eam obtineatur remissio peccatorum, etiam anteq̃ fiat ore confessio eorum sacerdoti. Id quod ex illo prophetæ dicto liquescit, in persona pœnitentis ex animo dicentis: Dixi, (id est, in animo proposui & constitui) cōfitebor aduersum me iniustitiam meam domino, & tu remisisti impietatem peccati mei. Quo pertinet & sanatio leprosorum, quasi per figuram probans veritatem, qui antequam ex præcepto domini, vt se sacerdotibus ostenderent, ad sacerdotes venirent, mūdati sunt: argumento nimirum, nos ob veram contritionem a lepra peccati mundari, antequam ora nostra sacerdotibus ostendamus. i. antequam peccata nostra confiteamur. Ad quod videtur respicere exemplum Petri, Magdalenæ, latronis in cruce, & id genus aliorum pœnitentium, de quorum quidem fletibus & lachrymis legimus: sed nec de confessione, nec de satisfactione quicquam audimus in Euangelio, licet postea eas fecerint iuxta historias, & q̃bus tamen opus esse negare nequaquam possumus.

Psal. 31
Luc. 17
Matt. 26
Luc. 7
Lucæ 23

Ex quibus modo intelligimus & conijcimus, contritionē tantā esse posse, vt & culpam & pœnā omnem tollere possit. Id quod aperto constat ex latrone, ad quem dn̄s dicebat, quū orasset cōtritus: Domine, memēto mei dū veneris in regnū tuū: Amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiso.

Lucæ 23

DE CONFESSIONE, POENITENtiæ parte secunda. Cap. LI.

ABsolutis, quæ ad primā pœnitentiæ partem, vtpote contritionē, pertinent: subsequens est, vt dicamus de altera, eiusdem pœnitentiæ parte, q̃ est confessio. Quia vero confessio multiplex est, & ipsa plerunq; multiplicitas sine distinctione confusionē parit, operæpreciū videtur, initio confessionis discretionē adhibere. Primo proinde cōfessio quædā est iudicialis, qua reus in foro contentioso coram iudice seculari suū crimen siue peccatū cōfitetur inuitus, & absq; spe veniæ. De qua quidē cōfessione nihil ad propositū, sed de qua disponūt LL. ciuiles & PP. canones. talis erat olim cōfessio ipsi Achan, qua confitebatur se in spoliatione Hiericho sustulisse palliū coccineū, ducentosq; siclos argenti, regulamq; auream quinquaginta siclorum. Pro qua tādem furto anathematis (quia factum fuerat cōtra edictum) lapidatus est ipse, quantumuis ipsi Iosue interroganti confessus.

Iosue 7.

Secūdo cōfessio quædā est naturalis & mētalis, & qdē impropria, qua reus in foro interiore coram iudice deo sua peccata cōfitetur, quū vitā suā præsentē atq; præteritā inhonestā ad mentē reducit, soloq; lachrymabili corde, diuinis offensionibus attentis, ad deū clamat in hæc, vel in hoc genus verba: Dn̄e, miserere mei, q̄m contra te peccaui, &c. Qua quidē confessione Dauid vsus est, inquiēs: Miserere mei deus secundū magnā misericordiam tuam &c. Quia soli tibi peccaui, & malū coram te feci. Hac etiamnū cōfessione vsus est publicanus Euangelicus, q̃ stans a longe, nō audēs oculos eleuare, dicebat, percutiendo pectus: Deus, propicius esto mihi peccatori. Qua sane cōfessione prorsus est opus omī pc̄tōri, iure qdē naturali, vtpote citra quā nō ē, vt suoꝝ pc̄tōꝝ remissionē

Psal. 50
Luc. 18.

remissionē sperare possit, vt pote citra quā peccator malū faciens, insinuaret quodāmodo præsumptuose, se bene fecisse, nec dolere q̃ peccasset, hocq̧ pacto semp magis ac magis peccatū suū exaggeraret, fieretq̧ de istis, ad q̃s per prophetā dn̄s ait: Væ qui dicitis malū bonū, & bonū malum, ponentes tenebras lucem, & lucē tenebras, ponentes amarū in dulce, & dulce in amarum. Esa.5 11.q.3.ca. Qui dicitis. Si qs.

Tertio quædam confessio est sacramentalis, de qua noster in præsentia est sermo, quæ proprie confessio non est aliud, q̃ voluntaria & accusatoria quædam manifestatio, qua peccator suā propter peccatū tribulationē cogitans, sacerdoti dei vicario in foro exteriore, suū peccatū cum spe veniæ consequendæ confitetur & aperit, cum proposito non iterandi peccatum.

Qua quidē cōfessione quondā vsi sunt per Paulū ad fidē cōuersi in Ephe so, qui credētes venerūt, confitentes & annunciantes actus suos. ad quā hortatur ex verbo dn̄i Iacobus, inquiēs: Cōfitemini alterutrū peccata vestra &c. Acto.19 Iac.5

DE NONNVLLIS CONDITIONIBVS, confessuro plane necessarijs. Cap. LII.

Ipsa vero confessionis definitio, non obscure subindicat aliquot conditiōes confitenti necessarias.

Primo quidē dicit, Peccator cogitans tribulationē propter peccatū: in quo innuit, peccatorē tribulari propter peccatum, & ex eius tribulationis recordatione peccatorem perinde cogi, trahiq̧ ad confitendum peccatū. Ita filij Israel adflicti per serpentes, cœperunt confiteri Mosi, dicentes: Peccauimus, quia loquuti sumus cōtra te. Ita Nabuchodonosor propter superbiā suam a rationabili mente in bestialē animū cōmutatus, atq̧ a regno suo profugatus, & cum bestijs esitare coactus, cœpit confiteri peccatū suum, & deū glorificare, dicēs inter cætera: Nūc igitur ego Nabuchodonosor laudo & magnifico & glorifico regē cœli, quia omnia opa eius vera, & oēs viæ eius iudicia, & gradiētes in superbia, potest hūiliare. Ita filij Israel a Philistæis & filijs Ammon oppressi, cœperunt confiteri, dicentes: Peccauimus tibi, quia dereliquimus te. redde tu nobis quicquid tibi placet. Ita filius prodigus fame coactus, cœpit cōfiteri peccatū suum, dicens: Pater, peccaui in cœlū & coram te, iam nō sum dignus vocari filius tuus. Ita & dilectissimi, quia vos quoq̧ hoc tempore multifariā tribulamini, debetis cogitare, hasce vobis tribulationes non nisi ob peccata obuenire, & id cogitantes, deo & eius vicario confiteri. Num. 21 Danie.4 Iudic. 10 Luc.15

Secundo definitio dicens, Cōfessio voluntaria, prorsus innuit, peccatorem ita debere voluntarie confiteri, vt voluntarie peccauit, a nullo coactus: quum liberi sit arbitrij, habens sibi antepositum ignem & aquam, bonū & malum, virtutes & vitia, capessere potens vtrū voluerit. Nisi enim homo voluntarie confiteatur, haud est vt sibi sua prosit confessio: quemadmodū vsq̧ adeo coacta confessio furti, non profuit ipsi Achan, vt etiam confessus, fuerit lapidatus. Siquidem nihil coactum placet deo. Hinc propheta dicebat: Volūtarie sacrificabo tibi, &c. & confitebor nomini tuo. Sic malefactor confitens compulsus, nihil meretur sua confessione apud deum, nec propterea subterfugit supplicium demeritum in foro iudiciario. Eccl.15 Iosue 7. Psal.53

Tertio

Tertio dicens definitio, Accusatoria, subinsinuat peccatorem cõfitendo, se non debere excusare de peccato, sed potius accusare, quũ scriptura teste, iust⁹ prior esse debeat accusator sui. Id quod fit confitendo. Ad quam sane accusatoriam confessionẽ monebat dominus protoplastum, rogãs: Adam, vbi es? Cæterũ quia neuter voluerit se accusare confitendo, & Adam peccatũ suum retorserit in mulierem, ipsa vero mulier in serpentem: neutri sua profuit confessio, sed vterq; morte fuit damnatus & æterna, & temporanea.

Prou. 18. Gene. 3

Quapropter plusq̃ dici queat, hoc tempore peccant, qui quicquid male agunt, & contra ecclesiæ præcepta peccant, excusare moliuntur, & quidẽ per Euangelium, quo non secus abutuntur, atq; operculo quodam scelerũ & vitiorum. Quo nimirũ pacto ostendunt, se esse de maledictis istis peccatoribus, qui suas excusationes excusant in peccatis suis. A quibus propheta, vt procul abesset, rogauit deũ, dicens: Non declines cor meũ in verba malitiæ, ad excusandum excusationes in peccatis. Non enim ipse peccans se excusauit, sed accusans confitẽdo adulterium, dicebat ad prophetam Nathan: Peccaui dño. Id quod & alias fecit, quum pœniteret de peccato superbiæ numerãdo populum, dicens: Peccaui valde in hoc pctõ, sed precor domine, vt transferas iniquitatem serui tui, quia stulte egi nimis. Ideoq; gratiam meruit hac accusatione apud deum. Non autem pharisæus iste, qui de suis operibus gloriatus, publicanum accusauit, non autem seipsum.

Psal. 140 2. Reg. 12 2. Re. vlt. 1. Par. 21. Luc. 18

Quarto definitio dicẽs, Aperit, plane subindicat, nõ sufficere vt quis confiteatur peccatum, sed oportere ipsum sacerdoti aperire & manifestare, quum ipsum sit animæ vuln⁹, quod vtiq; sanari nequit, nisi detegatur medico. Hinc vehementer errant, qui dicunt se confessos deo, id quod non sufficit, quũ nõ sit vera adaperitio & manifestatio: nõ enim in ea peccatũ latens aperitur, quũ deo iam apertum sit, cui nuda & aperta sunt omnia anteq̃ fiant.

Heb. 4.

Quinto definitio dicẽs, Cum spe veniæ, subinsinuat, peccatorem omnino debere sperare de venia pro peccatis suis consequenda per confessionẽ. Quæ spes vsq; adeo vera est, vt propheta nequaq̃ veritus fuerit dicere: Dixi, confitebor aduersum me iniustitiã meam domino, & tu remisisti impietatẽ peccati mei. Proinde Cain etsi peccatum fratricidij recognouerit, quia tamen cũ desperatione confessus est, dicẽs: Maior est iniquitas mea q̃ vt veniam merear: damnatus fuit, & sua nihil ei profuit confessio.

Psal. 31. Gene. 4.

Sexto definitio dicens, Cum proposito nõ iterandi peccatũ, subindicat, eũ non recte confiteri, qui proponit sibi rursus peccare. Sic quando Pharao confitendo dixit, Peccaui, quia non intendebat desistere a peccato, nec relinquere sui cordis duritiam, veniam non meruit. Simile factum est cum Saule, qui etsi confessus est peccatum inobedientiæ contra deum, quia tamen non intendebat a peccato desistere, ideo veniam non meruit.

Exod. 10 1. Reg. 15

NVM CONFESSIO VOCALIS QVAM vocant auricularem, sit necessaria. Cap. LIII.

POsita confessionis definitione & multiplicitate, simulq; cõnumeratis aliquot conditionibus, confitenti plãne necessarijs, ordo subsequens exigit, vt di-

vt dicamus,num confeſſio ſacramentalis,de qua noſter eſt ſermo,prorſus ad peccatorum remiſſionem conſequendam ſit neceſſaria: quandoquidem hoc ipſum modo plerique rogant,ſed & non pauciores omnino negant,eſſe illam videlicet ad remiſſionem peccatorum neceſſariam,citantes pro ſe nonnulla ex ſcriptura loca & exempla,ad quæ pro loco & tempore reſpõdebimus per ſacras itidem ſcripturas.

Catholicam proinde eccleſiam ſequens,dico confeſſionem ſacramẽtalem, quam hæretici probri cauſam vocitant auricularem,pro remiſſione peccatorum conſequenda,non minus eſſe poſt perpetratum peccatum neceſſariam, quam baptiſmo opus eſt,modo adſit confitendi facultas,ob aliquot rationes.

Prima eorum,eſt ratio inſtitutionis,vt quæ quondam figuraliter non a puro homine,ſed ab ipſo deo dignoſcitur inſtituta,quum voluerit leproſos, per quos intelligebantur in ſpiritu peccatores,lepra ſpirituali.i.peccato prorſus infecti & immundi, manifeſtandos ſacerdotibus, vt videlicet ipſis lepræ qualitatem & quantitatem oſtenderent.Id quod Chriſtus antiquæ legis haud deſtructor,ſed adſertor,vſqueadeo duxit ſeruandum,vt ad eos,quos a lepra purgaturus erat, dixerit:Ite, & oſtendite vos ſacerdotibus. Deut.17 Matt.5 Luc.17

Secunda eſt ordinationis,quandoquidem ordo iudicij eſt,vt nõ idem ſit iudex,qui reus:ſed peccatori neceſſarium eſt facere iudicium,quo ſe iudicãs, non iudicetur a deo alibi æterno iudicio,teſte alibi Paulo. Verum in eo iudicio peccator,quum ſit reus,eſſe nequit ſuijpſius iudex:verum oportet,vt eius ſit iudex Chriſtus,qui ſolus,teſte ſcriptura,conſtitutus eſt a deo iudex viuorum & mortuorum. 1.Cor.11. Act.10

Iam vero,quia ſe per ſuam in cœlum adſumptionem a nobis viſibiliter abduxit,ſuo loco vicarios conſtituit ſacerdotes:quibus vti ſolis contulit poteſtatem remittendi & retinendi peccata,ita ſolis dedit eis poteſtatem audiendi confeſſionem peccatorum, niſi neceſſitas aliter ſuaſerit ac cogat.dixit enim ad primos ſacerdotes apoſtolos & eorum ſucceſſores:Accipite ſpiritum ſanctum:quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis:& quorum retinueritis, retenta ſunt. Ioh.20

Tertia eſt cognitionis arbitrariæ:quum enim pœnitentia debeat a iudice, qui ſacerdos eſt,imponi ſecundum delicti menſuram,ſcriptura dicente: Pro menſura peccati,erit & plagarum modus.Et alia ſcriptura:Duplicate ſecundum duplicia opera eius. Quantum glorificauit ſe,& in delicijs fuit,tantum date illi tormentum & luctum. Deut.25 Apo.18

Iam vero qui poterit iudex ſiue arbiter arbitrari,niſi ex confeſſione peccatoris menſuram delicti accipiat? Atque hinc eſt,quod deus in vtroque teſtamento confeſſionem peccatoribus mandauerit.

In veteri teſtamẽto per Moſen ſic ait:Vir ſiue mulier,cũ fecerint ex oĩbus peccatis,quæ ſolent hoĩbus accidere,& per negligentiam tranſgreſſi fuerint mandatum domini,atque deliquerint,confitebuntur peccatum ſuum. Nume.5.

In nouo teſtamẽto per Iacobũ dicentẽ:Cõfitemini alterutrũ peccata veſtra. Iac.5

Inſuper per ſcripturã communem deus ipſe omnipotens promittit confi-

 tenti,

Prou.28 tenti,suã misericordiã,nõ vero confitenti,minatur indignationẽ,dicẽs: Qui abscondit scelera sua,non dirigetur:qui autem confessus fuerit, & reliquerit 1.Iohã.1. ea,misericordiam consequetur. Cuius verbi memor Iohãnes Euangelista,dicit:Si confiteamur peccata nostra,fidelis est & iustus,vt remittat nobis peccata nostra,& emundet nos ab omni iniquitate. Id q̃d suo vel vnico inter plura Psal.31. exemplo,arguit propheta regius,dicens:Dixi,confitebor aduersum me iniustitiam meã dño,& tu remisisti impietatem peccati mei. Atq; hinc est,q̃d scriptura testatur,hoĩes tam in veteri q̃ in nouo testamento fuisse cõfessos. In ve Neem.9 teri quidem testamento scriptum est, ꝙ filij Israel steterint,& cõfessi sint peccata sua & iniquitates patrum suorum,quater in die & quater in nocte. In nouo autem testamento scriptum est, ꝙ omnis Hierosolyma & omnis Iudea,& omnis regio circa Iordanem,ad Iohannem Baptistam exiuerint,& baptiza Matt.3 ti sint,confitentes peccata sua. Et in Actis quoq; apostolicis scriptum est, ꝙ Acto.19 ad Paulum prædicantem pœnitentiam,multi credentium venerint, confitentes & annunciantes actus suos. Ex ijs igitur rationibus vsqueadeo dignoscitur confessio constituta & præcepta de iure diuino,vt ne Papa quidem possit cum quopiam dispensare,ne quis omnino confiteatur,licet ob causam de tempore possit,quandoquidem illi nihil liceat contra ius diuinum: qui alioquin 25.q.2. ca.Si ca. esset dissipator, non dispensator.

DE CERTIS QVIBVSDAM VERAE CONfessionis conditionibus. Cap. LIIII.

IAm vero quis tam diabolo deditus,nolit nec ex domini,nec ex eius ecclesiæ præcepto confiteri,præsertim quum non soli priuatim confitenti,sed & toti reipub. multiplex ex confessione illa sequatur vtilitas,qua se nunc multi principes & respub. vident priuari, quemadmodum ex illius conditionibus haud obscure patere poterit intelligenti.

Prima quidẽ cõfessiõis cõditio est, vt ipsa sit volũtaria,nõ coacta,ceu fuit Iosue.7 quondã ipsius Achan,de q̃ superius dictũ est. Oportet volũtarie cõfiteri,q̃d volũtarie gestũ est,q̃ modo est quodlibet peccatũ. Ex hac aũt volũtaria con Eccli.4 fessione sequit̃ obedientia,quæ plus valet q̃ victima. Sed inquis: quomodo poterit esse voluntaria,quum sit præcepti diuini & ecclesiastici?

Respondeo:voluntaria est, quum libenter & ex animo quis obsequitur eiusmodi præcepto. Quo sane modo dici solet,voluntatẽ coactã etiã esse voluntatem. Non autem debet fieri timore depulsionis ab ecclesia vel carentiæ sepulturæ,vel simpliciter pœnæ infernalis,verum principaliter propter deum Matt.16 & obedientiam dei & ecclesiæ,secundario etiam propter gehennam,per quã nonnunquam dominus conatur abstrahere peccatores a peccato.

Secunda conditio, ꝙ sit fidelis,id est,in fide ecclesiæ fiat,ita vt speret peccator omnino se per ipsam consequuturũ suorũ peccatorũ veniam, nec despe Gene.4 ret confitendo,vt Cain fratricida. Siquidem dubitandum non est, quum scri Esa.43 ptura dicat:Narra si quid habes,vt iustificeris.

Tertia,vt sit humilis,geniculãdo discoopertoq; capite,si vir est:velato au

tem,

tem, si mulier confitetur sacerdoti, dicēte scriptura: Coram presbytero humilia animam tuam, vtpote qui dei loco est, cui primum fit reuerentia ex humilitate, quæ vel sola meretur gratiam, sicuti superbia indignationem. Eccl. 4 Ecc. 4 Lu. c. 5

Quarta, vt sit fortis, ne videlicet quid a confitente sileatur, aut ob verecundiam, aut ob pœnæ timorē. Melius est em̄, vt ipse corā vno homine, deo inspectore, peccata manifestet, q̄ vt ea olim in nouissimo die coram deo & toto mundo cū confusione ignominiosissima manifestent. Id q̄d Iob in spiritu testatur, de peccatore impœnitente loquens & dicens: Reuelabunt cœli iniquitatem eius, & terra aduersus eū cōsurget: manifestū erit peccatū illius. Et ipse quoq; deus indignabundus dicit ad peccatorē, non cōfitentem præ pudore: Reuelabo pudenda tua in facie tua, & ostendā gentibus nuditatē tuā, & regnis ignominiā tuā. Quandoquidē dn̄i dies tunc oīa (etiam abscondita tenebrarū) reuelabit, in quo erunt omnia nuda, in quo peccator videbit ea, de q̄bus nunq̄ cogitauit, quorū putauit nunq̄ fieri reuelationē vnquā, eritq; tunc maxime verū, q̄d dici solet, nihil esse tā occultū q̄d nō reueleť. Quid multa? quur quis pudet cōfiteri, quod dicere & facere non puduit, maxime q; verecundia hoc in casu sit pœna; & non minima pars satisfactionis? Iob. 21 Naum. 3 1. Cor. 4 Matth. 10 Luc. 8.

Quinta, vt sit accusatoria, qua sui, & non alterius, sit accusator, nec suspsius suorumq; peccatorum excusator, quemadmodum protoplasti fecerunt: quandoquidem iustus prior est accusator sui. Gene. 4 Prou. 18

Errant ergo, nec vere confitentur, qui alterius peccata recensent, de quibus ipsi non onus portabunt, nec rationem reddent. Roma. 14

Errantq;, qui sua peccata excusant, ea reijcientes aut in deum, aut in fortunam, aut in fatum, aut in societatem, aut in tentationem &c. Quandoquidem peccata commiserūt ex arbitrio, quod habent a deo, tam ad bonum q̄ ad malum: quorum voluntas coacta, fieri solet quoq; voluntaria. Eccl. 15

Sexta, vt sit nuda & aperta, vtpote quæ fieri debeat apertis ac semper honestis, quoad fieri potest, non fictis nec palliatis, verbis, vt confessor arbitrari de peccatis manifestis, & bene intellectis, valeat.

Septima, vt sit simplex, nimirū breuiter manifestās peccata cū circunstātijs, relictis materiebus alijs, q̄ nō ad rē faciūt, veluti cōfessa est mulier Chananęa. Matth. 15

Octaua, vt sit secreta. Primo, quoad sacramentū: cuius est, ut id q̄d exterius fit aut geritur, eius sit signum, q̄d interius cōtingit. Iam vero cōstat, q; per pœnitentiā, cuius altera pars est confessio, deus celat peccata pœnitentis, propheta dicente: Beati quorū remissæ sunt iniquitates, & quorū tecta sunt peccata. Ergo vt sacramentū habeat suā rationē, necessum est vt cōfessio sit occulta, taciturna & secreta. Vnde facile discimus, q̄ ignauiter hæretici, irrisionis causa, vocarunt illam auricularem, vtpote nescij causæ & rationis sacramēti. Psal. 31

Secundo secreta sit, quoad confitentem, cuius nō est vt reuelet consilia sibi data, ex quibus possit oriri scandalū, alioquin peccans mortaliter. Siquidem concubina reuelans proco suo & concubinario, q; confessor nō velit eā absoluere, nisi discedat ab eo, peccat mortaliter, quum vtriq; parti sequatur ex hoc cum periculo corporis & animæ scandalum: quod semper vitandum est, qua- Matth. 18

Matt. 18 tenus saluo diuino honore fieri queat.

Tertio, quoad confessorem, cuius est, ne quicquam vel aperto vel occulte reuelet ex cõfessione, vnde scandalũ prouenire possit, qui alioqui violator est sacramẽti, nisi peccatũ eius sit generis, quod ilico, quũ venerit ad hominis notitiam, homo idipsum manifestare teneatur, vtpote quod pertineat ad corruptionẽ multitudinis corporalem, vel spiritualẽ, vel in graue damnũ alicuius personæ, vel id genus alio tendat, q̃d quis tenetur reuelare vel testificando, vel denunciando. Quod si quis non reuelaret, fidẽ quã alteri deberet, infringeret. Id tamen ita poterit, cogente summa necessitate, reuelari, vt interim personæ nomini parcatur, quatenus fieri queat, queãdmodũ Christus Iudæ peccatũ celauit & reuelauit. In reliquis vero casibus nequaq̃ conuenit prodere quicq̃ etiam ex pcepto superioris, quũ seruare fidẽ de iure sit naturali. Iam vero liquet, nihil posse pcipi contra ius naturæ, dicẽte scriptura: Qui ambulat fraudulẽter, reuelat arcana: qui vero fidelis est, celat amici consilium.

Matt. 26
Mar. 14
Prou. 11.

Nona, vt confessio sit obediens, vtpote vt confitens tanquam vere morbo laborans, pareat sacerdoti medico spirituali, eidemq; confessori in omnibus, quæ ei pro satisfactione imponuntur, ponens se in potestate iudicis in iudicio sacerdotis, nihil sui reseruans sibi, faciens omnia (iubente eo) pro recuperanda animæ sanitate & vita, quæcunq; faceret pro euitanda corporis morte & valetudine. Frustra alioqui agitur cum infirmo, qui parere negligit medico, rationabilia & possibilia præcipienti, iuxta dominum dicentem: Hoc fac, & viues.

Luc. 10

Hæ sunt singulares & paucæ ex multis conditiones, quæ verã decent confessionem, cuius etiam necessitas & vtilitas ex ipsis aliquo modo colligi potest: ac interim confessor quoq; facile discit ex eis, quid ipsum in audiendis confessionibus seruare conuenit, quem decet esse tam discretum, q̃ sacrarum literarum peritum, vt queat discernere inter lepram & lepram.

DE OBIECTIS SCHISMATICORVM ET hæreticorũ cõtra cõfessionis auricularis institutionẽ. Cap. LV.

Dictum est hucusq; de confessionis definitiõe, necessitate, vtilitate, & multiplici cõditione: nec restaret modo quicquam aliud, q̃ vt ingrederemur tractatum satisfactionis, tertiæ partis pœnitentiæ: nisi essent, qui vellent nos recensere causas & rationes, quibus nonnulli schismaticorum & hæreticorũ sunt opinati, & adhuc fortassis opinantur, confessione sacramentali non esse opus ad remissionem peccatorum consequendam, quanuis profecto satis & plus q̃ satisfacere deberent istis tot sanctæ scripturæ, ac tot ex illis fundamenta, rationes & exempla, quibus pro suo sacramento pœnitentiæ sacrosancta vtitur ecclesia, ceu nunc intelleximus.

In primis itaq; schismatici & hæretici propterea dicunt, non opus esse secreta cõfessione corã sacerdote ad remissionẽ peccatorũ, q̃m nec Petrus, nec Paulus, nec Magdalena confessi legantur, qui tamen adepti sunt remissionẽ peccatorũ, quũ tamen nunc nõ sit minoris efficaciæ gratia remittẽs peccatũ, q̃ tunc

Matt. 26
Acto. 9.
Luc. 7.

tunc fuit:ergo nec nunc eſt neceſſarium confiteri.

Secundo:Confeſſio ad hoc deſideratur in iudicio,vt ſecundum quantitatem culpæ,pœna infligatur:ſed homo poteſt ſibijpſi pœnam infligere maiorem,quàm etiam ab alio ſibi infligatur: ergo

Deute.25 Apoc.18

Tertio:Aliquis eſt qui non habet niſi peccata venialia,ſed de illis non tenetur homo confiteri:ergo illi confeſſio non eſt neceſſaria.

Quarto:In eo quod eſt neceſſarium ad ſalutem,non ſunt homines arctandi,ne impediantur a via ſalutis:ſed magna arctatio videtur, ſi oporteat,vt homo confiteatur neceſſario,quum multi per hoc retrahantur a confeſſione,vel timore,vel verecundia,vel alio id genus modo:proinde homines nõ debent ad confitendum coarctari.

DE RESPONSIS AD OBIECTA hæreticorum. Cap. LVI.

ETſi confeſſionem ſacramentalem ſic ſanctis literis, & earundem rationibus,fundamentis & exemplis obfirmatam accepimus,vt eccleſia propter ipſam plus q̃ mendaciter impietatis incuſetur ab hæreticis & ſchiſmaticis aliquot,tamen non deſunt inter eos,qui moliuntur adhuc ſuum mendaciũ contra eccleſiam,neſcio quibus fucis,id eſt,ſcripturis & rationibus aliunde retortis defenſare, contendentes confeſſionem ſacramentalem nulli neceſſariam eſſe,imo quam catholica eccleſia perperam conſtituerit : quum tamen non præcipue ipſa,ſed autoritas apoſtolica, Chriſto demandante,ſtatuerit eam. Ne autem quis exiſtimet,me tantum allegare,quæ pro nobis adeoq; pro eccleſia ſancta ſunt,ac ea quæ iſti pro ſe contraq; eccleſiam adſciſcunt, ſilentio tranſire:factum eſt vt eorum argumenta clarius adduxerim,q̃ ipſimet vnquã produxerunt,non ignarus adagij,quo dici ſolet,ſermonem vnius viri,nõ eſſe ſermonem,ſed vtrunq; eſſe audiendum.

Cæterum q̃ nihil eorum argutiæ valeant contra confeſſionis inſtitutionẽ,ſcripturis corroboratã,paucis pro loco & tempore reſpõdebimus ad eas.

Ad primũ quidem eorum obiectum reſpondeo : Quanuis nec Petri,nec Magdalenæ,nec Pauli,nec id genus aliorum confeſſio ſacramentalis facta legatur,facta tamen eſſe potuerit,vtcunq; non in Euangelio ſcripta : tum,quòd multa facta,inibi ſcripta non ſint,nec ſcribi potuerint omnia,quibus alioqui totus mundus non ſuffeciſſet,nec libros ipſe capere poſſet,quibus opus eſſet ad omnia ſcribenda:tum,quia nec debuerint in euangelio ſcribi neceſſario, niſi quibus opus eſt ad agnitionem fidei Ieſu Chriſti.

Mat.26 Luc.7 Act.9. Ioh.20.21 Ioh.5.vlt.

Præterea,non valet argumentum a loco negationis, niſi cum vniuerſali & expreſſa prohibitiõe & negatione. Inſuper quum Chriſtus habeat poteſtatem excellentiæ in ſacramentis,& eius non ſit abbreuiata manus:mirum non eſt,vt rem ſacramenti poſſit conferre etiam ſine ijs,quæ ad ſacramentum pertinent,penes quem ſic eſt omnis poteſtas,vt facere poſſit quæ velit,nec ſit qui poſſit eum corripere facti,dicente ſcriptura:Quia omne quod voluerit, faciet,& ſermo illius poteſtate plenus eſt. Nec dicere ei quiſquam poteſt,Quare

Eſa.59 Eccle.8

facis ita? Id quod olim commonstrauit, dicens ad murmurantes propter mercedis inæqualitatem: Tolle quod tuum est, & vade. non facio tibi iniuriam. Volo autem & huic nouissimo dare, sicut & tibi. An non licet mihi, quod volo, facere?

Mat.20

Ad secundum respondeo, satisfactionem non sufficere ad expiandã pœnã peccati ex quantitate pœnæ, quæ in satisfactione imponitur: sed eam sufficere, quatenus ipsa pars est sacramenti, virtutem sacramentalem habens: proinde necessarium esse, vt per dispensatores sacramentorũ imponatũ, id quod fit in confessione, sicut nec baptismus valet a seipso factus. Ad eiusmodi enim sacramenta constituti sunt dispensatores, Paulo dicente: Sic nos existimet homo, vt ministros Christi, & dispensatores mysteriorum dei. Cui subscribit Petrus, inquiens: Vnusquisque sicut accepit gratiam, in alterutrum illam administrantes, sicut boni dispensatores multiformis gratiæ dei.

Mar. vi. Mat. vlt. 1. Cor. 4. 1. Pet. 4

Ad tertium respondeo, tantam vim esse præcepti ecclesiæ, vt qui non habet peccata mortalia, confiteatur venialia, vel saltem ostendat se sacerdoti, ostendatque se citra conscientiam mortalis esse peccati, atque hoc ipsum pro cõfessione imputetur. Hinc dominus ait: Si ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus. Etsi negari posset, non debere venialia confiteri, quũ Iob pœnituerit pro venialibus.

Matt. 18 Iob. 42

Ad quartum respondeo, non arctari viam salutis ex eo, vt quis semel saltem in anno sacerdoti proprio confiteatur, sed sufficientem viam statui ad salutem, maxime quod possit etiam quis ad salutem suam quoquo modo compelli, iuxta illud: Compelle intrare. Et propheta: In chamo & freno maxillas eorum constringe, qui non approximant ad te.

Luc. 14 Psal. 31

Ex ijs itaque liquet, hæreticorum nihil prorsus valere argutias, quibus moliuntur confessionem sacramentalem subuertere contra ecclesiam catholicã, q̃ illã dubio procul ab apostolis, & ij a Christo receperũt: q̃ nisi diuinitus instituta eẽt, credi nõ posset, ipsam tantisper potuisse subsistere, maxime citra coactionẽ pœnalem vel mortis, vel mutilationẽ membri, p̃sertimque quæ tot videtur modis esse periculosa confitenti, tamque prorsus dura eidem.

AN SOLI SACERDOTI, ET QVIDEM proprio, vtpote parœciano, confitendũ sit. Cap. LVII.

Respondimus per sanctas ex Biblijs scripturas, apparentibus fundamentis & rationibus, quibus hæretici & schismatici nonnulli plane voluerũt sublatam confessionẽ sacramentalem, qua centenis aliquot hucusque annis, ecclesia catholica non sine sua suorumque salute & vtilitate, ad sui creatoris honorem pie vsa est. In p̃sentia vero tametsi satisfactum illis esse credi posset, tamen quia cacodæmon humanæ salutis inuidus aduersarius, vt multas deo animas quocũque modo possit surripere, nõ quiescit nec dormit, sed semp suggerit, quo queat ab opere pietatis, quale confessio est, retrahere: & quidẽ satagit argutis quæstiunculis, quibus existimat obuiandũ non esse: verum quo liqueat, nihil esse veritate potentius, visum est respondere ad quasdam quæstiones

1. Pet. 5 3. Esdr. 3

ſtiones,quas iſte tyrannus per aliquot non omnino reprobos obijcit.

Primo quidem quæri ſolet,an quiſpiam poſſit confiteri laico. Reſponden dum puto,non poſſe:tum,quia figura leproſum duntaxat voluit oſtẽſum iri ſacerdoti:vnde ſubinſinuauit,peccatorẽ ſacerdoti duntaxat debere confiteri: tum,quia duntaxat ſacerdos habeat ſacramẽtaliter abſoluere & ligare,ergo etiam duntaxat audire confeſſionem:quanq̃ tempore neceſſitatis,quæ,vel domino teſte,legem non habet,aliquis etiam laico confiteri queat,vtcunq; hæc ipſa confeſſio ſacramentalis non eſſet,quum laicus non poſſet abſoluere: cuius cauſa,confeſſus,habita facultate,obligaretur reiterare confeſſionem,ſi modo vellet participare ſacramẽto pœnitẽtię,qua opus eſt omnino ad ſalutẽ. Deut.17 Matth.8 Luc.5 Luc.17 Iohã.20 Marc.2

Secundo,poſſit ne quiſpiam alieno,& nõ ſuo,ſacerdoti confiteri. Reſpondeo,non poſſe iuxta ſtatutum eccleſiæ,quæ vult,vt quis ſemel in anno circa paſcha confiteatur proprio ſacerdoti:& hac quidem ex cauſa,q illius eſt ſcire ſuorum defectus,quorum cura incumbit tanq̃ paſtori ſui gregis,cuius cauſa Paulus vult vt obediamus nõſtris p̃poſitis,qui vigilant quaſi rationẽ redditurí pro animabus noſtris. Huc videtur pertinere,q Chriſtus ait ad diſcipulos,primos ſacerdotes:Amen dico vobis,quæcunq; alligaueritis ſuper terram,erunt ligata & in cœlo:& quæcunq; ſolueritis ſuper terram,erunt ſoluta & in cœlo,& non in cœlis,intelligens eccleſiam vniuſcuiuſq; particularem, in qua proprius ſacerdos eſt Papa,legatus,epiſcopus,& parœcianus. Hebr.13 Matth.18

Sed confeſſurus,nõ valens ob legitimã cauſam ſuo ſacerdoti cõfiteri,vtpote qui fortaſſis ſacerdos indoctus, indiſcretus,familiaris aut particeps eſt cũ eo peccati, debet licentiã petere & obtinere a ſuo ſacerdote,qui nõ debet negare licentiã niſi data pecunia,quũ alioqui ſimoniam cõmitteret,quo precio venderet quod gratis accepiſſet,cõtra Chriſti p̃ceptum. Suffecerit proinde,vt quis ob legitimã cauſam petat licentiã,etiãſi non obtineat,nec propterea debet a cõfeſſione deſiſtere,quũ nemo propter aliũ debeat ſalutẽ ſuã p̃termittere:modo abſit cõtemptus,qui culpã facit,vbi culpa nõ eſt,ratione ſcandali,a quo iuxta Chriſti & Pauli p̃ceptum,ſemper eſt cauendum. Matth.10 Matth.18 Roma.14 1.Cor.8

Tertio,nunquid poſſit aliquis per nuncium vel epiſtolium confiteri. Reſpondeo non poſſe,ſi confiteri volens,eloqui poſſit: cum,q qui per ſeipſum peccauit,debet etiã per ſeipſum pœnitere,pœnitensq; propria voce confiteri. Quo em̃ quis peccauit,vtpote ſuo proprio corpore,ore & cogitatu,eo debet pœnitere,cuius confeſſio pars eſt. Accedit,quod huiuſmodi epiſtolio ſubori ri poſſit mittenti ſcandalum,periculum & infamia,per retentionem epiſtolæ per ſacerdotem,qui nec circunſtantias adamuſſim poſſet,pœnitẽte abſente, examinare. Ideoq; pœniteamus vt peccauimus,& credamus euangelio,maxime quod modo verbotenus auditum eſt. Sap.11.

EPILOGVS EORVM QVAE AD CONfeſſionem ſunt neceſſaria. Cap. LVIII.

QVũ itaq; pct̃õr(opitulante primũ gr̃a diuina)cognouerit ſe pct̃õrẽ,ſuiſq; pct̃is multifariã deũ offendiſſe,cœperitq; tandẽ ex amore erga deũ

præcipue,& ex amissione illius gratiæ,& pœnæ gehennæ adeptione,prorsus ex animo contristari & cōteri:mox facto signo crucis sanctæ cōtra diabolicas insidias,incipiat ex ordine memorare sua peccata,quatenus poterit,cum amaritudine,cum summa spe veniæ de eisdem ipsis peccatis consequēdæ,& cū firmo proposito illa non amplius perpetrandi,humiliter accedat ad sacerdotem,atq; illi loco dei,geniculando supplicet,vt suā non grauetur dei causa audire confessionem. Quo ipsius petitioni annuente,breuiter commissa pudenterq; cum necessarijs circunstantijs recenseat:ac eis ex integro recensitis, absolutionem sacramentalem ex Iesu Christi misericordia postulet.

Quam vbi vna cum iniuncta pœnitentia sacramentali,quā cōmuni vocabulo satisfactionem appellant,obtinuerit,curet vt amanter deuoteq; impleat,modisq; oībus studeat deo satisfacere pro suis peccatis. Qua de re,nimirū tertia & postrema pœnitētiæ parte,in sequētibus nobis erit sermo.

DE SATISFACTIONE, PARTE POEnitentiæ tertia. Cap. LIX.

CONsideratis ac disputatis primis duabus,contritione videlicet ac confessione,partibus pœnitentiæ,vna cū illis quæ ad eas pertinent:subsequens est locus,vt aggrediamur tertiam,eandemq; postremam pœnitentię partem, nempe satisfactionem : partem,dico,pœnitentiæ tam necessariam, q̄ non est quicquam citra finem quoquo modo perfectum,vtpote quo ad finem omia tendunt:qui vbi bonus est,creduntur cætera esse bona.

Cæterum,vt causa satisfactionis paulo rectius intelligatur,quam pleriq; schismatici & hæretici prorsus negant:operæprecium est,vt nonnulla paulo altius repetamus,& in ea quæ dicere de satisfactione proposuimus, nonnihil præsemur, vt cætera facilius & æquius accipiantur.

Quum itaq; proxime dictū est,nos iuxta scripturas haud quaq̄ posse saluari,nec gratiam apud deum obtinere,nisi pro peccatis post baptismum perpetratis ex animo pœniteamus,conterendo de illis,& illa confitendo,& pro illis satisfaciendo:scire profuerit in primis,rem sic hoc loco habere : Deus ille optimus maximus peccatum,quod semel per baptismum medio passionis & mortis vnigeniti filij sui Iesu Christi remisit,vltra plane non vult æterna pœna vindicare:sed in illud duntaxat animaduertere,q̄d post baptismū est voluntarie commissum, nec remittere animaduersionem vtcunque in æterno supplicio,nisi quis pro eo agat peccato,nomine illius vnigeniti, pœnitētiam, conterendo de peccato,confitendo illud,& satisfaciendo pro eodem.

(Luc. 13) (Luc. 24)

In peccati quidem commissione duo reperiuntur: Primum est culpa,qua videlicet quis contra dei præceptum fecit,quā deus pro sua ineffabili pietate sola,ex tamen vera cordis contritione peccatori condonat & confessione, prout fecit dominus Magdalenæ,ad quā contristantē dixit:Remittuntur tibi peccata,fides tua te saluā fecit. Ita quoq; fecit Petro,cui amare flenti,proculdubio culpam peccati remisit,quum singulariter in signum gratiæ & remissi peccati,voluit illi dictū iri suā resurrectionem,pro cuius & fide & reuer sione

(Luc. 7) (Matt. 26) (Mar. 14)

ſione iam antea orauerat,ne fides eius deficeret. Ita quoq; Dauidi quondam fecit,cui pœnitenti conterendo & confitendo, culpam peccati remiſit,vt ex eo claret quum dicit:Cor cõtritum & humiliatum deus non deſpicies. Dixi, confitebor aduerſum me iniuſtitiam meam domino, & tu remiſiſti impietatem peccati mei. Quid autem eſt impietas peccati,niſi culpa?

Luc.22
Pſal.50
Pſal.31

Secundum eſt,pœna pro peccato,debita ex rigore diuinæ iuſtitiæ,quæ nihil mali ſinit impunitũ, vtcunq; dimiſſa indignatione,quã deus opt. & maximus ob ſuã iuſtitiã non tã eueſtigio remittit peccatori,verũ vult vt ex rigore ſuæ iuſtitiæ peccator aliquã det pœnã,culpæ in acceptione ſua diuina æquiualentẽ,iuxta ſcripturã dicentẽ:Pro menſura delicti,erit & plagarum modus.

Deut.25

Hanc ſolutionẽ & dationem pœnæ poſt culpam remiſſam,vocant ſatisfactionem; quo pacto creduntur ſatisfeciſſe quondã Dauid, Magdalena,Petrus,&c. Et ſi em̃ Dauidi culpa propter immenſam eius contritionem & confeſſionẽ remiſſa eſſet,tamen pœnã pro peccato cõpulſus eſt dare in eo, q filius ipſius propterea moriebat. Quum em̃ ad Nathan dicebat,Peccaui dño: Reſpondit Nathan,Dñs quoq; tranſtulit peccatũ tuũ. Non morieris. Verũ tamen quoniã blaſphemare feciſti inimicos nomen dñi propter verbũ hoc,filius qui tibi natus eſt,morietur. Qui præterea ſic ſatisfacere ſtuduit pro ſuo peccato,vt nunquam panes abſq; lachrymis comederit, nec irrigato lecto dormierit. Ita licet Magdalenæ peccati culpa fuerit remiſſa,tamen pro eo ſatisfacere ſtuduit triginta annis in eremo. Ita licet Petro peccati culpa fuerit remiſſa,ſatisfacere tamen ſtuduit,conterendo & flendo quoad vixit. De hac proinde ſatisfactione poſthac dicturi ſumus.

2.Reg.12.
Pſal.41.
Luc.7
Matth.26

DE DEFINITIONE SATISFACTIONIS, & eius declaratione. Cap. LX.

VNde veniat ſatisfactio,pars pœnitentiæ tertia,dictum eſt in præcedenti Homilia:nunc,vt aperto noſcamus,quale quidq; ſit,quo de loquimur, profuerit(arbitror)paucis adaperire,quomodo deſcribatur hoc ſane loco ſatisfactio ſacramentalis,vt interim quoq; ſuum errorem videant,qui ſub hæc tempora(prout omnia opera bona)ſatisfactionem prorſus reiecerunt,nec eã nobis pro remiſſione peccatorum eſſe neceſſariam cenſuerunt,confiſi neſcio quibus frigidiuſculis argumentis,ad quæ circa finem diſputationis noſtræ de ſatisfactione,per ſacrarum literarũ fundamenta rationesq; reſponſuri ſumus, pro catholicæ eccleſiæ inſtituti defenſatione. Iam vero ſciendũ velim,ſatisfactionem pœnitentialẽ non eſſe ſecundũ receptos autores aliud,q̃ operationẽ exteriorẽ laborioſam vel pœnalẽ,volũtarie adſumptã,a ſacerdote poteſtatẽ habente,pro diuina offenſa propter peccatũ cõmiſſum placãda,adſignatam.

Primo autem dicit definitio,operationẽ exteriorem,ad differentiam operationis interioris,quæ vocatur contritio,qua homo dolet amare,q ſuo peccato deũ & proximũ ſuũ offendit,quæ tanquam prima pars pœnitẽtiæ præſupponitur,citra quam reliquæ partes nihil plane proſunt.

Ipſa vero ſatisfactio,eſt exterior operatio,& quidẽ pœnalis,procedens ex

vera contritione:quoniam si pœnalis aut laboriosa non esset,non esset satisfactio. Nam sicut prius peccator erat inordinatus per culpam,sic satisfaciendo debet ordinari in pœnam:& sicut in peccando habuit delectationem,sic & in satisfaciendo habeat amaritudinem,iuxta scripturam dicentem: Quantum glorificauit se & in delicijs fuit,tantum date illi tormentum & luctum. Sic quoniam Magdalena osculando,videndo, & capillos ornando delectationem habuerat,& peccauerat:proinde studuit e contrario satisfacere deo, plus q̃ dolenter lachrymans suis oculis,ore Iesu Christi pedes osculās, & eosdem lachrymis lauans,& capillis tergens. Id quod totum fuit operatio visibilis & exterior pœnalis.

Apo.18

Secundo definitio dicit, A sacerdote potestatem habente adsignatam:ad differentiam laici,qui quamuis possit adsignare alicui quicquam pro satisfactione, hæc tamen non esset sacramentalis, vti videlicet haberet sacramenti virtutem,hoc est,deletionem reatus & pœnæ,vt pote ꝙ eius non est, sed duntaxat sacerdotis:qui quum solus habeat a Christo potestatem peccata vel remittendi,vel retinendi:ita solus habet ponere loco Christi satisfactionem pro peccato,cuius iudex & arbiter solus fuit. Hinc dominus ad Petrum in persona cuiuscũq; sacerdotis ait:Et tibi dabo claues regni cœlorũ. Et quodcunque ligaueris super terram, erit ligatum & in cœlis: & quodcunque solueris super terram,erit solutum & in cœlis. Quapropter pœnitens omnino credat se absolutum absolutione sacerdotis a culpa & a pœna, si satisfactionem adsignatam perfecerit pro virili sua,quam deus sua gratia iuuat & acceptat. Nec quidem mirum,quando constat,latronem misericorditer a domino absolutũ a pœna & a culpa sine satisfactione singulari,quũ crucē meruerit ex latrocinio,dicente ad ipsum domino: Hodie mecum eris in paradiso.

Ioh.20

Matt.16

Luc.23

Tertio dicit definitio, Voluntarie adsumptam:quia si esset inuoluntaria, iam non esset satisfactio: præterea deo non esset grata,cui nihil gratum est, nisi quod bene fit ac voluntarie. Vnde Dauid dicebat: Voluntarie sacrificabo tibi, & confitebor nomini tuo.

Psal.115

Quarto dicit definitio, Propter commissum peccatum, quo deus videlicet est offensus:ad differentiam eius operationis,quæ fit pro temporalibus diuitijs,honoribus,& hoc genus rebus temporalibus, quæ nimirum operatio nihil facit ad satisfactionem pro peccatis,quum illorum gratia non sit suscepta,quum plerunq; ipsa sit peccatum solicitudinis & diffidentiæ de deo,iuxta dominum dicentem:Nolite soliciti esse in crastinum. Crastinus enim dies solicitus erit sibi ipsi. sufficit diei malitia sua.

Mat.6
Luc.12

Quinto dicit definitio, Pro diuina offensa placanda,ad differentiam eius laboriosæ pœnalisq; operationis damnatorum, qui & ipsi puniuntur apud inferos pro suis peccatis,& pœnitent nimis sero: sed tamen non placant offensam diuinæ maiestatis,sed desperati potius blasphemant. Et hactenus de definitione sacramentalis satisfactionis,quæ satis ex ea patet, q̃ sit pia & necessaria, quam sequenti capite paulo fusius repetituri sumus,quum sit non omnibus obuia.

Sap.5
Esa.8

DE RELIQVA PARTE DEFINITIONIS satisfactionis. Cap. LXI.

VT materia satisfactionis, vltimæ partis pœnitentiæ sacramentalis, vnicuiq; intelligibilior fiat, & maior succedat vtilitas ex ea: profuerit (opinor) paulo vulgarius repetere causam & originem, vnde deriuetur & manet necessaria satisfactio pro peccatis, etiam per contritionem & confessionem remissis. Atq; nimirum res, ex supra quoq; memoratis, sic habet: Perspicuum sane est, hominē, quando peccat mortaliter, ad pœnā gehennæ obligari, scriptura dicente: Anima quæ peccauerit, ipsa morietur, videlicet æterna morte: nec poterit ab ea liberari, nisi remissis per pœnitentiæ partes a deo vel a sacerdote loco dei duobus, quæ in omni contingunt peccato. Ezec. 18

Primum est ipsa culpa peccati, quæ meretē indignationē dei Max. q̄m per eā peccator cōtempsit eius legē, quā quidē peccati culpā deus ex immensa sua misericordia relaxat peccatori per priores pœnitentiæ partes, vtpote per contritionem & confessionē, deo ipso testante, quum per prophetam dicit: Si impius egerit pœnitentiā ab omnibus peccatis suis, eorū omnium non recordabor, vtpote nō vlterius indignabūdus. Id q̄d ꝓbauit in regio propheta, quē cōterentem & cōfitentem, mox in gratiā recepit, oblitus iræ suæ, quā ex culpa legis neglectæ cōceperat, prout ipse propheta suis verbis arguit, inquiēs: Cor contritum & humiliatum deus non despicies. Dixi, confitebor aduersum me iniustitiam meam domino, & tu remisisti impietatem peccati mei. Ibidem. Psal. 50 Psal. 31

Secundū in peccato mortali, est ipse reatus æternæ pœnæ, qui culpæ inseparabiliter adhæret, quem debet homo ex eo, ꝙ incidit in pœnā & mulctam, quæ est gehenna, imposita a deo peccatori, quia legē transgressus est: vti facile conijcimus ex eo, qui transgreditur aliquā principis legem, qui meretur & principis indignationem, & pro transgressione mulctā. Iam vero, quia deus æque iustus est atq; misericors, & æque deus est vltionū dn̄s & pater misericordiarū, & eius omnino iustitiæ rigor exigit, vt nullū plane malū sinat impunitū, vtpote qua cogitatus etiā iudicet, nec ei præiudicet misericordia: fieri solet, vt tametsi deus peccatori cōterenti & confitenti misericorditer remittat peccati culpā & æternā pœnam, & obliuiscatur suæ indignationis, tamen nō ilico remittat reatum pœnæ, qui propter contritionem misericorditer factus est temporalis, qui fuit antea æternus, manans ex pœna imposita: verum necessum est, vt peccator pœnitens, obligatus remaneat ad aliquā temporalem pœnā, quā deus Opt. cōmisit iudicio sacerdotū, quibus propterea dedit potestatē remittendi & retinendi peccata, vt ꝑ eos eius diuina volūtas innotescat pœnitentibus, ac ipsis adsignetur pœnitentia pro ea pœna temporali, quatenus illi per eam deo satisfaciant & ecclesiæ, quā peccando pariter offendūt. Psal. 93 2. Cor. 4 Mat. 18 Ioh. 20 De pœ. di. 1. §. media cor.

Id quod totum testatur aperto dominus ipse deus, qui tametsi iam antea dixerat, ꝙ pœnitentis non vltra vellet recordari peccatorum contritorum, tamen addidit: & si impius auerterit se ab impietate sua, quam operatus est, & fecerit iudicium & iustitiam, ipse animam suam viuificabit. Ezech. 18

Sed q̄d obsecro ꝓliud est, facere hominē iudiciū, postq̄ ei culpa pc̄torū est

remissa,

remissa, q̃ seipsum satisfaciendo bonis pœnitentiæ operibus iudicare & puni re, ne alibi puniendus sit æternaliter? Certe nihil aliud, vti Paulus euidenter ostendit, inquiens: Si nosmetipsos iudicauerimus, nõ vtiq; iudicaremur a domino: quum autem iudicamur, a domino corripimur, vt non cum hoc mũdo damnemur. Quibus vtiq; verbis subindicat, iudicium nostrum, quod fit duris pœnitentiæ operibus satisfaciendo, quo nosipsos iudicamus, præuenire iudiciũ dei: & satisfactionẽ pœnæ, cui per peccatũ obnoxij sumus æternæ, posse diuinam a nobis auertere correptionem. Ad quam quidem satisfactionem non modo hortatus est Corinthios, qui peccauerant, indigne tractando eucharistiã, sed & ipsemet eandẽ fecit, dicẽs: (vtcunq; ei remissis dudũ a domino peccatis, & quanuis nihil tum sibi conscius esset) Castigo corpus meum, & in seruitutem redigo, ne qui alios doceo, ipse reprobus efficiar. Deniq; dominus omnipotens hanc ipse suam de satisfactione seriam voluntatem, comprobauit in Dauide, cui etsi iam remiserat culpã peccati, & æternam pro ipso pœnam, dicente ad ipsum propheta Nathan, Dominus transtulit peccatum tuum: tamen ipse multis post cruciatibus adflictus, ac fugiens, reatum culpæ quam perpetrarat, exoluit. sicut quoq; fieri solet in vnda salutis.

1.Cor.11 | 1.Cor.4 | 1.Cor.9. | 2.Reg.12

Etsi enim nos vnda baptismatis a culpa primi hominis absoluimur, iuxta scripturam, tamẽ eiusdem culpæ reatum diluentes & absoluti, carnaliter adhuc obimus, iuxta domini verbum ad mulierem: Multiplicabo ærumnas tuas & conceptus tuos. In dolore paries filios, & sub potestate viri eris, & ipse dominabitur tibi. Et ad virum: Maledicta terra in opere tuo. In laboribus comedes ex ea cunctis diebus vitæ tuæ &c. In sudore vultus tui vesceris pane, donec reuertaris in terram de qua sumptus es. Id quod Iob in persona cuiuscunq; pœnitentis conqueritur, dicens: Homo natus de muliere, breui viuẽs tempore, repletur multis miserijs. Et quare? nimirum ob reatũ culpæ primorum parentum, qui licet nobis per baptismum sic sit remissus, vt vltra pœnæ æternæ non simus obnoxij, tamẽ reatu temporali pro ea pœna æterna satisfacere nostris miserijs cogimur. Ex qbus nũc satis superq; satis euidẽs fit, recte nos satisfacere deo pro nostris peccatis, quæ post baptismum commisimus, etsi nobis per contritionem & confessionem sit remissa eorum culpa.

Gene.3. | Iob.14

DE PARTIBVS SATISFACTIONIS. Cap. LXII.

NEcessitatem & vtilitatem satisfactionis, præsertim sacramentalis, de qua noster in primis est sermo, satis aperto percepimus ex origine causaq; eiusdẽ satisfactionis, imo & ex illius definitione, & huius declaratione: quanquam posthac pro loco & tempore subijciemus adhuc aliqua, eiusdem satisfactionis vtilitatem & necessitatem testantia. Sufficiat hac nunc parte scire, q̃ sola satisfactione, in diuina acceptatione, æquiualẽte, submoueatur reatus peccato debitus. In præsentia profuerit scire, quibus rebus deo pro pœna, quã pro reatu culpæ debemus, satisfacere oporteat, quo nos per ipsam possimus iudicare, ne alio in seculo plus q̃ seueriter iudicari possemus. Pro cuius rei dilucidiore sensu sciendum est, in satisfactione tria oportere considerari.

1.Cor.11

Primo,

Primo,quoniam satisfactio fieri debet pro peccatis mortalibus, quorũ generatim ꝑcipua tria sunt,vt in eis consistant omnia cætera,quæ a tribus perinde atq; filiæ subnascuntur,vtpote superbia,auaritia, & gula,adeoq; luxuria ipsa.Id quod Iohannes arguit,inquiens:Omne quod est in mundo,cõcupiscentia carnis est,concupiscentia oculorum,& superbia vitæ.Quibus sane tribus peccatis cacodæmon primos parentes nostros tentauit ac vicit,obnoxiosq; reddidit æternæ pœnæ.Quibus quoq; tribus peccatis idem cacodæmon tentauit in deserto Christum,sed non vicit,imo victus fuit.Quibus etiã tribus peccatis idem cacodæmon nos quotidie tentat,sæpenumeroq; (proh dolor)superat,deumq; nobis indignabundum reddit,æternæq; pœnæ deuouet,quæ nobis conterendo confitendoq; misericorditer a deo vertitur in temporariam pœnam,pro qua necessum est vt faciamus satis,vt patet vltra sexcenta scripturæ testimonia,ex verbis quæ quondam Christus ad vnumquenq; peccatorem & pœnitentem dixit,inquiens:Esto consentiens aduersario tuo cito,dum es in via cum eo:ne forte tradat te aduersarius,id est, conscientia,iudici.i. Christo,& iudex tradat te ministro,& in carcerem mittaris. Amen dico tibi,non exies inde donec reddas nouissimum quadrantem.Sic alibi rex homo,iussit eum qui debuit decẽ millia talenta,id est,qui fuit transgressor decalogi,venundari vna cum vxore,filijs & omnibus quæ habuit,ac reddi.Et hinc est quod Iob ait:Audite sermones meos,& agite pœnitẽtiam: quia in diem perditionis seruatur malus,& ad diem furoris ducetur.

1.Iohã.2. Gene.3 Matth.4. Marc.1. Luc.4 Matth.5 Luc.12 Matt.18 Iob.21

Secundo cõsideratur,ꝙ de totidem bonis,vtpote tribus,deo satisfiat per nos,pro tribus antedictis peccatis:quandoquidem non plura tribus bona habemus,nostra quidẽ non natura,sed ex gratia summi dei,vnde veniunt oĩa, nostra fieri cœpta,quoniam ijs vti possumus ad arbitrium liberum:alioqui, proprie dicendo,nulla prorsus essent nobis bona,vti nostra,Paulo dicẽte ad vnumquenq; hominem:Quid habes quod non accepisti?Si autem accepisti,quid gloriaris quasi non acceperis?Id quod Iob testatus est,dicens:Nudus egressus sum de vtero matris meæ,& nudus isthuc reuertar:dominus dedit,dominus abstulit,&c.Illa ergo tria bona,quæ habemus non ex natura, sed ex gratuita collatione,ad nostrum liberum arbitrium nostra sunt & dici solent.Sed quæ sunt talia?Sunt,inquam,bona animæ,veluti prudentia,scientia,&c.bona corporis,veluti sanitas,robur,pulchritudo,&c.bona fortunæ, veluti diuitiæ,potentiæ,honores,&c.de quibus omnibus possumus deo,secundum eius diuinam acceptationem,satisfacere pro nostris peccatis.

1.Cor.4 Iob.1.

Tertio consideratur,ꝙ de prædictis tribus bonis satisfiat per tria opera, quæ tribus sunt peccatis præmemoratis contraria:ꝗꝗ de tribus bonis fiat aliqua pœnalis detractio,per modum redditionis æquiualentis pro debito peccati.Siquidem contraria contrarijs curantur,ignis aqua,frigusq; deletur æstu.Hinc scriptura ait:Quantum in delicijs fuit,tantum date illi tormentũ & luctum.Sic Apostolus alibi vult,vt membris,quibus antea pro delectatione carnis in peccato abusi sumus,deinde vtamur pro contristatione carnis in virtute.Ex quibus modo sequitur,tria esse præcipua bona opera,quibus

Apoc.18. Roma.6

de bonis nostris deo pro peccatis nostris satisfacere possumus.

DE TRIBVS SATISFACTIONIS partibus. Cap. LXIII.

PRo tribus potissimum peccatis satisfaciendum esse deo de tribus bonis nostris, vtpote animi, corporis & fortunæ, p opera pœnitentiæ tribus ipsis peccatis cõtraria, proxime dictũ est. Sunt aũt tria eorũ opera, satisfactoria aduersus prædicta peccata, ad quæ omnia alia satisfactionis opera reducuntur: scilicet oratio, eleemosyna, & ieiuniũ: de quibus ex ordine dicturi sumus, quæ propterea Christus ex omnibus operibus bonis vtiq; singulariter cõmendauit, & ipse quoq; Tobias propterea dicit: Bona est oratio cũ ieiunio & eleemosyna. vtcunq; hæretici ductu maligni spiritus nunc omnia vilipendunt.

Mat. 6 Tob. 12

Oratio, primum satisfactionis opus, quo satisfacit homo de bonis animæ internalibus, per quod homo contra superbiam ordinat̃ ad deum, nihil aliud est, q̃ deuotio conuersioq; mentis in deũ per pium & humilem adfectum, non minus corde q̃ voce constãs, vtpote mentalis & vocalis existẽs. Ipse vero adfectus non aliud est, q̃ spontanea quædam ac dulcis ipsius animi ad deum inclinatio, qua nihil efficacius ad inclinandum deum ad pietatem & misericordiam, sine qua non est, vt cum deo loquamur. Ideoq; Christus semper voluit orandum, dicens: Oportet semper orare, & non deficere. Quem sequitur Paulus, inquiens: Sine intermissione orate. Sunt autem infinitæ orationis vtilitates, ad quam reducunt̃ omnia spiritualis misericordiæ opera: vt sunt consilia, contemplationes, legere, canere in dei laudem & in ædificationem, & id genus alia, qbus deo de bonis animæ pro peccatis superbiæ satisfacere quimus, quum orando superbus humilietur, cognoscens se habere alium supra se, cæterisq; se parem, vel etiam minorem esse, deo se totum subijciens.

Luc. 18 1. Thes. 5

Ieiuniũ, secundũ satisfactionis opus, quo satisfacit homo de bonis corporis, de ipsis sibi detrahẽs, pro peccato gulæ & luxuriæ, q̃ prouenit ex gula, per q̃d ipse homo cõtra gulã & luxuriã ad seipsum ordinat̃, nõ est aliud hac parte, q̃ abstinẽtia eius q̃ corpus accrescit, quoq; detracto, decrescit, debilitat̃q;, propter dei amorẽ fieri solita, nõ ex auaritia, nõ ex ægritudine, nõ ex hypocrisi, non ex hoc genus re alia temporanea vel vana: quandoquidem tunc ieiunium nihil satisfaceret, nec mereretur apud patrem qui in cœlis est.

Mat. 6

Ex quibus modo liquet, duplex esse ieiunium.

Corporale, & est abstinẽtia eius rei, per cuius subtractionẽ corpus decrescit & debilitat̃, propter dei amorẽ fieri solita. Quale fuit ieiuniũ, quo Dauid ieiunauit, dicẽs: Genua mea infirmata sunt a ieiunio, & caro mea immutata est propter oleum. Ad quod quidẽ ieiuniũ, nõ nuper, sed antiquitus receptũ, omnes scripturæ veteris & noui testamenti cohortantur: cõtra schismaticos & hæreticos, nepotantes diu noctuq;, & ieiunium negligentes, quasi dei regnum situm sit in cibo & potu, contra Paulum negantem illud.

Psal. 108 Rom. 14

Spirituale ieiuniũ, ob quod corporale fit, est abstinẽtia omnis peccati, sine q̃ prius ieiuniũ plane nihil valet. Quo quidẽ ieiunio ieiunarunt, quotq̃t fuere

sancti

ſancti dei homines,& inter eos ſingulariter euangelica vidua,nomine Anna, Luc.2.
quæ nunq̃ deceſſit ex templo,deo ieiunijs & obſecrationibus nocte dieq; ſer
uiens.Ita quoq;,chariſſimi,oportet nos ieiunemus,hoc maxime tempore,nõ
ieiunantes ſolũ a cibo & potu,ſed & a peccatis & vitijs,de quibus alioqui di-
cturus eſt dñs:Quum ieiunauerint,nõ exaudiam preces eorũ.Id quod olim Hier.14
comprobauit in malitioſis Iudæis,perperã & corporaliter ieiunantibus,pro-
ut ipſi teſtant̃,dicentes:Quare ieiunauimus & nõ adſpexiſti?Quibus reſpon
det dñs,inquiens:Ecce in die ieiunij veſtri inuenitur voluntas veſtra.i.facitis Eſa.58
ieiunando omnia mala ſecundum peruerſitatem voluntatis veſtræ.Atq; pro
fecto ieiunantes corporaliter,ac interim praue agentes,ſimiles ſunt cacodæ-
monum,quibus eſca nunquam,ſed nequitia ſemper eſt.

Eleemoſyna,tertium ſatisfactionis opus,quo ſatisfacit homo de bonis for
tunæ,de ipſis ſubtrahens & minuens pro peccato auaritiæ,per quod ipſe ho-
mo ordinatur ad proximũ, contra auaritiam:non eſt aliud,q̃ commiſeratio
quædã,qua dei cauſa tam verbo q̃ facto ſubuenitur neceſſitati proximi,qua
lis eſt omnis qui veraciter indiget ope.Quo pacto eleemoſynã fecit Samarita Luc.10
nus ille euangelicus,qui ſemimortuũ & ſpoliatum ſuper iumentũ recepit, &
in ſtabulũ duxit, vinum & oleum vulneri eius infundens,ſtabulario commẽ
dans ipſum,expoſitis ad hoc duobus denarijs.Sic eleemoſynas fecerunt inter
alios Iob & Tobias,quando in egenos opera miſericordiæ corporalis exhi- Iob.31. Tob.1.
buerunt,quæ ad eleemoſynã reduci ſolent,vti opera miſericordiæ ſpiritualis
ad orationem,& ſicuti vigiliæ,diſciplinæ, peregrinationes, & id genus alia
corpus adfligentia,ad ieiunium reducuntur. Q: vero per eleemoſynam ſa-
tisfacere poſſimus deo,maxime pro peccato auaritiæ,commõſtrat dominus,
inquiens:Quod ſupereſt,date eleemoſynã,& ecce omnia munda ſunt vobis. Luc.11
Et Tobias:Eleemoſyna a morte liberat,& ipſa eſt quæ purgat peccata,& fa- Tob.4. Tob.12.
cit inuenire vitam æternam.Quapropter Daniel ad Nabuchodonoſor aie- Danie.4
bat:Peccata tua eleemoſynis redime,& iniquitates tuas miſericordijs paupe
rum:forſan ignoſcet deus delictis tuis.Atq; ideo Dauid ait:Qui intelligit ſu Pſal.40
per egenum & pauperem,in die mala liberabit eum dominus. Ipſa vero ele-
emoſyna cæteris operibus in duobus præſtat.Primo conſtituit & facit eum
debitorẽ,cui datur,ad orandũ & ieiunandũ,& ad alia id genus bona facien-
dũ pro eo,qui largit̃ eleemoſynã,iuxta dominũ dicentẽ:Facite vobis amicos Luc.16
de mammona iniquitatis,vt quũ defeceritis,recipiãt vos in ęterna tabernacu
la.Secundo ſingulariter deũ obligat ad regratificandũ,quaſi pauperũ fide-
iuſſor,pro quibus ipſe retribuet, quũ iſti non habent vndẽ retribuant,dño
dicente:Retribuetur enim tibi in reſurrectione iuſtorum. Luc.14

Hæc igitur ſunt præcipua pœnitentiæ opera,quibus luere poſſumus pœ-
nam temporariam,deoq; ſic ſatisfacere,vt alibi non ſimus alicui pœnæ,præ-
ſertim æternæ,obnoxij.Ideoq; ſacerdos pro qualitate peccatorũ, pœnitenti
pœnitentiam debet iniungere aliquod ex prædictis operibus,vel ſingulatim
& generatim,vbi viſum ipſi fuerit,omnia.Siquidẽ profuerit,vt pœnitentiam
pro ſatisfactione,cõtrariã peccato iniungat,vtpote ſuperbo iniungat humilẽ

orationem, auaro eleemosynarũ largitionẽ, acedioso peregrinationẽ seu laborem, guloso ieiunium, luxurioso quoq; carnis macerationem, quandoq; loci commutationẽ: fietq; sic demum, vt contraria contrarijs pœnalibus curẽtur.

DE OBIECTIS CONTRA SATISFACTIOnem, & eorundẽ confutationibus. Cap. LXIIII.

Fieri non difficile posse, vt quis deo, creatori dñoq; suo, satisfacere queat pro peccatis suis vere pœnitẽdo, per tria pcipua pœnitẽtiæ opera, ex hactenus pdictis scripturis & earum rationibus, haud obscure potuimus intelligere, quãtumuis hæretici sacramentalẽ satisfactionẽ (sicuti omnia ferme alia bona) negent: contra quos inter infinita propemodum scripturarum testimonia, quorum nonnulla hucusq; retulimus, vnica hæc scripturæ ratio suffecerit, quæ sic habet: Quicquid deus homini præcepit, possibile est homini, vt præuia eius gratia, perficiat, domino alias dicente: Mandatum quod ego præcipio tibi, non supra te est, nec procul positum, nec in cœlo nec trans mare situm, vt scilicet possis causari difficultatem &c. Sed deus maximus præcepit nobis, vt sibi satisfaciamus per opera pœnitentiæ pro peccatis, quibus ipsum offendimus, alibi per Baptistam suum dicens: Facite fructus pœnitentiæ dignos. Id quod non aliud est, q̃ nos ita facere debere opera pœnitentiæ, vt satisfaciant pro peccatis. Ergo

Deut. 30

Luc. 3

Primo autem non obstat, hæreticos dicere, satisfacere, non aliud esse q̃ culpæ pœnam adæquare, quum satisfactio sit quædam iniuriæ illatæ recompensatio. Iam vero cõstat, culpam & offensam in deum commissam, prorsus esse infinitam, vtpote quæ quantitatem recipiat ab eo, contra quem committitꝰ, scilicet deum: qui sic est infinitus, vt nec principium nec finem habeat, sua scilicet maiestate cœlum & terram complens, quem nec cœli capere possunt. (sane plus ac magis offendit, qui principem, q̃ qui quenuis alium offendit) sed satisfactionem hominis esse finitam & ferme momentaneam. Ergo

Hiere. 23
2. Para. 6
3. Reg. 2

Respondeo, nihil obstare hanc obiectionem: ad quam dico, licet deo non possit satisfieri secundum æqualitatem quantitatis, tamen potest secundum æqualitatem proportionis: id quod sufficit ad rationem satisfactionis, sicut illud sufficit ad rationem iustitiæ. Fatemur sane deo non fieri posse æquiualens, nec pro beneficio accepto, nec pro debito peccati, secundum ipsius diuinæ maiestatis quantitatem: sufficit tamen pro æquiualentia, quam reddit homo quod potest, præsertim quum charitas & amicitia non exigat æquiualens, sed possibile.

Insuper, etsi offensa in deum sit infinita, tamen sicut ipsa offensa infinitatem habet ex infinitate diuinæ maiestatis & suæ rigorosæ iustitiæ, ita satisfactio habet quandam infinitatem ex infinitate diuinæ misericordiæ, prout est gratia informata, per quam redditur deo illud acceptum, quod homo reddere potest, a quo nihil impossibile requirit ipse dominus, qui ad hunc modum pro satisfactione suscepit contritionem latronis in cruce: qui alioquin eo die non potuisset esse cum domino in paradiso, quod nec potuerunt, qui alicui

Psal. 114

Luc. 23

adhuc

adhuc pœnæ erant obligati.

Præterea,tametsi quædam requiratur æqualitas inter offensam & opus satisfactionis,quum satisfactio sit actus iustitiæ,& ipsa iustitia consistat in quadam æqualitate,& ipse propterea homo nõ possit satisfacere deo pro offensa, quũ sit infinita,&opus eius infinitũ,potest tamẽ satisfacere ex duobus.

Primo,ex gratia gratũ faciente,quæ valoris est infiniti,reddens opus eius deo acceptũ. Sic acceptã fecit oblationẽ Abelis,non aũt Cain,de quibus scribitur:Et respexit dñs ad Abel & ad munera eius, ad Cain aũt & ad munera ipsius nõ respexit. Sic quoq; reus & cõdemnatus ad mortẽ, potest pro morte satisfacere alia minore pœna,vel corporea vel pecuniaria,si princeps ipse superior eam pœnam sua gratia pro satisfactione suscipere dignatur. Gene.4.

Secundo,ex merito passionis Iesu Christi,qui quum deus & homo fuerit, potuit satisfacere sua passione quasi quadam pœnitentia, plus q̃ abundanter pro eo debito peccati,pro quo simplex homo nequaq̃ possit satisfacere. Cui᷒ causa Paulus eũ nominat mediatorẽ,dicẽs:Vnus deus,vnus & mediator dei & hominũ,homo Christus Iesus,q dedit redemptionẽ semetipm pro oĩbus. 1.Tim.2

Secundo non obstat,nos,vti seruos dei,nihil habere quod nostrum sit,sed totũ quod habemus,ab ipso deo esse,dicente Paulo:Quid habes quod non accepisti? Iam vero,quum satisfactio sit offensæ præteritæ recompensatio,q̃modo recompensabimus & satisfaciemus pro culpis nostris,quum nihil habemus quod nostrum est,quoniam meri serui sumus? iuxta dominum,dicentem:Cum feceritis omnia quæ præcepta sunt vobis,dicite:Serui inutiles sumus:quod debuimus facere,fecimus. Respondeo, hominem non sic omnino esse seruum,qualis iure solet humano esse homo,qui propter seruitutis indignitatem prorsus nihil habet,quo ceu suo proprio possit vti:verum ipsum, hominem dico ad imaginem dei factũ,libertatis aliquid participare,inquantum est dominus suorũ actuum per arbitrij libertatem,qui propterea ex eo, quod per liberum arbitrium agit,deo satisfacere potest:& quanuis idipsum dei sit,quia cõcessum est illi a deo,tamen eius esse dicitur,& ipse dñs est,quia libere traditum:quemadmodũ vasallus potest feudatario satisfacere de eo, quod ab ipso recepit cõcessione quadam. Ita quidem nostrum deus esse vult ac dici,concessione quadam,quod tamen proprie per creationem ipsius est, de quo & sibi vult satisfactum iri. Sic alibi paterfamilias dicebat ad mercenarium de eo,quod mercede & pacto recipiebat:Tolle quod tuum est,& vade. Nisi enim res ita haberet,quomodo possit Tobias dicere:Ex tua substantia fac eleemosynam? Et scriptura:Honora dominum de substantia tua? Sic alias pater,hoc est,deus,dedit filio iuniori,hoc est,prodigo peccatori,substantiam eius,hoc est,talentum & donum, quam dissipauit. 1.Cor. Luc.17. Gene.2. Matt.20 Tob.4. Proue.3. Luc.15

DE RESIDVIS OBIECTIS CONTRA satisfactionem. Cap. LXV.

DVobus solutis contra pœnitẽtialem satisfactionem obiectis,quibus hæretici putarunt,nullo prorsus opere satisfieri posse pro peccato ab ipso homi-

homine:superest,vt ad reliqua pro loco & tempore respondeamus obiecta.

Tertio proinde non obstat satisfactioni,quod dicunt,Christum adfici iniuria a nobis,dicentibus,nos velle & posse satisfacere pro peccatis nostris,quoniam hoc modo subindicemus Christum frustra pro nobis incarnatum, passum & mortuum,quum tamen Paulus dicat,q dederit semetipsum pro peccatis nostris,vt eriperet nos de præsenti seculo nequam:quicq traditus sit propter delicta nostra,& resurrexerit propter iustificationem nostram.

Gala.1 Roma.4

Respondeo quidem,Christum pro nobis passum & satisfecisse,non tamē ita passum & satisfecisse,vt nos voluisset nihil pro nostris peccatis debere nec pati,nec satisfacere:sed passum esse ipsum ac satisfecisse,vt sua passione & satisfactione,nostram passionem & satisfactionem compleret & meritoriā redderet,quæ prius,quantumuis magna,nec perfecta nec meritoria erat. Ipse vero Christus ita nobis meruit,vt opus sit & nos mereri passione nostra ,quæ principaliter fit satisfaciendo bonis, & his quidem tribus pœnitentiæ operibus,per quæ aliquid patimur in nostris bonis,vtpote vel animi,vel corporis, vel fortunæ,quum fiat eorundem diminutio & subtractio. Et hoc est quod Petrus ait:Christus passus est pro nobis,relinquens nobis exemplum,vt sequamur vestigia eius.

1.Pet.2 Roma.8

Sic etsi dn̄s ipse passus fuerit singulariter pro originali peccato,procp ipso satisfecisse credatur,per quod fuimus singulariter filij iræ,nō tamen ita pro eo passus est & satisfecit,vt nihil omnino nobis pro eo sit patiendū,nec satisfaciendum:quandoquidē propter idipsum temporales adhuc cogimur & naturales,perindecp cōmunes angustias & tribulationes pati,quoad viuimus, & ipse homo propterea(teste Iob)breui viuens tempore,multis repletur miserijs. Quare? Vticp propter originale peccatū,iuxta dn̄i verbum:Maledicta in opere tuo terra.in laboribus comedes ex ea cunctis diebus vitæ tuæ.

Ephe.2

Iob.14 Gene.3

Insuper,etsi per Christum pro peccato originali principaliter satisfactum sit sua passione,nihilominus tamen propter ipsum cogimur subire mortem temporalem,a qua poteramus alioqui ex gratia prorsus esse liberi. Id quod ex Apostoli verbis aperto licet colligere:Sicut per vnum hominem peccatum in hunc mundum intrauit,& per peccatum mors,ita in omnes homines mors pertransijt per vnum hominem,in quo omnes peccauerunt. Quod sane non potest,nisi de vtracp morte,intelligi:de æterna,quæ Christi passione & morte deleta est:& de temporali morte,quam nostra passione & morte temporaria delere oportet,accedente merito passionis & mortis Iesu Christi.

Rom.5

Iam vero replicant hæretici,dicētes:Ergo Christus frustra pro nobis passus & mortuus est,nec aliquo modo satisfecit pro nobis? Quibus respōdeo, nequaq̄ frustra esse ipsum passum,sed nobis sua passione & morte,supra q̄ dici potest, profuisse & meruisse.

Primo quidē,q sua passione & morte auferens peccatū originale,propter quod eramus filij perpetuæ iræ & pœnæ,nos filios fecit gratiæ.

Ephe.2

Secundo,q eadem passione sua & morte primum nobis gratiam meruit, quam consequimur in baptismate,qua peccatum nobis remittitur,& qua in

Ioh.3.19

filios

filios dei adoptamur. Cuius causa, ex latere ipsius sacrosancto in ara crucis exiuit sanguis & aqua, ad designandum baptismi virtutem. Id quod Apostolus varijs in locis pertractat grauiter admodum.

Roma.8 1.Cor.12 2.Cor.5 Gala.6 Mich.2

Tertio, ꝙ sua nobis passione & morte, pariterꝗ adscẽsione, adaperuit cœlum, vt eo essemus ingressuri, quod antea propter peccatum primorum parẽtum fuit occlusum cunctis hominibus, vel quamlibet hic sancte viuentibus & morientibus: siquidem tunc bona opera non fuerunt vitæ æternæ meritoria in puncto, quæ demum effectualiter per Christi mortem & meritum facta sunt meritoria & acceptabilia.

Quarto, ꝙ sua passione & morte nobis æternam passionem & mortem peccatis nostris debitam, sustulit, eamꝗ in temporalem tantum commutari obtinuit, id quod longe maximum est.

Quinto, ꝙ sua quoꝗ passiõe & morte nobis meruit, vt per ipsam pro peccato mortali post baptismũ contracto, nõ ilico moriamur æterna morte, quã tamen meret̃ vnũquodꝗ peccatũ: sed intercessione Iesu Christi gratiã nanscisci possumus apud cœlestẽ patrẽ, vt æterna quoꝗ pœna nobis cõmutet̃ in temporaneã. Et hoc est, q̃d Iohãnes ait: Filioli mei, hæc scribo vobis, vt non peccetis: sed & si quis peccauerit, aduocatũ habemus apud patrẽ Iesum Christum iustũ, & ipse est propiciatio pro peccatis nostris: non pro nostris autem tantũ, sed etiam pro totius mũdi. Hactenus de fructibus dominicæ passionis ac mortis: quorũ sane minimus profecto tantus est, quantũ infinita secula nõ potuissent ac possent mereri, nec possit ipse quoq̃ modo æstimari, vtpote p̃ciosior quolibet thesauro & clinodio, iuxta Petrũ dicentẽ: Sciẽtes ꝙ nõ corruptibilibus auro vel argẽto redẽpti estis de vana vr̃a conuersatiõe paternæ traditiõis, sed p̃cioso sanguine, q̃si agni immaculati & incõtaminati, Christi.

1.Ioh.2

1.Pet.1

Pœniteamus igitur conterendo & confitendo, & satisfaciendo bonis operibus, rogantes patrem cœlestẽ, vt hanc nostram pœnitentiam nomine Iesu Christi, filij sui vnigeniti, domini nostri, pro peccatis nostris gratiose dignetur acceptare, prout ipse nobis gratiose pollicitus est, quũ voluit in nomine suo pœnitentiam & remissionem peccatorum in omnes gentes p̃dicatũ iri.

Luc.14 Luc.24

EPILOGVS TRIVM POENITENtiæ partium. Cap, LXVI.

QVæ pij doctores iamdudum de pœnitentia, deꝗ eius partibus aliquot, & ijs quidem nec modicis nec exiguis voluminibus agitarunt, hæc ipsa ego dei benignitate ita breuiter conatus sum pro salute vestra reddere, vt sperem me prorsus nihil obmisisse, quod requiri necessario possit ad substãtiam veræ pœnitentiæ & eius partium, quodꝗ sacra scriptura non euidenter approbet. Cæterum, vt vobis in dei optimi gloriam, & in vestram vtilitatem reuocẽtur breuiter in memoriam, visum est, hac parte paucis quæ dicta sunt, Epilogo quodam (quia supremam paulo post sumus impositur manum) repetere. Id quod vt clarius fiat, quicquid huius est rei, conclusionibus quibusdam redditurus sum.

Prima conclusio est, deum Opt. Max. nullo vnquam tempore perpetua pœna vindicaturum peccatum, quod semel sacramento baptismi remisit, intuitu sanguinis & aquæ ex Christi Iesu latere in ara crucis effluẽtis, iuxta verbum domini per prophetam olim promittentis: Effundam super vos aquam mundã, & mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris. Id quod præstitit nobis in baptismo, dicente Paulo: Secundum suam misericordiam saluos nos fecit, per lauacrũ regenerationis & renouationis spiritus sancti, quẽ effudit in nos abunde per Iesum Christum saluatorem nostrum &c.

Iohan. 19 / Ezec. 36 / Tit. 3. / 1. Tim. 3

Secunda, mox postq̃ homo post susceptũ baptismũ peccat mortaliter, facit se obnoxium æternæ pœnæ propter maledictionẽ peccati, q̃d quia fit contra æternum deum, facit ipsam pœnam æternam. Siquidem anima quæ peccauerit, (inquit dominus) morietur morte, vtpote æterna, quæ peccatorum existens, pessima est, iuxta prophetam dicentem: Vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur.

Ezech. 18 / Psal. 33 / Esa. vlt. / Marc. 9

Tertia conclusio, deum maximum, peccatum post baptismum commissum, hic & alibi æternaliter vindicaturum, nec remissurum vnquam homini peccatori, nisi per pœnitentiam, alteram post naufragium tabulam, dicente ipso domino: Nisi pœnitentiam habueritis, omnes similiter peribitis.

Luc. 13

Quarta, pœnitentiam constare tribus partibus, contritione videlicet, confessione & satisfactione: quarũ duabus primis deus optimus peccati culpam remittit, & æternam pœnam commutat in temporariam pœnam, quam pœnitens luet per pœnitẽtiam sibi a sacerdote pro peccatis cõfessis impositã: quã satisfactionẽ, tertiam pœnitẽtiæ partẽ vocamus, iuxta Dauidem dicentẽ ad dominũ: Cor contritum & humiliatum deus non despicies &c. Dixi, confitebor aduersum me iniustitiam meã dño, & tu remisisti impietatẽ peccati mei.

Psal. 50 / Psal. 31

Quinta conclusio: Si voluerimus tam a culpa, q̃ a pœna peccati liberari, & certo post hanc vitam habere vitã sempiternam, oportet in primis, vt inuocato pro illuminatione domino, voluntarie pro nostris peccatis amore dei doleamus, & tempore quoq; primo confiteamur ea sacerdoti potestatem habẽti, nosipsos coram illo dei loco accusantes, cum spe veniæ consequendæ, & proposito abstinendi deinde ab omnibus peccatis, satisfaciendiq; per pœnitentiam sibi impositam, tribus præcipuis pœnitẽtiæ operibus, oratione videlicet, ieiunio & eleemosyna: & ita quidẽ, vt deinceps vita per pœnitẽtiam noua cœpta, exhibeamus membra nostra seruire iustitię in sanctificationem, sicut ante exhibuimus ea seruire immunditiæ & iniquitati ad iniquitatem. Id quod vbi fecerimus, procul dubio post hanc vitam tuti sumus futuri tam a pœna, q̃ a culpa peccati, nec est vt tantillum diffidamus.

Roma. 6

Primo quidem, non nos retardet seu diffidentes faciat a pœnitentia, multitudo peccatorum: sed memores simus Mariæ Magdalenæ, quæ detenta septem dæmonibus, id est, omnibus peccatis mortalibus, audire pœnitens meruit: Remittuntur tibi peccata tua: fides tua te saluam fecit.

Luc. 7

Secũdo, nec diffidamus propter peccati magnitudinẽ, sed memores simus Pauli, q ecclesiã & ipm Chrm vsq; ad mortẽ psecutus, nõ solũ meruit peccati

Acto. 9.

veniam,

veniam, sed & effectus est vas electionis, & apostolorum princeps, de se propterea dicens: Fidelis sermo & omni acceptione dignus, quia Christus Iesus venit in hunc mundum peccatores saluos facere, quorum primus ego sum, qui blasphemus fui, & persequutor, & contumeliosus: sed misericordiam consequutus sum, vt in me primo ostenderet Christus Iesus omnem patientiam, ad informationem eorum qui crediturі sunt illi in vitam æternam. 1.Tim.1. 1.Cor.15

Tertio, nec diffidamus propter peccati diuturnitatem, etiam in vltimo agone vitæ, verum memores simus eius quod dominus ait: Si impius egerit pœnitentiam ab omnibus peccatis suis, feceritq́ iudicium & iustitiam: vita viuet, & non morietur. Eius iniquitatum omnium non recordabor. Cuius inter alios exemplum reliquit in cruce latronem, qui tametsi nunquam pœnituerat de peccatis suis infinitis, & maxime tamen pœnitens in violenta passione, circa finem mortis audire meruit: Hodie mecum eris in paradiso. quo vbi voluerimus, oportet vt pœniteamus conterendo & confitendo satisfaciendoq́, credentes euangelio. Ezech.18 Luc.23

DE RETRAHENTIBVS A POENITENTIA, & quibus modis in contrariũ mederi possit. Cap. LXVII.

QVanquam in proximo de pœnitentiæ partibus epilogo nonnulla tetigerim, quæ moliuntur impedire pœnitentiam: quia tamen ea paulo obscurius, & quidem nec singulatim nec generatim tractauerim, videor mihi hoc nimirum loco facturus operæprecium, si recensuero quæ pœnitentiam videantur remoliri, & quibus possit in contrarium mederi.

Primo quidem retrahit a pœnitentia, & maxime a confessione, pudor, quo videlicet superbiores acti, erubescunt confiteri quæ male perpetrarunt.

Primum vero contra pudorem est remedium, consideratio rationis naturalis, quæ dictat, si quis peccare nõ erubuit, nec cõfiteri plus æquo erubescat.

Secundum est, virtus diuinæ intuitionis, quæ suis oculis habet oĩa nuda. Heb.4

Tertium, est comparatio futuræ confusionis, quæ multo maior erit ignominia, q̃ quæ cõfitenti est de cõfessione peccatorũ. Siquidẽ deus ait ad peccatorẽ non confitentem: Reuelabo pudenda tua in conspectu omniũ nationũ. Naum.3

Secundo retrahit a pœnitentia timor satisfaciendi. Nec enim desunt, qui timent se non posse facere pœnitentiam, quæ ipsis imponeretur.

Primum vero remedium contra istud impedimentum, est paucitas pœnæ præsentis, & e diuerso multiplicitas pœnæ futuræ in altero seculo. Siquidem multa peccatoris sunt flagella. Psal.31

Secundum, est pœnæ præsentis leuitas, & e regione futuræ grauitas, iuxta Iob dicentem: Qui timet pruinam, veniet super eum nix. Iob.6

Tertium, est præsentis pœnæ breuitas, & e diuerso futuræ æternitas, domino dicente: Ite maledicti in ignem æternum. Mat.25.

Tertio retrahit spes vana pœnitere volentem, & quidem trifariam.

Prima quidem spes vana, est spes diu viuendi, contra quam dicit Iacobus: Quæ est vita nostra? vapor ad modicum parens. Iaco.4

Secun

Iob.27. 1.Tim.6 Secunda spes vana, est spes acquirendi diuitias,cõtra quã est hoc Iob: Diues cũ dormierit,nihil secũ auferet. Et hoc Pauli: Nihil attulimus in hũc mũdum:non dubium quin nec auferre aliquid possumus. Ad quod facit exemplum diuitis,dicentis: Anima mea,habes multa bona &c. Luc.12

Tertia vana spes,est spes deniq; consequendi misericordiam. contra quam dicit Ecclesiasticus: Fili,ne tardes conuerti ad dominum,& ne differas &c. Eccl.5

Quartum,est desperatio veniam consequendi,quæ fit trifariam.

Primo,consideratione grauitatis peccati: Quo quidem pacto desperarũt Cain & Iudas Iscariothes. contra quam est illud Iob: Vtinam appenderentur peccata mea. Siquidem passio nostri saluatoris,fortior est ad dissoluendum,q̃ quodcunq; peccatum ad obligandum. Gene.4 Matt.26 Iob.6

Secundo,fit consideratione frequentationis, qua cogitat peccator intra se,dicens: Ad quid confitebor? cras iterum cadam. Contra quam est illud: Non dico tibi,vsq; septies: sed,vsq; septuagies septies. Matt.18

Tertio,consideratione diuturnitatis in peccato. Cogitat enim peccator: Tantisper in peccato perseueraui,vt verear me nunquam pro eo veniam consequuturum. contra quam est illud dei Opt. Max. per Ezechielem: In quacũq; die conuersus fuerit peccator,omnium iniquitatum eius non recordabor. Non est igitur charissimi,vt quisquam vestrum sinat se retrahi a pœnitentia,sine qua nemo post baptismũ peccator,potest regnũ dei consequi. Ezech.18

DE ORDINE, QVINTO CATHOLICAE ECCLESIAE SACRAMENTO.

PRAEFATIO.

ETsi iampridẽ statuerim me paucis a sacramẽto Ordinis absoluturũ, secus tñ vt sim fortasse facturus,ipsa rursus me cogit peruicax hæreticorũ & schismaticorũ,nostræ p̃sertim tempestatis,audacia. Qua isti hoc ipsum q̃q; Ordinis sacramentũ,sicut & alia pleraq;,in ordinẽ prorsus redigere, nulla nec scriptura, nec scripturæ ratione obfirmati, supra q̃ dici potest, & leuiter & pueriliter studuerũt: nempe falso gannientes,haud esse quicquã discriminis inter sacerdotes & laicos, quando sint oẽs ex æquo sacerdotes,habeantq; oẽs eandẽ potestatẽ: Ordinẽ nihil esse,q̃ ritũ quendã eligendi concionatoris in ecclesiã: verbi quoq; & sacramentorũ administrationẽ,non nisi laicorum consensu committi: nimirũ nihil æque agentes,q̃ vt ex ecclesia tollant Ordinem: & vt sublata legitima ministrorum potestate,gratiam coniunctam habente,& sacramenta & id genus omnia,quæ in ecclesia ministrorum opere peraguntur, euilescere faciant. Quod q̃ conati sint isti infeliciter apud Germanos,q̃q; pestilenter infirmiores & imbecilliores cũ summa ipsorum animarũ pernicie seduxerint,q̃q; quod moliuntur,nunquã sint consummaturi, suo deinde loco commodius commonstrabo, præmissurus sacramẽti Ordinis definitionem,siue potius descriptionem.

QVID

QVID SACRAMENTVM ORdinis sit. Cap. LXVIII.

ORdo, prout ecclesiæ sacramentum est, describitur a veterioribus patribus, esse gratia quædam & potestas, quæ per traditionem visibili quodam signaculo baptizatis infunditur, quando per manus impositionem ad munus aliquod in ecclesia publice gerendum, rite ordinantur. Esse autem Ordinem, ecclesiæ sacramentum, vel hinc perspicuum fit, quia habet, veluti cætera sacramenta, suum visibile signum: habet & verbum suum, atq; adeo promissionem ministerio assistentis gratiæ dei, quæ multis declarare non est opus. Rem sic habere, testantur Christi, institutoris omnium sacramentorum, verba, quibus post suam resurrectionem vsus est ad discipulos, inquiens: Sicut misit me pater, & ego mitto vos. Quod quum dixisset, insufflauit & dixit: Accipite spiritum sanctum: quorum remiseritis peccata, remittuntur eis. Nonne videmus euidenter hisce verbis non solum, sed & cæremonijs quibusdam visibilibus, apostolos & quoscunque eorum successores, vtpote sacerdotes legitime ordinatos, ordinasse Christum in opus suum, & in eam rem gratiam spiritus signo quodam visibili contulisse, potestatē quoq; eiuscemodi ordinatione collatam, apertissime cōnfirmasse ac ita stabilisse, vt q̄d ipsi eorumq; successores suo nomine in ecclesia rite præstarent, deus ipse optimus perinde ratum haberet, acsi per ipsum Christum factum esset: idq; non ipsorum, sed Christi merito & virtute spiritus, operibus eorum adsistente.

Iohā.20.

ORDINEM ESSE VERVM ECCLESIAE sacramentū, plurifariam probari. Cap. LXIX.

QVanuis ex præmemoratis Iesu Christi verbis vel solis, aperto satis pateat, Ordinem in ecclesia sacramentum esse, non autem humanum commentum, sed ipsius Christi institutum: contra tamen aduersarios, qui secus deblaterant, pro veritate catholica paulo pluribus ostendemus, ipsum Ordidem iuxta eius iam datam descriptionem, esse verum ecclesiæ sacramentum. In primis enim fusius hoc ipsum subindicat, quod alias gessit Christus emphasi quadam graui, quando videlicet in montem adscēdēs, vocauit ad se quos voluit ipse, qui venerunt ad eum, qui fecit vt essent duodecim secum, vt mitteret illos prædicare.

Matth.10 Marc.6 Luc.10.

Ad hoc etiamnum facit, q alibi designauerit & alios septuagintaduos, & miserit illos binos ante faciem suam, dederitq; potestatem eis immundorum spirituum eijciendorum, & curandorum quorumlibet morborum, dederitq; potestatem eisdem dandi & retinendi pacem: grauiter comminatus ijs, qui eos haud reciperēt: & ne ex merito suo eandem potestatem metirent̄, subiungens: Non vos estis qui loquimini, sed spiritus patris vestri qui loquit̄ in vobis. Et paulo post: Qui vos, inquit, recipit, me recipit: & qui vos spernit, me spernit: ministerij vtpote autoritatem a ministris in se transferens. Deinceps & hoc probat Ordinem esse ecclesiæ catholicæ sacramentū, q in eo specialis & peculiaris quædā ordinatis cōferat̄ gratia, prout ex Ap̄lo accipimus,

Luc.10 Matt.10 Luc.10

quādo

1.Tim.4 quando dicit ad Timotheum: Noli negligere gratiam quæ est in te, quæ data est tibi per prophetiam, cum impositione manuum presbyterij. Et rursus: 1.Tim.5 Admoneo te, inquit, vt resuscites gratiam dei, quæ in te est per impositionem Tit.1. manuum mearum. Et ad Titum quoque: Huius, inquit, rei gratia reliqui te Cretæ, vt ea q̃ desunt, corrigas, & constituas per ciuitates presbyteros, sicut & ego disposui tibi. Addiderim postremo, quod eiusmodi in ecclesia ordo fuerit necessarius, quum alioqui essemus vti paruuli fluctuantes, & circunferremur omni vento doctrinę in nequitia hominum. Cuius citra dubium causa, Christus ipse sacramentorum institutor, omnia voluit in sua esse ecclesia ordinatissima, singulaque membra suis officijs fungi, diuidẽs propterea vnicuique gra Ephe.4 tiam prout vult, teste Paulo, ponens ac dans propterea quosdam apostolos, quosdam autem prophetas, alios vero Euangelistas, alios autem pastores & doctores, ad confirmationem sanctorum, in opus ministerij, in ædificationẽ corporis Christi, donec occurramus omnes in vnitatem fidei & agnitionem filij dei in virum perfectum, in mensuram plenitudinis Christi. Visibili proinde ordinatione per Christum instituta, per apostolos deinde facta, & in nos continua successionis serie deducta, ad retinendã ecclesiæ vnitatẽ qua perq̃ maxime opus erat. Accedit p̃terea consensus vniuersalis ecclesiæ, & sanctissimorum eorundemque vetustissimorũ patrum, vtpote Dionysij, Irenæi, Tertulliani, Cypriani, Hieronymi, Augustini, & hoc genus aliorum, qui, quotquot sunt, tenent ac adfirmant, Ordinem esse verum catholicæ ecclesiæ sacramentum, volentes ideoque sacramentum ordinis æque non esse reiterandum, sicut nec baptismi: nec posse rursus ordinari, qui semel ordinatus sit. Sed quid profuerit, tot solidarum scripturarum rationes pro hoc ipso Ordinis sacramento adferre, quando præter eas etiam epistolæ passim apostolicæ, non tantũ eius, verumetiam discretorum in ecclesia ordinum, vtpote episcoporum, presbyterorum, siue sacerdotum & diaconorum, aperte meminerint, ac singulis quoque sua munia singulatim p̃scripserint, quẽadmodũ sequẽti capite docebimus.

DE NVMERO ET DISCRETIONE ORdinum ecclesiasticorum. Cap. LXX.

PRæmissa Ordinis definitione, seu (quod verius dixerim) descriptione & adsertione, qua pro loco & tempore satis abunde adseruimus & adstruximus, ipsum Ordinem, verum indubitatumque ecclesiæ sacramentum esse: subsequens est, vt subinde recenseamus Ordinis ipsius gradus. Enumerantur autem a Syluestro Max. Pont. septem ordines, & quidẽ fortassis ob septiformẽ spiritus sancti gratiam, cuius munere sua prosequuntur officia, nec etiam for Esa.4 tassis immerito designati per septem mulieres, de quibus Esaias, in quibus spiritus sanctus habet hospitium, & vnaquæque illarum suum parat conuiuium. Recensentur autem hoc plerunque semper ordine: Ostiariatus, Lectoratus, Exorcistatus, Acolythatus, Hypodiaconatus siue Subdiaconatus, Diaconatus, & Presbyteratus. Quorum priores quatuor, appellatione minorũ, posteriores vero tres, appellatione maiorum veniunt: eosque omnes ipsa primitiua

non modo nouit ecclesia, sed & lōge sanctius q̄ nouissimis hisce temporibus, obseruauit & coluit. Paulus quidē meminit presbyteratus, diaconatus, & acolythatus: Canones autem apostolici, subdiaconatus, lectoratus & cātoratus, meminerūt. Et ipse quoq; Dionysius Areopagita vetustissimus theologus, Pauli discipulus, & Ostiarij & Lectoris & aliorum clericorum mentionem facit. Cui beatus ille martyr Ignatius, Iohannis apostoli discipulus, consentit, ipsos minores ordines vna cum maioribus ad vnum quasi omnes singulatim recensens. Quem sequuntur Clemens Papa, Petri successor, Anacletus, & proximi quique post eum summi pontifices & doctores, episcopi plerique omes, ijdemq; vere catholici. cuiusmodi sunt Cyprianus, Ambrosius, Augustinus, & id genus alij. A quorum deniq; partibus stant antiquissima illa Concilia, q̄ totus Christianus orbis in vniuersum recepit, non solum maiores, sed & minores ordines in ecclesia semper extitisse, confirmantia & comprobantia: sicut videre est in concilio Laodicensi, cap. xxiij. & sequent. Chalcedonen. iiij. cap. vi. Bracarens. I. capi. xxviij. & sequent. Mentiuntur propterea nostræ tempestatis hæretici & schismatici, qui plerosq; omnes minores ordines vna cum subdiaconatu, uelut humanum idemq; nouum quoddā commētum, derident: nempe quibus nihil non in sancta nostra religione risu ferme dignum videtur, aduncoq; naso suspēditur. Sed caueant, ne quandoque qui habitat in cœlis, eos sit derisurus & subsannatur⁹, & ad eos in ira sua loquuturus, & in furore suo conturbaturus.

vi. Syno. capit. 25. 40. 41. Dion. de eccl. hier. cap. 3.

psal. 2.

QVID QVENQVE DECEAT ORDINATVM, & quod sit vniuscuiusq; officium. Cap. LXXI.

NVmero Ordinum posito, prosequemur subinde Ordinatorum officia, quibus & olim functi sunt, a minoribus initium capiētes. Inter ordinatos vero, minores referuntur OSTIARII, qui alioquin Ianitores, olim tēpli & huius ostij siue ianuæ custodiam habebant, adstantes videlicet clausis templi ostijs, vt quoslibet indignos a liminibus sanctæ Dei ecclesiæ coercerent, ac dignos tantum & inculpatos ad sacrorum conspectum reciperent ac admitterent: idq; non sine magno iudicio, & discretione inter infideles, hæreticos, excommunicatos, catechumenos, energumenos, ac pœnitentes varij generis, accurate habenda: quiq; custodiam habebant rerum, ad vsum ecclesiæ pertinentium. Id quod præ se ferebant cæremoniæ, quibus hoc officium cōferebatur. Ipsi enim ordinato ostiario, tradebātur ab episcopo claues ecclesiæ de altario, dicebaturq; ad illum: Sic age, quasi redditurus domino ratiōem pro ijs rebus, quæ his clauibus recluduntur. Q̄ vero quondam in nascēte adhuc ecclesia, fuerit Ordo iste Ostiariatus minime contemnendus, argumēto sunt opima stipendia, quæ nunc habent Cathedralium ecclesiarum Custodes & Thesaurarij, qui surrogati sunt in locum Ostiariorum. Quorum iam officio fungi videmus, quando per fidem in ecclesiam aliquem introducimus, & excommunicatos e templo Dei submouemus. Quo quidē officio functus est Christus, quū vendentes & ementes de templo eiecit, verum ostium existens.

Matt. 21. Marc. 11. Luc. 19. Ioh. 2. 10

LECTORES, qui & psalmistæ, quos initium sumpsisse a prophetis existi-

mat Rabanus, olim quotidie lectiones ex prophetis ac alijs bibliacis scripturis veteris testamenti, ad populum in Ecclesia publicitus legebant, & in ipsis quoque precibus Horarijs hoc ipsum faciebant: & quidem maxime in Matutinis precibus, prout adhuc aliqua remansit apud nos forma in eis, qui eo tempore nonnihil ex prophetarum & apostolorum scriptis legunt, non quia populum instituant vniuersum, sed ad ipsum modo clerum verba habent. Quorum etiam officium expresserunt cæremonijs, quibus is ordo dabatur. Quum enim Lector ordinabatur, faciebat de illo verbum Episcopus ad plebem, subindicans eius fidem & ingenium. Dein spectante plebe, tradebat ei codicem de quo lecturus erat, dicens ad eum: Accipe, & esto lector verbi Dei, habiturus, si fideliter & vtiliter impleueris officium, partem cum eis, qui verbũ domini administrauerint. Quorum officio videtur vsus Christus, quando in medio seniorũ librũ Esaię aperiens, legit distincte ad intelligendũ. Sed quales modo lectores sint, narratu indignũ est, vtpote qui nec ipsi intelligunt quod recitãt, nimirum prorsus analphabetarij. Et videtur lectoris esse officiũ, quo fungebatur Esdras olim.

Luc. 4. Esai. 61. Nee. 7.

EXORCISTAE solebant quondam super energumenos, siue baptizatos siue catechumenos, id est, super omnes inquietos, qui a spiritibus immũdis vexabantur, aut dæmoniacis illusionibus vel terriculamentis agitabantur, domini nomen inuocare, & adiuratum spiritum immundum ejciebant & compescebant: vnde & appellati sunt Adiurantes, & Increpantes. Quorum pariter officium declarabant cæremonię, quibus hoc ipsum concedebatur. Ipse enim exorcista ordinãdus, accipiebat de episcopi manu libellũ, in quo scripti erant exorcismi, dicente ad eum episcopo: Accipe & cõmenda memorię, & habeto potestatẽ imponendi manus super energumenos, baptizatos & catechumenos. Quo quidem gradu ordinis ipse dominus vsus est, vt accipimus ex euangelio, & quidem maxime, quando de Maria Magdalena septẽ eiecit dæmonia. Quod officiũ & quem ordinẽ videtur Christus quoque tradidisse discipulis, quum dedit ipsis potestatẽ & gratiã ejciendi cacodæmones ex hominibus: quo & ipsi sunt functi, Christo adhuc viuẽte, deinque eodem mortuo. Quod vero non feliciter cedat his, qui non ordinari, fungi moliuntur hoc ordine, satis arguunt exorcistæ temerarij, in quos olim cacodæmones insiliebant, quos & nostris temporibus timere habent magici & incantatores vtriusque sexus: quorum superstitio sic aliquoties locum præbet diabolo, vt in filios diffidẽtiæ adeo possit operari, vt plerique eorum se cacodæmoni prorsus dedant. Qui si serio prohiberẽtur ab eo quod eorum non est, fieret vt in sacrosancta nostra religione nõ tantũ haberemus diabolicarũ superstitionum, imposturarum, technarum, magicarum artium & incantationum, quibus increduli quidem plane decipiũtur & ludificantur, ad quęuis etiã somnia diabolicis suggestionibus dãnabiliter assentientes.

Matt. 12. Lucę 11. Lucæ 7. Marc. 16. Luc. 10. Acto. 19.

ACOLYTHI quondam cõstitutos in maioribus ordinib. proxime comitabãtur, ipsisque ministrabãt. vnde gñali vocabulo ministri dicebantur & assectatores, quibus deinde mandatũ est, vt quũ legeretur in ecclesia Euãgeliũ, laudisque sacrificiũ celebraretur, cereos ipsis presbyteris ac diaconibus in signũ lucis & lætitiæ Euãgelicæ, pro excitanda apud fideliũ animos deuotione, anteferrẽt. vnde

& ceroferarij dicti. Quorũ pariformiter officiũ repſentabant cæremoniæ,qui bus is ordo dabatur ab epiſcopo,vtpote qui ordinandos in Acolythos docebat,qualiter ſuo deberẽt officio fungi:deinde archidiacon⁹ eis tradebat ceroferariũ cum cereo,vt ſcirent ſe ad accendenda eccleſiæ luminaria mancipari:dabãtq; illis vrceolus vacuus ad ſuggerendũ vinum in Euchariſtiam & ſanguinem Chriſti.Is ordo videt̃ olim tradit⁹ Aaroni & filijs eius,quũ præeſſent in tabernaculo teſtimonij lucernis,vt ſemper inibi lucerent dño,Leuitæ a nomine autoris appellati. Dominus aũt Ieſus Chriſtus hoc habere officium viſus eſt,quando dicebat:Ego ſum lux mundi. Qui ſequit̃ me,nõ ambulat in tenebris,ſed habebit lumen vitæ. Quem ſane ordinem deinde celebrarũt ipſi apoſtoli,qui diaconos conſtituerũt,quorũ & Paulus meminit. Ex ijs igitur palam conſtat,eos,q in minores ordines coaptabant̃,eoſdẽq; digne recipiebant,gratia quadam cõmuniri,vt eiſdem etiam recte,hoc eſt,in eccleſiæ ædificationem vti ac fungi poſſent:& vt ea q̃ in eccleſia pro ratione concrediti muneris agerent,rata eſſent. Conſtat inſuper,ordines ipſos minores,veluti gradus quoſdã eſſe,per quos examinati & probati,gradatim ad maiores pertrahũtur,niſi aliud diuina reuelatione reuelaretur, quum Paulus quoque vetet neophytũ epiſcopatum ſuſcipere,prout ad finẽ huius capitis paulo clarius admonebimus, vbi dixerimus de ipſis quoque maioribus ordinibus,qui hacten⁹ diximus de minoribus,ita vocatis,qa mediocre ſit eorũ officiũ,intuitu maiorũ: quorũ modo tres nũerant̃,de qbus ſubinde ſermo eſt,q̃rũ primus eſt Subdiaconatus.

Exo.27. Iohã.8. Acto.7. 1.Tim.3. Ibidem.

SVBDIACONI autem, qui quondam connumerati ſunt inter minores, quia non vſq;adeo magnum erat eorũ officium,ſolebant diaconorũ officijs ꝓxime ſubſeruire,ac eorũ præceptis parere,(propterea Grece hypodiaconi,Latine vero ſubdiaconi dicti ſunt)& calicem ad altare deferre & panem,vinum item ſacerdoti celebranti Miſſam adminiſtrare: corporalia, & cætera ſubſtratoria(quæ vocant)linteamina lauare:oblationes,quæ a fidelibus in templum inferebantur,ſuſcipere, ac Leuitis ſeu diaconis altaribus ſuperponendas deferre:quæ in naſcente quondam eccleſia ſic fieri conſueuere,vt ad victum,cum ſacerdoti cæteriſq; eccleſiæ miniſtris,tum paupibus ſufficerent:& tantũ de oblationibus conſecrandis,quas modo hoſtias & oblata vocamus,ſuper altare ponere,quantæ ſufficere poſſent populo,qui quondam frequentiſſime communicabat. Quod quidẽ eorũ officij declarabant ceremoniæ,qbus hic ordo conferebatur. Ipſe enim ſubdiaconus,quum ordinabatur,quum manus impoſitionẽ conſecratoriã nõ accipiebat,patenã de manu Epiſcopi vacuã & calicẽ vacuũ accepit, dicẽte ad ipſum Epiſcopo: Vide cuius miniſterium tibi traditur. De manu vero Archidiaconi,pro eo ꝙ in eius adiutorium conſecrabatur,accepit vrceum ſ.cum vino & aqua,manile,id eſt,bacille & manutergium. Creditur autem Chriſtus hunc exercuiſſe ordinem,quando in Cana Galilææ ex aqua vinum fecit: & quando cœna facta,mittens aquam in peluim, pedes diſcipulorũ lauit. Quem etiã ordinem Imperator Romæ accipit.

Ioh.2.13.

DIACONI,quos Latine miniſtros,Hebraice vero Leuitas vocamus,ſumpſiſſe videntur exordium a tribu Leui filij Iacob,de qua in libro Numerorũ,

Num.3. Num.14 Leu.8.

solebant episcopis & presbyteris ministrare, dispensationem thesauri ecclesiastici & curam pauperum & ecclesiæ ministrorum habere, episcoporum oculi esse, actus totius ecclesiæ oberrare, perlustrare, & cum verecundia diligentius perscrutari, si quem vidissent vicinum fieri præcipitio, & proximum esse peccato, vt hæc ad episcopum referrent, vt ab eo commoneri posset is, qui in præcipitium lapsurus esset, vt reuocaret pedem, & non corrueret ad peccatum: negligentiores quoque, & eos qui rarius ad audiendum verbum Dei, nec solicite ad episcopi tractatum accederent, commonefacere ac hortari: prætereaq́ custodire episcopum prædicantem, ne ab insidiatoribus quoquo modo infestaretur, aut læderetur a suis, aut ne verba diuina detrahendo aut insidiando pollurentur vel despicerentur: itemq́ episcopis & sacerdotibus adsistere, quum sacra mysteria tractarent, & quum sacramenta benedicerent ac administrarēt: prætereaq́ nomina catechumenorum recitare, ordinandos episcopo offerre, ac testimonium de eorum vita & conuersatione præbere: componere mensam domini, oblationes inferre & disponere in altari, præmonere aures habere ad dominum, Euangelium & Epistolam ad populū pronunciare, prædicare, hortari, sed sine cathedra: pacem annunciare, sacramentum Eucharistiæ a sacerdote consecratum, erogare ac dispensare populo, vt quemadmodum esset in sacerdote ministratio, sic esset in ministro sacramenti dispensatio. Traditionis vero huius ordinis, est ista cæremonia, q̄ quum Diaconus ordinatur, solus Episcopus, quum benedicit, manus super illius caput ponit: quia non ad sacerdotium, sed ad ministerium consecratur. Quæ quidem cæremonia seruata est ab apostolis, in quorum vicem successerūt episcopi, quando septem primos illos Diaconos constituerunt, & orantes eis manus imposuerunt. (Act. 6.)

Q̄ vero diaconi munus in ecclesia non sit vulgare, vel hoc est argumento, q̄ olim nemini nec facile nec temere commissum fuerit, sed cum magna ac diligenti exploratione: quod ab apostolis est diligenter obseruatum. Id quod etiam intelligimus ex Paulo, dicente: Diaconos oportet esse pudicos, non bilingues, non multo vino deditos, non turpe lucrum sectantes, habentes mysterium fidei in conscientia pura: & ij primum probentur, & sic ministrēt, nullum crimen habentes, qui sibi deinde bonum acquirent gradum & multam fiduciam, quæ est in Christo Iesu. (1. Tim. 3.) Eiusmodi sane diaconus, fuit ipse dominus Iesus Christus, quando tam diligenter tamq́ fideliter Euāgelium prædicauit, quando post cœnam sacramentum corporis & sanguinis sui proprijs manibus discipulis dispensauit, deindeq́ discipulos hortatus est ad orandum, de seipso dicens alibi: Non veni ministrari, sed ministrare. (Mar. 4. Matt. 26. Marc. 14. Luc. 22. Mat. 20.) Quod vtique proprium est diaconi. Talis quoque Diaconus siue Leuita, fuit diuus Laurentius, vt ex eius verbis accipimus, quibus ad sanctum Sixtum vsus est, inquiens: Quo progrederis sine filio pater? quo sacerdos sancte sine ministro properas? Tu nunquā sine ministro sacrificium offerre consueueras. Quid in me ergo displicuit paternitati tuę? Nunqd degenerē me probasti? Experire certe, vtrum idoneū ministrum elegeris, cui commisisti dominici corporis & sanguinis dispensationē. Quibus ex verbis perspicuum fit, q̄ sanctus ille martyr & Leuita, vtcunque

dia-

diaconi ministerium in ecclesia fideliter gesserit, vtpote q̄ thesauros ecclesię fi delissime distribuerit, & Sixto pontifici in ijs quæ ad Deum erant, indiuiduus minister adstiterit: id quod veri diaconi est.

PRESBYTERI sunt supremi in ecclesia Ordinati, duob⁹q̄ nominibus ob duas rationes appellati. Primo quidem Gręce appellantur presbyteri, sed La tine seniores, vt videlicet nō tam senes sint & ætate adulti, q̄ quia motib⁹ gra ues, & sapientiæ doctrina præ cæteris elucere debeant: quādoquidem scriptu ra dicit, senectutem esse venerabilem, nō diuturnam, nec annorū numero com putatam, quando cani sint, sensus hominis: & ætas senectutis, vita immacula ta. Cuius causa Paulus ad Timotheum dicit: Nemo adolescentiam tuā conte mnat, sed exemplum esto fidelium in verbo, in conuersatione, in charitate, in fi de & castitate. Deinde sacerdotes quoq̄ appellantur presbyteri, vel a sanctifi cando, vel a dando, vel conficiendo sacra. Cōsecrant enim & sanctificant cor pus Christi, vnde & sactifici cœpti sunt appellari. Eorum vero ordinationis cæremoniæ sunt, q̄ quum presbyter ordinatur, episcopo eum benedicente, & manum super caput eius tenente, etiam omnes presbyteri, qui præsentes sunt, manus suas iuxta manus episcopi super caput illius tenent. Et ipse quoq̄ pre sbyter ordinandus, stolam super vtrunq̄ humerum accipit, vt ex hoc se par ma iustitiæ munitum esse intelligat: & accipit pariter de manu pontificis cali cem cum vino, & patenam cum hostia, quatenus ijs instrumentis potestatem se accepisse cognoscat, placabiles hostias & corpus & sanguinem Christi offe rendi. Cuius etiamnum causa episcopus hæc tribuēs, dicit: Accipe potestatem offerre sacrificium Deo, Missamq̄ celebrandi tam pro viuis, q̄ pro defunctis, vtpote mediator inter deum & hominem. Est enim presbyterorum officium, prædicare verbum dei, Christo ad ipsos dicente: Euntes in mundum vniuer sum, prædicate Euangelium omni creaturæ. conficere corpus & sanguinē do mini, Christo dicente ad eosdem: Hoc facite in meam commemorationem. ba ptizare, eodem domino Iesu Christo dicente: Euntes ergo, docete oēs gen tes, baptizātes eos in nomine patris & filij & spiritussancti. remittere peccata, dicēte eodem domino Iesu ad discipulos & sacerdotes eorum successores: Ac cipite spiritumsanctum: quorum remiseritis peccata, remittūtur eis: & quorum retinueritis, retenta sunt. Et hactenus in vniuersum de septem ecclesiæ ordini bus, quorū priores quatuor, appellantur minores: posteriores vero tres, maio res & sacri: quorum longe summum gerunt ipsi presbyteri, qui subinde discer nuntur graduum dignitate, quemadmodum subsequens docebit caput.

Sap.4. 1.Tim.5. 1.Tim.2. Heb.5. Marc.16. Matt.26. Mar.14. Luc.22. 1.Cor.11. Matt.26. Iohā.20.

QVOMODO SACERDOTALIS ORDO DI stinguat̄ in q̄sdā officiorū & dignitatū ordines. Cap. LXXVII.

LIcet ex Petri & Pauli epistolis haud obscure cōstet, in nascēte ecclesia eos dem fuisse episcopos & presbyteros: putandum tamen non est, episcopos alium in ecclesia ordinem a presbyteris cōstituisse: sed ipsum duntaxat presby teratus ordinem, rursus ordine quodam officiorum ac dignitate distingui, cre di par est: quandoquidem quidam sunt Episcopi, qui & pōtifices, antistites & præsules appellari solēt: quidam Archiepiscopi seu Metropolitani, quidā Pri

1.Pet.5. Phil.1. 1.Tim.4. Tit.1. Act.20.

mates,quidã Patriarchæ. Epiſcopi,qui Grçce vocantur ἐπισκόποντες,id eſt,ſuperattendentes & ſuperinſpectores & ſpeculatores, quoniam præ cæteris gregi dominico ſuperintendant in omnibus, quæ neceſſaria ſunt ad ſalutem,prout accipimus ex verbis Pauli,dicentis ad epiſcopos: Attendite vobis & vniuerſo gregi,in quo vos ſpirituſſanctus poſuit epiſcopos,regere eccleſiam Dei, quam acquiſiuit ſanguine ſuo.Cui Petrus ſubſcribens,ait: Paſcite(ſeu regite) eum qui in vobis eſt,gregem Chriſti,& inſpicite,non ex neceſſitate,ſed voluntarie iuxta Deum. Põtificis autẽ nomen eſt a gentilitate in Chriſtianiſmum tranſlatum,a poſſe & facere,dictum,ſi Scæuolæ credimus: quanquam Varro velit eos a ponte dici cœptos,ꝙ ab ĳs Sublicius pons factus ſit primum. Ipſi vero archiepiſcopi,dicti ſunt quaſi primores epiſcopi,vel horꝫ principes,officio cæteris eminentiores ſiue priores,Metropolitani ſiue metropolitę cœpti appellari a metropoli,id eſt,a matre ciuitate,quaſi eius ciuitatis, quæ totius prouincię veluti mater eſt,epiſcopi. Patriarchæ,tanquã primores ſeu ſummi patres appellati ſunt: quorum quondam ante Conſtantinum Imp. tres numero fuere tantum,nempe Romanus,Antiochenus,& Alexãdrinus.Siquidẽ principio ſub Antiocheno fuit Hieroſolymitanus: poſt ipſum vero Conſtantinũ, additus eſt quintus,Cõſtantinopolitanus: quorum ita ſummus eſt,ac ſemper fuit ac erit,Romanus, vt propterea dici vere cœptus ſit Papa,id eſt, Pater patrum,corrupto vtique vocabulo,& e duabus conflato ſyllabis,Pa. Pa.quarꝫ prior deſignat patrẽ,poſterior vero patrũ,quaſi pater patrũ. cuiuſmodi ſolus eſt Petri ſucceſſor,qui totius eſt eccleſiæ ſub Chriſto Ieſu caput,& omnium in eccleſia patrum in cauſis ſpũalibus pater & primas,prout in opere noſtro, cui titulus eſt, Rerum Cõciliarium,ſatis aperto declaraui, declaraturus & ſequenti capite paulo ſuſius.

Act. 20.

1. Pet. 5.

ROMANVM PONTIFICEM, QVEM VERE reuerenterꝙ; Papam vocamus, omnibus ſacerdotibus & horum prælatis, officio, dignitate & iuriſdictione excellere.

Caput LXXIII.

VSꝙ; adeo vocabulum Papa,non eſt in eccleſia recens,nec nuper inuentũ, nec infrequẽs,ſed plane receptiſſimũ ſanctis patribus, vtpote quo & Hieronymus ad Damaſum,& Ambroſius ad Siricium vſus eſt)vt etiam vix aliud habeatur argumentũ,quo fortius & euidentius Romani pontificis,quem merito vocamus Papã,ſuper omẽs nõ modo minores,ſed & maiores ſacerdotes,cuiuſmodi ſunt ex officio epiſcopi,dignitas,officium & iuriſdictio probari poſſit: vt pote ꝙ Papa ſit nõ modo omnium filiorum Chriſtianorꝫ ſpiritualis parer,ſed & pater patrum:hoc eſt,omĩum epiſcoporꝫ,archiepiſcoporꝫ ſeu metropolitanorum,& patriarcharum,adeoꝙ; totius eccleſię pater & patriarcha: non ꝙ ordine ſacerdotĳ cæteros ſacerdotes & epiſcopos antecellat,ſed quidẽ magis plenitudine adminiſtrationis,regiminis ac poteſtatis.Quam quidẽ plenitudinem adminiſtrationis,regiminis & poteſtatis,apud vnum ſane eſſe, nõ modo magnopere conducit, ſed & oportet in eccleſia: tum vt eccleſiæ vnitas monſtretur ac cõſeruetur,tum vt nõ naſcãtur in eccleſia hæreſes & ſchiſmata,

vel

vel vt natæ,ad cōseruandam & reparandā vnitatem supprimantur. Atq; sic vnus electus est ex omnibus in vniuersum sacerdotibus,qui cęteris antepone retur,in schismatis vtiq; remedium,ne vnusquisq; ad se trahens, ecclesiā Christi rumperet. Iam em̄ etsi cæteros apostolos cum Petro pari consortio honorem & potestatē accepisse nequaquā dubitandum sit, affirmandum tamē est, planeq; credēdum,sacerdotij principatum esse tributum a Christo ipsi Petro, cuius legitimū in catholica & apostolica ecclesia successorē,quotquot fuerunt ab initio sancti patres & doctores,cum vnanimi totius ecclesiæ consensu, constanter ex scripturis & rationibus non retortis,phibent & asseuerant pontificem Romanum,quem(vt pmisi)recte,nec sine ipsius laude,Papam vocamus. In eius etem̄ psona domin⁹ ipse Iesus Christus,pōtifex vere maximus,pfatam potestatem ecclesiæ,& p hanc illi contulit ante resurrectionem, dicens ad Petrum:Ego dico tibi,quia tu es Petrus,& super hanc petram ędificabo ecclesiā meam,& portæ inferi non pualebunt aduersus eam.Et tibi dabo claues regni cœlorum:& quodcunq; ligaueris sup terram,erit ligatū & in cœlis: & quodcunq; solueris sup terram,erit solutū & in cœlis. Quam qdem facultatē cæteris apostolis & episcopis non ita,sed in cœlo vno tantum dedit,ad ipsos inquiens:Amen dico vobis,quæcunq; alligaueritis super terram,erunt ligata & in cœlo:& quæcunq; solueritis super terrā,erunt soluta & in cœlo. Post vero resurrectionem suam, quādo dominus ipse tertio interrogasset eundem Petrū, num se plus alijs diligeret,atq; ille respondisset, Tu scis domine quia amo te: subiūxit statim,Pasce oues meas. Id quod ad nullum ex apostolis singulatim dictum reperimus. Atque licet idem dominus noster parem potestatem cæteris omnibus apostolis tribuat, & post suam resurrectionem ad eos dicat:Sicut me misit *viuens pater,& ego mitto vos:Accipite spiritum sanctum:Quorum remiseritis peccata,remittuntur eis: & quorum retinueritis, retenta sunt: tamen vt vnitatem manifestaret, vnitatis eiusdem originem ab vno incipientem,sua autoritate disposuit,sequutus vtique & scripturā & naturam,adeoq; omnem rationem. Sicut enim Moses,inquit scriptura,quum constituisset Aaronem in summum pontificem,filios dein eius vnxit in minores sacerdotes: ita Christus quoque,quum cōstituisset in episcopos duodecim discipulos, quos & apostolos vocauit & elegit,quorū locum in ecclesia obtinēt episcopi,& deinde alios septuagintaduos discipulos designasset, quorum locū in ecclesia cæteri retinent presbyteri: sic deinde constituit & elegit ex eis omnibus, & super omnes vnū sacerdotē,qui cæteris pponeretur,vtpote Petrum,& quēlibet legitimū ipsius successorē pontificem Romanū,quem reuerenter Papam nominamus,qui eam,qua de pauloante diximus,potestatem in vniuersum super totum gregem Christianum teneret, quam & exercere posset ac deberet, sicubi res postularet:quippe quem in hoc constituisset,vt fratrum suorum negligentiam suppletur⁹ esset. Id quod ipse dominus Iesus plane voluisse videtē,quando alloquutus est Petrum,dicens:Simon Simon,ecce satanas expetiuit vos,vt cribraret sicut triticum. Ego autem rogaui pro te,vt non deficiat fides tua. & tu aliquando conuersus,confirma fratres tuos.

Matt.16. Matt.18. Ioh.21. Iohā.20. Exo.29. Matt 10. Luc.10. Luc.22.

Qui vero fiat, vt par sit singulis episcopis potestas, & tamen Papa principatum gerat, subinde exemplo quopiam ostensurus sum, vbi prius ostendero, naturam quoque, talem vnicam Papæ potestatem subindicare. Natura quidem præsentiscens, autore & insusore Deo, omnem multitudinem parere confusionẽ, commendauit in omnibus rebus eam vnitatem, ad quam res ipsæ reducũtur, & per eam gubernãtur. Ita sane videmus regem esse vnum in apibus, & ducem vnum in gregibus, & rectorem in armentis vnum. Et in arboribus quoque videmus, multos ramorum ordines ab vnitate radicis proficisci, et in animantibus multa quoque membra capite gubernari vno, & in omni republica bene constituta videmus vnum esse plerunque, ad quem totius reipublicę administratio refertur, & denique ad vnitatem tendere omnia. Quo vtique respexit dominus Iesus, æterni patris sapientia, quando cœlos adscensurus, & ad patrem abiturus, vnum sua in terris vice primatem atque vicarium constituit Petrum, & vnumquenque eius successorem, atque ei vt summo post se pastori commisit oues, hoc est, fideles suos, ter ad eum dicens: Pasce oues meas. nempe sapientissimus autor intelligens, malam esse in omni congregatione pluralitatem principũ, vnoque opus esse pastore, si & vnum ouile esse deberet, contra futuros hæreticos & schismaticos, quos pridẽ futuros olim prædixerat, lupos inquam rapaces, de quibus ipse Paulus ad catholicos episcopos ait: Attendite vobis & vniuerso gregi, in quo vos spiritussanctus posuit episcopos, regere ecclesiam Dei, quam acquisiuit sanguine suo. Ego scio quoniam intrabũt post discessionem meam lupi rapaces in vos, non parcentes gregi. Et ex vobisipsis exurgent viri loquentes peruersa, vt abducant discipulos post se. Propter quod vigilate, memoria retinentes, quoniã per triennium nocte dieque nõ cessauerim, cum lachrymis monens vnumquenque vestrum. Atque vtinam nostro seculo sic vigilassent, nostræ præsertim Germaniæ, præsules, & ad vnum supremum omnium pastorem contra pestiferos hæreticos respexissent, & inter se quoque talẽ vnitatẽ seruassent, quẽadmodum gloriosus ille martyr & episcopus Cyprianus inhortatus est. Quũ enim is docuisset, quõ Romanus episcopus esset summus oĩm episcoporũ, non ordine sacerdotij, sed magis plenitudine administrationis ac potestatis, quam oporteret apud vnum esse in ecclesia, in schismatis & hæreseos præsertim remedium, vt ecclesię vnitas contra hęreticos monstraretur & conseruaretur: essent autem alioqui cæteri omnes episcopi, quod Petrus fuisset, quodque Papa esset, pari nimirum consortio præditi & honoris & potestatis, continuo subdidit, inquiẽs: Quam vnitatem firmiter tenere & vindicare debemus, maxime episcopi, qui pręsidemus in ecclesia, vt episcopatum quoque ipsum vnum atque indiuisum probemus. Episcopatus vnus est, cuius a singulis in solidum pars tenetur. Hæc ille.

Ioh. 21.

Iohã. 10.

Act. 20.

Cui subscribens barbatus ille Hieronymus, subindicat, sacerdotij potestatẽ rem esse spiritualem & incorporalem, quæ diuidi non possit, quam singuli episcopi, in suum quisque gregem, in solidum possideant: Romanum vero pontificem habere eam potestatem in vniuersum gregem totius vniuersalis ecclesiæ, quam possit ipse pro loco & tempore exercere, coercereque ab ouili lupos

rapaces, id eſt, hæreticos & ſchiſmaticos, qui propterea neminem æque odio habent & perſequuntur, q̃ Papam & eius ſacroſanctam & apoſtolicam ſedẽ. Sciunt enim ipſum habere eandem in ipſos a Deo poteſtatem, quanuis nihil æque proteruiter inſicias eant & negent, atque eam: ſed aduerſus ipſam nunquam præualebunt.

Matt. 16.

Qui vero fieri poſſit, vt par ſit ſingulis epiſcopis poteſtas, & Papa tamen principatum gerat, ſequens docebit paragraphus.

QVOMODO FIAT, VT PAR SIT SINGVlis epiſcopis poteſtas, & ipſe tamen Romanus epiſcopus, id eſt, Papa, principatum gerat. Cap. LXXIIII.

QVandoquidem ex paulo ante dictis euidenter apparet, Papam ſiue Romanum Pontificem præcellere cæteros omnes pontifices ſiue epiſcopos, hoſce tamen cum illo vocatos in parem poteſtatem ordinis, non autem iuriſdictionis: in quæſtionem modo venire ſolet, qui fiat, vt par eſſe poſſit ſingulis epiſcopis poteſtas, & ipſe tamẽ Romanus Epiſcopus haberet ſuper om̃es primatum. Quam quidem quæſtiunculam vno duntaxat exemplo patrisfamilias, & eorum qui ſubſunt illi, declarabo. Nonne videmus, quia parerſamilias pluribus ſeruis negociandi prouinciam ex æquo partitur ac demandat: ne tamen negociatiōis vnitas diſſipetur, vni ex eis poteſtatem facit, vt is non tantum in ſuam partem, ſed & in aliorum partes reſpiciat: & ſicubi aliquis ex conſeruis in officio ceſſauerit, eum vt ad functionem ſuam reuocet, ac proſpiciat, ne communis negociatio iacturam patiatur. Ita quoque res habet in hoc caſu noſtro. Cuius cauſa cæteri epiſcopi dicuntur vocati in partem ſolicitudinis, ipſe vero ſummus pontifex in plenitudinem poteſtatis: quum habeant illi adſignatos ſibi greges, ſinguli ſingulos, huic in vniuerſum crediti ſunt omnes. Poteſtas quidem ordinis collata eſt pariter omnibus apoſtolis, iuriſdictionis autem poteſtas proprie collata toti eccleſiæ, idq; in perſonam Petri. Habet proinde Romanus epiſcopus, id eſt, Papa, quod ad clauem iuriſdictionis attinet, maiorem ligandi ac ſoluendi poteſtatem, q̃ cæteri. Ipſi enim pro temporum & rerum neceſſitate in ædificationem Eccleſiæ poteſtas eſt condendi leges ſeu canones, quibus contumaces & rebelles ab externo Eccleſię conſortio repellat & coerceat, & viciſſim reſipiſcentes ſolus recipiat & reconciliet. Hæc tamen clauis iuriſdictionis, clauem Ordinis quibuſlibet ſacerdotibus commiſſam (quæ conſcientiam ipſam adſtringit, vel ſoluit) non remoratur, modo qui claui iuriſdictionis ligatus eſt, autoritatem ſedis Apoſtolicæ non contemnat: ſed potius ſe reſipiſcentem conteſtans, re ipſa probet ſe in eam anguſtiam deueniſſe, vt omnino poteſtas ei non ſit, Apoſtolicam ſedem, priuſquam abſoluatur, abſque corporis periculo ſecure ac tuto adeundi & interpellãdi. Ea propter cõſtat, abſoluendi poteſtatem quantumlibet criminoſos in extremis conſtitutos, quod ad forum conſcientiæ attinet, eſſe apud quoſlibet ſacerdotes. Qua de re videatur noſter de ſacramento pœnitentiæ tractatus. Equidẽ modo dicam de ordinatione epiſcopi.

DE

DE ORDINATIONE ET CONFIRMAtione Episcopi. Caput LXXV.

QVando nobis incidit Tractatus differendi de discrimine, quod est inter episcopum summanum & cæteros episcopos, ordo nunc videtur exigere, vt paucis dicam de ordinatione & cõfirmatione episcopi. Episcopus itaque quum ordinatur, duo episcopi ponunt ac tenent Euangelicum codicẽ super caput & ceruicem eius: & vno super eum fundente benedictionem, reliq omnes episcopi qui adsunt, manibus suis caput eius tangunt: hocq; semper fieri solet die dominica circiter horam tertiam, quando sit die sabbati circiter horam vespertinam de præteritæ vitæ statu & moribus examinatus, benedictione ter petita: q mane deinde sequenti, de futura conuersatione, fideiq; nascentis olim ecclesiæ institutione & conditione examinatur, eiusq; caput vngitur & manus, imponiturq; capiti eius mitra, & datur ei baculus & annulus, equitans album dein equum. Fit autem ipsa consecratio inter Epistolam & Euangelium. Ipsa vero propria verba, quibus singula & vniuersa fiunt & traduntur, & capitis & manuum vnctio & pollicum, confirmatio, baculi & annuli atque Euangelij traditio, substantię sunt huius sacramenti, cętera vero solennitatis. Quod autem pertinet ad episcopi confirmationem, non potest ignorari ex Canonibus concilij Niceni, quondam Primates & Archiepiscopos confirmasse episcopos, quum confirmatio pertinuerit ad singularum prouinciarũ Metropolitanum episcopum: iam vero duntaxat ad summum Põtificem, vtpote Papam, q sicut illi curam gerebant totius ecclesiæ sub ipsorum Patriarchatu constitutæ, sic is cæteris omnibus iurisdictione eminens, solicitudinẽ gerit non solum Romanæ, sed & vniuersalis ecclesię, toto terrarum orbe in Christo congregatæ, ita quidem, vt vere possit dicere cum Paulo: Ministri Christi sunt, & ego. Quin plus ego in laboribus plurimis, & præter illa quæ extrinsecus sunt, instantia mea quotidiana, solicitudo omnium ecclesiarum. quis infirmatur, & ego non infirmor? quis scãdalizatur, & ego non vror? Idemq; non erubescat cum eodem Paulo gloriari de potestate sua, quam dedit ei dominus in ædificationem, non in destructionem, prout substantiales cæremoniæ, quæ seruantur in episcopis & reliquis presbyteris ordinandis, haud obscure prætendunt, singulos sui officij monentes, vt subinde docebitur.

Con.Ni. cap.4.

2.Cor.11.

2.Co.10.

DE VISIBILI SIGNO, ID EST, ELEMENto & verbo, adeoq; de cæremoniarum significationibus ipsius sacramenti Ordinis. Caput LXXVI.

POstquam de gradibus sacramenti Ordinis, & eorum rituum siue cęremoniarum mysticarum vsu diximus, ac Ordinem sacramentum esse verum, proq; sacramento in Ecclesia semper hactenus esse habitum commonstrauimus, & omne vero sacramẽtum debere habere suum visibile signum, id est, elementum, cuius vsus plerunque semper quibusdam cæremonijs fieri solet, & ipsum singulare quoddam verbum, atque adeo promissionem ministerio assistentis gratiæ Dei, paulo superius ostendimus: superest, vt in præsentiarum

pau-

paucis differamus de visibili signo, deq; verbo & substantialibus quibusdam cæremonijs sacramenti Ordinis. Est proin elementum huius sacramenti (q́d ad ordines maiores attinet) impositio manuum, & vnctio, quorum neutrum sua caret scriptura & significatione. Ipsa quidem manus impositio, sumpsit exordium in veteri testamēto ab Isaac, qui dum Iacob benedixit, imposuit ei manum, & Moses Iosuę manum imposuit, quando præfecit eum populo. Et ipsi quoque apostoli manus presbyteris ordinandis imposuerunt, vt ex eorum Actis & ex Pauli passim epistolis euidenter apparet. Recte autem, Ordinando siue sacris initiando manus imponitur, quum donis spiritus sancti in mente imbuti, ad opera Christi mittuntur: quādoquidem per manum opera, per digitos spiritus sancti dona, quæ traduntur vnicuique rite ordinando, modo non ipse ponat obstaculum, per caput vero mentem intelligamus. Ipsum vero spiritum sanctum & eius gratiam manus impositione dari, satis aperto conijcimus ex Actis apostolicis, quæ perhibēt apostolos dedisse spiritum sanctū per impositionē manuum. Et ex Paulo quoq; colligimus hoc ipsum, quando dicit ad Timotheum: Noli negligere gratiā quæ in te est, quæ data est tibi p ꝓphetiam, cum impositiōe manuū presbyterij. Et rursus: Admoneo te, vt resuscites gratiam Dei, quæ in te est per impositionem manuū mearum. Vnde vero manui tanta sit efficacia, vt per eius impositionem concedatur gratia spiritus sancti, non æque conuenit inter omnes. Sunt enim qui putant quandam virtutem inesse manibus consecratis, quæ quasi suscitetur, dū benedictio cum manuum suspensione super res effunditur benedicendas, ita quidem, vt sicut corde per effectum, sic corpore per suspensionem manuum deuotio excitetur. Id quod vti fortasse possit aliquo modo sustineri, ipse tamen puto tantam virtutem non inesse manui, sed verbo potius diuino & orationi, quæ per suspensionem manuū super ordinandū effundi solet, quemadmodū paulopost dicemus, vbi prius de vnctione dixerimus. Est aūt & ipsa vnctio elementum ordinis, quę sacris initiandis adhibetur, originem trahens ab vnctione veteris legis, non commentū nuper inuentū, ceu falso garriunt hæretici: sed in oībus ecclesijs tam Græcis q̄ Latinis, a tēpore apostoloꝝ celebrata, sicut ex antiq̄ssimis & receptissimis quibusq; scriptoribus facile colligi potest. Nec mirū, quando & summi pontifices & cæteri sacerdotes in veteri testamēto iussu Dei fuerint omes vncti, quur nō & ipsi sacerdotes in noua lege, q̄ veritatem habet, quū illa dūtaxat vmbram habuerit, vngi deberent, vt sub vnctione materiali reci piāt vnctionē spiritualē, quā Christus habuit a spūsancto, cuius & mentionē facit Iohānes Euāgelista. In ipsis vero minoribꝰ ordinibus, quos & ipsa ecclesia diuinitus inspirata cōstituit, loco elementi sunt certa quędā instrumenta, q̄ tradunt̄ ordināndis, eos admonētia suoꝝ officioꝝ, sicut subinde audiemus.

Gen. 27. Num. 27 Acto. 19. Acto. 19. 1. Tim. 4. 2. Tim. 1. Leu. 4. 21 Num. 3. Hebr. 10 Esa. 61. Luc. 4. 1. Ion. 2.

Ipsum vero verbum huius sacramenti, quo vtitur Episcopus in ordinandis presbyteris, Christi verbum est illustre, suam habens semper a Christo virtutem perficiendi quod prætendit & agit: vtpote, Accipite spiritum sanctum: q̄rum remiseritis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis, retenta sunt. item, Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris & filij et spi-

Ioh. 20. Mat. vlt.

ſpirituſſancti,docentes eos ſeruare omnia quæcunque mãdaui vobis: Et ego vobiſcum ſum omnibus diebus vſque ad conſummationem ſeculi.item, Euntes in mundum vniuerſum,prædicate Euangelium omni creaturę.Qui crediderit & baptizatus fuerit,&c̃.Hoc facite in mei commemorationem.Ex quibus modo ſequitur,ꝙ ſicut ſub vſu elementi & verbi & orationis,ordinando non ſolum confertur gratia quædam ſingularis,ita ipſum elementũ,quaſi congruum quoddam viſibile ſignum,quo Ordinati conſcientia certa efficitur de dono Dei, ſibi ad ædificationem eccleſiæ collato, vna cum verbo & cæremonijs myſticis,& Ordinandum ſui muneris admonet,ac ordinis officium exprimit,ſuaꝗ ſingulis munia præſcribit,quemadmodum docent orationes plenę pietatis & myſterij,quæ poſſunt eſſe vice expoſitionis vniuſcuiuſꝗ Ordinis, quibus ipſe ordinans,vtpote epiſcopus,ordinando ſuggerit,non modo quur hoc vel illud ita fieri ſoleat,commonens, vt ſuo quiſꝗ officio recte fungatur, ſed & benedicẽdo ſimul orat Deum,vt ordinato, ad eius functiõem exequendam efficax adeſſe digneť. Siquidem diſpenſatio ſacramentoꝛ ſoli Deo principaliter,miniſtris vero eccleſię ordinatis miniſterialiter cõpetit,quũ ipſi nihil omnino a ſe, ſed a principali habeant agente. Cuius cauſa diuus Ambroſius ait:Homo imponit manus, deus largitur gratiam: ſacerdos imponit ſupplicẽ dexteram,& Deus benedicit potenti dextera.Epiſcopus initiat ordinẽ,& Deus tribuit dignitatem. Quod enim ſacerdos ex officio catechizat, baptizat, prædicat,cõficit,ſoluit ac ligat,quodꝗ epiſcopus clericos ordinat,uirgines benedicit, pontifices conſecrat,manus imponit,baſilicas dedicat,degradãdos deponit,ſynodos celebrat,chriſma cõficit,veſtes & vaſa ſacrat,& id genus alia facit: non ſua, ſed dei omnipotentis autoritate ac virtute facit & agit, non, inquam,ſuapte virtute,ſed diuina.ſacerdos enim manum duntaxat & linguam prębet,ſed pater & filius & ſpirituſſanctus omnia facit, de ſeipſo propterea dicens ad Moſen & Aaronem pontificem,& reliquos eorum ſucceſſores: Vos *ponite & inuocate nomen meum ſuper filios Iſrael, & ego dominus benedicam eos.Cuius vt ipſe domin⁹ Ieſus nos paulo certiores faceret,ad primos noui teſtamenti ſacerdotes, vtpote diſcipulos, & ad eorum ſucceſſores ſacerdotes,dixit:Sicut miſit me pater, & ego mitto vos. Quibus ſane verbis apoſtolorum & illorum ſucceſſorum animas erigit,& ſuam proponit autoritatẽ, q̃bus erat ſuum miniſterium relicturus. Quod etiam intelligibilius inſinuauit, quum dicebat:Qui vos audit,me audit:& q vos ſpernit, me ſpernit. Quod in memoriam reuocans Paulus,de ijs quę ſicut ſacerdos gerebat & agebat,dixit:Qui hæc ſpernit,non hominem ſpernit,ſed Deum, vtpote cuius pro Chriſto legatione fungimur,tanquam Deo exhortãte per nos.Ex quibus ſic enumeratis hucuſque omnibus,conſequi videmus,magnam eſſe ſacerdotij dignitatem & excellentiam, & magna nimirum reuerentia recipiendum eſſe ordinem,deuotaꝗ prece:nec laicos eſſe ſacerdotes æque ſicut ipſos clericos: & deniꝗ,q̃ male faciant,& male cedat ijs,qui non ordinati,ſe ingerunt eis rebus et officijs,quæ ſacerdotum ſunt,etiam eorum qui malæ ſunt cõuerſationis & vitæ,& quorum perſonas nulla virtus admodum commendat:quandoquidem deus

Mar.vlt. Luc.22. 1.Cor.11. Num.6. Ioh.20. Luc.10. 1.theſ.4. 2.Co.5.

deus etiam ratum habet, quod geritur (legitimo tamen more) ex officio per iniquos sacerdotes. De quibus singulis & vniuersis deinceps, quantum pote ro breuissime, dicam.

DE EXCELLENTI SACERDOTVM dignitate. Cap. LXXVII.

ETsi ꝙ sit insignis sacerdotalis dignitas, paucis enarrari non possit, ipse tamen vnum vel alterum in præsentia attingam, vnde, quod reliquum est, haud obscure poterit intelligi.

Dignitas autem sacerdotalis in primis ex eo potest accipi, ꝙ ipsum sacerdotium, sine quo nulla potest esse religio, sine qua nihil vspiam cõstare queat: non homo, non angelus, non archangelus, non virtus, non aliqua alia creatura, sed deus Opt. Max. & quidem mox a mundo condito, sic instituit, vt ipsi non modo essent inter se deum & inter homines mediatores, qui quoq; sua præcepta populo deferrent prædicando, & vota supplicando porrigerēt, verumetiam sua vice quodam modo in terris fungerentur, vnde ipsos non solum angelos, sed & deos appellauerit. In Malachia quidem dicitur: Labia sacerdotis custodiunt scientiam, & legem requirent ex ore eius, quia angelus dñi exercituum est. Et in Exodo præcipitur, ne dijs, hoc est, sacerdotibus detrahamus. Et deus deorum ad illos: Ego, inquit, dixi, dij estis.

Heb. 5. Malach. 2 Exo. 22 Psal. 81. Iohã. 10

Insuper ex dictis patet, sacerdotem in ecclesia summæ esse dignitatis, & tã omni veneratione dignum, vt illius eximiam dignitatem nemo facile verbis consequi queat, vel quamlibet facundus & disertus, vt quæ quorumlibet oratorum linguas vincat, & culmen eminentiæ cuiuslibet creaturæ. Etsi eñ deus natura cunctos homines æquales, & nulla graduum alteritate dispares creauerit, disponendarum tamen rerum susceptum ministerium hos & illos cæteris prætulit & præfecit. Sed quis, oro, vel in cœlis, vel in terris excellentius a deo recepit ministerium preter sacerdotem, vt qui vel solus virtute diuina panem vitæ de cœlo proferat, & mortalibus ad vitam æternam præparet, & in cuius manibus, velut in vtero virginis, filius dei incarnatur, & pene mirabilius ꝙ in vtero virginis?

Gene. 2 Iohan. 6 Matth. 1. Luc. 1.

Hæc enim etsi in gratiæ plenitudine creaturas proculdubio supergreditur vniuersas, hierarchis tamen ecclesiæ cedit in commissi mysterij executione. Illa nimirum prolatis octo verbulis, Ecce ancilla domini, fiat mihi secundum verbum tuum: semel concepit dei filium & redemptorem mundi. Ipse a domino consecratus, quinq; verbis (superbenedicta Trinitate cooperante) eundem dei filium & virginis, aduocat quotidie corporaliter in sacrificium, & purgationem criminum. Hæc virgo benedicta (a cuius laude deficit omis lingua) natum dominum virgineis lactauit vberibus, cõtrectauit manibus, gestauit brachijs, ac mille huiusmodi infantilibus Christi membris impendit obsequia, quibus educauit beatorum gloriam & terræ cibatorem. Iste cœlestem cibum, manna de cœlo verum, angelorum videlicet panem, omne delectamentum in se habentem, ac dulcissimum cordis confirmatorem, in crucis

Ibidem. Mat. 26. Mar. 14 Luc. 22 1. Cor. 11 Deut. 8 Iosue. 5 Psal. 77 Sap. 16

L frixo-

Iohã.6 frixorio charitatis igne coctum, ore sumit, & in hoc mundi deserto largitur cæteris, nempe viaticum ad terram promissionis melle & lacte fluentem, id est, regionem viuentium.

Atq; sane nõ admiranda dignitas sacerdotis est illa, q vno eodemq; momento deus ille optimus max. qui præsidet in cœlis, est in sacramento altaris? Hæc nimirum tam est admiranda & eximia sacerdotis excellentia, tam insignis inquam prærogatiua, vt eam stupeat cœlum, miretur terra, vereatur homo, horreat infernus, contremiscat diabolus, veneretur perq̃ plurimum angelus. Nec mirum, quando ad sacerdotij dignitatem & autoritatem. i. ad hãc vnicam cõsecrandi potestatem, angelus ipse, vel quamlibet nobilissima alioqui creatura, adspirare nõ audeat. Nam cui vnquam angelorũ aliquãdo dixit deus, Hoc facite in meam commemorationem? Nullus profecto est. Imo quiq; angeli & archangeli tanto huic mysterio adsistunt, hocq; ipsum mirantur. Quis enim fidelium merito dubitet, in ipsa immolationis hora ad sacerdotis vocem cœlos aperiri, & in illo Iesu Christi mysterio angelorum choros adesse, summis ima sociari, terrena cœlestibus iungi, vnumq; ex visibilibus & inuisibilibus fieri?

Matt.26 Marc.14 Luc.22

Hinc est, q ob hanc stupendam sacerdotij dignitatem, scriptura sacerdotes nõ vana nec vulgari, sed multiplici & singulari nomenclatura appellet, vt quos modo vocet angelos, dicens: Labia sacerdotis custodiunt scientiam, quia angelus domini exercituum est. modo prophetas, dicens: Nolite tangere Christos meos, & in prophetis meis nolite malignari. modo deos, dicens: Vtriusque causa ad deos, id est, sacerdotes perueniet. modo clericos, id est, de sorte domini, & quasi domini electos, & quasi ipsius peculiares, scriptura dicente: Dominus ipse est hæreditas eorum, sicut loquutus est illis, loquens illic de sacerdotibus. Quos vel ideo ipse dominus sibi soli, vel ei qui suo est loco, reseruandos voluit, nec a laicis vel lædendos, vel puniendos, vel onere vel ministerio prophano grauandos.

Malach.2 Psal.104 Exo.22 Deut.18

Atq; hinc est, q ecclesia toto terrarum orbe censuerit, inuiolabile debere esse sacerdotium: & qui vim huic fecisset, piorum cœtu excluderetur: fueritq; pari cura datum, vt hic ordo primum inter homines locum sortiretur, magistratus & reges sacerdotibus cederent loco, nulli cogere aut capere fas esset, nisi pontificis permissu. Nec immerito, quum ex ijs quæ diximus, constet, tanto sacerdotalem dignitatem præeminere sublimitati seculari, quanto sol luna. Si enim regum fulgori (inquit Ambrosius) cõpares & principum diademati sacerdotalem dignitatem, nõ secus feceris, acsi plumbo cõparaueris aurũ. Siquidẽ tãto clericalis eminentia terrenos superat principatus, quãto ab animabus corpora, perpetuis transitoria, terrena cœlestibus superãtur.

Nec sane hoc dixerim, vt sacerdotibus vllo modo adblandiri coner, quũ sic veritas habeat: nec vt aliquid inde cupiam, qui nihil ambio: nec vt illi propterea sibi velint ipsis, vt pauones, superbire, cæterosq; adspernari, & se quasi nulli quoquo modo subiectos esse. verum idipsum hoc quidẽ loco recẽsui: Primo, vt singuli eorum deo gratias humilime agant, q eos ad tantæ dignitatis

gnitatis

gnitatis fastigium nō suis meritis,sed mera gratia sua selegerit,alioqui per se omnino indignos,adeo vt vnusquisq; velit humilime dicere cum Apostolo:Gratia dei sum id,quod sum. Et profecto,nō ex aliquo debito,nec merito:sed ex solo diuinæ voluntatis beneplacito fit,vt sacerdos ipse puluis & cinis,deum p̄sentem habeat manibus & oculis. Quæ sane indulgētia nulli est nec angelorū,nec archāgelorū,nec supernis spiritibus,sed soli homini cōcessa:nec omni,sed ad id duntaxat mysteriū ordinato. Qui non immerito cum propheta hanc ob functionē dicere posset:Quid est homo q̄ memor es eius, aut filius hominis quoniam visitas eum?Minuisti eum paulo minus ab angelis,gloria & honore coronasti eum,& constituisti eum super opera manuum tuarum. Quæ nimirum verba alibi fusius in hanc partem disputauimus.

1.Cor.15 Gene.18 Psal.8 Heb.2

Secūdo ideo,q̄d dictum est,dixi,vt sacerdos sit hoc animo humilior,quo est officio & ministerio altior,humilians se nō modo sub potenti manu dei, sed & coram omnibus hominibus:quorum ipse esse debet non dominator, sed minister,velut & dominus ipsum fecit,ad primos illos sacerdotes inquiens:Quicunque voluerit inter vos maior fieri,sit vester minister. Et qui voluerit inter vos esse primus,erit vester seruus. Et hoc est,quod ad sacerdotes ait Apostolus:Nemini dantes vllam offensionem,vt non vituperetur ministerium nostrum: sed in omnibus exhibeamus nosmetipsos sicut dei ministros,in castitate,in scientia,in charitate non ficta,in verbo veritatis,&c. Et rursus:Sic existimet nos homo,vt ministros Christi,& dispensatores ministeriorum dei. deoq; humiliet,inquam,se clericus,vtcunq; officio & ministerio sit dignissimus,scriptura dicēte:Quanto magnus es,humilia te in omnibus, & coram deo inuenies gratiam. Vnde & alia scriptura:Rectorem te,ait,constituerunt?noli extolli,esto in illis quasi vnus ex ipsis.

1.Pet.5 Mat.20 Mar.10 Luc.22. 2.Cor.6 1.Tim.3 1.Cor.4 Eccl.3 Eccl.32

Tertio,hac quidem ratione dixi, vt vnusquisq; sacerdotum considerans tantam suæ functionis dignitatem & eminentiam, satagat eam sic ab omni labe immunem conseruare,vt se sibi & alijs bonis & pijs virtutibus exornet, vtpote qui secundum saluatorem esse debeat sal terræ,lux mundi, & candelabrum in domo:nimirum qui verbo sapientiæ & uitæ exemplo, quasi lumen & candelabrum sibi & alijs qui in domo,id est,in ecclesia sunt,luceat in via ad æternam patriam,quum ipse persona communis non minus ad aliorum,q̄ ad suam,salutem obligetur,qui ideo & pro se & pro alijs,teste Apostolo,necessario rationem sit redditurus. Ac hoc est illud,quod Paulus ad Timotheum,perinde atque ad vnumquenque sacerdotem, ait:Nemo adolescentiam tuam contemnat, sed exemplū esto fidelium in verbo, in conuersationē,in charitate,in fide,in castitate. Hæc meditare,in ijs esto,vt profectus tuus manifestus sit omnibus. Attende enim tibi & doctrinæ,insta in illis. Hoc enim faciens,& te ipsum saluum facies,& eos qui te audiunt. Atque ideo quo sacerdos dignitate & gratia maior est,hoc esse debet virtute & bonitate excellentior. Qui nisi talis,sed vitiosus,fuerit,longe plus alijs nedum coram hominibus vituperabitur,sed & durius damnabitur:quandoquidem durius cadit,qui alte cadit. Sal enim, inquit Christus, cum euanuerit,ad quid vltra

Matth.5 Heb.13 1.Tim.4 Matth.5

Mar.9 Luc.14 valet,nisi vt mittatur foras,& conculcetur ab hominibus? At quare, inquis, sacerdos male se gerens verbo aut facto, durius alijs a deo veniet puniēdus?

Primo,quia enim suo exemplo alios peccare fecit, necessum est vt & pro alijs pœnam luat,haud secus atq; pro suo peccato,quum ipse propter dignitatem,si peccet,magis seducat: veluti cum bene agit,magis proficiat. Id quod 4.Reg.21 2.Reg.12 dn̄s in Manasse rege Iuda,& in Dauide &c.satis superq; euidenter ostēdit.

Secundo,quoniam qui maiorem recepit gratiam, velut sacerdos, maiorem debet exhibere gratitudinem: quam nisi exhibeat, magis est puniendus Iohā.19 ob tantam ingratitudinem.Hinc magis punitur Iudas Iscarioth q̄ Pilatus, quum ingratissimus iste magis, q̄ hic,peccauerit. Et hoc est quod Christus Luc.12 ait:Omni cui multum datum est,multum quæretur ab eo: & cui commendauerunt multum, plus petent ab eo.Hinc est quod tantopere Paulus in perso- 1.Tim.4 na Timothei hortetur vnumquenque sacerdotem, dicens: Noli negligere gratiam quæ in te est,quæ data est tibi per prophetiam,cum impositione ma- 2.Cor.6 nuum presbyterij. Et idem ad Corinthios:Exhortamur, inquit, ne in vacuum gratiam dei recipiatis.

Eapropter oratos ex animo peruelim singulos ac vniuersos clericos,haud aliter atque confratres meos in domino longe charissimos,vt maxime pensi habeant, quales & quanti præ cæteris sint, & quantam a deo gratiam præ alijs acceperint,ne hac sua gratia male abutantur, per vitæ inhonestatem, sed se tanta sua dignitate,autoritate, gratia & prærogatiua,virtutum meritis dignos reddere satagant: eosq; pudeat spurcissimis lenocinijs delectari, carnis & mundi illecebris pollui,qui ad tremendæ maiestatis sacrificium,& mundissimum animæ cibum præparandum,consecrandum, offerendum,sumendum & dispensandum,ex plebeiorum & populorum turba sunt adsumpti,memores quæ in hæc verba dominus de sacerdote in veteri testamento Leuit.21 dicit:Omnis qui habet maculam de semine Aaron,non offerat panes coram Deut.16 domino,nec accedat ad ministerium eius. Et merito,quum iustum sit,vel natura dictante,vt homo sancta sancte pertractet,domino per Esaiam dicente: Esa.52 Mundamini qui fertis vasa domini. Quales nisi fuerint,non aberit quin vel temporaliter,vel æternaliter,vel vtrinque supplicium ferent,domino rursum adfirmante,quum ait:Sacerdotes qui accedunt ad dominum, sanctificentur, Deut.16 Leui.21. ne percutiam eos. Id quod idem exemplo satis horrendo testatus est in Oza, quem arcam,vtcunq; non temere,tangentem,morte subitanea percussit, q̄- 2.Reg.6 niam illi non licuerit istam tangere,quia prophanus fuerit. Si hoc isthuc,quid putēmus futurum cum ijs,qui peccatis plus q̄ dici fas est,obuoluti, nō modo Iohā.6 arcam,sed & manna illud verum de cœlo,plus q̄ indigne tractant: & maxime,q̄ olim de panibus propositionis haud licuerit edere eis,qui cum mulie- 1.Reg.13 ribus fuerant coinquinati? Discite proinde iustitiam moniti,& non temnere diuos,o vos sacerdotes, quibus non satis tuta est conscientia, sed prorsus cauteriata. Q̄ vero plerique nostræ tempestatis grauiter peccent, qui sacerdotes vsqueadeo negligunt & eleuant,quibusq; technis hoc faciant,sub sequens caput paucis indicabit.

EOS

EOS ENORMITER PECCARE, QVI NOuissimis istis temporibus varie negligunt ecclesiæ catholicæ sacerdotes. Cap. LXXVIII.

PRoh itaq; dolor & dedecus, nunquam satis vel apud posteros abolendum, q non parum multi nostratium, vel procerum, primorum & satraparum, sub hæc nouissima tempora degenerant ab antiqua ista religione & pietate, & a suis pientissimis & deo dilectis antecessoribus, qui non modo sacerdotes ecclesiæ catholicæ, veteriorisq; religionis & fidei, ceu vilissima queq; mancipia negligunt, cõtemnunt & irrident: sed & modis omnibus ita prorsus dehonestant, vt ad ipsos (sacerdotes dico) Christus vere prædixisse videri possit: Hæc loquutus sum vobis, vt non scandalizemini. Absque synagogis facient vos: sed venit hora, vt omnis qui interficit vos, arbitretur obsequium se præstare deo. Et hæc facient vobis, quia non nouerunt patrem neq; me. Peccant igitur vel inter primos hac quidem tempestate plusq̃ vehementer & obiter, qui quum sint meri laici, sibi censuram in clerum arripiunt, qui libertatem & immunitatem clericorum & supprimere & abolere connituntur, non tantum Iudæis peiores, & irreligiosiores ipsis Iudæis, qui quærebãt, vtrum soluendum esset Cæsari tributum & tributi ius: isti vero Imperatori, imo sibiipsis & cuilibet, maxime prophano principi, vendicare volunt ius ecclesiæ: verumetiam peiores ipsis ethnicis; Pharaone vtpote & Artaxerxe. Pharao quidem rex Aegypti, quum Ioseph esset ipsius ethnarcha, sic sacerdotibus immunitatem seruandam censuit, vt ab eo tempore deinceps in vniuersa terra Aegypti regibus quinta pars solueretur: & factum est quasi in legem, absque terra sacerdotali, quæ libera fuit ab hac conditione: quippe q sacerdotes suas possessiones vendere non fuerint compulsi. Et ipse quoque Artaxerxes rex Persarum, donans filijs Israel facultatem libere redeundi cũ Esdra in Hierusalem, pro sacerdotum ministrorumq; templi libertate decretum statuit, in quo dixit inter cætera: Vobis notum facimus de vniuersis sacerdotibus, & Leuitis, & cantoribus, & Nathingis, & ministris domus dei huius, vt vectigal & tributum & annonas non habeatis potestatem imponendi super eos. Vides ergo q̃ diuinitus duo reges, ambo gentiles, alter pro idolorum sacerdotum, alter vero pro Iudæorum sacerdotum, legaliumq; ministrorum libertate zelauerint: & q̃ nonnullos ex nostratibus principibus & magistratibus pudere, imo pœnitere debeat, quia tam violenter & quadam tyrannide Christi sacerdotes grauant, exactionant, & excoriant: qui nec pauperibus verbi dei ministris parcunt, quos in extremam vsque seruitutem, non secus atque seruos quosdam empticios, deijcere moliuntur, contra Apostolum, præcipientem & dicentem: Qui bene præsunt presbyteri, duplici honore digni habeantur, maxime qui laborant in verbo & doctrina. Subiungit autem & scripturam, quæ dicit: Non alligabis os boui trituranti. Et, Dignus est operarius mercede sua. Ex quibus sane omnibus haud obscure conijcimus, suã deberi libertatem & immunitatem sacerdotibus, iure etiam diuino, non solũ huma

Iohan.16 · Matt.22 · Gene.47 · 1.Esdr.7 · 1.Tim.5 · Deute.25 · 1.Cor.9 · Math.10 · Luc.10

humano,iuxta veteris & nouæ legis scripturã,quã sufficerit indicasse subinde,nẽpe in lib. Nũme. Iosue, Leuitici, Reg. Paralip. Iohãnis, Lucæ, Corinth. Actorũq; apostolicorũ. Caueãt igit̃ posthac,q̃tq̃t tale q̃d hacten⁹ moliunt̃, ne plus æquo dñi Christos tangãt:nec paulo violẽtius in eius ,pphetis malignent̃,sed potius reuertant̃,suosq; maiores & p̃decessores vere catholicos,lege etiãnũ diuina monẽte & p̃cipiente,sequant̃, vtpote Cõstantinũ,Theodosiũ,Marcianũ,Valentinianũ,& alios id genus religiosiss. Impp. reges & principes,q nõ impie,sed religiosa quada cogitatiõe restituerunt clericis honores & priuilegia,q̃s Iulianus impius apostata, scelestus Christi aduersarius,impie subtraxerat:expertus deinde,q̃ male tuta sit humana vis,q̃ irato numini obijcitur,vtpote q,sicut(vt vereor)modo plurimi sunt,nõ solũ nr̃æ religionis desertor,sed etiã cõtemptor & irrisor,e cœlo media acie ictus ceciderit. Cuius simile q̃d pleriq; ferme oĩs religionis & sacerdotalis ordinis cõtẽptores,a mundo cõdito sunt experti,a q̃bus tandẽ nec loco,nec tẽpore vno,religionis sanctitas & cleri libertas graui est vltione vel defensa,vel insigni hoĩm clade satis atrociter vindicata. Cuius testis est omni exceptiõe maior,tumultus ille rusticus,quẽ anno dñi M.D.XXV. non sine summo suo malo, nr̃a Germania experta est,q̃tidieq; varijs malis experit̃,q̃uis apertis oculis illa caliget adhuc & cęcutiat vidẽs. Nec est,q̃d isti cauillent̃ fortassis,vt lubrici solẽt angues,se dũtaxat malis sacerdotibus,nõ aũt bonis,tale q̃d,q̃d diximus,facere. Quib⁹ ego:Profecto nihil hactenus fuit discriminis,q̃s æque oẽs p̃sequunt̃ internecino odio,q̃q̃ nihil liceat eis,nec in malos nec in bonos,quũ vtriq; ex officio & statu pares sint,q̃q̃ hoc ip̃m isti negẽt,sed falso,veluti paulopost docebimus.

Nu.35.18 Iosue.21 Leui.21 4.Re.12 2.Par.31 Iohan.13 Luc.18 1.Cor.9. Acto.4.

PROPTER MALOS SACERDOTES ET RE liquos ecclesiæ ministros,non esse totum ordinem contemnendũ, nec etiam ab vnitate ecclesiæ recedendũ. Cap. LXXIX.

INficias ire nõ possumus,atq; vtinã possemus inficiari, multos sane sacerdotũ,adeoq; totius cleri esse abusus,& hosce quidẽ fortasse schismaticis & hereticis ansam dare cõtemptui,quũ videãt vix quenq̃ ex destinatis ecclesiastico ministerio,suo officio fungi:nõ propterea bonos,quos esse speramus aliquot saltẽ,contemnere,lõge minus,officijs simul(quantumuis illa solis duntaxat vocabulis retinerent̃)cũ personis illudere:sed esse potius memores deberent eius,q̃d apostolorum princeps ait:Serui,subditi estote in omni timore dominis,nõ tantũ bonis & modestis,sed etiã dyscolis. Id q̃d ab ipso summo sacerdote Christo accepit. Is enim,q̃d satis constat,etiã honorẽ detulit Iudęorum cathedrę,in qua tñ vere impij sedebant, ad turbã dicens:Super cathedrã Mosi sederũt scribę & pharisæi:Omnia quæcũq; dixerint,facite. Et iterũ:Vade,& ostẽde te sacerdoti. Et idẽ alias:Ite,& ostẽdite uos sacerdotibus. Quid plura? Nõne simul ad malos & æque bonos ait:Qui vos audit,me audit:qui vos spernit,me spernit? Nõne Paulus quoq; presbyteros æque voluit honorandos exemplo suo,qui quũ cõtra legẽ ex mandato summi pontificis percuteretur,& ipse ignarus personæ pontificis, quadantenus in pontificẽ murmurasset

1.Pet.2 Matt.23 Matth.8 Luc.17 Luc.10 Acto.23

raſſet, ſtatim ſe excuſans, humilime dicebat: Neſciebam fratres, quia princeps eſt ſacerdotum. Scriptum eſt enim: Principẽ populi tui nõ maledices. Iam vero ſi vir tantus vſqueadeo pœnituit, ꝙ prophano gentilicꝙ ſacerdoti parum interloquutus fuerat, quur iſti Chriſtianis ſacerdotibus indiſcriminatim tantopere nõ ſolũ illudunt, ſed & crudeliter & adeo prorſus inſultãt, vt eorũ cauſa nõ vereant̃ necꝙ formidẽt totius eccleſiæ autoritatẽ non tantũ extenuare, ſed & ab eius vnitate in quandã hæreſim & ſchiſma deſciſcere, fierícꝙ religionis antiquæ deſertores, ſub ꝑtextu q̃dã neſcio q̃s abuſus in eccleſia pontificũ & aliorũ ſacerdotũ allegantes, quippe manifeſte ſe de numero eſſe iſtorũ declarãtes, q cõtra Petri doctrinã, quaſi liberi velamẽ ſuę malitiæ habẽt, abutẽtes euãgelio ꝓ operculo totius iniq̃tatis. Cæterũ ſi ſic prexerint, voluerintcꝙ totã eccleſiã & huius autoritatẽ ꝑpterea eleuare, cõtẽnere & deſerere, q̃a multi ſint in ea põtifices & reliqui ſacerdotes crimínoſi, nec ſatis inculpatę vitę, vt gẽatcꝙ multæ in ea abuſiones, multa ꝑfecto prorſus abſurda & incõueniẽtia ſecũ trahẽt. Primo quidẽ contra naturã & rationẽ, propter accidẽs malũ, ſatagunt tollere totã ſubſtantiã, quãlibet bonã: proptercꝙ mẽbrũ aliq̃d ineptũ, deſtruere totũ corpus, q̃d certe Paulus, ſi ſanũ ſit, haud cẽſet abſcindẽdũ, ſed ipm potius mẽbrũ putridũ: quis ne hoc quidẽ ſemꝑ faciundũ putet. Eius em̃ ipſe eſt ſentẽtiæ, ꝙ humano corpori plerũcꝙ adhærẽt mẽbra aut mortua, aut arida, aut putrida, aut lãguida, q̃ nõnunq̃ reſecãda veniũt, ne cætera mẽbra horũ cõtagione inficiant: interdũ tolerãda, ne fortaſſe, ſi abſcindãt̃, totũ corpus in periculum veniat: q̃ tãetſi mẽbris viuis in vitali ſpũ nõ cõmunicẽt, colligãtia tñ quadã viuis adhærẽt: proindecꝙ adhuc corporis mẽbra dicunt̃, & corporis eſſe partes. Secũdo, nõ modo oẽm in eccleſia & eccleſiaſticorũ & laicorũ ſtatũ & ordinẽ de medio tollẽt, verũetiã auferẽt: & omnẽ q̃ a mundo cõdito fuit, eccleſiã negabũt, vtpote q̃ etiã adhuc naſcẽs, abuſibus & malis hoĩbus nõ caruit, nec vnq̃ caritura eſt, ſed ſemꝑ bonos malis permiſtos, & ediuerſo, habitura. Nõne, quęſo, in apoſtolico illo cœtu, q̃uis duntaxat duodenarius is fuerit, vnus, Iudas videlicet Iſcarioth, fur fuit, idemcꝙ ſui dñi proditor ingratiſſimus, ob quem tamen dñs apoſtolicum ſenatum non abrogauit, vtpote non cenſens, ob vnius malitiam perdendos omnes.

Atcꝙ hoc eſt, ꝙ dñs eccleſiã ſuã, aream vocet, q̃a cõtinet & paleã & triticum: ſemẽtem q̃cꝙ ſeminatum in agro, in quo quum ſuperſeminat̃ lolium, ſuc creſcũt ſimul zizania & triticũ: ſagenã itẽ in mare miſſam, atcꝙ ex omni genere piſciũ congregantẽ, maloſcꝙ piſces ſimul cũ bonis permiſtos habẽtem: itidem vineam, in qua ſunt palmites, nõ tantum vuas, ſed & labruſcas facientes. Ipſam q̃cꝙ eccleſiã vocat regnum cœlorum, q̃d cõparat decẽ virginibus, quincꝙ prudẽtibus & quincꝙ fatuis. Præterea, quemadmodum in arca Noe animalia munda erãt ſimul cũ immundis, ita & in eccleſia, q̃diu in hoc mundi pelago iactat̃, bonos habebimus & malos: vnde quicq̃d vſpiã eſt abuſuum, dimanauit, & ita quidẽ, vt ſi mõ veterioris eccleſiæ facies ad noſtrã cõferat̃, videbimus propemodum oĩa, ipſo rerum abuſu ſenſim irrepente, vitiata eſſe, nec eccleſiam vnquã caruiſſe malis hominibus & horum abuſionibus. Haud

Deut.22 1.Pet.2 1.Cor.5 Mat.3 Luc.3 Matt.13 Math.20 Iohã.15 Matt.25 Gene.7

est itaq; ecclesia propter malorum permixtionem deserenda & alia quęrenda, nec ab ipsa recedendum, quia nonnunquam cathedram mali pontifices occupent: nec tanti sunt mali in ecclesia dei sacerdotum mores æstimandi, vt nos velint aut debeant dubios reddere, vbinam sit ecclesia Christi, quod hac tempestate multis vsu venit, imo cunctis hęreticis & schismaticis, vtpote qui, quũ sua quidem sponte ecclesiam exierint, deseruerintq; eandem, & contempserint & prosciderint, a nobisq; catholicis recesserint, & nõ permanserint in doctrina Christi, prodierintq; ex nobis, qui nõ fuerunt ex nobis: nihil aliud prætexunt, q̃ nostros abusus, quũ cõstet eorũ semper fuisse & esse propriũ, inconsutilem Iesu Christi tunicã scindere, & verã catholicæ ecclesiæ pacẽ & vnitatẽ diuidere & dissecare, quo fidẽ subuertant, & veritatẽ corrumpãt. Id q̃d hisce nostris nouissimis diebus (proh dolor) supra q̃ dici potest, experimur.

1. Ioh. 2

Tertio, si perrexerint propterea negare eam esse verã ecclesiam, quæ fouet aut habet abusus, certe nulla prorsus apud ipsos esse potest ecclesia, quũ longe plus apud eos in omnibus sit abusionum, scandalorũ, & id genus malorũ, q̃ fuerit in ecclesia catholica cunctis ferme retro temporibus vnquã, licet hæc ipsa toto sit terrarum orbe diffusa, multisq; centenis, supra mille, annis durauerit, vsq; ad consummationẽ seculi certo duratura, quãuis opprimatur per impios: ista vero istorũ non dico ecclesia, quã sane nomenclaturã nõ meretur, sed synagoga satanica, vix in vno vel altero sit & lateat angulo, lucẽ fugiẽs, vixq; paulo supra tria lustra durauerit, nec duratura semper, sed vti sonitus peritura. Non est proinde, vt ecclesię ordinẽ autoritatemq;, ob malos tantũmodo mores ministrorũ labefactare moliant̃. Etsi eñ tales ecclesiæ ministri, vitã ducẽtes improbã, spiritu careãt, quo ipsi sancti sint & iusti, q̃ diu tñ ecclesiæ membra sunt, & ab ecclesia tolerant̃, spiritum sanctũ, qui Christi & ecclesiæ ministerijs, quæ per eos aguntur, assistit, habent: per quem in ecclesia efficaciter, vti boni, impertiũt sacramẽta: quæ propterea nõ sunt inefficacia, quia per malos tractantur, queãdmodũ sequẽti capite cõtra eosdẽ, qui negant idipsum, qua poterimus breuitate demonstrabimus.

SACRAMENTA, ET QVAE SVNT SACERDOTIJ, æque posse per malos atq; per bonos ecclesiæ ministros efficaciter tractari. Cap. LXXX.

OLim ventũ est in quæstionẽ, num malus ex persona sua minister ecclesiæ, vtpote sacerdos, æque sicut bonus, sacramẽta possit efficaciter ministrare & tractare: sub hoc vero nouissimũ tẽpus, hæretici & schismatici prorsus pro indubitato tenẽt, malũ ecclesiæ ministrũ nõ posse q̃d bonus potest. Nos aũt hoc ipsum negãtes, dicimus cõtrariũ esse verũ: sed posse quidẽ ministrũ siue sacerdotẽ ecclesiæ malũ, nõ minus efficaciter ministrare, tractareq; sacramenta, sicut bonum, ob nõ contemnẽdas rationes.

Primo, quia nõ in merito ministrãtis, sed in verbo & iussu dominãtis, scilicet Iesu Christi & spũs sancti virtute, sacramẽta cõficiunt̃ & administrant̃: vtpote q̃ in ministris, quatenus ministri sunt, nõ attendimus meritorũ diuersitatẽ, sed tantũ virtutẽ ac potestatẽ eius, cuius munere funguñt. Nõ eñ pendent

dent sacramẽta ex dignitate ministrorũ, sed ex mandato & ordinatione diuina: nec inibi persona administrãtis, sed eius, q dat administrationẽ, autoritas cõsideraẽ: qua totũ iste, qui malus est, agit. Ita quos Iudas baptizauit, nõ sunt rebaptizati: qm̃ non in potestate sua propria, sed a Christo delegata, illos baptizauit, haud obstãte illius malitia. In ijs quidẽ & id genus similibus, semper officij publici, nõ personæ priuatæ, habẽda est ratio, q nõ sua ijs in rebus, sed dei funguntẽ potestate: q̃ vel qualiscũq; sit, a solo deo est, teste Paulo, data & concessa. Atq; hoc est, q̃d ipse ait ad Corinth. Ego plantaui, Apollo rigauit, sed deus incrementũ dedit. Itaq; neq; q plantat, est aliqd, neq; q rigat: sed qui incrementũ dat, deus. Qui plãtat aũt, & q rigat, vnũ sunt. Corrigit aũt Paulus inibi Corinthios, q cõtendebãt de baptizantiũ meliore autoritate, dicentes: Ego quidẽ sum Pauli, alius, Ego Apollo &c. quũ tñ hoĩes æque erant & ministri eius, cui (s. Christo) credebãt. Ita sane quilibet sacerdos, vel personaliter quãlibet malus, seruata ecclesiæ forma, peccata nõ sua, sed dei virtute atq; potestate remittit, Eucharistiam conficit, baptizatq;.

Roma. 13 / 1. Cor. 3 / Iohã. 20 / Matt. 26 / Marc. 14 / Mat. 28

Secũdo, qm̃ potestas administrãdi conferẽ in charactere sacerdotali, q vt impssus semp manet, ita semp q̃q; manet potestas cõsecrãdi, q̃ in illo fundaẽ. Characterẽ vero semp manere, nec vllo etiã pc̃tõ corrũpi, cõstat, qm̃ forma sit supnaturalis a deo creata, q̃ p nullã creatã corrũpi põt virtutẽ, veluti nec character tolliẽ a deo propter quodcunq; peccatũ, vt q ipsum homini etiã in peccato mortali existẽti, etiã actu peccandi, cõferat, veluti Caiphæ potestas prophetizandi data erat, vel quamlibet simoniaco, auaro, & ambitioso.

Iohan. 11.

Tertio, qm̃ potestas cõsecrãdi nõ cõsistit in grã gratũ faciẽte, sed in gratia gratis data, q̃ quũ etiã duret in reprobis, (qm̃ nõ ad meritũ, sed ad vtilitatẽ ecclesiæ & gloriã dei datur) necessũ est, vt & potestas in ipsa cõstans, duret in malis & reprobis, q si ea gratia indigne & in peccatis abutunẽ, se pœnæ gehẽnæ obnoxios faciũt, quũ talentũ sibi traditũ ad vsurã, dño non exponũt. Ad hũc sane modũ Balaam ethnicus & iniquus, ꝓphetizauit de Christo nascituro. Hoc q̃q; pacto pharisæi & sacerdotes parũ æqui, sedebant sup cathedram Mosi, q etsi sacerdotes indigni essent, vtpote auari, supetbi, simoniaci, hypocritæ, sua tñ gratia gratis data vsi sunt in aliorũ vtilitatẽ, quandoquidẽ deus ipse eorũ functionẽ & benedictionẽ prorsus ratã habuit & firmã, nec vtilitatẽ alijs nõ merẽtibus subtraxit. Ita nimirũ ille potestatẽ cognitiõis lepre nõ abstulit, quã ex ordine habebãt, dicẽs ad leprosos: Ite, ostẽdite vos sacerdotibꝫ. Ita q̃q; Caiphas simoniacus, ideq; multo noĩe pessimus, ex suo ordine, quia esset põtifex anni illius, ꝓphetia de Chrõ passuro, & humanũ genus redẽpturo, haudquaq̃ est destitutꝰ. Et Iudas etiãnũ facile iniqssimus & oĩm pessimꝰ, sua grã gratis data, vtpote pdicãdi & baptizãdi &c. sic cũ alijs vsus est, vt nemine eorũ legerimus rebaptizatũ, q̃s ipse baptizauit: cũ tñ rebaptizati sint, q̃s baptizauit Iohãnes Bapt. ꝓpheta multo sanctiss. Siquidẽ ille habuit noui sacerdotij ordinẽ & characterẽ, hic vero minime. Nec dubitãdũ, quin & Iudas consecrare corpus dñi potuisset, ratamq; habuisset dñs cõsecrationẽ, vtcũq; malignus, in gratia nõ fuerit, quũ in cœna dñi cũ alijs ordinareẽ sacerdos, vtpote

Matt. 25 / Luc. 19 / Nume. 24 / Matth. 23 / Luc. 17 / Iohã. 11

Iohā.13 pote quod post buccellam panis in eum satanas intrauit. Adde multos olim eiusmodi dona spiritus sancti habuisse, vt & in Christi nomine propheta- rent, & dæmonia ejicerent, cæterosque actus apostolicos exercerent, qui tamē Matt.7 operarij iniquitatis fuere, vt eos appellat dominus. Et quare? quia (dico) ex officio quo (vtcunque indigne) fungebantur, a deo habebant illam potesta- tem, consistentē in gratia gratis data. Cuiusmodi gratia & donū spiritus san cti, nō ad meritum alicuius singulariter, sed ad dei gloriā, ad vtilitatem eccle siæ ædificandæ, & plerūque ratione officij & ordinis dari solet, & sic sine quo- uis merito. In hoc enim genus sacramentis & rebus, in ecclesia semper offi- cij publici, nō personæ priuatæ quæ ministrat, habenda est ratio: sed eius, qui dat administrationem, autoritas & potestas consideratur, qua totum is, qui malus est, agit, fungens inibi sua ex gratia gratis data potestate delegata, 1.Cor.3 quæ a solo deo data est & concessa, quum non qui plantat vel rigat, sed qui incrementum dat deus, aliquid est, suam potestatem tam per bonos q̄ per malos (seruata ecclesiæ forma) æque exercens. Atque hoc quidem modo tam bonus q̄ malus sacerdos Missam conficit, nec ipsa boni meritis amplia- tur, nec mali demeritis attenuatur: & hoc, ratione delegatæ potestatis, auto- ritatis & functionis a deo, qui inibi præcipue facit & operatur. Nisi enim res ita haberet, sequerentur inde nō parum multa absurda.

Primum, quod deus haud esset æque potens, atque homo potens est, quum nō posset suā voluntatem, sicut homo, per bonos & malos ministros exequi.

Secundum, quod deus esset iniquus, si virtus alicuius sacramenti negaretur, vel non daretur alicui, propter peccatum ministrantis, sicque damnaretur & Ezec.18 moreretur absque sacramento, quum ipse reus non esset. Nec iustum est, vt fi lius portet & luat impietatem patris ad perpetuam damnationem.

Eccles.9 Tertium, quod nemo certus esse posset, an vere suscepisset sacramentum & eius virtutem, quando nemo sciat, an sit amore vel odio dignus: nec sit inno- cens coram deo, nec, qui possit vere dicere, se non esse peccatorem: quin- 1.Iohā.1. imo si diceremus, nos non habere peccatum, nos omnino seduceremus, & ve ritas in nobis non esset.

Sed inquis fortasse: quomodo potest alium soluere, qui peccator sit ipse, quasique ligatus? Te vicissim interrogo: quomodo potest medicus ægrotans, ægrotantem curare & sanare, quemadmodum sæpenumero fieri conspici- mus? Quomodo potest officialis siue vicarius debitor, debitorem domini sol uere? Nonne iussu mandatoque domini? Vtique.

Sic hoc pariformiter casu fieri solet. Ipse quidem sacerdos non remittit pec cāta autoritate sua, sed ex commissione & iussione tanquam minister instru- Esai.43 mentalis, per quem deus remittit propria autoritate, dicens: Ego sum, ego sum ipse, qui deleo iniquitates tuas propter me.

Iam vero constat, posse dominum suam voluntatem exequi per malum & bonum ministrum, quādo nō eius qualitas attendatur, sed iussio domini, qui Num.6 principaliter agit, ita dicens ad Mosen & Aaronem & eorū successores: Vos ponite & inuocate nomen meum super filios Israel, & ego dn̄s benedicā eos.

Ita

Ita nimirum nec voluntas, nec malitia sacerdotis potest vel obesse vel prodesse legitime sacramenta ministrantis, sed meritum poscentis sacramentum, & sacramenti benedictionem.

NON ORDINATOS MERE LAICOS, NON proprie sacerdotes, sed eorum quæ sunt sacerdotij, indignos esse. Cap. LXXXI.

QVanuis anno ab hinc decimo, in quadam de sacerdotalibus sacrosanctæ Missæ primitijs homilia, quam Moguntiæ in æde diui Iohannis ad frequētem populum habui, satis euidenter ostenderim, non esse vere sacerdotes, qui non sunt iuxta catholicæ ecclesiæ ritū, nō nuper, sed antiquitus omnino receptū, ordinatos, sed plane laicos, nec posse dici nec esse veros sacerdotes, qui ad sacerdotium a nullo sunt episcopo promoti, ordinati & consecrati: quia tamen nō multo post hæretici & schismatici nōnulli in eā p̄sumptionē, temeritatē & vesaniā proruperūt, vt audeāt eos habere sacerdotes, aut pro sacerdotibus, & conficere posse Eucharistiam, qui nō sunt ab aliquo pontifice nec ordinati, nec cōsecrati: visum est operæprecium, vt hac parte paulo fusius istorū reprobarem temerariam, planeq; seditiosam stoliditatē, contestarerq; scripturis & rationibus & exemplis, eos nequaquam vere sacerdotes esse, nec posse per verba consecrationis Eucharistiam conficere, qui non sunt ab aliquo pontifice in sacerdotes cōsecrati. Iam autem in primis sole clarius patet, Aaron præfigurasse episcopum & summum sacerdotem: eius vero filios ab eo consecratos, ecclesiæ catholicæ presbyteros: modo sequitur, vti nemo p̄ter Aaronē & filios eius administrare potuit, quæ fuerūt ad cultū altaris, ita certe nemo potest, q̄d altaris est, legitime agere, q̄ pontifex ipse, & qui ab ipso sunt ordinati sacerdotes. Nec eius sibi sumere potest ministerij honorē, præter eū qui vocatus est & ordinatus sicut Aaron. Hinc rex Ozias, alioqui victoriosissimus, quum vellet vsurpare munus sacerdotis, ad quod ordinatus haud erat, lepra percussus est. Ita quoq; Saul rex fortissimus, quum sacerdos non esset, & tamen sacerdotis officio fungi vellet, quasiq; sacerdos holocaustum offerre domino præsumpsisset, reiectus est ab ipso domino de regno suo, quanq̄ alioqui dominus illud ipsi præparasset super Israel in æternum. Siquidem nemo sibi poterat impune vsurpare munia, quæ filijs Aaron & eorum successoribus sacerdotibus peculiariter deputata erant, quum illi solum sacerdotes essent ordinati, dicente ad ipsum Aaron domino: Tu autem & filij tui custodite sacerdotium vestrum: si quis externus accesserit, occidetur. Externus autem habebatur, qui aliunde erat, nec erat sacerdos more legitimo constitutus & ordinatus. Cuius argumento, Chore, Dathan & Abiron cum suis complicibus, quia sacerdotes esse vellent, minimeq; tamen ad sacerdotalem functionem deputati, diuinitus a domino percussi, sunt viuentes a terra absorpti. Quorum sub hæc nouissima tempora similes sunt hæretici & apostatæ, qui secundum ordinem noui Melchisedech, domini nostri Iesu Christi & apostolorum, ritum Missarum antiquum immolare prohibent

2.Para.26

1.Reg.13

Nume.18

Num.16

hibent. Noua autem, eademq́ prorsus inaudita vsurpatione, contempta catholicorum episcoporum autoritate, sibi sacerdotes, non veros, sed falsos & ficticios, ordinant ex nouissimis populi laicos, vtpote decoctores, obæratos & infames blaterones, & Barrabas, & nonnullos a patibulo redemptos, & id genus indignissimos, q̃ sine chrismate & oleo sancto, absq́ omni ordinatione & benedictione episcopali, quam ipsi non habent, quum a nullo catholico pontifice Rom. acceperunt, sacerdotes constituunt, qui debeant & sine transsubstantiatione panis & vini, ac sine sacrificio consecrare, nouasq́ sine sacro canone celebrare Missas in ecclesia, in priuatis domibus coram ægrotante, repente sine omni lumine & præparamento, proferre verba consecrationis super panem & vinum: quæ mox ita, quod ipsi putant, benedicta, imo, quod verius est, impia nouitatis illusione prophanata, pro vero corpore & sanguine Christi in os ægroti mittunt, contra verbi dei autoritatem, contra catholicæ ecclesiæ ritum, contra scripturæ veritatem, contraq́ omnium patrum catholicorum dogma.

Est igitur vana, planeq́ temeraria omnis ista eorum nouę potestatis vsurpatio, quam quum a nemine habent, nemini dare possunt, quum nec ipsos aliquis catholicorum episcoporum consecrauit. Quo proinde pacto vere consecrarent, qui sacros ordines a nullo habent episcopo, neq́ fidẽ neq́ intentionem ecclesiæ retinent, dum verba consecrationis super panem & vinum proferunt? Insuper ex vero Iesu Christi Euangelio constat, apostolos non sibi ipsis vsurpasse sacerdotij & apostolatus munia, sed vocatos ad hoc missosq́ fuisse a dño ipso, qui ipsis præ cęteris fidelibus suis sacerdotij potestatem contulit, in vltima sua cœna dicens: Hoc facite in meam commemorationẽ. Vnde profecto sole clarius elucescit, nequaquam esse vel apostatarum, vel promiscuæ multitudinis, sacerdotes ex laica turba seligere, quadamq́ vana manus impositione constituere & ordinare, quemadmodum inter alios SS. Dionysius, Ignatius, Clemens, Anacletus, Cyprianus, scripturis & rationibus constanter obfirmant, contestanturq́. Prorsus igitur friuolæ sunt & inanes apostatarum & hæreticorum ordinationes, a quibus veri sacerdotes nec ordinari nec constitui possunt: cum quia ordinationes eiusmodi extra ecclesiam, vbi spiritus sanctus haud est, fieri solent: tum quia non ab episcopis legitime ordinatis, sed vel ab apostatis monachorum, vel a presbyteris excommunicatis, vel ab hæreticis fieri consueuerint: insuper, quia nec ordinantur legitime, debito videlicet modo & forma, quibus ecclesia ex apostolorũ apostolicorumq́ virorum institutione semper vsa est, atq́ nunc vtitur in episcoporum, presbyterorũ, & reliquorum clericorũ ordinatione. Siquidẽ apostatę isti in superbum catholicæ ecclesiæ contemptum, quãdo ordinant, tam chrisma q̃ oleum sacrum obmittunt: nec eis, quibus episcopi veri, verbis, sed alijs vtuntur. Ad istorum ergo modum ordinati, sacerdotes veri non sunt, sed ficticij, qui nec sacris legitime operari queunt: proinde nusquam ad sacrum altare admittendi, prout seorsum paulo post in alio syntagmate fusius, deo propicio, sum disputaturus.

Matt.10
Mar.vi.
Mat.26
Marc.14
Luc.22

DE MATRIMONIO, SEXTO CATHOLICAE ECCLESIAE SACRAMENTO.

PRAEFATIO.

IAm quidem deinde locus exigit, vt dicamus de sacramento matrimonij, quod vel ideo sacramentum voluntatis dici solet, nõ autem necessitatis, quia sit vsqueadeo in hominis arbitrio positum, ducere vxorem vel non ducere, viroq; nubere vel non nubere, vt sine ipso quispiam saluari queat, quum præstet eo lõge virginitas, cœlibatus & continentia, sicut in lib. Centuriarum nostrarum docuimus. Quia vero de hoc ipso sacramento non parum multa, quæ possent ad hunc pertinere locũ, diximus, quando in libro de catholicis in ecclesia cæremonijs, declarauimus cæremonias in nuptijs & in coniugij celebritate seruari solitas: in præsentia de tractatu eiusdem sacramenti paucis, & ita quidem sumus acturi, vt in primis pleriq; omnes parochi, cõcionatores, & id genus alij, quorum est ex officio docere alios, aperto sciant, se eos quos legitime copulãt coniuges, debere de matrimonij institutione, de sacramenti sanctitate & efficacia, deq; sacramẽti mysterio & officio coniugali, deniq; de matrimonij molestijs, tanquam originalis peccati reliquijs, æquo animo tolerãdis, & de cæteris quæ huc attinẽt, commonefacere, vt sciant quid apprehenderint, & qua ratione in ea vocatione viuere debeant. Quæ sane vel singula, deo duce, sic acturi sumus, vt interim satis aperto falsitatis, hæreseos, & impij mendacij conuincamus, plerosq; omnes hæreticos & schismaticos, qui iam olim tam sancto matrimonij sacramento plus q̃ scurriliter illuserunt, vtpote quorum partim, quales fuerunt Tacianus, Marcion, Heracleon, Valentinus, Manichæus, Adamiani, dixerunt, nuptias esse illicitas, omnesq; illos peccare, qui nuptiarum fœdera inter se iungunt: partim, quales fuerunt Cataphryges & Nouatiani, &c. primas admittunt nuptias, damnant vero secundas: partim, quales fuerunt Armeni, & nostræ quoq; tempestatis impudentissimi hæretici, negarunt aliquod in nuptijs esse sacramentum: partim, quales fuerunt Cataphryges, Græci & Armeni, & nostra tempestate perfrictæ frontis aliquot hæretici: adseruerunt, nuptiarũ fœdus & vinculum posse pro coniugum arbitrio dissolui: partim, quales fuerũt Iouiniani, Heluidiani, Basilides, & nostræ etiamnum tempestatis aliquot hæretici, docuerunt, virginitatẽ apud deum non esse, q̃ coniugium, meriti maioris, sed nuptias esse omnino virginitati pares. Sed eos plerosq; omnes & impudenter & impie docuisse, non obscure videbit optimus quisq;, qui recto iudicio, quæ subinde sequuntur, considerauerit. Vt autem omnia dilucidius & facilius accipiantur, exordium sumemus ab ipsa matrimonij definitione, siue descriptione potius.

QVID SIT MATRIMONIVM. Cap. LXXXII.

PRincipio proinde sciendum ducimus, Matrimoninm a LL. doctoribus post Imp. Iustinianum, definiri legitimam viri & mulieris coniunctionẽ,

M indi-

Indiuiduam consuetudinem vitæ retinentem, diuini & humani iuris communicationem. Quæ quidem matrimonij descriptio, quum fuerit ab ipsis ethnicis quoq; recepta, nec Iudæis olim contraria, facile subindicat, & ipsas etiam gentes, quondam idololatras, lege quadam naturæ mēti diuinitus insita, percepisse, matrimonium rem quandam sanctam esse, ac maiorem, q̄ vt humanum inuentum sit æstimandum. Ipsæ quidem ex ratione, quæ semper ad optima quæq;, duce bono spiritu, tendit, intellexerunt, vagos concubitus contra naturam esse: stupra, adulteriaq; esse inhonesta, proptereaq; punienda: vicissim vero castitatem, moderationem, & verecundiam in voluptatibus corporis, hominis naturæ maxime conuenire. Atq; ideo videmus, q, etsi gentes propriā matrimonij sanctitatē ac bona nō viderint, quædam tñ ex matrimonij finibus ac bonis vtcunque viderunt, ac cum populo dei cōmunia habuerunt, eis a lege illa naturæ indicata: quæ & legibus tutati sunt, & abutentes, grauissimis pœnis, de adulterijs & stupris, & id genus reliquis vitijs, editis coercebant. Nec latuit eos, vti dixi, protrita illa matrimonij descriptio: qua matrimonium describitur esse legitima maris & fœminæ coniunctio, & consortium omnis vitæ, diuini & humani iuris communicatio, indiuiduam vitæ consuetudinem retinens. Quia vero, sicut Apostolus scribit, non probauerūt deum habere in notitia, q non agnoscerent dona dei, sed sibi omnia tribuerent, ex re sacra rem fecerūt prophanā: adeo, vt matrimonium iam nō ex dei, sed a moribus ac legibus cuiusq; populi totū penderet: eoq; talia erant apud alios legitima coniugia, qualia haberentur alibi perabsurda.

Roma. 1.

Iam vero, sicut nullus inficiari facile potest, apud gentes fuisse matrimonia, tamen nemo non videt, matrimonium apud eos proprie sacramentum non fuisse, vel saltem non habuisse sacramenti sanctitatem. Quæ enim, quæso, possit eius esse matrimonij sanctitas, quod licuit marito, nulla etiam legitima causa, rescindere? veluti de Catone Romano memoriæ proditū est, qui vxorem nō ob sterilitatem, quæ tamen aliquam apud dei ignaros rationem habere poterat, sed alterius etiam domum liberis impleturam, repudiasse traditur, ac alij ducendam tradidisse.

Apud ipsos vero Iudæos maior erat coniugij sanctitas. Quia enim ipsi repromissionem venturi seminis ex Abraham & Dauide, in quo gentes omnes essent benedicendæ, acceperant, qui religiosiores inter eos erant, propagandi potissimum causa nuptias copulabant, non vtique victi libidine, sed ducti pietate, non vt vxores in morbo desiderij, sicut gentes quæ ignorant deum, sed magis in generandi opere socias haberent. Atque proinde gentes nuptias externæ duntaxat honestatis causa, qua & fœdæ libidinis indecorum celarent, & liberos ordinato, non vago, concubitu procrearent, cōtraxerunt: Iudæi autem nō modo honestatis, sed & pietatis causa. Nam cum scirent, in semine Abrahæ benedicendas omnes gentes, nō solū officij, sed & pietatis erat, carnaliter filios ꝓpagare: religionis erat, sobolē propter Christū quærere, nēpe ad genus eius secūdum carnē ab oībus alijs gentibus (deo sic volente) discernendum, p̄sertim q hoc ipsum ad prophetandum Christum q̄ maxi-

Gene. 17
Psal. 131

maxime conduceret;q̃ prænunciabatur,ex quo etiam genere,& ex qua quidem gente venturus esset. Vnde sanctitatis fuit,ob populum dei propagandum nuptijs vti,q̃ per hunc populum & prophetaretur,& nasceretur princeps & saluator omnium populorum. Sin autem quispiam dicat:Si patribus veteris legis ratio primæ institutionis matrimonij non fuit incognita,si pietate suadente ducebant vxores, quomodo factum est,vt & omnium pijssimi, Abraham,Iacob & Dauid,plures ducerent coniuges, quum tamen Adam diuino instinctu dixisset,Et erunt duo in carne vna?Item,qui factum est,vt, permittente Mose,vxores repudiare,atq; alias dimissarum loco ducere possent Hebræi,quum tamen Adam eodem instinctu percitus dixisset, relinquẽdum esse patrem & matrem,& adhærendum vxori,quæ esset os ex ossibus, & caro de carne viri,atq; adeo cum viro vna caro?Ad hoc responsurus sum paulopost, vbi definitionis matrimonij partes declarauero,nonnihil de polygamia repetiturus. Gene.2

CVR ET QVOMODO MATRIMONIVM legitima sit coniunctio. Cap. LXXXIII.

LEgitimam,dicit definitio,nimirum ne fiat coniunctio contra leges.i.in ijs quæ impediunt matrimonium,quæ hoc metro comprehenduntur:

Error, conditio, votum, cognatio, crimen,
Cultus disparitas,vis,ordo,ligamen, honestas,
Si sis affinis,si forte coire nequibis,
Hæc, facienda vetant connubia,facta retractant.

Eiusmodi vero in matrimonio faciendo esse seruanda,haud obscure ostenditur ex eo,quod dicit Laban:Non est in loco nostro consuetudinis,vt minores ante tradamus ad nuptias. Si tantum valuit consuetudo in re citra discrimen,quanto magis valebit in eo ab ecclesia constituto,quod multum habet discriminis?sed de hoc alias. Gene.29

CVR SOLA VIRI ET MVLIERIS CONiunctio,sit matrimonium. Cap. LXXXIIII.

DIcitur,viri & mulieris &c.ad ostendendum,omnem aliam copulationẽ in vna vel diuersa specie esse detestandã,veluti ex scriptura constat. Vnde & leges aliter se copulantes,vltimo supplicio mulctandos iubent. Deinde quoq; dicitur,viri & mulieris &c. Sane quoniam nunquã neq; iure naturali,neq; humano licuit fœminæ,vt haberet plures viros,nec deus vnquam dispensauit,nec vlli viro licuit habere plures vxores,nisi dei dispẽsatione,quæ ratione non caruit:siquidem vxores habuit Abraham duas, Iacob quatuor, Dauid plures,etsi concubinæ(quod in dubium vocari possit)vocentur, vt eo pacto diuinus cultus,qui solum in ijs patribus eorumq; familia conseruabatur,cæteris ad idololatriam declinantibus,dilataretur:tum ad designandum ecclesiæ mysteria,quibus constaret,Christum sibi ecclesiam desponsaturum, nõ solum vnã vnitate fidei & dilectionis,sed plures respectu diuersitatis lo- Le.18.20 Roma.1. Gene.2 Gala.4 Gene.30

corum & rituum: quandoquidem tam Iudæi q̃ Gentiles ad fidem sunt vocati & conuersi, Paulo teste, & nunc quoq; alios habet ritus ecclesia orientalis q̃ occidentalis. Quia vero, & maxime in noua lege cessarunt eæ rationes, cessauit & permissio. Et quidẽ iure euangelij, quo ait Christus: Propter hoc relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit vxori suæ, & erunt duo in carne vna: nõ dixit, tres vel plures, sed duo: nec dixit, vxoribus: sed, vxori. Præterea, si quis dimiserit vxorem suã ob fornicationẽ, & aliam duxerit, mœchatur: nec aliã ducere potest, fortius ipsa retenta. Sic & hũmano iure infames sunt, & mulctãdi, iure plerunq; municipali, vltimo supplicio, q sic duxerint, q̃d in facto vidimus. Vnde liquet, q̃ male egerint apostatæ bigami, & q̃ pœna istos iure maneat. Habere aũt plures vxores diuerso tempore, semper licuit, mortua priore, & ediuerso. Vnde Apostolus: Mortuo viro, cui vult nubat, tantũ in domino. Sic Abraham decrepitus, Sara mortua, duxit Cethuram. Et secundæ quoq; & tertiæ, & aliquotæ plures nuptiæ, diuersis temporibus nullo iure prohibent, quum & Anna virginis Mariæ mater, succidaneo tẽpore tres habuerit viros. Sic iunior Tobias duxit, angelo suadente, Saram filiam viri Raguelis de tribu Iuda, quæ prius septem viros habuerat. Hinc & Christus nõ repræhendit eam, quæ septem viros successorio tẽpore habuerat, sed corripit Iudæos, interrogantes, cuius hæc ipsa mulier ex septem viris esset post resurrectionem carnis, quandoquidem omnes eandem habere nequirent.

Roma. 5 / Ephe. 2 / Matt. 19 / Matth. 5 / L. ea quæ de dona. ãn nup. / 1. Cor. 7 / Gene. 25 / Tob. 6 / Mat. 22 / Mar. 12

QVID APPELLATIONE CONIVNctionis veniat. Cap. LXXXV.

Dicitur in definitione, coniunctionem, nempe consensuum per verba expressorũ, etiam sine copula corporum, quæ addit, perinde atq; ad significationem perfectionis. Sic in scriptura dñs ait Mosi: Si quis sponsam alterius in agro oppresserit, morte moriat, quia vxorẽ alterius violauit. Hinc Euãgelista recte vocat Mariam, vtcunq; duntaxat sponsam, Iosephi coniugem: siquidem illi fideli coniugio ambo parentes Christi potuerunt dici & esse, nõ solum illa mater, verumetiã ille pater eius, sicut & coniunx matris eius, vterq; mente, nõ carne, quũ nuptialis concubitus ibidem nõ fuerit, quia in carne peccati fieri nõ possit sine pudenda concupiscentia carnis, quæ accidit ex peccato, sine quo iure concipi voluit, qui futurus erat sine peccato. Vnde legibus quoq; Imp. cauetur, vt sponsa lugeat mortem sponsi tanquam viri sui. Quare etiam quis sponsam fratris sui ducere prohibetur, quoniam sponsa sit consensu animi vera vxor.

Leuit. 1 / Matt. 1 / L. 2. C. de sec. nup. / 27. q. 2. C. Si quis.

QVID INDIVIDVA SIT VITAE CONsuetudo in matrimonio. Cap. LXXXVI.

Dicitur, indiuiduam vitæ cõsuetudinẽ &c. q coniugati sola morte diuidi possunt & separari. Mortuo ẽm (inquit Paulus) viro, mulier a lege viri est soluta. Alioqui vir & vxor, si semel coniugali sibi affectu adhæserint, vlterius ab inuicem discedere non valent. Vnde Apostolus: His autem qui matrimonio iuncti sunt, pcipio non ego, sed dominus, vxorem a viro nõ discedere:

1. Cor. 7

dere:nec possunt inuicem fraudari mutuo debito,nisi cū cōsensu ad tempus, vt vacent orationi. Dñs em̄ iam antea dixerat: Non legistis,quia qui fecit hominē ab initio,masculum & fœminā fecit eos? Propter quod & dimittet homo patrē & matrē,& adhærebit vxori suæ,& erunt duo in carne vna. Itaq; iam nō sunt duo,sed vna caro. Quod ergo deus coniunxit,homo nō separet. Quasi diceret:vxorem dimittens aut separās,peccat cōtra naturam,quia vna caro diuidit:& contra legē,qm̄ deo copulante & iubente nō diuidi,vxor dimittit. Accedit q̄ neutra psonarū hoc possit,quū suæ nō sit potestatis,dicēte Apostolo: Mulier sui corporis potestatem non habet,sed vir. Similiter autē & vir sui corporis potestatem non habet,sed mulier. Dicunt vir & vxor vnū tam propter coniunctionem,q̄ propter originem fœminæ, quæ de masculi latere creata est:tum etiam ob carnalem, & licitam tamen dilectionem,qua se mutuo diligunt,quemadmodum qui se spiritualiter diligunt,vna anima dicuntur. Vnde alias: Omnium credentium erat cor vnum & anima vna. Habebunt ergo coniugati indiuiduam vitæ consuetudinem, id est,se non separent. Qui enim (inquit Christus) dimiserit vxorem suam, nisi ob fornicationem,& aliam duxerit,mœchatur:& qui dimissam duxerit, mœchatur. Nec licet dare libellum repudij,eodem teste: quoniam ab initio non sic fuit,quod Moses quondam ob duritiam cordis Iudæorum permisit Iudæis,ne videlicet in suas coniuges,propter desideria ad alias,homicidia perpetrarēt. Quod autem permittimus,nolentes indulgemus, quia malam voluntatem hominum ad plenum prohibere non possumus. Permisit ergo Moses coactus, Iudæis facere mala,ne facerent peiora,in quo non dei iustitiam ipsis demonstrauit,sed a peccato abstulit culpam peccandi,vt quasi secundum legem agentibus istis,peccatum ipsorum non videretur esse peccatum. Ex quibus modo licebit colligere,q̄ impie hactenus nōnulli apostatæ egerint & docuerint,q dimissis vxoribus,alias superinduxerunt. Iure tamen & lege ipsa censente,aliquoties separantur coniuges ex certis & arduis causis quoad thorum,qui tamen altero viuente contrahere nequeunt,siquidem ex primo coniugali consensu semper sunt coniuncti. De quo latissime alias docuimus.

Matt.19

Acto.5

Mat.5.19

Deut.24

Matt.19

L.nullū ff. de diuorc. L.cōsensu C.eodem. L.exigere ff.de iudic.

QVOMODO COMMVNICATIO IVRIS HVmani & diuini sit in matrimonio. Cap. LXXXVII.

DIcitur quoq; in definitione,cōmunicationem iuris humani & diuini &c. humani ideo,quia mulier efficitur eius fori,cuius est vir, Cæsareis legibus ita cauentibus. Diuini ideo,quoniā contrahere debēt,qui eiusdē sunt religionis. Nō em̄ debet virgo nubere hæretico,queadmodū cauet tam Pont. q̄ Imp. legibus. Sane Conciliū Agathense ait: Nō oportet cū hoībus hæreticis miscere cōnubia,vel eis filios & filias dare,sed potius accipere,si tñ se profitentur Christianos futuros & catholicos. Et hoc potest videri ecclesia instituisse,ne infidelis fidelē ad hæresim perniciosam trahere possit:& recte quidē admonita sacris literis. In quibus in veteri testa. dñs inhibet ne contrahātur connubia cū alienigenis mulieribus,nimirū ne per eas filij Israel traherent ad

28.q.1.C. Nō opter. L.ne quis L.Nemo c.de iudęis

Deute.7 idololatriam. Necp (inquit dominus) sociabis cum eis coniugia. Filiam tuam non dabis filio eius, nec filiam illius gẽtis accipies filio tuo, quia seducet filiũ 1.Esd.10 tuum, ne sequat̃ me, vt magis seruiat dijs alienis. Sic Esdras vir sanctus, iussit 2.Esdr.9 abijci vxores alienigenas cũ filijs Israel fidelibus iunctas. Qui ait: Vos inique fecistis, collocando vobis in matrimonium vxores alienigenas, vt adderetis ad peccata Israel. Et nunc date confessionem & magnificẽtiam domino deo patrum nostrorum, & perficite voluntatem ipsius, & discedite a gentibus terræ & ab vxoribus alienigenis. Hinc Booz Israeliticus nequaq̃ duxisset Ruth Ruth.4 Moabitidem vxorem, nisi relicta gentilitate, ad cultũ vnius dei cõuersam.

RESPONSIO CONTRA HAERETICOS, falso afferentes, connubio posse coniungi religione impares. Cap. LXXXVIII.

1.Cor.7 NEc interim obstabit, quod Apostolus videatur concessisse, vt fidelis cũ infideli cohabitet in coniugio, data infideli licentia, si is voluerit, discedendi, ne tamen fidelis sequat̃ infidelẽ. Quia respondeo, ex Pauli verbis euidenter colligi, hoc ipsum cõcessisse & intellexisse de tẽpore nascẽtis ecclesiæ, quãdo tam de Iudæis q̃ de gẽtibus multi cõuertebant̃ ad fidẽ Christi: qñ, inquã, & spes erat, vt per fidelẽ personã infidelis ad fidẽ conuerteret̃ verãq; reli- Gene.8 gionẽ, & maxime de gentilibus, obstinatis paulo post Iudæis: Non aũt ipsum Mat.8 cõcessisse alio, vel hoc in primis, tẽpore, quo videmus tã Iudæos q̃ Gentiles, Gene.8 cõtra fidẽ Christi obstinatos esse: verisimiliusq; haberi ex supradictis, (quia Matt.10 ad malũ oẽs proniores sunt, & paucissimi sint q velint crucẽ accipere, & Chri Matt.16 Lu.9.14 stũ per angustã viam & portã sequi) fidelẽ peruerti per infidelẽ. Vnde catho- Mat.7 lica ecclesia optime permota, cauit, ne impares religione, mutuo cõtraherent, & maxime Christiani cũ hæreticis, de q̃bus semel & iterum admonitis, nulla est reuertẽdi spes: imo q obstinatissimi suis phaleratis suasionibus, voluptuosisq; dogmatibus citius peruertũt & seducũt, a q̃bus vt caueant Christiani, Tit.3 tanq̃ a leprosis anhelitu inficiẽtibus, singulariter hortat̃ Apostolus: Hæreticũ, inquiens, hominẽ post vnã & alterã correptionẽ deuita, sciens q̃a subuer- 2.Tim.3 2.Tim.2 sus est, proprioq; iudicio cõdemnatus. Et alio in loco: Mali aũt hoies, scilicet hæretici & seductores, proficiunt in peius, errãtes, & in errorẽ mittẽtes, quorũ sermo vt cancer serpit. Ex q̃bus satis claret, q̃ dehortatus sit Paulus a coniugio hæreticorũ, quũ ab ijs voluerit cauendũ oĩbus Christianis, longe magis ab eorũ coniugio, in quo facile peruertũt hęretici. Adde, Apostolũ de cohabitatione infideliũ, magis dicere de indulgentia & permissione, q̃ p̃cepto, quũ ait: Nã cæteris dico ego, nõ dñs. Imo & illũ voluisse, neminẽ in cõiugio sequi hominẽ hæreticũ discedentẽ, nisi q per reuelationẽ a deo sciret, se posse hæreticũ vel infidelẽ cõuertere ad verã religionẽ. Id q̃d pene (imo prorsus in hæretico) impossibile putat futurũ, inquiens: Vnde enĩ scis mulier, si virũ saluũ facies? Aut vnde scis vir, si mulierẽ saluã facies? Nisi vnicuiq; sicut diuisit deus. Reliqua suo q̃q; tpe & loco dabimus. Quæ hacten⁹ dicta sunt, arbitramur sufficere pro expositiõe matrimonij, de cui⁹ nũc institutiõe dicturi sum⁹.

CVR

CVR ET VBI MATRIMONIVM sit institutum. Cap. LXXXIX.

ET scias deũ maximũ instituisse matrimoniũ, & quidẽ primo ante peccatũ in paradiso, & quidẽ in obsequiũ humani generis propagandi, vt ipsum vsq; ad finẽ mũdi generatiõe ipsa duraret, qñ scilicet mulierẽ in adiutoriũ viri, scilicet ad speciẽ humanã multiplicandã, de costa ipsius dormientis formauit deus, & dixit eis, Crescite & multiplicamini: Adã vero dicẽte, Hoc nũc os ex ossibus meis. Quæ quidem verba protulit a deo inspiratus, vt intelligeret matrimonium a deo institutũ. Et tunc sane matrimoniũ duntaxat erat in officium, scilicet procreandi. Nulla eñ cõcupiscẽtia vrgebant: nec tñ Adam cognouit Euam, nisi eiectus de paradiso in terrã istã habitabilẽ, quę propter benedictionẽ dei, scilicet Crescite, &c. repleta est. Quia aũt propter multiplicatam hoĩm iniquitatẽ, deus totum genus humanũ, dempto Noe cum familia ipsius, diluuio delesset, hocq; cessante, paucitas esset hoĩm: tum secundo deus max. sua motus misericordia, post peccatum extra paradisum instituit matrimonium, tam in officium multiplicandi humani generis, inquiens benedicẽdo ad Noen & eius familiã: Crescite & multiplicamini, & replete terrã, &c. q̃d vtiq; factũ est: Nam ex filijs Sem impleta est Asia, ex filijs Iaphet Europa, & ex filijs Cham Aphrica: tã, inquã, in officiũ naturę, q̃ in remedium vulneris peccati contra concupiscentiam, scribente Paulo: Propter fornicationem, scilicet vitandam, vnusquisq; suam habeat vxorem. Quo nimirum dicto Apostolus ostendit, quamcunq; libidinem, quocunq; modo factam, esse contra deum, & sic peccatum mortale: in quod ne quis luxuriando cadat, vult potius contrahendum esse matrimonium. Et hæc de institutione matrimonij, q̃d ipse Christus dñs, omnium Christianorũ autor, vnde omnia sacramenta suã recipiunt virtutẽ, non modo confirmauit in nouo testamento, sed & sacramẽtum ecclesiæ effecit, inquiens: Qui fecit hominem ab initio, masculũ & fœminam fecit eos, & dixit: Propter hoc dimittet homo patrem & matrem, & adhærebit vxori suæ, & erunt duo in carne vna. Itaq; iam nõ sunt duo, sed vna caro. Quos ergo deus coniunxit, homo non separet.

Gene. 2 | Gene. 4 | Gene. 7 | Gene. 9 | Ibidem | 1. Cor. 7 | Matth. 19 | Marc. 10 | Gene. 2 | Ephe. 5

QVID SIT SACRAMENTVM ecclesiæ, Cap. XC.

AN vero sacramentum sit, & quidẽ ecclesiæ Christianæ, videbimus, vbi prius intellexerimus, quid sit sacramẽtũ ecclesiæ. Est aũt ipsum sacræ rei signũ, virtute interim diuina gratiã elargiens, nempe in quo sub tegumento visibilium rerum virtus diuina secretius salutem operatur, efficiens quod figurat. Baptismus eñ, qui fit immersione aquę, a peccatis lotionem signat, gratiam concupiscentiæ carnalis diminuendæ, luminisq; fidei habẽdi præbens: quemadmodum suo tempore, deo volente, dicemus: nihil moraturi, quin erroris conuincamus schismaticos, nescio q̃ portentosa eructãtes de baptismo, sicut & de matrimonio. Id quod q̃ falso in ordinẽ a sacramẽtis ecclesiæ redegeriut, patet ex definitionis, ab ecclesiæ receptæ, dilucidatione.

MATRIMONIVM ESSE VERVM ECCLEsiæ sacramentum. Cap. XCI.

MAtrimonium esse ecclesiæ sacramentũ, Primo liquet autoritate omniũ doctorũ orthodoxorũ, tam vita q̃ doctrina illustriũ, qbus citra scripturæ autoritatẽ nemo sapiens reluctat̃. Secũdo, autoritate ecclesiæ catholicæ, q̃ ipsum inter ecclesiæ sacramẽta recenset, cui proculdubio credendũ est, quũ teste Apostolo, veritatis sit columna & firmamentum. Cuius autoritati innixa est oĩs euangelica veritas, imo totius sacræ scripturæ firmitas: huic igit̃ tuto cõtra hæreticos standũ censemus. Esse vero matrimoniũ simpliciter sacramẽtum, cõstat, quia ipm est sanctissimæ rei signũ, scilicet cõiunctionis Chr̃i sponsi cũ sponsa ecclesia. Vnde Ap̃lus loquẽs de matrimonio, ait: Sacramẽtũ hoc magnũ est. Ego aũt dico in Chr̃o & in ecclesia. Nec audiendus est hæresiarcha, q dicit, p hoc q̃d Paulus subiungit, in Chr̃o & ecclesia, ipm excludere a matrimonio sacramẽti cognomẽ. Nã alioqui si quis diceret, Baptismũ sacramentũ magnũ esse in expiatiõe a pc̃tõ originali, tolleret a baptismo sacramẽti rationẽ. Siquidẽ Ap̃lus dixit, Ego aũt dico in Chr̃o & in ecclesia, vt rationẽ aperiat magni. Q. d. Cõiunctio viri & fœminæ, sacramentũ est magnũ, q̃a in Chr̃o & in ecclesia q̃d magni figurat. Cõsequit̃ ꝓpterea, si cõiugiũ, magnũ est sacramentũ in Chr̃o & in ecclesia, igit̃ cõnubiũ est sacramẽtũ. Sane pronomen illud, demõstrat cõiunctionẽ viri & mulieris, de qua iamiam Paulus dixerat. Est itaq; clarissima Apostoli sentẽtia, Coniunctio siue adhæsio viri & vxoris in carne vna, quã appellamus matrimoniũ, est sacramẽtum magnũ in hoc, q̃d est signũ cõiunctiõis Chr̃i & ecclesiæ. Esse aũt inter Christũ & ecclesiã cõiunctionẽ eã, q̃ perinde est inter spõsum & spõsam, Chr̃s ipse subindicat, dicẽs: Qui habet spõsam, spõsus est, de seipso loquẽs. Et rursus: Nunq̃d possunt filij spõsi lugere, q̃diu cũ illis est spõsus? Ipse Chr̃us se spõsum intelligẽs, filios sponsi, suos discipulos, adeoq; oẽs Christianos, q congregati in ecclesiã sunt, intelligẽdos innuit. Est aũt ecclesia Chr̃i spõsa, ex oĩbus gẽtibus cõgregata, q̃ illi integritate mẽtis, pfectione charitatis, vnitate catholicæ fidei, concordia pacis copulata est: hãc sibi spõsam ille in thalamo vteri virginalis sibi sociauit, & p̃cio sui sanguinis redemit ac mũdauit. Hinc ꝓpheta: Tanq̃ sponsus ꝓcedẽs de thalamo suo. eandẽq; sibi p fidẽ cõsummauit, apud aliũ ꝓphetã inquiẽs: Despõsabo te mihi in fide. Vnde Apoca. habet: Vidi sanctã ciuitatẽ, Hierusalẽ nouã, descẽdentẽ de cœlo, a deo paratã, sicut spõsam ornatã viro suo. Et audiui vocẽ magnã, de throno dicentẽ: Ecce tabernaculũ dei cum hoĩbus, & habitabit cũ eis. Quo certe ĩ loco de nuptijs spõsæ & agni frequẽs fit mẽtio. Et Chr̃s pariter in euãgelio passim nuptiarũ meminit. Et Ap̃lus ait: Aemulor eñ vos dei æmulatiõe. Despõdi eñ vos vni viro virginẽ castã exhibere Chr̃o. Ex qbus hucusq; memoratis (trãseo reliqua q̃ adduci possent) colligimus, q̃ pie & vere Apostolus cõtra impios matrimonij detractores scripserit, ipm coniugiũ non mõ sacramentũ esse magnũ ostendẽs, q magnã & occultã rem & sanctã rep̃sentet, scilicet Christi & ecclesiæ p fidẽ copulationẽ, sed & eam præ se ferat cõiunctionẽ ineffabilẽ, qua Christus in vtero virginis,

1.Tim.3 | Ephe.5 | Ioh.3 | Mat.9 | Marc.2 | Ephe.5 | Psal.18 | Osee.2 | Apo.21. | 2.Cor.11

ginis, cooperatore ſpiritu ſancto, verbum caro factum eſt, ſecꝫ humanæ natu- Iohan. 1.
ræ per adſumptionem humanitatis coniunxit, deus homo factus, & ſic homo deus, idemqꝫ Chriſtus deus: imo & eã figurat ſanctã coniunctionem, qua ſibi Chriſtus deus animã vniuſcuiuſqꝫ iuſti per ſpũalem grãæ influxũ coniunxit.

QVID INTERSIT INTER SACRAMENTUM & myſterium. Cap. XCII.

NEc homo idiota magnificat, ꝙ quidã in eo loco Apoſtoli, nõ ſacramentum, ſed myſteriũ verterunt: quãdoquidẽ idem eſt vtrunqꝫ, quãuis hoc Græcũ, illud Latinũ: ſignificat eñ vtrunqꝫ rem aliquã ſacrã, adeoqꝫ occultã. Hinc rem nõ ſine ſacramẽto vel myſterio fieri dicimus, q̃ ex occulta quadã ſacrorũ ratione proficiſcit̃. Hinc nõ ſine myſterio apud Chriſtianos vir & vxor indiuidualiter coniungunt̃, quoniã in ea coniunctione triplex illa ſupradicta coniunctio diuina figuret̃. Et ſic profecto nullũ eſt eccleſiæ ſacramentũ, quod nõ idem ſit & myſterium ſiue arcanum, vtpote quod ſub ſenſibili ſigno abditam contineat gratiam & inuiſibilem, eandemqꝫ operet̃ ſecreto: quanuis ob rudiores, qui plerunqꝫ literæ plurimum inhærent, cenſuerim tutius, eundem fuiſſe locum vertendum latina dictione, ſacramentũ, perinde atqꝫ apud oĩes trita, adeoqꝫ recepta: vt quoties audit̃ matrimonium eſſe ſacramẽtum, toties ipſum intelligat̃ eccleſiæ ſacramentum eſſe, q̃d ſecretam & reconditam habeat diſpenſationem, id eſt, quod (vt alia eccleſiæ ſacramenta) virtutem & gratiam a deo diſpenſatã & collatã conferat. Id q̃d a ſimplicioribus nõ ilico intelligit̃ in dictiõe myſterio, vtpote ab eccleſia in hac re minus vſitato. Cuius ſane cauſa, diuus Hieronymus Græcæ linguæ doctiſſimus, maluit fortaſſis ſacramentum, q̃ myſterium, quod Græcum eſt, vertere & legere, ne imbecilles redderet dubios in eo quod certum ſit, ſcilicet matrimonium ſacramentum non p̃ſtare gratiam, quemadmodum perperam contendunt ſchiſmatici, qui poſtquam erroris ſunt teſtimonio ſcripturæ conuicti, quando dixerunt, coniugium nõ eſſe ſacramentũ, e veſtigio, vt ſunt, vt ventus, inſtabiles, adfirmare idipſum coniugiũ eſſe coacti, negant ipſum nõ eſſe ſacramentũ, in quo hoc ipſum ſuſcipientibus aliqua conferat̃ gratia, nec nuptias in hoc a deo inſtitutas, vt eſſent ꝓpriæ gratiæ ſignum. Contra quos etſi alio in loco pluribus nõ contemnendis, vt quidã affirmant, diſputauimus: hic tamen nõ grauabimur aliqua in medium afferre, quibus minus adulti facile ad credendum induci poterunt, in ſacramento matrimonij gratiam conferri.

PROBATVR RATIONIBVS, CONFERRI gratiam in ſacramento matrimonij. Cap. XCIII.

PRimo, ꝙ eccleſia catholica quondam Concilio Florentino, ſedente Eugenio quarto, repræſentata, finierit, matrimonij ſacramentum comitari gratiam neceſſario, obice remoto, quæ illud in ſacramentorum numero recenſet nouæ legis, quorum ſeptem ſunt, Baptiſmus, Confirmatio, Euchariſtia, Pœnitentia, Extrema vnctio, Ordo & Matrimonium. Abſit igitur, vt non ſtandum putemus cum eccleſia veritatis columna. 1. Tim. 3

Secun-

Secundo,nisi hoc esset,sacramenta nouæ legis nihil distarent a sacramentis veteris legis,quæ eadē concilij determinatione teste,gratiam(vt eius vtar verbo)nō causabant,sed eam solum per passionem Christi dandam esse figurabant. Atqui hæc nostra sacramēta & cōtinent gratiam,& ipsum digne suscipientibus cōferunt. Esset aūt absurdum & cōtra scripturā,dicere,nouam legem,scilicet gratiæ,nihil habere discriminis in hoc a veteri lege,in quo oīa futuræ erant veritatis figura,q̄ nunc a veritate per Christū,quasi a sole vmbra, est depulsa,dicēte Apostolo:Hæc aūt omnia in figura contingebant illis. Et alias,Quæ sunt vmbra futurorū.Idem ad Hebræos,Vmbrā ēm habēs lex futurorū bonorū,nō ipsam imaginē rerū. Sic sanctissimi sacramēti eucharistiæ figura fuit immolatio ipsius Isaac,destinata & ꝓposita ab Abrahā patre suo, quæ typū gessit immolationis Iesu Chri in cruce,a deo patre nobis exhibitę. Sic & immolatio agni paschalis,facta a populo Israelitico Aegyptū egressuro,figura fuit oblationis ipsius Christi in cruce,cuius memoria potissimū per hoc recolit̄ mysteriū. Sic & manna de cœlo datū eidem populo quadraginta annis in deserto,figura fuit corporis Christi,veri mannæ,quo perinde viatico refecti,præsentis vitæ cursum transigamus,& terram promissionis denicꝗ subeamus. Sic & sacrificium Melchisedech,Dauide teste,quod fiebat pane & vino,figura fuit veri Melchisedech Iesu Christi,qui & ipso vero pane & vino,nimirum corpore & sanguine suo,sacrificauit, sacrificandumcꝗ instituit per suos apostolos & eorū successores,vt fiat idipsum sacrificium, canēte propheta,in æternum,& ipse Christus ministerio illorum sacerdos esset in æternum secundū ordinem Melchisedech. Sane ea fuere omnia vetera,quæ(Apostolo teste)transierunt,facta in Christo,quę ipsa est veritas,omnia sunt noua, ideocꝗ a veteribus plurimum discreta. Id quod vides maxime intelligēdum de sacramentis nouæ legis,ex quorum est numero matrimonij sacramētum, in quo,vt in alijs,gratia communicatur. Vel

(Col.2; 1.Cor.10; Hebr.10; Gene.22; Exo.18; Exo.16; Iohā.6; Gene.14; Psal.109; Heb.7; Matt.26; Marc.14; Luc.22; 1.Cor.11; 2.Cor.5; Esa.43; Apo.21.)

Tertio,etsi non prorsus de verbo ad verbum,ex scripturis colligi possit, gratiam in coniugio virtute diuina conferri, aduersus tergiuersatores & calumniatores,colligi tñ potest ex intellectu vero scripturarū. Siquidē constat, fornicationē omnē vel quālibet simplicē,ex lege diuina esse peccatū,dicente scriptura:Nō erit meretrix de filiabus Israel,necꝗ scortator de filijs Israel. Et Tobias:Attende tibi,inquit,a fornicatione. Et Paulus:Fugite fornicationē.

(Deut.23; Tob.3; 1.Cor.6.)

Certe magna confertur gratia in sacramento matrimonij coniugatis,cp huius virtute fornicatio prius ad mortem,modo coniugatis sit in remedium licita. Hoc autem ita esse arguit Paulus:Propter fornicationē aūt, inquiens, vnusquiscꝗ suā vxorem habeat,& vnaquæcꝗ suū virum habeat. Deinde neminem latet,hominē corpore simul & spiritu cōstare:hinc deum,quum dixit benedicendo,Crescite & multiplicamini,homini etiā infudisse gratiam spiritalem,vt crescerent & multiplicarentur virtutibus & operibus bonis, ita vt per eam quocꝗ gratiā,quæ in matrimonio requirunt̄,facilius coniugati operari possint. Id quod Apostolus notare videtur,quādo dicit,Honorabile cōiugium & thorum immaculatum:siquidē nihil carere macula potest,si gratia careat:

(Gene.2; Heb.13)

careat:igitur si thorus immaculatus est coniugiũ,ipsum gratia comitat̃,quã deus sua benignitate coniugio iungere curat,vt coniuges fidẽ matrimonij & reliqua eius bona seruare facilius valeant:q̃d certe experiẽtia rerum magistra quotidie docet. Raro eñ vel nunq̃ inter fornicatores fidem(si modo fides inter prophanos amatores vocari queat)videmus tantisper durare,vt in coniugatis,vel quãlibet isti mutuo amore ardeant. Et rursus,quũ iudicio omniũ theologorũ sacramenta nouæ legis efficiant,quod figurant,nõ dubium est, contrahentibus conferri gratiam per hoc sacramentũ,qua ad vnitatem Christi & ecclesiæ attinent,id q̃d eis maxime necessarium est,vt sic carnalibus & terrenis intendant,ut interim a Christo & ecclesia nõ disiungantur,quod minime extra statũ coniugij fieri queat:quandoquidẽ ex Paulo quasi constat, posse coniuges ea quę & dñi & quæ sunt mundi, cogitare. Præterea,quum (eodem teste)sanctificatus sit vir infidelis per mulierẽ fidelem,videri adsolet,coniugium tale propter accedentẽ alterius fidem plus sanctitatis habere, q̃ prius:hocq; fieri per gratiam sacramentalem,quæ ante baptismũ omnium sacramentorũ ianuam,ad infidelem coniugem ingredi haud quiuit. Insuper magna est gratia in hoc sacramẽto,qua sciat vnusquisq; vas suum,id est vxorem,possidere in honore,non in passione desiderij,sicut gentes quæ ignorãt deum. Itemq;,vt vir sit sua vxore contentus,vel quãlibet deformi, eamq; honeste cognoscat. Demũ & hæc nõ censeri potuerit exigua gratia,qua vterq; coniugum sibi ad ea quæ necessaria sunt vitæ,cõmodius prouidere potest, q̃ si vterq; esset priuatus. Id quod videmus in ea domo,quæ vel viro vel muliere caret. Hinc vel propter hoc etiam recte videtur a deo homini protoplasto adiuncta mulier in adiutorium,quando(vt ait scriptura)væ sit homini soli,quoniam cum ceciderit,non habeat subleuantem se.

1.Cor.7

1.Thess.4

Gene.2

Eccẽs.4

Postremum & hoc quoq; gratiam non inepte quis dixerit,q; ex consanguinitate & affinitate vtriusq; coniugum multa subsequantur commoda:siquidem amicitiæ multiplicatio,& charitatis atq; concordiæ in plures homines dilatatio,ex matrimonio subnascitur:sane numerosius se porrigit charitas,quum quis alium habeat patrem,alium socerum. Et vt semel finiamus, quis in eo sacramento facile negabit gratiam conferri,q̃d Christus dominus, vnde omnis omnium sacramentorum virtus emanat,sua suæq; matris præsentia non modo commendauit,sed & prodigioso munere honestauit, haud alias suorum miraculorum initium auspicatus?

Iohan.2

QVANTVM DISCRIMINIS SIT INTER virginitatem & coniugium. Cap. CXIIII.

EX quibus sane vniuersis,quæ & alias de virginitate diximus, nemo non nisi a sensu communi alienus, colligit,ita esse laudandam virginitatem, vt interim coniugio sua sit laus & commendatio, & quod suum est, vnicuique tribuatur: quum vterque tam virginum q̃ coniugatorum status, deo pro loco,tẽpore,personaq; sit æque gratus,& adsit sua vtriq; a deo salus. Modo igitur collatione facta,quia bona sit castitas coniugalis, melior con-

tinẽtia

tinentia vidualis, optima perfectio virginalis: ad probandum omnem gradum electionem, ad discernendumque meritum singulorum, scimus ex immaculato virginis vtero Christum voluisse nasci, a prophetico Annæ viduę ore mox natum benedici, a nuptiarum celebratoribus adhuc iuuenem inuitari, suaque præsentia & matris & discipulorum, coniuges honorare. Cæterum etsi ex aliquibus causis, quas nuper recensuimus, constet, statum coniugalem cæteris esse inferiorem, potest tamē & ille cæteris etiamnum censeri superior: vel ideo, quod tam magnum sit sacramentum, vnde illi coniunguntur, matrimonium, vt cæteris præstet, eo quod cætera in terris, hoc aūt a deo & primū omniū in paradiso sit institutum: cætera ad remedium, hoc ad consortium felicitatis: cætera naturæ collapsæ sunt adhibita, vnum illud conditæ datum est, & quidem ab eo, a quo & vitam accepimus, & redempti sumus: quod & diuina sua præsentia & operatione vel ideo sanctificare dignatus est, vt illi virtutem propriam infunderet, & omnibus venerabile redderet, idemque sanctum. Valeant eapropter, qui idipsum vel tantillum vituperant vel sugillant, quod tam in loco sancto deus, & ad tot bona, vt audiuimus, instituit ac sanctificauit, natura sanciuit, ratio suadet, diuinæ pariter & humanæ literę laudant, omnium gentiū consensus approbat, & quod tot sanctissimi homines amplexati sunt. Id quod nobis Christianis hoc debet magis esse sanctum, quod sacramentum est ecclesiæ, & hoc quidem magnum, ob rem magnam, quam in Christo & ecclesia signat, quemadmodum paulo ante disseruimus. Nec est quod latius illud conemur in præsentia extollere, quod tot excellentissima testimonia extollunt. Vnde etiam non defuere, qui in eius laudem encomia nō contemnenda perscripserunt, sua inibi ingenia, quoniam argumentum copiosum habuerunt, more oratorio non parum exercentes.

Luc. 1. 2 Luc. 2 Iohan. 2

Quod MALE CEDAT ILLIS, QVI MATRImonium suscipiunt indigne. Cap. XCV.

SVperest vt doceamus, qua ratione atque via ad tam sacrosanctum ecclesiæ sacramentum perueniri possit, ne eo ingressis, tanti sacramēti sanctitas magis nocumēto sit futura, quam commodo. Quod fieri solet, quoties peccatores in loco sancto sibi standum putant, quum rite stare nequeant in loco sancto nisi sancti, dicente domino ad Iosue & ad Mosen: Non appropinques huc: solue calceamentum de pedibus tuis: locus enim in quo stas, terra sancta est. Quod enim periculo sit plenum, indigne nuptias amplecti, tamque venerabile sacramentum citra sanctitatem suscipere, non obscure intelligimus in septem maritis Saræ filiæ Raguelis, in Rages ciuitate Medorum, quos omnes dæmoniū, nomine Asmodæus, occidit mox vt ingressi sunt ad sponsam: nimirum, vt historia docet, indigni coniugio tanto. Id quod certe & nunc fieri posse nō dubitamus, quū hoc sacramentū tam sanctæ sit rei signū, vnionis scilicet Christi & ecclesiæ, tamque gratijs plenum, vt fortassis ad eum, qui panem in nuptijs Christianis comedere velit, non absurde dici queat, quod Apostolus de sacratissimo pane corporis Christi olim dixit: Probet autem seipsum homo, & sic

Exo. 3 Iosue 5 Tob. 3 1. Cor. 11

sic de pane illo edat, & de calice bibat. Qui enim manducat & bibit indigne, iudicium sibi manducat & bibit, non dijudicans corpus dñi, s. quod ex Christo vti capite, & ecclesia ceu membris coadunatũ, nuptijs repræsentatur. Certe contracturi debent magnopere cauere, ne perperam nuptias attẽtent, haud dubitantes, plerosq; ex ijs, qui indignos se tanto sacramẽto reddiderunt, infirmari, plerosq; dormire, plerosque nõ capere fructus et bona matrimonij. Debent, inquam, esse non immemores, ex ea indignitate & inter coniuges & prolem pariter, parum aut nihil prorsus feliciter constare: nec debent sine iusta deliberatione ad tantum sacramentum accedere, vnde, nisi morte interueniente, discedere nequeunt.

Matt. 19. 1. Cor. 7.

QVOMODO DIGNE AD SACRAMENTVM Matrimonij sit accedendum. Caput XCVI.

QVamobrem operæprecium censemus, vt paucis pro tempore agamus, q̃ modo sit ad hoc dignissimum sacramentum digne accedẽdum, dignecq; in eo manendum, ipsumq; salutariter ad omnia finiendum. Quo facto, ad veras tandem, easq; cœlestes nuptias peruenire tuto valebit. In primis proin, q digne & ad bene beateq; viuẽdum nuptias habere optat, is liber primum ab ijs, quæ matrimonium ex constitutione Ecclesiæ impediũt, virginem pro virili tandem quærat, qualem nuper descripsimus. Qua inuẽta, sequatur ordinẽ & conditionem euangelij de nuptijs in Chana Galilææ factis.

Primo curet suas nuptias fieri in Chana Galilææ, id est, in zelo domini exercituum: ita eñ interpretatur Chana: id est, curet nuptias habere non libidinosa voluptate carnis, sed desiderio voluntatis Dei, legisq; diuinæ implendæ, positæ ad suscipiendã prolem, ductus, quæ subinde Deum agnoscat, cuius ordinatione suscepta fuit, legemq; & voluntatem eius similiter obseruet & custodiat. Hoc enim (vt Apostolus ait) est in domino nubere, ad cuius gloriam (eódem teste) omnia fieri debent. Hoc est quod angelus Raphael Tobiam monuit & docuit: Accipies, inquiens, virginem cum timore domini, amore filiorum magis q̃ libidine ductus, vt in semine Abrahæ, scilicet Christo, benedictiõem in filijs consequaris. Illi vero (cuiusmodi fuere septem viri, quos Sara prius habuit) qui coniugium ita suscipiunt, vt Deum a se & sua mente excutiant, & suæ libidini ita vacent, sicut equus & mulus, quibus non est intellectus, habet potestatem super eos dæmonium.

Ioh. 2. 1. Co. 10. Tob. 6. Psal. 31.

Secundo, habita tam sancta ad nuptias contrahendas intẽtione, vterq; contrahens in cubiculum suum eat, tribus diebus oret, quemadmodum Sara fecit in sua oratiõe deuotissima, vt Deus eas, quas sit vterq; initurus, nuptias velit esse faustas atq; felices. Id quod etiamnũ facient, priusq̃ sibi mutuo reddant debitũ, iuxta angeli consiliũ, quod Tobiæ prębuit, vt videlicet a sponsa abstineret in cubiculo tribus diebus & noctibus: interim vterque oraret, vt benedictionem cõiugij a Deo consequeretur, & filij procrearentur incolumes. Sane tres noctes, sunt tres partes pœnitentiæ, contritio, confessio, satisfactio, quibus nox peccatorum fugatur, quas velim præcedere omnẽ matrimonij cõtractum, interq; eas cum Tobia & Sara orandum: Domine Deus patrũ nostrorum,

Tobi. 3. Tobi. 8.

rum,benedicant te cœli,terræ,mareq́ & fontes & flumina, & omnes creaturæ tuæ quę in eis sunt. Tu fecisti Adam de limo terræ,dedistiq́ ei adiutorium Euam. Et nunc domine tu scis,quia non luxuriæ causa accipio sororem meam coniugem,sed sola posteritatis dilectione,in qua benedicatꝰ nomen tuũ in secula seculorum. Miserere nobis domine,(hæc sunt verba Sarę)miserere nobis,& consenescamus ambo pariter sani. Hactenus Tobias cum sua Sara, quē vtinā & quiq́ optimi sequerentur in nuptijs contrahendis & cõtractis,memores & se esse filios non modo sanctorum,sed sancti sanctorum,s. Christi, qui eos sibi filios non ex sanguine,neq́ voluptate carnis,sed sua misericordia per fidem fecit:qui non possunt ita coniungi,sicut gentes quæ ignorant Deum. Pręparēt itaq́ contracturi se modis omnibus, vt sacramenti gratiæ esse queant participes,quæ certe in peccatis detentis haud cõmunicatur. Si enim ait Esaias, Mundamini qui fertis vasa domini,multo magis mundari debuerint,qui suscipiunt tam sanctum sacramentum,quod tam multiplicis gratiæ vas est. Hæc pro syncera in vos charitate obiter dixerim,perinde atq́ non minus Christiana,q̃ magnopere ad bene beateq́ viuendum in cõiugio necessaria,quibus cum velim & seruatũ iri,quę ex laudabili vniuscuiusq́ ecclesię cõsuetudine obseruari consueuerũt,quibus obmissis,nuptię pessum sint ituræ. Ea autem facile videntur originē bonam suscepisse ab antiquis & patribus sanctis, vti videre est apud Tobiā. Siquidē(ait scriptura)Raguel apprehendens dexterā filiæ suę, dexterę Tobiæ tradidit,dicens: Deus Abraham,& deus Isaac,& deus Iacob vobiscũ sit,& ipse coniungat vos,impleatq́ benedictionem in vobis. Et accepta charta,fecerunt conscriptionē cõiugij. Et post hoc epulati sunt, benedicentes deũ. Hęc nimirũ factitarũt veteres. Quid igiꝰ ipsi faciemus, q a dñō nr̄o longe clarius & euidētius ad huiusmodi negocia instituti sumus? Sed prohdolor, nihil pene videmus in sanctiss. nostra religione,quod hac præsertim tēpestate,ꝑ voluptuosos carnalesq́ istos apostatas,nõ sit vel prophanatũ, vel corrumpi cœptum,qui haud dubie ꝓpterea aliquãdo suam mercedē sunt recepturi, q vtique tanq̃ verę religiõis corruptores & sacrilegi,essent a potestatibus puniendi,vt sua Deo gloria,reipublicęq́ Christi trãquillitas restitueretꝰ, hacten' per istos ferme extincta,vel certe extingui cœpta. In quos nisi serio fuerit animaduersum, nõ aliā videbimus Germaniā nostrā,dudũ pacatissimā,q̃ futurā Babyloniā,in qua nihil sibi cõstabit, cõfuso passim in omĩbus rebus ordine, sine quo nihil nisi sempiternus horror esse poterit. Id quod pleraque Germanię loca hucusque proptꝰ perniciosam hæresim experta sunt,forte magis expertura, quod Deus auertat. Videmus,inquam,ductu istoꝝ nebulonũ vsqueadeo publicæ nuptiarũ honestati esse detractũ,vt plane sine discrimine pessimi quiq́ haud secus ac ad rem aliquam ꝓrsus ꝓphanam accurrant, vt pote sine Dei timore,sine sacramenti reuerentia,sine confessione,cum om̃i lasciuia: quoꝝ certe tanto grauiora sunt peccata,quanto in lege noua sacramentum illud est maioris gratiæ ex diuina misericordia collatiuũ. Sed faxit Deus, vt quæ sui sunt honoris & nostræ salutis,decentius & rectius amplectamur: quod vnice desidero & opto.

Ioh. 1.

Esa. 52.

Tob. 7.

Cæterum vt eo regrediamur, vnde digreſſi ſumus, ſubſequens erit Tertio, ut ſingulis quę diximus, in ſuo ordine obſeruatis, in nuptijs pſto ſint mater Ieſu Maria, Chriſtus Ieſus dñs, diſcipuli q́ꝗ eius, id eſt, vt in nuptijs adſint tria matrimonij bona, vtpote fides caſtitatis cõiugalis, q̃ per Mariam caſtiſſimam virginem ſignatur, ſacramentum indiuiduitatis, ſ. coniunctionis diuinitatis & humanitatis in Chriſto, vel Chriſti & eccleſię, q̃d per Chriſtũ verũ ſponſum, q hodie nuptijs interfuit, ſignificat: proles ſuſcipiẽda & educãda in fide Chriſti, quæ ſignificatur per Chriſti diſcipulos. nam & ij fidem docuerunt, q̃ Deo ſumus deſponſati, & ad nuptias ęternas vocati. Porro vt hæc tria nuptijs adſint, aliqua diligenter ſunt & notanda & ſeruanda.

Marc 16. Eſai 18. Rom. 10.

DE FIDE MATRIMONII. Cap. XCVII.

INitio igitur ſciendum, ad fidem caſtitatis matrimonialis ante omia requiri, ne alteruter cõiugum adulteret, dicẽte Apoſtolo: Vnuſqſqꝫ ſuã vxorẽ habeat, & vnaquæqꝫ virũ ſuum. Et ſcriptura: Propter hoc relinquet homo patrem & matrẽ ſuã, & adhærebit vxori, ſuę ſ. nõ alteri⁹. Hinc cõmendat Anna illa euãgelica, qꝫ cũ viro ſuo annis ſeptẽ a virginitate ſua manſerat. Et certe videtur alioq adulteriũ naturæ repugnare, qua didicimus aĩalia pleraqꝫ rationis expertia, ſ. columbas, turtures, hocqꝫ genus alia, neſcire adulteria, veluti a Plinio eſt ſcriptũ. Hinc iure diuino mœchus & adultera ſupremo ſupplicio, ſ. lapidationis, ſunt afficiendi. Quod & ius ciuile lõge ſeuerius ſubſeqtur, nimirum pmittens patri, vt poſſit occidere adulterũ ſimul cum filia, quã habet in poteſtate, in domo tamẽ ſua vel ſui generi. Quod & marito pmittit, non tñ æquo iure. Quanq̃ tutius puniãtur ordinario iudicio, ne & reliq ſui, i. ipſorũ vindices eſſe cõtendant. Quod tamẽ vel ideo hic putaui recenſendũ, vt vterqꝫ coniugum cautius & diligentius fidẽ cõiugalis caſtitatis ſeruet, cauendo in primis ab adulterio. Deinde, vt ſeipſos mutuo ament caſto, non turpi meretricioqꝫ, amore. Quare ait Paulus: Viri, diligite vxores veſtras, ſicut Chriſtus dilexit eccleſiã. Dilexit autẽ illam, nõ quia pulchra corpore, ſed qꝫ ſit virtute & mente decora. Taliter amauit beata Sara, inquiens ad Deũ: Virũ autẽ cum timore tuo, nõ cum libidine mea, cõſenſi ſuſcipere. Poſtremo, vterqꝫ cum timore Dei & honeſtate agat opus coniugij, memor, q̃ res ſancta per eius actus commixtionẽ ſignificetur, nempe Chriſti cum eccleſia, & diuinæ naturæ cum humana in puriſſimo virginis vtero, copulã. Quare Apoſtolus ait: Honorabile connubiũ in oĩbus, & thorus immaculatus. Et alias: Hęc eſt volũtas Dei, ſanctificatio veſtra, vt abſtineatis vos a fornicatiõe, vt ſciat vnuſqſqꝫ veſtrũ vas ſuũ poſſidere in ſanctificatione & honore, nõ in paſſione deſiderij, ſicut & gentes quæ ignorant Deũ. Hæc, hocqꝫ genus alia, quoad fidem dicta ſunto.

1. Co. 7. Gen. 2. Luc. 2. Ioh. 8. Leu. 20. L. patri L. mariito ff. Ad L. iuliam de adult. Col. 3. Ep. 5. Tobi. 3. Hebr. 13. 1. thes. 4.

QVID SIT SACRAMENTVM IN MATRImonio, & quomodo cuſtodiatur. Caput XCVIII.

SAcramentum vero matrimonij cuſtoditur, quando neuter coniugũ ab altero ſeparari velit, in gruente vel q̃libet graui infortunij genere: quãdo, inquam, vterqꝫ ſeruat eam indiuiduitatẽ, quæ eſt Chriſti cũ eccleſia, & in aſſumptione humanæ naturæ. Adeovſqꝫ enim debent eſſe inſeparabiles, vt non mo

do alter ab altero nō sit discessurus, verū vt neuter oret iusto longius sine con
1.Co. 7. sensu alterius, sed reddat debitū pro tēpore & loco. Hinc Apostolus: Nolite, inquit, fraudare inuicē, nisi forte ex consensu ad tempus, vt vacetis orationi, & iterū reuertimini in idipsum, ne tētet vos satanas ꝓpter incontinentiā vestrā. Vxori vir debitū reddat, similiter aūt & vxor viro. Tā em̄ inseparabiliter iun
Ibidem. cti sunt vir & vxor, vt neuter (Apostolo teste) sui corporis potestatē habeat. Hinc vterq; studere debet, vt alter alteri semp fideliter adhęreat, vel q̄libet ingenti piculo incidente. Quū em̄ cōiunctione maris ac fœminę cōiunctio Christi cum ecclesia signatur, oportet figurā significato respōdere. Cōiunctio autē ecclesiæ & Christi, est vnius ad vnā perpetuo habendā: qppe quia vna sit ec-
Can. 6. Mat. 28. clesia, p vnicā in Cāticis colūbam designata, nec vnq̄ Christ⁹ ab ecclesia separat, eo dicente: Ecce ego vobiscū sum oībus diebus vsq; ad cōsummationem
1. thes. 4. seculi. imo & nos vlterius semp cum dn̄o erimus. Sic ꝓinde sacramēto matrimonij cōiuges sibi mutuo semp & fideliter adhęreāt. Cuiusmodi suere Iob & eius vxor, q̄ capillis, magno in fœīa ornamēto, sese priuauit, vt in summa ege state languēti viro ac grauiter affecto† mercaretur. Et illū, quē non fortunarū amissio, nō cohors filiorū, ruina domus obtrita, non vis vlla morbi infringere potuerat, pars vna capillorū cōiugi adēpta adeo affecit, vt diem q̄ genitus es-
Iob. 3. set, homo alioq patiētissimus, sit demū execratus. Quæ indiuidua cōstantia & adhæsio amborū cōiugum, vt facilior sit ac maneat fortior, profuerit, si vterq;
Col. 3. 1. Pet. 3. peculiare quoddā suū obseruet officiū. Siquidē vir, docente Paulo, non sit amarus ad vxorē, ipsam contēnens: verū illi impartiat honorem, perinde atq; infir
Gene. 18. Gen. 3. miori vasculo, & tanq̄ cohęredi grę vitæ. Sic Abrahamus vxorē suā Saīā, vocat sororē, & ipsa illū appellat dn̄m. Et Adam: Mulier, ingt, quā dedisti mihi sociā: nō ait, ancillā. Ideoq; non de pede, sed de latere viri est formata. Non sit
1. Re. 25. Pro. 28. vir, vt stultus Nabal. vir quoq; semp sit in timore dn̄i: tum beatus erit, Salomone teste. Et diligat vxorē magis spiritu q̄ carne, Apl̄o scribēte. ita em̄ Christus ecclesiā dilexit. Itēq; semp sit in labore honesto, non vsurario. Ad virū em̄
Gen 3. Iob 5. primū dictum est: In sudore vultus tui vesceris pane tuo. Homo em̄ nascit̄ ad
Psal 127. laborē. Hinc ꝓpheta ait: Beatus, labores manuū tuarū quia manducabis. Caueat ig̃ vir, ne sua dilapidet ociādo & luxuriādo: imo (vt pcipit Apostolus)
1. Co. 12. magis laboret manibus suis, vt habeat vnde tribuat necessitatē patiēti, & vt filijs ad vitę honorisq; necessaria thesaurizet, eodē teste. Demū ꝓrsus caueat a fornicatiōe, vnde piculū mortis emanat, & oīs discordia cōiugalis, & sinistra
Tobi. 4. suspicio zelotypię. hinc senior Tobias filiū suū ī primis dehortat̄ a fornicatiōe.
Pro. 31. Mulier vero e regiōe sit timēs Deū in oībus, qm̄ ipsa (Salomone dicēte) laudabitur. Item oret, vt pro salute sua & gloria Dei prole fœcūdetur, vt Anna
1. Reg. 1. Helcanæ vxor, Samuelē filiū ꝓphetam precibus obtinuit. sterilis, tamen citra culpā, non tristetur, qm̄ eiusmodi mulieres fuere perq̄ plurimæ nō vulgari sanctitate. Filij etiā multis extiterunt perditioni. Item sit ad omnia & in omnibus
Luc. 1. humilis, sequēs in hoc gloriosissimā mulierem virginemq; Mariam. Hinc Pe
1. Pet. 3. trus: Quarum sit, ait, non extrinsecus capillatura, aut circundatio auri, aut indumēti vestiū cult⁹, sed q abscōditus est cordis homo, in incorruptibilitate q-
eti

eti & modesti spiritus, qui est in conspectu Dei locuples. Sic enim aliquando & sanctæ mulieres sperantes in Deo, ornabant se. Itemq́(quod ex humilitate sequitur)sit viro libenter subdita, sicut(teste Petro)Sara obediebat Abrahæ, dominum vocans ipsum. Hinc Apostolus: Mulieres, inquit, viris suis subditæ sint sicut domino, quoniã vir caput est mulieris, sicut Christus caput est ecclesię: ipse saluator corporis eius. Sed sicut ecclesia subiecta est Christo, ita & mulieres viris suis in omnibus. Itemq́ timeat virum, & studeat quomodo illi vere virtuoseq́ possit placere. Itemq́ sit fortis ad ea quæ sunt alicuius ponderis, quemadmodum Abigail non curans vitæ periculum, oblatis Dauidi muneribus, ab eodem contra virum suum stolidum Nabal, indignationem deprecata est, nempe quem ille occidere statuerat, cum suos nuncios iniurijs adfecisset. Itemq́ domi maneat, non vagabunda cursitans, a qua cauendum multis monet Sapiens, & Apostolus talem, vti luxuriantem, reprehendit ad Timotheũ. Huius vitio stuprata fuit a Sichem Dina, Iacob & Liæ filia. Itẽq́ sit negociosa, quippe cuius(vt est in scriptura)digiti fusum apprehendant. In quo imitetur beatam Annam, vxorem beati Tobiæ senioris, de qua dicit scriptura: Anna vero vxor eius ibat ad opus textrinũ quotidie, & de labore manuum suarũ victum, quem cõsequi potuisset, deferebat. Sane scimus ex nuper dictis, quan tam occasionẽ ad omnia vitia præbeat ocium. Non enim debet mulier panẽ ociosa comedere. Sane nihil in domo melius vxore bona, quæ(vt ait Sapiẽs) solum a domino præparatur, id est, in specialem alicui gratiã datur, cuius merito vir beatus pronunciatur. Sapiens enim mulier ædificat domum, insipiens vero destruit, totamq́ familiam & substãtiam disperdit, veluti de pessima Iezabel, vxore Achab regis Israel, literis proditum est. Insuper vxor suo tãtum viro animo & corpore adhæreat, quæ velit potius discrimen mortis subire, q̃ adulterium committere, quemadmodum casta Susanna contra istos senes iniquos fecit. Sũmatim debet vterq́ cõiunx se caste & honeste habere, tam propter peccatũ in Deum, q̃ propter suã & filiorum famam bonam.

1.Petr.3. Ephe.5. Col.3. 1.Co.6. Pro.30. 1.Reg.24 Pro.7. 1.Tim.5. Gene.34 Eccl.24. Tob.2. Prou.31. Prou.19. Prou.14. 3.Re.12. Dan.13.

DE TERTIO MATRIMONII BONO, DE prole videlicet suscipienda. Cap. XCIX.

ET hæc, quo ad Mariam & Iesum, id est, quo ad ea, quę matrimonij fidem & sacramentum concernũt. Iam deinde de discipulis Iesu, id est, prole ipsa, ob quam præcipue matrimonium est commẽdabile, pauca subijciemus. Qua in parte parentes ambo æque dent operam, vt pro virili conentur efformare virtuosos filios, perinde atque preciosissimum matrimonij thesaurum, & vnicum miseræ vitæ & senectutis solatium, & vnicam parentum gloriam. Hinc Sapiens: Filius, inquit, sapiens lætificat patrem, & eius est gloria.

Primo igitur omnium vterque parens debet natura quidem filijs suis educationem, vti in brutis videmus vniuersis. Et hinc ait Apostolus: Non enim debent filij parentibus thesaurizare, sed parentes filijs. Quibus dent victum ad sustentationem, non ad luxuriam. Quod Paulus arguens, inquit: Habentes autem alimenta & quibus tegamur, ijs contenti simus. De quo plura nup,

Pro.10. 2.Co.12. 1.Tim.6.

quando de virginitate tuenda nobis esset sermo. Deinde illis debet instructionem, iubente scriptura: Filij tibi sunt? erudi illos, & curua illos a pueritia eorum. Et Paulus ait: Vos patres, educate filios vestros in disciplina. In qua aũt re sint in primis erudiendi, docet protoplastus Adam, primus omnium parẽs, cuius vterque filius adeo edoctus est cœli numen venerari: siquidem hæc disciplina est primaria sapientia. Obtulit itaque hic, qui terræ cultor fuit, frugum primitias: alter qui pastor erat, agnos, & quicquid eximium ex toto grege potuit, in holocaustum dedit. Quem & reliqui viri sancti deinceps, perinde vti primum patrem, in suis liberis instituendis sequuti sunt, ex illisque maxime Tobias, in quo nihil plane video desiderari, quod est boni patrisfamilias: ideoque eũ sæpenumero allegauerim, vt vobis in re domestica passim vti fulgens speculum occurreret. Is a scriptura commendatur, quoniam filium suum ab infantia Deum timere docuerit, & abstinere a peccato, inquiens, paulopost se moriturum credens: Audi fili mi verba oris mei, & ea in corde tuo quasi fundamentum construe, &c̃. Omnibus diebus vitæ tuæ in mente habeto Deum, & caue ne aliquando peccato consentias, & prætermittas præcepta Dei nostri. Pauperem quidem vitam gerimus, sed multa bona habebimus, si timuerimus Deum, & recesserimus ab omni peccato, & fecerimus bene. Qua in re Christus dominus primus & vnicus omnium pater & doctor, sua nos vita (ipse enim est vera vita, sine qua nemo viuit beate) mox ab infantia docuit, quib[us] filij primo sint instituendi, scilicet in rebus diuinis, fide vera & bonis operib[us]: nimirum quo studio, sapientia, rerumque cœlestium cura ductus puer, parẽtes reliquit, relicta matre, cui charissimus fuit: propinquorumque comitatu relicto, triduo requisitus, non in puerorum cœtibus, sed in sapientium virorum consessu: non puerili intentus lusui, sed diuinarũ rerum disceptationi: non in prophano, sed in augustissimo est templo repertus, testatus oportere se non in ijs esse quæ hominum sunt, sed quæ sui (qui se in terram misit) patris. Ex huius vnico & sanctissimo exemplo (est enim vita Christi, absolutissima virtutis idea) facile docentur parentes, vt suos liberos primo in rebus diuinis instituãt, eos veram Christi fidem doceant, orationes dominicas imbuant, illosque in eis disciplinis curent erudiendos, quibus honeste hic viuere possint, & in Dei laudem succrescere. Quo sane loco profuerit, vt cognoscãt puerorum ingenia, ne inuiti tradantur artibus, quas suscipere nolint.

Eccl. 7.
Ephe. 6.
Gene. 4.
Tob. 1. 4.
Iohã. 14.
Luc. 2.
Matt. 6.

Expedit itaque, si commodum fuerit parentibus, aliquot ex ijs tradere ludo literario, vt inibi ingenuas liberalesque artes ad Dei maximi decus, reipublicæ dignitatem & honorem, discant, vt eorum deinceps prudentia & consilio respublica tutius & rectius possit gubernari. Sic Paulus apostolus ad pedes Gamalielis legem Moysi & prophetas didicisse se gloriatur, vt armatus spiritualibus telis, postea doceret confidenter. Qui & scribit Timotheum ab infantia sacris literis eruditum, hortaturque ad studium lectionis. Tito quoque precipit, vt scientiam scripturarum haud negligat. Sic Moyses & Daniel omni sciẽtia Aegyptiorum & Chaldæorum eruditi fuerunt. Est autẽ inibi cura adhibenda, ne tam multa legantur, q̃ vtilia sunt. Sane qualis rerũ lectio, talis legẽtium profe-

Act. 22.
2. Tim. 3.
Tit. 1. 2.
Dan. 1. 2.

profectus. Sunt etem & a pueris discendæ seculares literæ, quo eas ad meliorẽ vsum assumant: quandoquidẽ aliqua discuntur, vt non negligantur: aliqua, ne ignorentur: aliqua, non vt teneantur, sed vt repudiẽtur. Debent adolescentes pro tempore studia etiam externa amplecti, non vt sequantur, sed vt iudicent atque conuincant. Quomodo quispiam aduersus mathematicos velit scribere, imperitus matheseos? Quomodo aduersus philosophos disputet, si dogmata philosophorum ignoret? Quomodo conuincat hereticorum scripta, si quis hereticorũ fallaces disciplinas nesciat? Quę res vt liberis feliciť cedat, curent parentes, vt probis iuxta atque eruditis pręceptoribus illos committant, q eorum, non secus atque filiorum, curam in delectu discendi habeãt. Quales vero præceptores Germania hisce annis habuerit, plus q notũ est. Certe nequaq̃ omnes neque Christianos, neque doctos, neque probos, quum videmus nunc, re ipsa testante, omnem apud nõnullos religionem & fidem, doctrinã & disciplinam, probitatem & virtutem prorsus exulare, & interire prorsus cœpiã. Studia quidem literaria vniuersa, tam triuialia q̃ reliqua, omino pessum eunt: nec est qui ea restaurare contendat, succrescentibus interim perniciosis dogmatibus hæreticorum, qui, ne suæ iniquitates & technæ latius inuulgentur, modis omnibus ab omnibus antiquo more literarijs studijs dehortantur. Et profecto nisi dent operã Christiani principes ac magistratus, vt pristina studia, eaque Christiana, in pristinum restituantur statum, de tota Germania, eiusque politica laude, prorsus actum erit. Despectui interea habitis parẽtum filijs apud exteriores, qbus antea barbari, iam deinde erimus insulsissimis barbaris, tam moribus, qui nobiscum non amplius docentur, q̃ scientijs & sacris & prophanis, quæ omnino negliguntur, barbariores: hocque ipsum paucis annis futurũ sentio. Q̃ꝫ vero posteri nostri, re cognita, in huius ętatis principes, magistratusque propterea sint inuecturi, nemo est qui possit non euidenter considerare, vt alias diffusius tractauimus hanc calamitatem. Quam vt ex parte declinent parentes, studeant suos liberos sancte & liberaliter erudire, virtutis atque honestatis publicæ cum Dei gloria nõ immemores: memores, inquam, homines bene doctos & literatos fore intra parum temporis charissimos, quãdoquidem eorum futura est magna penuria. Dehinc sciant & parentes, non modo filios esse instruendos artibus bonis, sed & ab omnibus vitijs ad virtutes dehortandos, atque ipsos corrigendos, Paulo præcipiente: Educate filios vestros in omĩ disciplina & correptione domini. non enim (ait idem) diligit filium pater, qui ipsum non corrigit. Debẽt autem (ait scriptura) ipsos a pueritia incuruare, vt a teneris obedire assuescãt, ne rebelliõe postea indurati, nullo pacto flecti possint, & redundet deinceps filiorum malitia in culpam parentum, veluti de Heli legimus, qui etsi sanctus alioqui sacerdos, quia tamen filios suos non erudierit in omni disciplina & correctione, supinus cecidit, & mortuus est. Nec ab eo alienum est, quod alias de Dauide scribitur, qui & ipse satis fuit turbatus & punitus a Deo, quoniam peccato filij Amon conniuuit.

Ephe. 6. Hebr. 12. Eccl. 7. 1. Re. 2. 3. 2. Reg. 13.

Hortantur ideoque omnes scripturę & sanctorum exempla, ne parentes nimium indulgeant filijs, verum in eos austeri sint, & non hilares. In quo tamẽ ve- Eccl. 7.

lim aliquam rationem haberi parentibus, vtpote oĩa cum moderamine a gen tes, ne corripiendo filios, seueriores sint q̃ oporteat, ne contra Pauli præcepiũ illos ad iracundiam prouocent, ne teneros adhuc, pusillo reddant animo, vt semper deinceps sint iusto timidiores, etiam ad omnes. Id quod fieri adsolet, quum rigidiores verberibus sint & plagis ipsi parẽtes, qui utique plus admo nendo q̃ verberando aliquoties proficiunt: quos oportet esse memores, non prorsus in sua esse potestate, efficere bonos pueros, sed & esse ipsorum puero rum, ad ipsam se bonitatem disponentium, imo esse primum Dei miserentis. Sane legimus optimum patrem habuisse pessimum filium. Quis enim igno rat, q̃ pius & bonus rex fuerit Ezechias? eundem tamen constat habuisse fili um longe pessimum Manassen. Sancti fuerunt Iacob & Rachel & Lia: filij ta men aliqui fuere mali, in mortem Ioseph fratris coniurantes.

Ephe. 6. 4. Re. 20. et 21. Gen 37.

Hinc consultum est coniugibus autoritate scripturarum, vt si velint habere probos honestosq; ad Dei adq; suam laudem filios, tota deuotione sacramen tum matrimonij ineant, orantes a Deo maximo eius sacramenti gratiam sibi communicatum iri, qua possunt hactenus audita tria coniugij bona, scilicet fi dem, sacramentum, & prolem, ad bene beateq; viuendum obtinere: quæ certe obtinebunt coniuges, si nuptias modo quo diximus, auspicati fuerint: dein deq; a peccatis expurgati, ad easdem nuptias inuitauerint, secumq; habuerint castissimam gloriosissimamq; virginem Mariam cum filio vnigenito Iesu do mino nostro, eiusq; discipulos: quos habebunt, quando pro virili habere age req; curent, quæ hactenus ex sacris scripturis euidenter docuimus. Nec inte rim dubium erit, quin si coniuges ad hunc, quem diximus, modũ nuptias hoc in seculo habuerint, tandem matrimonij vinculo morte ipsa naturali soluto, acturi sint æternas illas & iucundissimas in cœlo nuptias, quales hæ, de qui bus loquuti sumus, figurant: in quibus vinum illud temporalis iucũditatis de ficiet, & æternæ hilaritatis semper manebit, quo (vt est in Canticis) nisi Dei charissimi inebriantur, id est, læti redduntur gaudio, quod plenum erit. Hinc illic agentes, dicemus: Gaudeamus & exultemus, & demus gloriam Deo, quia venerunt nuptiæ agni, & vxor eius præparauit se, & beati qui ad cœnam nuptiarum earum, quæ ipsius agni erunt, vocati sunt. Cui us cœnæ vocatione digni erunt coniuges, qui hic in suo con iugio IESVM, matremq; Mariam vna cum IESV eiusq; discipulis habuerũt: de quibus hæc pro loco & tem pore fortassis sufficienter recensuimus &c. vtinam ea suscipiantur & notentur attentione, qua audijsse videmi ni. De cæremonijs in nupti is celebrari solitis, vide atur liber VI. de ca tholicis ĩ catho lica ecclesia cæ remonijs.

Cant. 5. Apoc. 19.

DE VN-

DE VNCTIONE, QVAM VOCANT EXTREMAM, INFIRMORVM: SEPTIMO, EODEMQVE POSTREmo Catholicæ Ecclesiæ Sacramento:

ET IN PRIMIS, QVID SIT EXTREMA VNCTIO. Caput C.

MOliti sunt & nostræ tempestatis hæretici, quo nihil religionis immune relinquerent, plus q̃ impudenter in ordinem redigere sacramentum Vnctionis infirmorum, siue ægrotorum: qui ipsum non modo ciuile officium fecerũt, sed & plus q̃ scurrilibus blateramentis eleuauerunt, multisq; in locis prorsus ex ecclesia, perinde atq; abominabile quiddam, non sine quodam horrendo stupore submouerunt: contra Christum, contra euangelistam Marcum, contra apostolum Iacobum, contra Dionysium Areopagitam, Chrysostomum, Theophylactũ, Hieronymum, Ambrosium, Augustinum, Innocentium, Bedam, Lyram: contra denique plerosque omnes vetustissimos & Græcos & Latinos theologos, vt sileam neotericos cateruatim vniuersos: imo contra vniuersalem ecclesiam, quæ vel ab initio sui, Vnctionem infirmorum pro venerando sacramento habuit, & venerata est: taleq; ipsum adhuc habent ac obseruant, quotquot vere sunt catholici. Ipsa vero Vnctio infirmorum, sacramentum est ad animi corporisq; ægritudinem leuandam, a plerisque dici cœpta Extrema Vnctio: non sane, quia ea percepta ægrotus ilico vita decedat, defungatur & indormiscat, quum potius per gratiam quam confert, mente simul & corpore (si Deo sic visum fuerit) reconualescat: id quod precationes illæ, spirantes ipsissimã vetustatem, oẽmq; pietatem, quas in administratione huius sacramenti Ecclesia adhibet, aperto commonstrant verum, quia sit ex quinque illis vnctionibus, quas ecclesia celebrat, extrema. Prima quidem est catechumenorum, secunda baptizatorum, statim post baptismum fieri solita: tertia cõfirmatorum, quarta sacerdotum & regum, fieri solita quando inautorantur: quinta infirmorũ, quæ tametsi quandoque non tempore, tamen ratione, postremo loco recte numeratur: non vtique sic appellari cœpta, quia sit sacramentum morientium, sed ægrotãtium: nõ ad sepeliẽdi officium, sed ad tam corporis q̃ animæ salutem institutum. Quod vsqueadeo verum comperimus, q; etiam Euãgelista testetur, apostolos olim sacramento vnctionis admodum multos sanasse, ipsosq; sic sacramẽtaliter vnctos, pristinam incolumitatem recepisse, vt vsi fuerint deuotione, q̃ nunc, flagrantiore tam salutare mysterium accipiẽtes. Quod enim sub hæc nouissima tempora pauci reperiantur, qui huius sacramenti virtutem & efficaciam, saltẽ q̃d ad corporis conualescentiã attinet, experiãtur & sentiãt: aliud in causa non est, q̃ deuotiõis tepiditas & fidei modicitas, quã oportet in accipiẽtibus ardentem ac flagiãtem esse, quũ p eã solã Dei virtutẽ in nobis efficacit' opari liqueat, sine q̃ nõ est, q̃d speremus nos verama Deo nec corporis nec aĩæ salutẽ adepturos. Cuius causa Marcus alibi scribit, in sua patria Chr̃m nullã potuisse facere

Marc. 6.

Marc. 6. Matt. 13.

cere virtutem,nisi quia paucos infirmos,im positis manibus,curauerit: & hoc propter eorum incredulitatem,quam & dominus ipse admirabatur. Ita nimi rum hac tempestate apud nos,vbi hæresis ista plane incredula sæuit,paucissima fiunt super infirmos signa apud sanctorum reliquias & eorum templa & delubra: causa est,quia Dei virtutem in eius sanctis impie negamus cōtra ve ritatem,dicētem:Amen amen dico vobis,qui credit in me,opera ego facio,& ipse faciet,& maiora horum faciet.Id quod passim in nostris Centurijs,& alijs nostris pro sacrosancta religione nostra operibus,non cōtemnendis scripturis & harum rationibus & exemplis ostendimus.Atque hoc est,quod ferme Christus ad singulos,quos curauit,dicere solit⁹ fuit:Fides tua te saluum fecit. Qui & a se curandos,ad fidem cohortari solebat,dicens: Omnia quæcunque orātes petitis, credite quia accipietis,& fient vobis. Id quod maxime fieri con uenit in receptione sacramēti Vnctionis extremæ,quemadmodum accipimus ex verbis Iacobi, de hoc ipso sacramento loquētis: Infirmatur quis in uobis? inducat presbyteros ecclesiæ,& orent super eum,vngentes eum oleo in nomine domini:& oratio fidei saluabit infirmum, & alleuiabit eum dominus: & si in peccatis sit,remittentur ei.Quæ quidem verba manifeste subindicant,hanc vnctionē sacramentum esse, prout sequenti capite docebimus paulo fusius.

Iohā.14.
Matt.17.
Marc.9.
Luc.9.
Mar.11.
Iaco.5.

VNCTIONEM INFIRMORVM ESSE SAcramentum,quia elementum habeat & verbum cum promissione gratiæ. Caput CI.

QVando de ratione est sacramenti nouæ legis, vt habeat elementū,quod signum est visibile,& verbum,quo quiddam gratiæ per receptionem sacramenti promittitur:vidēdum subinde erit,quod sit Vnctionis extremæ elementum,quodq; ipsius verbum.Est proinde huius Vnctionis elementum signumq; visibile,oleum per episcopum consecratum & sanctificatum,significans & demonstrans, in huius sacramenti dispēsatione diuina virtute per fidei efficaciam in homine ægroto agi, quod natura præ se fert oleū: vt pote quod sicuti conducit ad labores & lucis fomentum & hilaritatis efficaciam, ita recipiens sacramentum postremæ vnctionis, per misericordiam Dei & gratiam spiritus a labore corporis per ægrotationem contracto,& animæ per peccatū ęgrotantis eripitur:& lucem,gaudium,& spiritualem hilaritatem accipit,modo fides ægrotantis accedat verbo,quo traditur a sacerdote hoc sacramentū.

Verbum vero est,quod presbyter vngens inquit, In nomine patris & filij & spiritussancti, adiunctis pijs a diuis Ambrosio et Gregorio compositis ver bis precatorijs:quippe,vt quicquid illicito visu,auditu, ac cæteris sensibus seu membris ægrotus deliquit,per huius olei vnctionē ex pietur, cum imprecatione pacis. Solet em̄ hęc ipsa vnctio fieri in diuersis corporis partibus & membris propter causas, quas vel mediocriter eruditus facile colliget ex pijs, quæ tum dicūtur,orationibus: & quidem speciatim in eis membris & partibus, in quibus quinque sensus hominis vigēt:& quidem propterea, vt quicquid per illos ægrotus peccauit,per huius vnctionis virtutem efficaciter aboleatur: simulq;

mulcꝙ ægritudo ipsa corporalis,quæ fortassis ob peccatum contigit,vt sępe fieri solet,submoueatur. Cuius causa Christus ad eũ,quem curaturus erat, aliquando dixit,vtpote ad paralyticum curandum:Confide fili,remittuntur tibi peccata tua. Sic compellabat eum, qui trigintaocto annis ægrotauerat, & ab ipso ad pristinam valetudinem restitutus fuerat: Ecce sanus factus es.iam noli peccare,ne deterius tibi aliquid contingat. Nec est quod de virtute & efficacia huius sacramenti vnctionis addubitemus,quum non solũ signet ipsam, præ se feratꝙ ipsum elementum visibile,sub quo latenter operatur diuina potestas,sed & ipsum verbum testatur,quod innititur promissiõi,quam apostolus Iacobus a Christo proculdubio promulgat,inquiens: Et oratio fidei salua bit infirmum: & si in peccatis sit,remittentur ei. Quæ quidem verba satis superꝙ arguunt,huius sacramenti vim q̃ maxime ab oratione fidei pendere. Cuius etiam causa plus orationum Ecclesia adhibet administrationi huius sacramenti, q̃ vlli alterius sacramenti. Id quod & singulariter consolationi esse debet ægrotanti,prout paulo latius in seq̃etibus capitibus audiemus,vbi prius de institutione sacramenti Vnctionis extremæ audiuerimus.

Matt.9. Marc.2. Luc.5. Iohã.5. Iacob.5.

A QVO ET QVANDO, ET QVOMODO fuerit institutum Vnctionis sacramentum. Caput CII.

QVum propter rationes,quas in frontispicio huius de Sacramentis operis attingere cœpimus,sacramentum nouæ pręsertim legis,non potuerit nisi ab ipso Deo & ab ipso Dei filio dari & institui, non autem ab vllo homine: profecto non potuit non ipsum postremę Vnctionis sacramentum ab eodem esse institui,quãuis fuerint qui putarunt secus,sua tamẽ nõ potuerunt opinione non falli. Siqdem eius sacramenti Christus fuit institutor,quando duodecim discipulos illos ad se vocauit, eosdemꝙ binos misit: & ipsi certa quadam legationis forma præscripta,& potestate,qua deberent vti, data & concessa, exierunt & prædicarunt hominibus,vt pœnitentiã agerent:& dæmonia multa eiecerunt,& vnxerũt oleo multos ægrotos,qui & sanati sunt:non dubium q̃n idipsum ex Christi institutione ac mandato,non sua p̃sumptione,fecerint. Qui enim fieri potuisset,vt sancti apostoli in tanta legatione præter Christi pręscriptum quippiam fecissent,qui non sua,sed data tantũ potestate vsi sunt, haud sane nescij,discipulum non esse supra magistrum? Dubitari proinde nequit,quin ecclesia hoc sacramentũ ex ipsius Iesu Christi institutione acceperit, q̃d deinde diuus Iacobus apostolus,prout accepit a Christo, sub modo ac forma præstandum & exhibendũ docuit,populoꝙ tradidit,vti Paulus egit cum sacramento Eucharistiæ. Ipse quidem S. Iacobus ita dicit in promulgatione huius sacramenti: Infirmatur quis in vobis? inducat presbyteros ecclesiæ, & orent super eum,vngentes eum oleo in nomine domini: & oratio fidei saluabit infirmum,& alleuiabit eum dominus:& si in peccatis sit, remittentur ei.

Matt.10. Mar.3. Luc.9. Matt.10. Luc.6. Iaco.5. 1.Co.11. Iaco.5.

Ex quibus sane verbis Sole clarius accipimus,hanc,quam vulgo extremam vocamus,vnctionem,sacramentum esse, quæ neque signo careat visibili, neꝙ promissione gratiæ:quinimo nec ex humana,sed ex Christi institutione & apostolica traditione descenderit. Id quod vniuersalis ecclesiæ,tam veteris q̃

no

nostræ, Græcæ pariter & Latinę, consensus vnanimis, & ipse etiamnum sacramenti vsus, modus & forma, plus q̃ euidenter comprobant. Quod euidentius ex subsequenti capite patebit.

DE MINISTRO, VSV ET FORMA SACRAmenti Extremæ Vnctionis. Caput CIII.

MOdo constat ex dictis, apostolum hanc vnctionem pro sacramento tradere: proptereaq; dubitandum non esse, quin sacramẽtum vere sit, cum apostolus non tam impie fuerit arrogans, vt pro sacramento traderet populo, quod sacramentum non esset. Iam vero tametsi idem apostolus condendi sacramenti potestatẽ non habuerit, constat tamen eum verbis illis tradidisse populo, quod ipse a Christo acceperit, qui vt alia mundo voluit innotescere per Matthæum, alia per alios euangelistas: quid prohibet, quo minus quædam etiam doceri voluerit per apostolum Iacobum? Et mirum sane est, cum hæretici negant hoc tanto apostolo, quod vel etiam quiddam maius, vt pote de venerabili Eucharistia (& quidem recte) concedunt apostolo Paulo, qui sibi illum longe præferendum alibi censuit, maxime cum ecclesia ex illius verbis vsum & formam huius sacramenti receperit, quãuis in eius administratione non vbique ijsdem præscriptis verbis vtatur, sed vno tamen sensu, cuius, q̃ verborũ, magis interest. Est autẽ vsus huiusce sacramenti, cum presbyter infirmum oleo per episcopum consecrato vngat, atq; pro ipso infirmo precetur, vt quicquid mali designauerit, hoc illi dominus dimittat, & pristinam illi corporis sanitatẽ restituere dignetur. Forma vero administrationis a diuo Gregorio tradita, sic habet: PER istam sanctam vnctionem & suam pijssimam misericordiam, indulgeat tibi Deus quicquid deliquisti per visum, olfactum, auditũ &c̃. Ab Ambrosio autem forma tradita, hęc est: VNGO oculos tuos, aures tuas &c, oleo consecrato in nomine patris & filij & spiritussancti. Nec est quod in disputationem hac parte trahatur, vtra earum forma de necessitate sit, quum de necessitate duntaxat esse censeatur, vt iuxta S. Iacobi pręscriptũ sacerdos oret pro infirmo, & ipsum oleo sanctificato vngat, solitaq; ecclesiæ suęq; diœceseos forma aut modo sine contentione vtatur. Ipse vero sacerdos in eiusdem sacramenti administratione non suam, sed apostoli Christi ac ecclesiæ personam, sicut & in cæterorum sacramentorũ administratione, gerit ac repræsentat. Sicut enim Christus est qui baptizat, qui corpus suum tradit ac communicat, qui ligat ac soluit: sic ipse idem Christus est qui intrinsecus inungit, quũ sacerdos ipse ministerium duntaxat externũ adhibeat: quãdoquidem solus ipse Christus est Samaritanus ille euangelicus, qui homini a latronibus despoliato, grauissimisq; plagis affecto appropinquãs, cæteris prętereuntibus, misericordia mouetur, & totus curationi ægrotantis hominis intentus, sacramentorum suorum alligamenta adhibet: quem & alligatũ, iumentoq; suo impositum, in stabulum ecclesiæ ducit. Ipse vero sacerdos stabularij vicem gerit, cui præcipitũ, vt curam ęgroti agat, sed pharmacis a Christo, vero illo Samaritano, hoc est, hominum custode, qui solus sanat contritos corde, & alligat cõtritiones eorũ.

[Margin: 1. Co. 11. Gal. 1. 2.; Iacob. 5.; 1. Cor. 3.; Luc. 10.; Psal. 146.]

Superest igitur, vt fateamur hanc vnctionem verum esse, nec vulgare, Ec-

clesiæ sacramentum, quam Christus instituit, & Iacobus illius mandato sub certa forma promulgauit, verbum exprimens & elementum, nec gratiæ promissione carẽtem, reluctãtibus etiam vniuersis inferorum cohortibus, videlicet hæreticis, quos facile refutabimus, autore deo, in sequenti capite.

CONFVTARI HAERETICOS, QVI NEgant vnctionem infirmorum esse sacramentum, quia epistola Iacobi non certi sit autoris. Cap. CIIII.

ARbitramur ex dictis sat superq; modo constare, vnctionem infirmorũ, quam dicimus extremam, esse sacramentum ecclesiæ catholicæ: nec ex humana, sed ex Christi institutione & apostolica traditione descẽdere, quando nec signo visibili, nec promissione careat gratiæ: ediuersoq; constare putamus, omnino vanos esse, qui ex hac vnctione officium ciuile faciunt, quũ credi minime par sit, q; Christus ipse, altissimi dei filius, rex regum, dominus dominantium, sanctus sanctorum, suos discipulos fecerit chirurgicos siue clinicos, sed apostolos, qui vngerent ægrotos oleo, non quidem medicinali, sed sacramentali & mystico: vtcunq; plus q̃ leuiter & impudenter, vt ferme optima quæq; veræ religionis Christianæ, eleuauerint, subsannauerint, & nescio cui prophanissimæ vnctioni comparauerint, qua calceamenta sua vncturi erant. Indigni propterea sunt, quibus quoquo modo suffragetur, quicquid vspiam est sacramentorum sacrosanctæ ecclesiæ, cuiusmodi est extrema illa vnctio, quam ecclesia rectissime retulit in numerum septem sacramentorum, ex Iesu Christi institutione, quanuis postea diuus apostolus Iacobus modũ & formam administrationis eiusdem dilucidius expresserit: quemadmodum veteres illi patres ac ecclesiæ catholicæ doctores, vtpote Innocentius papa I. Gregorius, Dionysius, Chrysostomus, Theophylactus, Hieronymus, Ambrosius, & Augustinus, & id genus alij complures, & Græcæ & Latinæ ecclesiæ, & ij quidem proletarij classiciq; scriptores, sane recto iudicio declararunt, & pleno nimirum ore plerịq; omnes, vti testes omni exceptione maiores, contestantur ipsum diuum apostolum Iacobum, huiusce vnctionis meminisse, quam Euangelista Marcus scribit apostolos, potestate a Christo acceptа, ægrotis adhibuisse: vt quotquot sunt inferorum phalanges, nempe hæretici, tanti sacramenti vim nequaquam vere propterea possint eleuare, q; epistola S. Iacobi, non ipsius sit apostoli, sed alterius incerti cuiusdam autoris, quippe toto cœlo deerrantes & desipientes: quandoquidem eam ipsam epistolam non modo esse fatentur ipsius S. Iacobi apostoli plerịq; omnes, q̃s nunc recensui, catholicæ ecclesiæ doctores, quibus vix vllus vnquam in scripturis doctior, nec exactiori censura fuit in distinguendo certa a dubijs vllus: sed & vniuersalis toto orbe ecclesia, vel ab initio sui vsque in hæc nouissima tempora, fatetur & habet eam epistolam pro diui apostoli Iacobi epistola. Cui sane catholicæ ecclesiæ, & eius decreto & iudicio, plus est in omnibus quę veræ sunt fidei, pietatis & religionis, fidei habendum, q̃ in vno duntaxat articulo cunctis, qui fuerunt a condito mundo, schismaticis & hæreticis, per-

1. Tim. 6 Apoc. 19 Dani. 9 Iaco. 5 Marc. 6

nes quos liquet nō esse censuram dubiorum,sed apud catholicam ecclesiam: cuius peculiare est,discernere verba dei a verbis hominum, quando sola habeat spiritum veritatis, qui docet eam,ex promissione Iesu Christi, summæ veritatis,in ea quoq; semper manentis, omnem veritatem:quæ propterea dicitur ac est ipsi Paulo,sola firmamentum veritatis & columna:non autem hæretici,totius falsitatis & erroris & mendacij doctores & autores. Stabimus igitur sacrosanctæ matri nostræ ecclesiæ,ipsamq;,quam vocamus extremam, vnctionem pro vero sacramento veneremur & habeamus,vsuri eo pro loco & tempore & causa,prout subinde paucis quasi repetēdo demonstrabimus.

Iohā. 14. 16. Mat.vlt. 1. Tim. 3

IN QVEM PRAECIPVE VSVM, SACRAmentum vnctionis fuerit institutum,sumiq; debeat. Cap. CV.

QVanuis,in quem vsum debeat potissimum adhiberi sacramentum vnctionis infirmorum,partim ex eius nomine,partim ex eiusdem descriptione,quam paulo superius dedimus,partim ex catholicis ritibus & cæremonijs & precationibus,quas ecclesia catholica in huius sacramenti ministratione satis decēter vtitur,intelligi possit:haud tamen obfuerit,arbitror,vt perinde dicta repetiturus,& quodam quasi epilogo recensurus,in præsentia paucis edisseram,quo præcipue vnctionis sacramentum sit institutum & recipiendum.Scitu proinde dignum est,hoc vnctionis sacramētum rite firmiterq; recipiendum esse in remissionem reliquiarum peccatorum,& aduersus terriculamenta & trepidationes mortis instantis,(quæ circa finem vitæ menti hominis morbo grauiter decumbentis,sæpius q̄ aliō tempore occursare solent) vt videlicet pium sit solatium,ac fiduciæ titubantis fulcimentum. Id quod, qui ægrotat & inungitur,faciet, quando recogitabit,vti debebit,sese certo per fidelem illam & piam ecclesiæ, cuius ipse consortio, quasi viuum membrum,insitus est,precationem & obsecrationem,quæ in recensione Letaniæ quoque fieri solet in hoc sacramento,vel conualiturum sese,si deo sic visum sit,& sibi ad animæ suæ salutem prosit:vel saltem certa cum fide bonaq; spe hinc emigraturum,atque in domino obdormiturum; idq; maxime,quando scit ac intelligit orationē fidei,scribente diuo Iacobo,eamq; præsertim, quæ & signum externum& promissionem,apostolica traditione confirmatam,sibi annexa habet,apud deum nō esse vanam posse:sed ad alleuiationem quū corporis,tum animi,adeoq; ad remissionem peccatorum magnopere valituram. Cuius causa ægrotanti maxime opus est deuotione & vera fide,per quā nihil non obtinere poterit,quum sciat credenti possibilia esse omnia. Quapropter sanctus Iacobus postulandum vult in fide,nec hæsitandum quicquā. Quo autem affectu debeat esse inungendus,sequens explicabit caput.

Iaco. 5

Marc. 9. Mat. 17. Luc. 9.

QVO ESSE DEBEAT AEGROTVS AFFECTV, quum fuerit extrema vnctione curandus. Cap. CVI.

QVam delirant,qui renuunt inungi etiam in agone propemodum mortis,q; opinantur se propterea citius mortem obituros,ex supra memora-

tis

tis facile quis dignoscet, quum longe secus & opinari & credere debeant, quando quidem contrarium multo verius sit ac habeatur. Qui proinde se presbytero offert vngendum, non alterius esse debet affectus, q̃ fuerint olim ægroti, qui se apostolis vngendos præbuerunt: quippe q̃ ipse, si deus in suam gloriam & eius salutem velit, foris ac intus sacramento vnctionis certo sanus & saluus sit futurus. Crederecę firmiter debet, (sicut & ipse quoque presbyter credat) presbyterum non suam, sed apostoli Christi, adeocę totius ecclesiæ personam gerere, atque hoc agere, vt ægrotus ipse non secus atque fortis athleta, & velut in extrema pugna constitutus, omnibus satanicis tentationibus (quas tum potissimum cacodæmon turmatim solet ingerere) fortiter repugnet & resistat, & ad omnem tentationis impetum fideliter deum precetur, ne intret in tentationem: secumcę constanter & ex animo dicat vel cogitet saltem, si fragilitas siue debilitas loqui vocaliter haud permittit: Vade satana, nihil in me partis habebis: quandoquidem Christi membrum sum, Christi miles & athleta sum, in cuius sane signum, oleo etiam externo, iuxta apostoli traditionem, inunctus sum. Quapropter tu princeps huius mũdi, tu maledicte spiritus, discede procul. Nam ille te foris eiecit, & ob id in me nihil habes, nec mihi & tibi commune est quicquam. Quæ enim conuentio Iesu Christi (cui insitus sum) & Belial? Quid templo dei cum satana? Insuper etiamsi multis stipatus satellitibus, in animæ meæ excidiũ coniuratis, appareas, non te timeo tamen, non te metuo: plures enim mecum sunt q̃ tecum. Tota enim sanctorum ecclesia pro me curam gerit, agit & orat, mecę in suam tutelam recipit, aduersus quam non præualebis: quum ego interim quoque a deo certissima habeo fiduciæ meæ signa & testimonia, quippe sacramenta pœnitentiæ, eucharistiæ, & hoc extremæ vnctionis, quibus deus nequaquam me fallet, sed promissioni suæ adsistens, faciet ac perficiet quoque omnia, quę in eorundem exhibitione mihi pollicitus est. Iam vero quis dubitat, hæc & id genus alia, quum cogitata fuerint ab ipso ægrotante, siue ab ipso sacerdote paulo deuotius recensita, magnam illi suggerere suscitarecę alleuiationem mentis aduersus horrorem mortis, in quam instantem ipsa tum tota defigit oculos, itidem aduersus satanæ impetus tum solito grauiores plurimũ valere? Quod si tunc temporis omnium maxime ac modis omnibus adnitendum est, atque etiam vndique omnia pietatis fulcimenta congerenda sunt, ne ægrotis fiducia excidat, sed vt q̃ maxime aduersus spiritales insidias roborentur: non recte faciunt, qui hoc sacramentum in eum vsum peculiariter institutum, ac tam serio per apostolum Iacobum ecclesiæ traditum, ex ecclesia prorsus auferre protruderecę moliuntur, quando ex dictis satis supercę constat, in hac ipsa suprema vnctione concurrere omnia, quæ veri sunt sacramẽti. Superest modo, antequam colophona huic operi addamus, nonnulla subijcere, quæ circa huius sacramenti vsum ignorare non conuenit.

Marc. 6
Iohã. 14
Matt. 12
Luc. 11.
Ioh. 12
I. Iohã. 14.
2. Cor. 6
4. Reg. 6
Matt. 16

DE QVIBVSDAM CATHOLICIS CIRCA sacramentũ extremæ vnctionis obseruãtijs. Cap. CVII. & vlt.

NE vel presbyter, vel ipse ægrotus inungendus, circa vsum extremæ vnctionis quicquam possit aut negligere aut ignorare, fortassis haud obe rit, aliquot circa eandem vnctionem obseruantias seruari solitas, ad finem huius voluminis enarrare. Scitu proinde dignum censeo, passim haberi catholicum, vt inungendus, annos ad minus ætatis suæ habeat XVIII. & ne quis pluries in anno q̃ semel inungatur, etsi sæpius ipsum ægrotare contingat: nec inungatur, nisi qui suæ sit mentis compos, ipsamq; vnctionẽ vel verbis vel signis postulet: nec inungantur scapulæ, quæ sunt in baptismo vnctæ, amodocp ministerio careant: nec etiam ægrotus inungatur in fronte, sed in ipsis temporibus: nec ipsius presbyteri manus intus, sed foris quidem vngi debent, quum sint in ordinatione eius vnctæ intus: quicq; semel ab episcopo inunctus est, ob ipsius reuerentiam per presbyterum vlterius non inungatur. Ipse vero ægrotus, vbi inunctus conualescit, inuncta loca lauari procuret, & aqua lotionis in ignem diffundatur. Qui si laborarit in extremis, inungatur ilico, ne sine vnctione decedat. Quibus in rebus tamen non puto contemnendam vniuscuiusq; ecclesiæ consuetudinem, cum catholica ecclesia se conformantem. Quæ tanti fuit etiam Paulo, alteri apostolorum principi, vt contra contentiosum nihil præterq̃ ecclesiæ consuetudinem censuerit opponendum, & respondendum. Id quod equidem longe magis factitandum in eo crediderim, quod est consuetudinis ecclesiæ catholicæ: quæ vsqueadeo veritatis est columna & firmamentum, vt aduersus eam nec inferorum portæ sint vnquam præualituræ, vtpote ædificatam supra firmam petram, quæ est Christus, omnium sacramentorum autor, in ea vsque ad consummationem seculi diebus omnibus perseueraturus, cui cum patre laus & decus sit in vnitate spiritus sancti, per omnia secula seculorum.

AMEN.

[Marginal notes: 26.q vlt. ca.Is qca. A nobis. De sent. excõic. — Extra de tem. ord. ca. Cum in distrib. — de cõsec. di.2. c.fi. dist.5. ca. bspdza. — 1.Cor.11. — 1.Tim.3 Matt.16 Mat.7 — 1.Cor.10 Mat.vlt.]

REVERENDISSIMO PATRI, SERENISSIMO PRINCIPI AC DOMINO, DN. MArino Grimano Veneto, S.R.E. TT. S. Marcelli Cardinali digniss. & ampliss. Fridericus Nausea Blancicampianus Episcopus Viennen. S.P.D.

SI quis alicui pro quibusdã fauorabilibus in se studijs gratus esse debet, reuerẽdissime pater, illustriss. princeps, ac dñe colẽdiss. nõ debeo tibi ꝓfecto nõ eẽ gratissimus, pro tã fauorabilibus, planeq́ꝫ paternis in me iãpridẽ, nõdũ de facie notũ, studijs, qbus oĩno singularẽ quãdã tuã in me bñuolẽtiã supra q̃ scribi põt, declarasti. Inter q̃ qdẽ nõ parũ multa, p̃claraq́ꝫ tua in me studia, hoc ip̃m nõ postremũ censuerim, ꝙ anno ab hinc tertio, quũ (sicut ex grauissimis fidedignorũ e Roma lr̃is accepi) p̃ter oẽm meã opinionẽ & expectationẽ Viennẽsis Ep̃s designãdus essem, tuo me solidiss. suffragio, nullis oĩno ꝑ me prouocatus ambitiõibus, p̃sente S.D.N. Paulo III. Põt. Max. & inclyto S.R.E. reuerẽdissimorũ Card. senatu, decoraueris. Suffundor sane verecũdia pudoreq́ꝫ, ꝑcẽsens, q̃ me apud principes viros testimonio ornaueris, q̃q́ꝫ ꝑamãter amore recti, amoreq́ꝫ Chr̃ianæ reip. priscis illis, ac ijs quidẽ catholicis ecclesiastis, ęquaueris. Merito, nec ne, decernere nõ audeo, cũ q nõ alius sim, q̃ (sicut cõtinuo fateor) Saul inter ꝓphetas, vtcũq́ꝫ sint, q ex me musca facere conent̃ elephãtẽ: tũ q nefas sit adfirmatiõi tuę derogare, & onerosũ, cõfiteri vera eẽ, q̃ de me abiecto indignoq́ꝫ ĩ domo dñi famulo, p̃sertim tã magnifica dixisti. Ip̃e tñ sane dign⁹ eẽs, q foueres eũ, q̃ de posses ista p̃dicare. Atq́ꝫ nimirũ licet nihil ꝓrsus ex hoc tuo erga me plenissimo nõ vulgaris hũanitatis studio, q̃ rarũ quẽdã tui animi cãdorẽ agnoscã, pluris tñ qdqd huius est de me tui testimonij facio, q̃ q̃duis aliud, q̃d mihi posset a q̃uis alio p̃stari, officiũ. An nõ magni (q̃so) vel officij vel bñficij loco duxerim, a prĩcipe tã modis oĩbus magno cõmẽdari? Vtiq́ꝫ nõ vltima laus ẽ, principibus placuisse viris: inter q̃s ipse tã nõ facile postremus es, ꝙ facile vel es citra dubiũ primus, vel primo citra cõtrouersiã ꝓximus. Vt eñ illustriss. illã tuã familiã toto terrarũ orbe celebratã, & tãta originis vetustate refertã, plane trãseã, q saltẽ queã ꝓ merito dignitateq́ꝫ satis enarrare cõmẽdareq́ꝫ tuas illas p̃clariss. virtutes, & magno nimirũ prĩcipe dignas, q̃bus sine vlla exceptiõe cũ oĩbus, & eorũ, q lõge maximi habent̃, & admirãda animi sapiẽa, inuiolata vitę innocẽtia, stupẽda cõsilij magnitudine, moderata naturę liberalitate, eximia doctrinę p̃cellẽtia, oĩgena rerũ sciẽa, deuota verę religionis & Christianę pietatis obseruãtia, magnanima fidei cõstãtia, & oĩ p̃terea laudis gñe tã nũeris oĩbus cõparãdus es, q̃ vel in hoc eos lõge vel æques vel supes, ꝙ illas ipse virtutes tuas nullo vitiorũ cõfinio læseris, cui sic cõformis oĩm laudũ, oĩsq́ꝫ glorię cõcordia cõtigit, vt tuę nihil seueritati hilaritate, nihil grauitati columbina simplicitate, nihil sapiẽæ serpentina prudentia ediuerso detrahat̃. Hinc factũ, ꝙ admirabiles illæ tuę, eædẽq́ꝫ ap̃licæ virtutes, ita p̃ter alios potẽter ĩ sui admirationẽ iãpridẽ traxerũt Paulũ III. Põt. Max. vt te inter p̃cipuos a secretioribus cõsilijs penes se cõstãter vtat̃, atq́ꝫ te pari fauore, pariq́ꝫ bñuolẽtia ꝓsequat̃. Sed qd in ep̃lari angustia tuarũ virtutũ laudes frustra ꝑcẽsere tẽto, quũ cõpertũ ꝓrsus habeã, singularẽ illã tuã modestiã nihil min⁹ ferre solere q̃ laudes, q̃rũuis etiã modestiss. quũq́ꝫ certo sciã, illas tã multitudiẽ q̃ magnitudine nõ solũ dicẽdo, sed & nũerãdo cõplecti nõ posse, vtpote q̃ eiusmodi sunt, vt vnaq̃q́ꝫ suũ desideret oratorẽ. Supest igit̃ hac solũ ꝑte, vt hãc mihi priuatim gratuler felicitatẽ, cui cõ

FRIDERICI NAVSEAE BLANCICAMPIANI, IN CATHOLICVM CATECHISMVM DE DECEM PRAECEPTIS DECALOGI, LIBER IIII.

PRAEFATIO.

POst fidei, orationis, & sacramentorum tractatum, videmur nobis non absurde tractaturi de decem præceptis dei Opt. Max. Quãdoquidem tametsi vitam æternam, ad quam ordinati sumus, & quam incredulitate protoplastorum perdidimus, recuperare non possumus, nisi fide & credulitate, & hanc deuota oratione, quũ fides sit dei donum, quod precibus est impetrandum, consequi possumus, & eius consequutionis securitatem, sacramentis quasi quibusdam signis, arrabonibus, & pignoribus confirmati & corroborati, nos certo habere monemur & instruimur: opus tamen est, vt addamus opera bona, sine quibus fides est mortua, quibus ipsi fidem nostram præbemus, nostramq; vocationem & electionem certam faciamus: quæ propterea deus creauit, vt in eis ambulemus, in quibus quum protoplasti facti deo increduli, non ambularunt, æterna damnati sunt morte.

1.Pet.1
Ephe.2

Iam vero quia bona opera partim sunt simpliciter mandata dei, partim vero in eis contenta & per ea intellecta: superest modo, vt post fidei, orationis & sacramentorum tractatum, simus tractaturi de præceptis diuinis, sine quorũ obseruatione non est, vt adulti rationisq; capaces, putemus nobis aut fidem, aut orationem, aut sacramenta prodesse: quum transgressores mandatorum, simus non aliud q̃ peccatores: peccatores vero sunt a deo diuisi, nullam habentes cum eo partem, quum sint mortui, nec aliter reuicturi, nisi obseruatione operum pœnitentiæ, quæ præcipua sunt mandata, docente domino deo per scripturam: Serua mandata mea, & viues.

Prou.7

DE DATORE MANDATORVM. Cap. I.

QVum duæ sint res, maiestas videlicet & bonitas, quæ necessariæ sunt in vnoquoque legislatore: maiestas, vt is autoritatem habeat legem condendi, puniendiq; legis transgressorem, potestatem & exequutionem: bonitas, vt condat legem, & mandet non in suum, sed in suorum commodum & bonum, vt non suæ voluntati, sed subditorum vtilitati videatur consuluisse: videndum proinde erit, quis & qualis sit, qui dicit ad vnumquenq;: Serua manda-

Ibidem

mandata mea,& viues:volens,vt vnusquisque quod mandat, seruet,non ob mittat,nec transgrediatur:Num videlicet videatur præcipere, quod omnibus vtile est,(quum legislatoris sit ciues facere bonos)& habeat potestatem tantam,quo possit pro loco & tempore facere exequutionem in ipsum transgressorem: quandoquidem nihil est dare legem,nisi lex ipsa manuteneatur vt seruetur,& non seruans,mulctetur.

Atque nimirum si attenderimus,quis dicat,serua mandata mea,& viues: profecto intelligemus eum esse dominum deum,quem Solomon rex sapientissimus loquentem introducit,qui quondam mandata illa, de quibus sonãs verba præfata,daturus,ait:Ego dominus deus tuus &c.

Deut.5 Exo.20

Quia enim dicit se dominum,ostendit se habere maiestatem dandi præcepta & mandata:quicq; possit exequutionem facere suorum præceptorum in omnem gentem, non modo in vnam:quandoquidem est dominus dominantium,prout ipsum scriptura nominat, & quidem

1.Tim.6 Deut.10 Apoc.19 Gene.1

Primo,ob amplitudinem dominij: quoniam sicut creator est omnium,ita dominus est omnium,cœli videlicet & terræ,& omnium quæ sunt in cœlo & in terra,prout ad ipsum Christus iuxta humanitatem suam orat,dicens:Confiteor tibi pater,domine cœli & terræ,hoc est,cœlestium, terrestrium, & infernalium,visibilium,inuisibiliumq; rerum,iuxta Paulum dicentem:In ipso cõdita sunt vniuersa in cœlis & in terra,visibilia & inuisibilia.Quem proinde Iudith vocat ipsum dominum totius creaturæ.Ipse vero Mardochæus appellat eum,dominum vniuersorum,in cuius ditione sint omnia posita. Quum proinde dominus sit vniuersalis,nec alius nisi ipse,ideo mandata ipsius sunt vniuersalia,quoscunq; mortales, imo creaturas omnes obligãtia,quũ mandata aliorũ dominorum ligent nisi ea,quæ sibi subsunt particulariter.

Matt.11. Acto.17 Col.1 Judith.9 Hest.13 2.Mac.14

Secundo,ob autoritatem dominij,quoniam ipse non est subdelegatus,sed proprius,& autoritate propria dominus,sub quo sunt & subijciuntur, quotquot sunt alij domini,tanquam subdelegati, potestatem limitatam habẽtes, sine illius potestate nihil omnino valentes,quantum ipse vult potentes,illi rationem redditurí de suis omnibus gubernationibus &dominijs.Ideoq; Paulus ad eos dominos,qui superbiunt quasi sui essent domini, nec haberent supra se potentiorem & maiorem dñm deũ, ita scribit: Domini,quod iustum est & æquũ,seruis præstate,scientes q; & vos habetis dominum in cœlo,qui & vester & illorum dominus est. Ideoq; omnium eorum, quos secundum quid vocant dominos,mandata debent ad illius domini dominantium mandatorum conformitatem esse,cui magis q̃ illis,quum sint homines, obediendum est. Sunt proinde cæteri in terra domini,duntaxat delegata dominatione,& ex accidente domini:deus vero ipse, natura est & secundum essentiam dominus verus,& idem nulli omnino subiectus,sed cui subiecta sunt omnia, de se dicens:Ego dominus,& non est alter,formãs lucem & creans tenebras, faciens pacem & creans malum.Ego dominus faciens hæc omnia.

Luc.16 Heb.13 Col.3 Ephe.6 Acto.5 Esa.45

Tertio

Tertio, deus ipse dominus est dominantium, ob potentiam & fortitudinem dominij & exequutionis, quoniam cunctis etiam nolentibus dominari potest & dominatur, quum nomen habeat omnipotens, quia possit omnia: cuius voluntati nemo potest resistere, nec eius exequutionem & sententiam effugere quispiam: qui habet mortis & vitæ potestatem, & deducit vsque ad portas mortis, & reducit. Atque ideo, quum saluator videret suos discipulos, quoniam ipsis prædixerat, quomodo essent aliquando ducendi ad principes & terræ dominos ob eius Euangelion & nomen, esse deterritos, & vellet eos admonere multo potentioris domini, quem magis deberent timere, dixit: Nolite timere eos qui occidunt corpus, animam vero non possunt occidere: sed potius eum timete, qui potest & animam & corpus perdere in gehennam. Nonne duo passeres asse væneunt, & vnus ex illis non cadet super terrã sine patre vestro? Vestri aũt & capilli capitis omẽs numerati sunt. Quapropter Mardochæus olim, quũ mors sibi populoq; Israelitico ab inimicis certa impenderet, ita orauit ad dominũ, dicens: Dñe rex omnipotens, in ditione eñ tua cuncta sunt posita, & nõ est qui possit tuæ resistere voluntati, si decreueris saluare Israel. Tu fecisti cœlum & terram, & quicquid cœli ambitũ continetur. Dominus omnium es, nec est qui resistat maiestati tuæ &c. Et nunc dñe deus miseretere populi tui, quia volunt nos inimici nostri perdere &c. conuerte luctum nostrum in gaudium, vt viuentes laudemus nomen tuum domine.

Exod.15 Iudith.16 Gene.50 Sap.16 1.Reg.2 Tob.13 Matt.10 Ibidem. Hest.13

Videte proin charissimi, qualis & quantus sit ille dominus, qui dat vnicuique nostrum mandata, quæ & serio vult ab vnoquoq; seruari. Certe nullus ei potest ab initio mundi similis esse, nec similis futurus est vnquam in omnibus, quæ concernunt dominum dominantium & regum regem. Quæ Dauid animaduertens, cum admiratione ait: Domine deus virtutum, quis similis tibi? Cui dominus respondet: Non est mei similis. Consilium meum stabit, & omnis voluntas mea fiet. Id quod nulla potestas humana ab initio mundi vere dicere potuit, nec dictura est vnquam.

Psal.88 Esa.46

Iam vero, si diligenter & obedienter plerique omnes, prout decet, currimus ad Imperatoris, regis, ducis, & id genus alterius principis & domini, mãdatum, & hoc ipsum diligenter & reuerenter audire seruareq; studemus: eheu, q̃ diligenter adcurrere debemus ad mandatum, & ipsum diligenter & reuerẽter seruare, tanti Imperatoris, regis & domini, sub quo illi omnes sunt, cuiq; omnes creaturæ in cœlo, terra & inferno obedire coguntur? & quidem maxime, quum eius mandata non possunt nobis omnibus non esse lata in bonũ, commodumq; nostrum: quãdoquidem summe & solus est ille bonus, eiusq; bonitas excellit omnem bonitatem, vt ex ipsius nomine claret.

Matth.19 Luc.18

Quia enim dicit se deum, ostendit se eius esse bonitatis, vt nihil possit nobis mandare, nisi quod nobis vtile sit & necessarium & bonum, quando a bonitate suum sibi vendicauerit nomen deus. Sicut enim domini nomen ad magnificentiam, ita dei nomen ad bonitatem & munificentiam censemus referendum. Id quod non modo Græca, sed & Germanica & Latina no-

menclatura, qua ipse nominatur, testatum facit. Ipse quidem græce appellatur θεός, & latine deus, a dando videlicet, quoniam det hominibus, imo creaturis omnibus, quicquid est vtile, bonum & commodum, dicente Iacobo: Omne datum optimum, & omne donum perfectum, de sursum est a patre luminum. Ipse propterea deus Germanice appellatur Gott, id est, gutt, id est, bonum, quia sit tanquam fons indeficiens, abundans omni bonitate: vnde, quicquid est vel nominari potest bonũ, manat & deriuatur. Et recte nimirũ lingua nostra Germanica, imo pulchrius & aptius, q̃ vlla alia lingua, dominum deum appellat bonum, quasi non sit aliud bonum nec in cœlo nec in terra, ꝙ ipse per excellentiam, & quidem in neutro genere, bonum, & quidem sine articulo, vocetur. Id quod adeo verum est, vt veteriores illi Theologi deum esse dixerint, quo melius excogitari non possit, quia summum bonum, nec potens nisi bene facere; & quicquid facit, optimum sit, vtcunque nobis tale non videatur. Id quod & Germanica prouerbia veteriorum præ se ferunt, quorum vnũ habet: Deus det nobis, quod eius diuinæ est voluntatis:

Iaco.1

Gott gebe vns was seyn gottlich wil ist.

Alterum vero habet: Modo deus det nobis, quod nobis fauet.

Gott gebe vns nür/was er vns gan.

quasi tam bonus sit, vt nihil mali velle dare possit, nec aliquid mali nobis fauere queat.

Gene.1.2 Cuius infinita bonitas etsi pateat in omnibus creaturis, quæ etiam non possunt nisi bonæ ab ipso esse creatæ, tamen non obscure patet ex hoc, ꝙ tametsi illi debeamus omnia, tanquam summo domino nostro serui, & licet fecerimus omnia præcepta quæ nobis præcepit, tamen sumus inutiles serui, quia fecimus quod debuimus: nihilominus tamen promittit, se nobis daturum mercedem pro obseruatione suorum mandatorum, vt videlicet nobis ex gratuita saltem repromissione, quod non debet ex merito, debere possit & velit: & quidem ex promissione gratuita nobis velit debere mercedem longe maximam, quam nemo alius, nisi ipse, largiri possit, nempe vitam, veluti paulopost dicemus.

Luc.17

QVALIS ET QVANTA SIT A DEO MERces, eius mandata seruantibus. Cap. II.

Dictum est de superexcellenti maiestate domini dei, propter quam habet condere mandata, & in ipsorum transgressores modis omnibus animaduertere: dictum quoque est de ineffabili & tanta quidem bonitate ipsius, vt eius mandata non possint non esse bona & optima, & ideo in omnium subditorum bonum & commodum esse data, vt qui tam sit bonus, vt etiam pro obseruatione mandatorum suorum, quæ alioqui propter infinita & maxima ipsius in nos merita, seruare prorsus obligamur, nobis ex gratuita promissione dare velit mercedem omnium longe maximam, quam non possit alius præter ipsum dare, nimirum vitam, dicens: Serua mandata mea, & viues. In quo quidem vltimo verbo, scilicet viues, dominus ipse deus optimus

Proue.7

mus maximus non modo promittit se dare pro obseruatione suorum mandatorum vitam,& hanc quidem temporalem,sed & æternam,quando vtraque veniat appellatione vitæ,& vna sit alterius quasi relatiua.

Est autem vita illa, quædam naturalis spiratio,qua sumus & vegetamur & sentimus & agimus: quam deus,quando creat animam in vtero materno, bonitate omnique potentia sua largitur & infundit creaturis,vnicuique in suo genere,iuxta scripturam dicentem: Formauit dominus deus hominem de limo terræ,& inspirauit in faciem eius spiraculum vitæ, & factus est homo in animam viuentem. Et hanc quidem vitam dare nemo potest, nisi ipse qui vera vita est, eademque æterna,cuiusmodi solus est ipse dominus deus, dicente Christo: Sicut pater habet vitam in semetipso,sic dedit & filio habere vitam in semetipso. Q.d.non est vt sit qui vitam habeat aut alijs det, præter patrem deum & me, qui sum idem cum patre. Et vere nimirum, quum sit ipse per quem omnia facta sunt,& sine quo factum est nihil, & quod factum est in ipso, vita erat.

Gene.2 Iohã.5 Iohã.10 Iohã.1.

Atque hoc est,quod Apostolus ait apud Athenienses de deo: Deus,qui fecit mundum,& omnia quæ in eo sunt,hic cœli & terræ quum sit dominus, non in manufactis templis habitat, nec manibus humanis colitur,nec indiget aliquo,quum ipse det omnibus vitam & inspirationem. In ipso enim viuimus,& mouemur, & sumus. Id quod vsqueadeo credidit Moses, vt non dubitauerit de deo ad populum Israeliticum dicere: Ipse est vita tua,& longitudo dierum tuorum.

Acto. 7 Deut.30

Ipsam vero hanc præsentē vitam,deus ipse dare vult,vtpote satis longæuam: & nedum ipsam vitam,sed & commodam vitam, & quicquid ad commodam vitam pertinere putamus,dare quidem vult hanc ipsam seruantibus sua mandata,quæ & alias ob id vitæ mandata appellantur.

Baruch.3

Primo quidem dari vitam hanc temporaneam per ipsum,testatur dominus per scripturam,dicens: Fili mi,ne obliuiscaris legis meæ,& præcepta mea cor tuum custodiat. Longitudinem enim dierum & annos vitæ apponent tibi. Quod Moses ille dei seruus sciens,ait: Scito ergo hodie,& cogita in corde tuo,quod dominus ipse est deus in cœlo sursum, & in terra deorsum, & non est alius. Custodi præcepta eius atque mandata,quæ ego præcipio tibi,vt bene sit tibi, & filijs tuis post te, & permaneas multo tempore super terram, quam dominus deus tuus daturus est tibi. In cuius argumentum, quum Ezechias olim paulopost iussu domini moriturus,oraret dominum,vt propter obseruationem eius mandatorum,quæ seruauerat,fineret eum diutius viuere,dominus ipse non modo ipsum ab ægritudine lœthali sanauit,sed & ei reliquum adhuc vitæ addidit annos quindecim.

Prouer.3 Deute.4 4.Reg.20 2.Para.32 Esa.38

Secundo,dari a domino seruantibus eius pręcepta non vitam modo hanc temporaneam, sed & percommodam, & quæ ad hanc attinent, patet ex eis quidem bonis,quæ promittit sua mandata seruantibus.

Primo enim dicit ipse dominus: Si in præceptis meis ambulaueritis,

Leui.26 Deut.28

& mãdata mea custodieritis,& feceritis ea,dabo vobis pluuiam temporibus suis,& terra gignet germen suum,& pomis arbores replebuntur.

Secundo,appræhendet messium tritura vindemiam, & vindemia occupabit sementem.

Tertio,& comedetis panem vestrum in saturitate.

Quarto,Et absque pauore habitabitis in terra vestra,dabo pacem in finibus vestris,dormietis,& non erit qui exterreat.

Quinto,auferam malas bestias.

Sexto,Et gladius non transibit terminos vestros. Persequemini inimicos vestros,& corruent coram vobis. Persequẽtur quinq; de vestris,centum alienos:& centum de vobis,decem millia. Cadent inimici vestri gladio in conspectu vestro.

Septimo, respiciam vos, & crescere faciam: multiplicabimini, & firmabo pactum meum vobiscum.

Octauo,comedetis vetustissima veterum,& vetera nouis superuenientibus proijcietis.

Nono,ponam tabernaculum meũ in medio vestri,& nõ abijciet vos anima mea. Ambulabo inter vos,& ero deus vester,vosq; eritis populus meus.

Iam vero quis non hæc mandata dicat esse optima,& ea diligenter obseruare studeat,propter quorum custodiam dominus deus tot bona promittit, vtpote quæ non solum pertinent ad hanc vitam temporalem,& quidem longæuam,sed & ad commodissimam vitam?

Quis modo nostrum est,qui non ex animo viuere,& quidẽ diu viuere cupiat? Quis paruipendit hanc vitam, quamlibet etiam breuem, & quantumuis multis miserijs plenam? Proculdubio natura nullus. (Iob.7.14)

Q; enim magna res natura sit vita,vel inde claret,q; animantia quæq; vitam tuentur modis quibus possunt omnibus,& mortem abhorrent: nec sit a mundo condito repertus aliquis,qui natura non amasset viuere, nec mori abhorruisset ac formidasset.

In hoc tempore & seculo nihil esse nobis potest charius vita,nihil eius amissione terribilius:hanc vt habeamus,omnia facimus. Cæterum quando solus ipsam dare possit dominus deus,nec dare vult,maxime commodam, nisi seruantibus eius præcepta, conemur modis omnibus ea seruare,vt non modo viuamus hanc vitam temporalem,sed & æternalem. nam & eam quæ post hanc est vitam cum deo æternaliter viuente in alio seculo, idem dominus deus pro suorum mandatorum obseruatione promittit.

Secundo,dari vitam æternam a deo seruantibus eius mandata, testatur æterna veritas Christus Iesus,ad eum qui interrogabat,quid boni facere deberet,vt vitam æternam possideret, dicens: Si vis ad vitam ingredi, serua mandata. Id quod vsqueadeo verum esse probat veritas,vt alibi ipsum dei patris mandatum dicat esse vitam æternam: non q; per essentiam sit ipsa vita æterna, sed quia certissime præstetur a deo vita æterna seruatione sui mandati. (Matt.19 Mar.10 Luc.10 Iohã.12)

Est autem vita æterna, quæ constat in solo deo essentialiter, vsqueadeo potior q̄ hæc temporalis, vt hæc ad illam potius propter eius breuitatem, vanitatem, multiplicemq; miseriam sit vmbra, dolor & mors ipsa denique, vt quę non appeti debet, nec quoquo modo diligi, nisi propter ipsam vitam æternam, ob quam creati sumus, ob quā hic viuere debemus, & huius temporaneæ vitæ omnia facere propter vitam æternam, ob quam & hæc ipsa temporalis cum rebus temporalibus omnibus est negligenda, Christo dicente: Qui amat animam suam, perdet eam: & qui odit animam suam (id est, vitam suam) in hoc mundo, in vitam æternam custodit eam. Vult enim hanc vitam temporalem negligi per abstractionem voluptatum, vt alibi habeatur vita æterna.

Iohā.12 Matt.16 Marc.8

Ipsa vero vita æterna, est ea vita, in qua est lætitia sine tristitia, salus sine dolore, lux sine tenebris, sapientia sine ignorantia, memoria sine obliuione, intellectus sine errore, ratio sine obscuritate.

In ea quoque dolor nullus sentitur, gemitus nunquam auditur, triste non videtur, ægritudo non timetur. In qua iuuentus nunquam senescit, color nunquam pallescit.

Quid multa? Aeterna vita, est vita sine morte & sine omni re, quæ mortem possit inferre, quum in ea summum bonum, quod est deus æternus, possideatur ab omnibus.

Apo.7 Apoc.12 1.Cor.15

Quæ nimirum tanti fuit hominibus a condito mundo sanctis, vt ij propter eam nanciscendam nihil non tormentorum passi sint, & vitam denique hanc temporaneam libenter exposuerint in mortem, vt æternam haberent, in qua perpetuo viuunt. Et recte profecto. Nam quid prodesset, inquit veritas, homini, si vniuersum mundum lucraretur, animæ vero suæ detrimentum pateretur? aut quam daret homo commutationem pro anima sua?

Matth.19 Heb.11. Matth.16

Iam vero demum, quis non alacri animo conseruare & audire studeat dei maximi præcepta, propter quæ non modo datur seruantibus vita hæc temporalis in mercedem, sed & æternalis: quæ tanto est temporali vita præstantior, nobilior & charior, quanto præstantior, nobilior & charior est anima corpore, quod sine illa viuere nequit, quum ipsum animet ac viuificet? Sin est, quod absit, quem ad eorundem præceptorum conseruationem non moueat merces tam supra modum copiosa, vtpote vita hæc præsens, simulq; illa futura & æterna, qua tamen post deum nihil excogitari queat nobilius, ipsum saltem moueat minata non conseruantibus mulcta & pœna, qua de statim nonnihil dicturi sumus.

DE MVLCTA ET POENA NON seruantium dei præcepta. Cap. III.

QVando Christus dei optimi maximi vnigenitus, idemq; saluator & præceptor noster summus, ita omnium salutis amator extitit, vt plerosque omnes ad salutem modo præmio vitæ tam temporaneæ q̄ æternæ, & rebus omni-

Matt. 16 Roma. 2 omnibus illuc attinentibus, modo autem minis & pœnis, vtpote temporaneæ æternalisq; mortis, & rebus omnibus illuc pertinentibus, sæpenumero hortatus est, nosq; iam paulo ante diximus, quale præmium, videlicet temporalis & æternæ vitæ, nos debeat permouere ad conseruationem diuinorum mandatorum: superest, vt & ordine consequenti dicamus, quæ vel pœna vel mulcta debeat nos omnes ad illorum conseruationem, non dico, pellicere, sed & modis omnibus cogere.

Siquidē vt viuunt vtraq; vita dei mandata seruantes, ita moriant̄ necesse est vtraq; nō seruātes, tēporali videlicet morte p abbreuiationē vitæ, & æterna. Id quod haud obscure percipimus a cōtrario sensu huius verbi, quod dominus ait: Serua mandata mea, & viues. Sequitur enim a contrario sensu: Sin non seruabis, morieris, vtiq; morte tam corporis q̄ animæ. Idem quoq; intelligitur ex scriptura, dicente: Deus ab initio constituit hominem, & reliquit illum in manu consilij sui. Adiecit mandata & præcepta sua. Si volueris mandata conseruare, conseruabunt te. Ante hominem vita & mors. Q. d. Sin non volueris conseruare, nec te conseruabunt, scilicet in vita, quoniam morieris. Id quod statim a mundo condito cœpit esse verum in protoplastis, qui mox vbi dei mandatum transgressi sunt, cœperunt esse obnoxij tam temporali q̄ æternæ morti, quę & hæreditare cœpit in vniuersum genus humanum, quod tamen fide per charitatem operante bona opera & dei præcepta, in Christum, liberatur ab alterutra.

Eccl. 15

Gene. 3

Roma. 5

Galat. 5

Est autem mors temporalis nihil aliud, q̄ corporis ab anima tanquā a temporali vita sua temporalis separatio, quæ rursus in nouissima die Christi voce & virtute redibunt. Ea autē mors vsqueadeo est amara, scriptura teste, & eius etiam memoria, vt Aristoteles per experientiam concluserit, mortem omnium terribilium esse terribilissimum: vtpote q̄ ea separatiōe nihil sit horribilius, nihilq; crudelius, quæ & omnem in terra passionem superet, prout satis claret in agone cuiuslibet hominis. Hinc volunt eos, qui resuscitati, denuo debuerunt mori, memores dolorosæ mortis, in vita non vltra risisse.

Iohā. 5

Eccl. 41.

Ipsa vero mors æterna non est aliud, q̄ æterna corporis & animæ hominis ab æterno deo, id est, a vita æterna, separatio in æternam damnationē & pœnam: nō ideo mors dicta, q̄ corpus & anima damnati post vitam hanc temporalem morerentur æternaliter, quum æque viuāt apud inferos æternaliter, sicut corpus & anima saluati viuunt æternaliter in cœlo: sed ita dici cœpta, q̄ eorum vita propter æternam a deo separationem & ineffabilem pœnam, tam sit calamitosa & mala, vt non modo similis esse possit omni tormento in hac terra, sed & ipsi pœnæ mortis, adeoq; ipsi morti, velut aliquoties hominē vehementer ægrotantem, dicimus mortuum, &c.

Esai. vlt. Sap. 5

Insuper qui dei mandata non seruant, non solum moriuntur æterna morte, sed & priuantur ijs, quæ viuere commode faciunt: & puniuntur illis, quæ mortem accelerare faciunt temporalem, quam & sine pœnitentia certo sequitur mors æterna.

Ipse enim dominus deus sua dans præcepta, sic ait: Quod si non audieritis

me,

me, nec feceritis omnia mandata mea, sed spreueritis leges meas, &c. ego quoque haec faciam vobis.

Primo, visitabo vos in egestate & ardore, qui conficiat oculos vestros, & consumat animas vestras.

Secundo, Frustra seretis sementem, quae ab hostibus deuorabitur.

Tertio, ponam faciem meam contra vos, & corruetis coram hostibus vestris, & subijciemini ijs qui oderũt vos: fugietis nemine persequente.

Quarto, dabo vobis coelum desuper sicut ferrum, & terram aeneam. Consumetur incassum labor vester, non proferet terra germen, nec arbores poma praebebunt.

Quinto, Emittam in vos bestias agri, quae consumant vos & pecora vestra, & ad paucitatem cuncta redigant.

Sexto, inducam super vos gladiũ vltorẽ mei foederis: cũq; confugeritis in vrbes, mittam pestilentiam in medio vestri, & trademini in manibus hostiũ.

Septimo, ad pondus comedetis, & non saturabimini.

Octauo, dispergam vos in gentes, & euaginabo post vos gladium: & qui de vobis remanserint, dabo pauorem in cordibus eorũ in regionibus hostiũ: terrebit eos sonitus folij volantis, & ita fugient quasi gladium. cadent nullo persequente, nemo vestrum inimicis audebit resistere, peribitis inter gentes, & hostilis vos terra cõsumet. Hae sunt mulctae & plagae, quibus ipse dominus deus pro loco & tempore non seruantes praecepta sua punit, ex Leuitico quasi compendio quodã huc reductae, quas ipse Moses vna cũ reliquis maledictionibus & benedictionibus mãdata dei seruantiũ vel nõ seruantiũ, perinde atq; interpres verborũ domini, longe fusius recenset. Quas propterea & ob maiorem fidem, de verbo ad verbũ huc transscribendas duximus.

Leui. 26
Deut. 28

QVOMODO SINT SVBDITIS PRAECIPVE dei praecepta tradenda & inculcanda. Cap. IIII.

AVdiuimus omnipotentiam & immensam bonitatem domini dei nostri, qui nobis dat praecepta, quicq; ea vult a nobis omnino serioq; seruatum iri, promittẽs ex animo gratuito nihil non bonorũ seruantibus ea: viciſſimq; nihil non malorũ minatur ea non seruantibus, quanquam nemo mortaliũ sit, qui non infinities (vt ita dixerimus) ea teneatur seruare propter tot tantaq; beneficia, quae cuilibet ab eius in vtero creatione & natiuitate contulit, vt etiam rex idemq; propheta sanctiſſimus, pares pro eis beneficijs gratias reddere prorsus desperauerit, inquiens: Quid retribuam domino pro omnibus quae retribuit mihi? Quandoquidem tanta totq; sunt ipsius in nos beneficia, vt eorũ numerus non sit: quũ creaturae totius vniuersitas in nostrũ bonũ & commodũ ab eo sit condita, quae nobis in bonum seruit, ac nihilo minus & ipsa in eo seruit ac obedit domino deo, creatori suo omnipotenti, praeceptum eius faciens, dicẽte propheta eodẽ: Praeceptũ posuit, & non praeteribit.

Psal. 115
Gene. 1
Psal. 8
Psal. 148

Iam vero quis tam prorsus deploratus, quis tam impius & damnatus est, qui ad tam magni, tamq; boni domini pcepta audiendũ non currat, seruandumq;

dumq; non solum per se modis omnibus studeat, sed & alios, vt seruent eadem, doceat & moneat: prout vnicuiq; deus, hoc præsertim in casu, mandauit de proximo suo, maxime eis, qui sub se habēt, de quibus deq; eorum vita reddere rationem oportebit, iuxta Paulum, quales sunt Imperatores, reges, duces, principes, comites, barones, magistratus, domini, parētes, præceptores, pastores, & hoc genus alij, qui suos subditos & domesticos obligantur ea domini præcepta vel docere, vel curare vt doceantur & seruētur ab eis, qui alioqui coram tribunali Iesu Christi, coram deo cogētur reddere rationem, tenebunturq; tanquam rei, quum ex negligētia ipsorum sunt causa illorum malorum, quæ subditi & domestici per præceptorum transgressiones perpetrant & designant: qui non solum morte digni sunt æterna, sed & ipsi superiores, qui non docēdo, nonq; manu tenēdo, teste Paulo, cum faciētibus consentire videtur, proq; facientibus habentur.

Eccl.17 Heb.13 Rom.14 2.Cor.5. Roma.1.

Atq; hoc est, quod aliquando potestas per se optima, punitur a deo, infelixq; redditur ob subditos peruersos, quibus plus æquo conniuuit in malis & indulsit. Sicut enim propter scelera populi datur a deo malus princeps & prælatus, ita ob eorundem scelera bono principi, qui non corrigit ea, datur infelicitas, & ab eo aufertur gratia, & additur maledictio. De cuiusmodi negligente principe propheta dicit: Maledictus qui facit opus domini fraudulēter, & maledictus qui prohibet gladium suum a sanguine. Quæ quidem maledictio cœpit olim in terrorem omnium superiorum, præsertim carnalium parentum, fieri vera in ipso sene Heli sacerdote, qui quoniam duobus filijs suis Ophni & Phinehes, in peccando nimium indulserat, ita cœpit maledictus fieri, vt filios amiserit in bello turpiter interfectos, audita q; eorum morte, exanimatus ceciderit ex sella retrorsum iuxta ostium, & fractis ceruicibus, mortuus fuerit.

Osee.13 Iob.34 Ezech.3 Hier.48 1.Reg.1.4

Dominus proinde deus tantam suorum præceptorum vtilitatem necessitatemq; sciens, ea vult non modo nos seruare, sed & alios aut verbo aut exemplo docere, per Mosen dicens: Erunt verba hæc, quæ ego præcipio tibi hodie, in corde tuo, & narrabis ea filijs tuis, & meditaberis sedens in domo tua, & ambulans in itinere, dormiens atq; consurgens. Et ligabis ea quasi signū in manu tua, eruntq; & mouebunt inter oculos tuos, scribesq; ea in limine & ostijs domus tuæ. Et rursus ipse Moses ait: Ponite corda vestra in omnia verba mea, quæ ego testificor vobis hodie, vt mandetis ea filijs vestris custodire, & facere & implere vniuersa, quia non incassum præcepta sunt vobis, sed vt singuli in eis viuerent, quæ facientes, longo tempore perseueretis in terra.

Deute.6 Deut.32

Ex ijs sane satis apparet, q̄ modis omnibus oporteat nos audire & seruare domini dei nostri præcepta. Quibus vero modis recte nos ea seruare possimus, paulopost docebimus.

QVOMODO DEI PRAECEPTA RITE seruanda sint ab omnibus. Cap. V.

Arbi-

ARbitramur nunc & posthac non esse, qui non ex animo cupiat audire, intelligere, & seruare dei Opt. Max. præcepta, quum plane cognoscat, in eorũ seruatione vitam suam, & temporariam & æternam, & quicquid eo pertinet, & in ipsorũ transgressione vtranq; mortem, & quicquid eo pertinet, collocari: sed velle saltem scire, quo pacto rite possit ipsa seruare. Cui vt pro virili succurramus, sciẽdum ducimus, esse quidem certos modos, quibus ipsa dei Opt. Max. præcepta seruemus oportet.

Primo seruet homo oportet ea, bono nimirum & alacri affectu, habens ea grata & accepta, vtpote q̃ a deo, totius bonitatis fonte & cõditore suo, sunt tradita, a quo (veluti diximus) nihil nisi bonum procedit, cuius propterea mandata necesse est esse bona, salutaria & vtilia, nec nisi ad nostram salutem & vtilitatem esse ab ipso tradita. Quam sane opinionem quur nõ habeamus de deo Opt. Max. quum eam habeamus de viris bonis, quorũ præcepta hoc libẽtius amplectimur vti bona, quo scimus eos esse meliores? Atq; adeo propheta dicit de præceptis dei: Pronunciabit lingua mea eloquium tuum, quia omnia mandata tua æquitas. *Iaco. 1.* *Psal. 118*

Secundo debet ipsa homo nõ modo habere in memoria & in ore, sed & opere pro viribus exequi, facere & adimplere, quorum alioqui scientia & notitia sola grauat peccatum ipsius, quũ (teste Iacobo) scienti bonũ facere, & nõ facienti, peccatũ est illi. Id quod & dñs clarius arguit, inquiens: Seruus qui cognouit voluntatem dñi, & nõ se præparauit, & fecit digna plagis, vapulabit multis. Qui aũt nõ cognouit, & fecit digna plagis, vapulabit paucis. Vnde Petrus: Melius, inquit, erat illis nõ cognoscere viam iustitiæ, q̃ post agnitionem retro conuerti ab eo, quod illis traditum est sancto mandato. Nec est, quod ille dominum deum possit diligere, siue in eum vere credere, qui eius mandata scit, & ea nõ seruat, dicente Iohãne: In hoc scimus quoniam cognouimus deum, si mandata eius custodimus. Qui enim dicit se nosse deũ, & mãdata eius nõ custodit: mendax est, & in eo veritas non est. *Iaco. 4* *Luc. 12* *2. Pet. 2.* *1. Iot. ã. 2*

Tertio debet ea facere prompte, voluntarie & hilariter, quoniam nihil coacti placet deo obsequij, quũ hilarem datorem diligat ipse dominus, vt Apostolus ait. Id quod homo facile faciet, vbi ipsius mandatorũ necessitatem & vtilitatem cõsiderauerit. Si eñ libenter & ex animo seruamus eius medici mãdatum, q̃, vtcũq; non certo, speretur dare perituram illam sanitatem corporis & vitam temporalem: q̃ multo libẽtius, & magis ex animo, amplectemur dei optimi medici præceptum, q̃ ipsum seruantibus certo largitur non modo corporis, sed & animæ salutem, non solum hanc transitoriam, sed & æternam proculdubio præbet vitam? *Psal. 53* *2. Cor. 9*

Quarto oportet vt homo seruet ea semper & integre, nõ vt aliqua custodiat, aliqua vero negligat, quum (teste Iacobo) qui totam legem seruauerit, offendat autem in vno, factus est omnium reus. Nec sufficit aliquoto tantũ vitæ tempore, sed vsq; ad finem ipsius vitæ seruare profuerit. Qui eñ (inquit dominus) perseuerauerit vsq; in finem, hic saluus erit. *Iaco. 2* *Mat. 10 24*

Id quod vt homo facile præstare possit, inter cætera, de quibus (deo volente

Mat.14 lente)circa finem dicturi sumus,est ipsa deuota oratio,quę vel sola a deo oia
24 Marc.13 poterit impetrare,quo & dominus vbiq; nos remittit. Quod nō obscure fen
Lu.18.22 sit Iosaphat rex ille pientissimus,in tribulatione dicēs:Sed quum ignoremus
2.Par.20 quid agere debeamus,hoc solum habemus residui,vt oculos nostros dirigamus ad te.Id quod profecto nobis hoc tempore summe necessariū est. Cuius causa nuper edidimus librum in idiomate Germanico,complectentem singulas & omnes orationes,quibus pro loco,tempore,causa & persona, homo salutariter vti potest,in omnibus præsertim & singulis suis aduersitatibus & tribulationibus,& pro conseruatione mandatorum dei. Quorum qui hactenus vtilitatem,necessitatem & modū,quo seruari debent,diximus:iam posthac dicemus,quid & quotuplex sit mandatum.

QVID ET QVOTVPLEX SIT DEI præceptum. Cap. VI.

POstquam diximus & audiuimus de præmio,quod datur obseruantibus dei mandata,deq; supplicio eorum qui non obseruant ea , simulq; de modo,quo sunt ipsa rite seruanda:consequēs est, vt tandem definiamus,quid & quotuplex sit dei præceptū:quandoquidem neminē esse arbitramur, qui non ex animo cupiat,nō solū ipsum scire,sed & pro virili seruare:cū vt præmiū seruationis habere possit,tum vt effugere valeat transgressionis pœnam.

Est aūt(vt breuiter agamus)dei præceptum,nihil aliud q̄ dei imperiū, obligans quoscunq; homines(saltem rationis capaces)ad faciendū ea quæ præcipit,& ad euitandū ea quæ prohibet, sub pœna mortis æternæ. Ipsum vero dei præceptū, duplex est:vnū videlicet adfirmatiuum,quod præcipit aliquid agendū,& per adfirmationē explicatur:atq; hoc ipsum sub se habet tria præcepta,quæ sunt:Vnū cole deū , sanctifices sabbata, venerare parētes. Alterū est negatiuū,q̄d prohibet aliquid vt malū,& negatiue enunciat̄,habēs sub se septē præcepta,quæ sunt:Ne iuremus vane per nomē dei,ne occidamus,ne furemur,ne fornicemur, ne falso testificemur,ne concupiscamus alterius vxorem,ne concupiscamus rem alterius.

Ex quibus aperto constat,decē esse præcipua dei mandata,ad quæ tanquā accessoria,quicquid vspiam est in literis sanctis præceptorū,refertur & reducitur vna cum bonis operibus,quæ vel ipsa sunt diuina præcepta,vel ex eis deducta,perinde atq; ex veris fontibus flumina, quæ sacra scriptura in lib.
Deut.5 Exo.20 Exodi & Deuteronomij ordinatim recenset.

Rom.13 Hæc nimirum decem præcepta,sunt verba illa decē fœderis inter deum & hominem,quæ Moses,ipso domino deo mandante,scripsit in duabus tabu-
Exo.34 Deut.4 lis lapideis in monte Sinai , quando fuit cū illo quadraginta dies & quadraginta noctes,nec panē manducans, nec aquam bibens.

Psal.32 Hæc ipsa decem præcepta,sunt decem illæ chordæ in regia cithara,qbus in psalterio confiteri & psallere iussit domino deo citharœdus ille vere regius. Hinc summus ille præsul & doctissimus doctor Augustinus, librum scripsit de decem præceptis,quem inscripsit de decem chordis. Et recte nimirum

dei

dei præcepta chordis adsimilantur, quoniam nec hæ nec illa debent esse ocio sa, sed semper manu sunt tangenda, id est, ipso opere complenda: quandoqui dem non auditores legis, vt inquit Paulus, iusti sunt apud deum, sed facto- res legis iustificantur. Roma.2

Hæc insuper decem præcepta, sunt decem isti vsuales nummi, quos valuit denarius ille, quem paterfamilias ille euangelicus, vineæ dominus (deus vtpo te Opt. Max.) dedit & promisit omnibus in vinea sua operantibus, & non ociantibus: quandoquidem denarius ipse significat vitam æternam, haben- tem decem choros, angelorũ nouem, & vnũ hominũ saluatorũ, quæ non da- tur, nisi decem dei mandata seruantibus, domino dicente: Si vis ad vitam in- gredi, serua mandata. Matt.20 Luc.15 Matth.19

Quæ proculdubio sunt illa, quæ Christus iussit suis discipulis alios doce- re, quum paulopost esset hinc ad cœlos adscẽsurus, inquiens: Euntes ergo, do cete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris & filij & spiritus sancti, docẽtes eos seruare oĩa quæcũq; mandaui vobis. Quur aũt deus Opt. Max. non nisi decem nec pauciora, nec plura dedit præcepta, ad quæ cætera præce- pta omnia, tanquam accessoria & subalterna, reducuntur, sequenti periodo dicemus. Matt.vlt.

QVVR DEVS TANTVM DECEM, NEC plura, nec pauciora, dederit præcepta. Cap. VII.

QVoniam non parum multa reperiuntur vltra hæc decem præcepta, qui- bus deus partim præcipit, vt faciamus aliquid, partim prohibet, ne facia mus aliquid: non immerito quæri cœptum est a doctoribus minime pœniten dis, quurnam deus numero denario voluerit sua contineri mandata, & ad hæc reducendum, quicquid vspiam suorum est præceptorum, quod ex deca- logi præceptis, non secus atq; conclusio ex præmissis educatur, vti tractatu procedente, non obscure (ceu speramus) patebit.

Ad hanc quæstionem, quia solutio eius futura videať vtilis in vniuersum ad diuinorum præceptorum intellectum, paucis respondemus: Quũ deus pe- ne omnia sua diuina, quæ sunt inuisibilia, nos docere voluit per humana, quę visibilia sunt, donec alibi visuri sumus eum sicuti est, & quæ sunt ipsius in cœ lo, facie ad faciem, non, vti nunc, per speculum in ænigmate: voluit & in ordi ne, & in numero suorum præceptorum seruare, quod homines obseruant in suis præceptis, quanuis hæc ad illa sic debent referri, vt non alia possint vide- ri, q̃ illorum declaratiua. Roma.1 1.Cor.13 1.Ioh.3

Iam vero, quod & beatus ille Thomas Aquinas sensit, sicut præcepta le- gis humanæ ordinant hominem ad communitatem & vnionem humanam sub vno principe, sic præcepta diuinæ legis ordinant hominem ad quandam communitatem hominũ sub deo, tanquam sub vero summoq; principe. Vt aũt homo commoreť in aliqua communitate, duo requiri constat: Tho.1.q.10 art.5.

In primis oportet, vt ipse homo se bene habeat ad eũ qui præest cõmunita ti: deinde, vt idẽ faciat ad alios suæ cõmunitatis cõsocios & contribules. Id

1.Pet.2 quod sanctus Petrus tribus verbis expressit, dicens: Fraternitatem diligite, deum timete, regem honorificate. Ita nimirum oportuit, vt & ipse deus optimus in sua lege diuina ferret aliqua praecepta, quae ordinarent hominem in ipsum deum, tanquam in totius humanae communitatis principem & regem summum, cui subsunt quotquot sunt vbiqꝫ principes: item oportuit, vt & aliqua praecepta ferret, quae ordinarent hominem ad alios proximos, sibi conuenientes sub eodem principe, vtpote semetipso.

Quum vero quilibet homo subditus, suo & communitatis principi tria debeat, proinde deus ipse optimus tria dedit praecepta prima, quae seruare debemus specia tim quo ad ipsum.

Primum, quod homo debet principi communitatis, est ipsa fidelitas, quae consistit in hoc, vt honorem principatus ad alium nõ deferat: & propter hoc Esa.42 dedit deus primum praeceptum, quod habet: Nõ habebis deos alienos corã me. Et quare? Ego dñs, hoc est nomen meũ. Gloriam meam alteri nõ dabo.

Secundũ est reuerentia, vt videlicet nihil iniuriosum in eo committatur: & ob hoc dedit secundum praeceptum, quod habet: Non assumes nomen Malac.1. dei tui in vanum. Et quare? Quia pater est omnium, dicens alibi: Si ego pater sum, vbi est honor meus, quia filius honorat patrem?

Tertium est famulatus, vt scilicet illi seruiat pro stipendio & mercede fideliter vt subditus. Et ob hoc dedit tertium praeceptũ, quod habet: Memẽto vt diem sabbati sanctifices. Et quare? Vt cũ quiescat & vacet ab operibus manualibus, eo facilius deo famuletur, in audiendo ipsius verbo & altaris sacrificio, & in exercendo quolibet opere misericordiae.

Quo ad benehabitionem vero proximi, res ita habet: Proximi quidam dicuntur omnino speciales, vti sunt parentes, quibus vltra alia debemus specialiter aliquid, vt singularem honorem & reuerentiam. Et ob id datũ est quartum in ordine praeceptum, habens: Honora patrem & matrem. Proximi quidam sunt generales, ad quos etiamnum bene nos habere oportet. Id quod homo faciet, quum nullum ipsis inferat nocumentum. Illis vero fieri solet multifariam nocumentum.

Primo, opere, & quidem in propriam personam, quo ad consistentiam. Et contra hoc datum est quintum praeceptũ, quod habet: Non occides. Itemqꝫ in personam coniunctam, quantum ad propagationem prolis. Et contra hoc datum est praeceptum, habens, Non moechaberis. Itemqꝫ in rem possessam, quae ordinatur ad vtrunqꝫ. Et ob id datum est praeceptum, habens: Non furtum facies.

Secundo fit nocumentũ proximis ore. Et cõtra hoc datũ est praeceptum, habens: Non loqueris falsum testimoniũ contra proximũ tuum.

Tertio, corde: contra quod data sunt duo postrema praecepta, quae habent: Non cõcupisces rem proximi tui, nec desiderabis vxorẽ eius.

Haec est iuxta communẽ Theologorum sententiam ratio, quare nec plura, nec pauciora q̃ decem, sint dei praecepta: quae praecepta dicuntur dilectio- Rom.13 nis, quae plenitudo est legis, dilectionis scilicet dei & proximi: quorũ prima

tria primæ tabulæ, ad dilectionem dei: septem vero secundæ tabulæ, pertinent ad dilectionem proximi. Et hoc est, quod autor legis & præceptorũ ait: In his duobus mandatis, vtpote, dilige deum modis omnibus, & proximum vt teipsum, vniuersa lex pendet & prophetæ. Mat.22

Iam superest, vt subinde singulatim vniuersa ex ordine dei præcepta declaremus, & qd illis sit vel affine, vel cõtrariũ, vel expressum, vel obtectũ, vel simile, vel dissimile, pro virili discutiamus, primo pcepto locũ daturi primũ.

DE PRIMO PRAECEPTO. Cap. VIII.

Non habebis deos alienos coram me, &c. Exo. xx. Deut. v.

QVandoquidem decem dei præcepta modis omnibus conantur hominẽ ducere ad veram religionem, & in hac illũ continere, quæ nõ est aliud, q̃ rectus & verus cultus, qui debetur ipsi deo, & alijs propter ipsum: proinde posuit primo præceptũ, quod non aliter est principium & fundamentũ religionis veræ, q̃ cor principium est in generatione animalis. Ipsum vero primũ dei præceptũ, sic habet: Non habebis deos alienos coram me. Id quod prædecessores nostri nõ impie, sed quasi per modũ declarationis, sub ijsce verbis expresserunt, dicẽtes: In vnũ crede deum. Et recte nimirũ dixerunt: quandoquidẽ hæc ipsa verba subinsinuant nobis tria, ad quæ primũ pceptum, s. Nõ habebis deos alienos corã me, nos adstringit, quæ nos in deum summe habere debemus: nẽpe fidẽ, spem & charitatẽ, quas virtutes theologicas appellãt: cũ quia deum veluti propriũ obiectum spectãt, tum quia diuinis tantum elo quijs patefactę sunt, tum quia eas ipse deus nobis duntaxat per gratiam suam largitur. Sunt igitur tres partes huius primi præcepti. 1.Cor.13

Prima quidẽ parte deus ille æternus Opt. & Max. hoc suo primo pcepto vult & pcipit, vt in ipsum solũ vnum deũ, vti verum deum, & verũ omnium autorem & saluatorem hominum, credamus & confiteamur, prout ipse alias, vti sui præcepti declarator, ait: Audi Israel, dñs deus tuus, deus vnus est. Vnde Paulus edoctus, ait: Vnus dominus, vna fides, vnum baptisma, vnus deus & pater oĩm, qui est super omnes & per oĩa & in omnibus nobis. Deut.6 Ephe.4 Galat.3 1.Tim.2

Quod vero dominus deus hoc loco & in suo ipsius præcepto dicat, Non habebis deos alienos: non est, ꝙ sint alij dij, qui sint quod ipse est, vtpote natura, qui creassent omnia, omniaq; darent, omniaq; facerent & gubernarẽt, qualis ipse est: sed hoc ipsum dicit, vt ostẽdat esse quidẽ deos alios, sed a natura sua alienos, vt qui sint a natura sua diuina prorsus diuersi & alieni, nimirum non tam re, q̃ opinione & falsa nuncupatione: qualia fuerunt olim idola gentium, de quibus propheta dicit: Omnes dij gentium, dæmonia sunt: quãdoquidem nihil in se diuinitatis habuerunt, nisi ꝙ falso deos isti, qui decepti erant, censuerunt, ꝙ finxerint falsis signis se esse deos. Acto.17 Psal.95 Psal.113

Ideoq; recte præcipit, inquiens: Non habebis deos alienos coram me. Q. d. Ego enim solus ille sum & vnus deus, qui creaui omnia, tribuo omnia, rego omnia, vnus in essentia, & trinus in personis, pater & filius & spiritus sanctus, vt testatur Iohannes. 1.Iohã.5

In primis igitur contra primam huius primi præcepti partem grauiter peccant, si qui adsunt qui sidera vel astra crederent & colerent sicut deos, quum dei duntaxat sint inanimatæ creaturæ, quemadmodum gentiles olim nonnulli, qui (teste scriptura) ignem, aquam, solem & lunam & gyrum stellarum rectores orbis credentes, deos putarũt, nempe eorũ specie delectati, tanquam fatui, quũ debuissent vtiq; credidisse in ipsum deum creatorem eorum, longe speciosiorem. Quos sane idololatras ne quondam sequerentur Iudæi, dixit ad eos Moses: Ne eleuatis oculis ad cœlũ, videas solem & lunam & om̃ia astra cœli, & errore deceptus, adores ea & colas, quæ creauit dominus deus tuus in ministerium cunctis gentibus, quæ sub cœlo sunt. Id quod tam grande est idololatriæ genus & peccatum, vt ita peccantem deus olim præceperit lapidandum.

Sap.13 Deut.4 Deut.17

Secundo, contra hanc primam partem huius primi præcepti, peccant astrologi, & fortasse nunc quidam plus æquo astronomi, qui corpora cœlestia planetasq; simul cum signis suis, ponunt & credunt esse rectores animarum, & constellationibus sub quibus nascuntur, homines necessario trahi ad bonum vel malum, quos etiam ecclesia pro hæreticis damnat, quiq; virtute siderum & planetarum conantur prædicere futura, dies & horas obseruantes ad aliquid faciendum, tanquam faustos vel infaustos, nihil pene nec agendum nec dimittendum, nisi iuxta dispositionem siderum, quæ tamen (Mose teste) sunt cunctis gentibus in ministerium, nõ autem in dominiũ, creata: quæ neq; futura prædicere, neq; vel bene vel male facere possunt, nisi ex causa legitima, permittẽte & iubente deo, qui solus nouit quæ futura sunt, solus in mensura, pondere & numero dispones & faciens vniuersa, cui sol & luna & queq; sidera ad honorem & ad votum seruiunt, & ad nostram salutem, quæ (libro Geneseos teste) sunt omnia a deo creata bona, dicente propheta: Ordinatione tua perseuerat dies, quoniam omnia seruiunt tibi.

24.q.3. cap.pe. Deut.4 Sap.11. Gene.1 Psal.118

Et hoc est quod ipse deus noster, verus & æternus, cõtra astrologos & eos qui plus æquo sideribus tribuũt, ait: Iuxta vias gentium nolite discere, & a signis cœli nolite metuere, quę timent gentes: quoniam ego sum deus, & nõ est vltra me deus, nec est similis mei, annuncians ab exordio nouissimum, & ab initio quę necdum facta sunt, dicens: Consilium meum stabit, & omnis voluntas mea fiet. Stent & saluent te augures cœli, qui contemplabantur sidera, & supputabant menses, vt ex eis annunciarent ventura tibi.

Hier.10 Esai.46 Esa.47

Valeant igitur, qui nostris temporibus astronomię legem transgredientes, non solum minutissima quęque per sua iudicia, quibuslibet etiam minutis futura scrutari contendunt, sed & nescio quę cum fortunia, tum infortunia, tam vitę q̃ honoris & substantię, se per influxionem cœlestem futura Cęsaribus, regibus, & id genus principibus, prędicere moliuntur. Id quod ex pręmemoratis & impium est, quia dat creaturis quod creatoris est: & perniciosum, q; pessimi quiq; vna cum vulgo occasionẽ accipiũt insurgendi cõtra eos, quibus audiũt male prędictum, & iuuãdi eos quibus bene,

vnde

vnde tumultus plerunq; suscitantur: sileo quę mala contra religionem veram interea subnascantur, vti docuimus in opere mirabilium mundi: & vanum, quum quæ prædixerunt isti, longe sæpius non euenerint, q̃ euenerint, sicut quotidie in suis iudicijs & Ephemeridibus mentiuntur de futuris serenitatibus, pluuijs, caloribus, frigoribus, ventis, tonitrubus, & id genus aeris & cœli accidentibus operationibus.

Haud est igitur, vt vel Imperator, vel rex, vel quisquis alius princeps, sibi timeat ab eiusmodi prognosticationibus siderum & astrorum: sed bene faciendo, malumq; dimittendo, timeat eum, & in ipsum solum confidat, qui suus est & siderum & nostri omnium creator & gubernator. Qui quum sit operator siderum, & hæc ipsius opera, facile pro nutu suo illa quasi operatoria quædam mutare poterit, imo & ea, quæ aliquoties ex voluntate eius mala nobis fore præsignant, vertere poterit in optima quęq;, vt qui nolit mortem peccatoris, sed velit vt conuertatur & viuat, qui conuertitur ad nostram conuersionem, vt patet de Niniuitis, & de Ezechia, & de alijs. Id quod & ipse testatur de seipso, dicens: Si pœnitentiam egerit gens illa a malo suo, quod loquutus sum aduersus eam, agam & ego pœnitentiam super malo, quod cogitaui vt facerem ei. Psal. 101 Ezech. 18 Ionæ 3 4. Reg. 20. 2. Para. 32 Esa. 38 Hiere. 18

Non est igitur, vt is, cum quo deus ille maximus reconciliatus est per pœnitentiam, sibi timeat. Nam quis contra eum, qui cũ deus est, qui protector est ipsius vitæ, contra quem nemo potest? Non est etiam, vt eius cor timeat, si consistant aduersus ipsum inimici castra, siq; exurgant aduersus eũ prælia. verũ expectans ipse cũ Dauide dominũ, viriliter agat, confortetur q; cor suũ, & sustineat dominũ, dicẽs: Dominus mihi adiutor, non timebo quid faciat mihi homo. Dñs mihi adiutor, & ego despiciam inimicos meos. Roma. 8 Psal. 26 Psal. 30 Psal. 117

Nec est quod isti se tueantur, dicentes: Astra & influentias eorũ non quidem necessitare, sed inclinare ad peccatum &c. Respondemus enim, & hoc impium esse sentire, q; quis sentiat ac dicat, deum fecisse creaturam ad inclinationem peccati, & non potius ad erectionem iustitiæ, vt omnia cooperent̃ in bonũ, non in malum, hominibus. Aut quasi vllus homo necessitate compulsus peccet, & non potius semper inclinatiõne. Quis inuitus peccat? Nemo, quum omne peccatum sit voluntarium, procedens ex libera mente: sitq; oĩs mala inclinatio non extra nos, sed in nobis, Christo dicente: De corde eñ exeunt cogitatiões malæ &c. Non q̃d intrat in os, coinquinat hominẽ. Et Iacobus q̃q; ait: Vnusquisq; tentat̃ a cõcupiscẽtia sua abstractus & illectus, q̃ nõ a fato, sed ab origine peccati venit. Siquidem omnia q̃ deus creauit, bona sunt: nec possunt ex sua natura, nisi ad bonũ, inclinare. Roma. 8 Gene. 4 Eccl. 15 Matth. 15 Iaco. 1 Gene. 1

Qui vero volũt ex institutione dei illa habere, vt ad peccandũ inclinent, dicant nobis, quæso, cur Adam & Euã ante serpentem non inclinauerunt, quur non Christũ, quur non eius matrem, virginem Mariam. Hem vox illa, vox patris Adam est, qui & ipse suam inclinationem ad mulierem transtulit, id est, creaturã dei, dicens: Mulier quã mihi dedisti &c. Et quur, obsecro, sidera tot annis, qbus, q̃ nos, sunt astris longe propinquiores, nimirum habitãtes Iohã. 8 Esa. 53 Gene. 3

(teste

Ephe.6 (teste Paulo) in aere dæmones, per suas influentias non mutarunt, & ad bonum inclinarunt, quum maneant in sua peruersitate, nec vllo signo, nec per vllum planetam mutantur, quum nostræ animæ breuissimo momento influentiarum mutari dicantur.

Tertio peccant contra hanc primam primi præcepti partem, qui vel ariolos, vel augures, vel maleficos & incantatores, vel somniorum coniectores, vel diuinos, vel phytonas, vel magos consulũt, vt noua inquirant, secreta rimentur, futura præsagiant, perdita recuperent, ab infirmitatibus suis & suorum animalium liberentur, aut quid aliud, quod solius dei est & eius simplicis verbi, petunt, credentes se habere posse a creaturis, quod non possunt nisi a creatore, cui proprium honorem detrahunt, habere. Id quod ipse creator

Deut.18 deus vnicus, idemq; æternus, prohibet, dicens: Non inueniatur in te, qui ariolos sciscitetur, qui obseruet somnia atq; auguria, ne sit maleficus, nec incanta-

Leui.20 tor, neq; phytones consulat aut diuinos: Anima quæ declinauerit ad magos & ariolos, & fornicata fuerit cum eis, ponam faciem meam contra eam, & interficiam illam de medio populi sui &c.

Peccant in hanc primi præcepti partem, cuiuscunq; generis diuinatores & superstitiosi, quos fortasse liceret (quanuis numero propemodum sint infiniti) vna cum præstigijs & artibus & harum modis recensere, si expediret: verum cum nobis omnia liceant, non autem omnia expediant, & possem ego

1.Cor.6 recensione eiusmodi fortassis magis docere, q̃ dedocere malum, præsertim eos qui sunt paulo simpliciores & infirmiores: suffecerit hoc nimirum loco dixisse, non modo peccare & damnari qui diuinant & incantant, sed & eos qui sequuntur eos, eorumq; falsa ope vtuntur, vtpote magis in eorum virtutem & potentiam, quæ tamen nulla est, q̃ in virtutem & potentiam dei, qui solus vir

1.Tim.6 tuosus & potẽs est, credẽtes, facti infideles vnico suo principi deo, adhærentes aduersario, cui potius debere volunt gratiam benefacti & gloriam de iuua-

Esa.42 mine, q̃ deo optimo, cui, nec alteri, debetur omnis gloria, de se dicẽs: Ego solus sum dominus & deus vnus, faciẽs omnia: gloriam meã alteri nõ dabo.

Siquidem quotquot sumus Christiani, in baptismo illi tãto & vnico principi, & in eius mandata iurauimus, & nomina dedimus, fidẽ nostram obstrinximus: diabolo autẽ & illius complicibus, & pompis omnibusq; superstitionibus suorũ renunciauimus. Fidẽ proinde per eiusmodi diuinationẽ frangẽ-

Roma.1. tes, taliaq; agẽtes, nõ solũ (teste Apostolo) morte digni sunt, sed & qui agentibus consentiũt: qui sic agẽtes, aliquid diuinitatis extra vnũ verũ deũ falso putant & credunt.

Cæterũ quęret hac quispiam parte, dicẽs: Nunquid eiusmodi diuinatores & incantatores vere suis artibus aliq̃d agant, possintq; ne hoĩbus suis incantationibus vel cõmodare, vel incommodare, queãdmodũ sæpenumero visi sunt facere grandines, tonitrua, fulgura, & id genus quædã alia, perinde sicut admiratione digna? Respondemus, maleficos ipsos & incantatores per opera sua & artificia nihil per se posse: diabolum vero ea, quæ fiunt hoĩbus, mala operari, nõ secus tamẽ, q̃ quatenus deus permittit illi. Sic sane diabolus procura-

curauit, vt ignis de cœlo caderet, & ipsius Iob patientissimi pecora cũ seruis occideret. Sic Aegyptiorũ plagas per angelos malos magi Pharaonis procu rarunt, teste diuino Psalte. Sic multi quondam obsessi fuerũt a malignis spiritibus, quos ipsi corporaliter etiam persequuti sunt & torserũt, testãte Euangelio, qui & hodiernis temporibus multas animas erroribus & peccatis occupant, quũ vtiq; maius est, animas immortales perdere, q̃ membra moritura vel aerem vexare. Sic sane satanas ipsum dominum Iesum assumpsit, & de deserto in montem, de monte in pinnaculum templi transtulit. Ita quoq; diabolus in cœlo cum Michaele & angelis eius pugnauit. Iob.1 Exod.7.8 Psal.77 Mat.8.9 Marc.5 Luc.8 Luc.10 Matt.4 Marc.1 Luc.4 Apoc.12

Iam verò si cacodæmon permissione diuina Christũ & eius membra, hoc est, sanctos homines, vexauit: quid mirum, si horrea nostra possit destruere, membra percutere, segetes & frumẽta in agris perdere, & hoc genus alia mala corporalia hominibus immittere, eadem diuina permissione, sine qua iste cum suis incantatoribus nec tantillũ facere mali posset, vt etiam sine ea, nec foliũ arboris mouere possit, nec in capite capillum, sicut alibi Christus innuit. Siquidem deus facit bonum per seipsum, qui summe bonus est: malũ vero per malos, vtpote vel per cacodæmones, vel per ipsius complices. Ita dictũ est olim in adagio: Dñs nequã per nequã punit, quũ nolit bono ad malũ vti. Matth.10 Luc.12 Matt.19 Marc.10 Luc.18

Q; autẽ dominus deus eiusmodi mala pœnæ facere permittit cacodæmoni, quàm ille facere malum possit etiam per suos, cum quibus pepigit fœdus, nõ nisi quatenus deus ei permittit, testatur ipse dominus, ad diabolum dicens de Iob: Ecce in manu tua sunt omnia quæ habet, scilicet Iob, tantum ne in animam eius extẽde manũ. Id quod factum est, nec vltra potuit, quia dominus noluit. Probat & ipse Iob, sibi quicquid fuit eius mali, venisse a diabolo, sed deo permittente, de quo dicit: Dominus dedit, dominus abstulit: non autem dicit, dominus dedit, sed diabolus abstulit. Id quod domino nolente, non potuit, sicut nec alias ipsi cacodæmones in porcos exire potuerunt ab homine, quem obsederant, nisi domino ipsis permissionem & licentiam dante, quem propterea rogarunt. Iob.1 Matth.8 Mar.5 Luc.8

Sed inquis: quur deus permittit diabolo & eius ad pactũ suum adiuratis, eiusmodi mala hominibus inferre?

Primo, nonnunquã propter peccatum, quo peccatores merẽtur eiusmodi mala. Sic alias cacodæmoni Asmodæo, propter peccatũ libidinis inordinatæ, septẽ sponsos Saræ Raguelis filiæ, permisit singulatim occidere. Tob.3

Secundo, nonnunquam ad probationem fidei, vt videlicet illi qui hoc audiunt & vident, probentur, qua fide sint apud deum, an videlicet plus tribuant credendo sibi, q̃ diabolo, qui talia potestate sua facere nequit. Id quod videtur approbare Moses, dicens: Si surrexerit in medio tui propheta, aut qui somnium se dicat vidisse, & prædixerit signum, & euenerit quod loquutus est, & dixerit tibi: Eamus, & sequamur deos alienos: non audies verba eius, quia tentat vos deus vester, vt palam fiat, vtrum diligatis eum, an non. Deut.13

Tertio, nõnunquã vt deus tradat eos, qui plus tribuũt eiusmodi maleficis, q̃ sibi

q̃ ſibi deo, cuius nulla ſit in ijs rebus permiſſio, in reprobum ſenſum propter ipſorum infidelitatis iniquitatem. Quũ enim baptizati, per fidem deũ cognouerunt, nec tamen ipſum, prout fides habet, glorificant, nec gratias agũt, recte iuſteq́ꝫ (Paulo teſte) deus dat ipſos in reprobum ſenſum, vt euaneſcant in ſuis cogitationibus: ſitq́ꝫ cor eorũ ſic obſcuratũ, vt credãt & faciant, quæ credere & facere non deberent.

Roma.1.

Credere eñ deberent, diabolũ & ſuos eatenus poſſe facere, quatenus permittit deus: nec ipſum habere poteſtatem ſuper peccatores, niſi quatenus illi permittitur: a quo, vt inquit Paulus, capti tenentur ad ipſius volũtatem. Nã ſi res aliter haberet, profecto malefici poſſent efficere, vt Turca Chriſtianos omnino perderet: ſed nequeunt, quia non eſt iſtis nec huic a deo permiſſum, ſicut patet de Iob, de Chriſto, & de obſeſſis.

2.Tim.2

At inquiũt infirmiores in fide, falſoq́ꝫ per ſuperſtitionem ſeducti: Licet ne maleficia maleficijs propellere, quũ videamus ipſos maleficos etiam mala curare poſſe, bonaq́ꝫ inducere? Reſpondemus, nec ipſum diabolũ, nec eos qui per pactũ ſunt eius, aliquid per ſe mali pœnæ, longe minus aliquid boni, facere poſſe: ſed a deo, propter cauſas paulo ante dictas ab ipſo &c. fieri permittẽte, qui de ſeipſo dicit: Ego dñs, & nõ eſt alter, formãs lucẽ & creans tenebras, faciens pacem & creans malũ. Ego dominus faciẽs hæc omnia.

Eſa.45

Quũ proinde omne malũ pœnæ veniat ab ipſo permittẽte, nõ eſt vt ad alium quis cõfugiat, precaturus bonũ & deprecaturus malũ, q̃ ad ipſum dñm deũ, qui malũ ſua poteſtatẽ ſola propellere, bonumq́ꝫ elargiri ſolus poteſt, ipſo dicẽte: Conuertimini ad me, & ſalui eritis omnes fines terræ: quia ego deus, & nõ alius, nec ſaluans præter me. Iam vero ſi ad aliũ, vtpote diabolũ vel ad ipſius complices, quiſpiam Chriſtianus cõfugeret, non aliud faceret, q̃ q̃ offenderet deũ, & ab ipſo deſciſceret ad diabolũ, qui ſic eum molitur a deo auocare, ad ſeq́ꝫ pertrahere. Ad quem anteaquam quis deſciſcat, vero deo derelicto, preſtiterit, vt mortem oppetat centies, ac patiatur omnes corporis cruciatus, quandoquidem perpetuo damnatus eſſet.

Ibidem

Sed inquiũt: Num nõ eſt miſeris, preſertimq́ꝫ faſcinatis, ſuccurrendũ, vt a malo liberẽtur? Vtiq́ꝫ, ſed nõ niſi per verũ & vnicũ deũ, qui ſolus habet poteſtatem mortis & vitæ, & quidem licitis medijs. Vel ad ipſum currere per deuotas orationes, quibus etiam dæmonia expellũtur: vel per eleemoſynas, quibus peccata redimũtur: vel per ieiunia, q̃bus etiam dæmonia propellũtur: vel per ſignũ ſanctæ crucis, quam maligni ſpiritus ſupra modũ fugiũt, non ſecus atq́ꝫ baculũ, quo plagam receperũt, vti teſtãtur Athanaſius, Origenes, Chryſoſtomus, & hoc genus catholici doctores. Et recte nimirũ. Nam quũ ſignũ Tau T figura ſigni ſanctæ crucis, cuſtodiuit ab angelo percutiente, quotq̃t fuerũt eo ſignati: & ſi ſerpens exaltatus in deſerto per Moſen, Chriſti crucifixi figura, præſeruauit a morſu ſerpentum igniferorũ, & ſanauit adſpicientes: quur ſignũ ſanctiſſimæ crucis, in quã Chriſtus cacodæmonem & omnẽ eius poteſtatem ſuperauit, non idem vel longe maius q̃ vmbra, veritas facere poſſit, quando ſatis conſtet, & ipſos apoſtolos & alios ſanctos viros, infinita miracula

1.Reg.2 Sap.16 Matt.17 Marc.9 Danie.4 Marc.9 Ezech.9 Num.21 Ioha.3 Heb.2

racula signaculo sanctæ crucis edidisse, prestigiasq; cacodæmonū superasse?

Egressurus itaq; vel ingressurus homo, facto signo sanctæ crucis in fronte, dicat: Abrenuncio tibi sathana, & coniungor tibi Christe: nec subinde timeas vel ab homine, vel a diabolo per quæcunque præstigia occurrente. Siquidem virtus sanctæ crucis tuus sit baculus, tua armatura, turrisq; tua inexpugnabilis in fide vera & firma, quæ ipsa est victoria, qua vincimus mundū & diabolum, & impossibilia facimus, sine qua diabolus etiam suis minimis technis ad omne malum deludit. Vel possumus etiam contra diabolum & eius maleficos ad deum verum confugere, medio intercessionis sanctorū, qui nobiscum possunt coimpetrare opem contra omnium magorum præstigia, velut alibi Raphael angelus tulit opem iuniori Tobiæ & Saræ suæ sponsæ.

1.Ioh.5. Marc.16. Matt.9. Mar.9. Hebr.11. Tob.6.

Vel exorcismis eorum, qui ex officio ecclesiastico exorcizant. Sicut enim in nascēte ecclesia apostoli per orationem & impositionem manuum dæmones expulerunt, ita postea fecerunt exorcistæ verbo dei, signaculoq; sanctæ crucis, vt patet in Actis apostolicis. Sed inquis: Hoc & ipsi diuinatores & malefici faciunt, miscentes plerunque in suis benedictionibus (si modo cōuenit, eorum præstigia non potius maledictiones, quàm benedictiones appellare) orationes & signa crucis. Primo autem respondemus, eos nihil pie facere, quum potestas exorcizādi non ipsis laicis, sed ecclesiasticis concessa sit a deo.

Acto.19.

Secundo, quoniam sunt diabolo adiurati, miscētes prætextu quodam orationes vna cum varijs & peregrinis modis, in scriptura minime probatis: quibus, etsi diabolo non totam partem artis asscribunt, derogant tamen impie deo quod ipsius est totum, contra scripturam, duplici animo, vtroque pede claudicātes, volentesq; deo simul & diabolo seruire, inter quos nulla est conuenientia. In huius argumentum, videmus raro vel nunquam feliciter cessisse finaliter incantatoribus, quibus ipse dæmon semper mercedem relinquit sui pacti cum ipsis, qui & semper turpi paupertate laborant, quanuis omnia propter quæstum faciant. Huius exemplum est reperire in Actis, de Iudæis exorcistis, qui exorcizando sequuturi Paulum, vulnerati a diabolo, vix vita superstite effugerūt. Vel deniq;, si ægritudo fuerit illata homini, melius vti possumus medicina naturali, quam deus vna cū ipso medico propterea creauit, vt ea vtamur, cui vera fide potest addi oratio, quæ sæpius infirmum sanat: & dei verbum, quod sanat & sanctificat, quod nec vllum emplastrum sanare potest. Quum proinde fideles in necessitate vel infirmitate aliqua constituunt, debent eiusmodi naturali industria & via sibi remediū quærere, quo liberentur ab angustia opprimēte: reliquum vero diuinæ prouidentiæ committere, quum cura deo sit de nobis indeficiēs, dicente Petro: Omnem solicitudinem sitis proijcientes in deum, quoniam ipsi cura est de vobis.

Eccl.2. 3.Reg.18. Matth.6. Luc.6. 2.Co.6. Act.19. Eccl.38. Iacob.5. 1.Tim.4. Sap.16. 1.Petr.5.

Quarto peccant contra hanc primam primi præcepti partem grauiter, qui veri dei, qui solus & vnus est verus deus, immemores, more poetarum & oratorum ethnicorum, potentes & diuites huius mundi satrapas pro dijs habent & colunt, vtpote vsqueadeo istis adulantes, & quidem plerūq; propter quæstum, vt non solum pessima eorum facta probent & commendent, sed & ob ipso-

Martialis Homer. Vergil. Quintil. Valerius

ipsorum complacentiam aliquoties mala perpetrare,& contra deũ facere non vereantur,nimirum perfrictissimæ frontis homines. Cuiusmodi maxime perhibentur esse in aulis principum, quibus profecto nihil perniciosius est ijsce tam impudentibus adulatoribus,qui negant & adfirmant ad nutum principum,siue sit pro vel contra deum,siue bonum siue malum, qui probãt etiam vitia & scelera principum,quæ potius pro loco & tempore cum modestia deberent repræhendere, nc alioqui seducerent, quos ducete deberent suis consilijs,contra quos ait scriptura: Væ qui dicitis malum bonum,& bonum malum, ponentes tenebras lucem, & lucem tenebras,ponentes amarum in dulce,& dulce in amarum.

Esa.5.

Quinto peccant contra hanc primi præcepti partem quidam potentes, sapientes,diuitesq;,& id genus alij, qui vilissimæ cõditionis suæ immemores, quum sic a suis falso commendantur,ita superbiunt & ferociunt, vt vel se deos esse putent,vel profecto honorari se sicut deos sustineãt,sibi a vero deo nihil timentes,vel ipsum non esse credentes,gratiæ sibi datæ prorsus obliti:qualis olim fuit Nabuchodonosor, qui se (dũce Holopherne) pro deo voluit & præcepit adorari, sed confusus est. Qualis etiam fuit olim princeps Tyri, ad quem deus dixit:Eo ꝙ eleuatum est cor tuum,quasi cor dei, & dixisti: Deus ego sum,quum sis homo & non deus:ecce ego adducam super te alienos,robustissimos gentium, & morieris in manu alienorum. Atque factum est ita. Talis ferme est nunc Turca,velut argumento res est ipsa cum titulo omnium superbissimo, qui proculdubio tandem peribit cũ principe Tyri, nobis ad veram pœnitentiam conuersis.

Iudith 3.

Eze.28.

Sexto peccant contra hanc primi præcepti partem principes nonnulli,maximeq; ecclesiastici,qui plus æquo titulis pene scandalizantibus,& diuinis pene ceremonijs,& quidem longis geniculationibus, osculis non manuum modo,sed & pedum,in non vulgare infirmiorum hominum scandalum,se honorari propemodumq; coli sustinent,non secus atque dij quidam:qualesq; quidem sunt,sed non natura,vt quicquam per se possint,quũ sit vnus tãtum natura verus deus,qui omnia per se potest,qui nullius indiget,sed cuius omnes indigemus:sed participatiõe,gratia & adoptione, perquam vel ob officium, quemadmodum olim sancti dei oẽs,nõnihil diuinitatis in se habent,quam deus ex gratia participat illis & communicat,quos & ob id scriptura deos appellat,quam Christus contra Iudæos allegat,dicens:Nonne lex vestra dicit, Quia ego dixi, dij estis? Ita Moses ait: Dijs nõn detrahes, & principi populi tui non maledices. Sed vnus profecto deus est,idemq; natura verus,cæteris omnibus vt suis creaturis,per gratiam dans & donans omnia, stans maiestate sua non secus inter alios, ac rex inter suos subditos, prout ait regius de eo propheta: Deus stetit in synagoga deorum, in medio autem deos dijudicat. Et rursus:Quia ego cognoui ꝙ magnus est dominus,& deus noster pręomnibus dijs. Omnia quæcunque voluit dominus,fecit in cœlo & in terra,in mari & in omnibus abyssis. Hinc Apostolus ait: Scimus quia nihil est idolum in mundo,& ꝙ nullus est deus nisi vnus. Nam etsi sunt qui vocantur dij, siue

Gal.4.
Psal.15.
Psal.81.
Ioh.10.
Exo.22.
Psal.81.
Psal.134.
1.Cor.8.

ue in cœlo, siue in terra, (siquidem sunt dīj multi & domini multi) nobis tamen vnus est deus pater, ex quo omnia, & nos in illo, & vnus dominus Iesus Christus, per quem omnia, & nos per ipsum: sed non in omnibus est scientia.

Sunt enim principes, & singulariter ecclesiastici & alij, qui loco dei iustitiam vel docent, vel ministrant per veri dei gratiam, et vocantur dīj, quasi (sicut ait Origenes) a deo dati: & domini, quasi a domino potestatem sortiti, nō autem in propriam gloriam, sed dei, sed subditorū vsum & commoditatē, vnde & patres patriæ cœpti sunt olim vocari. Deberēt itaq; viri, per gratiam dei tanti effecti, cognoscere gratiam, & hoc magis se humiliare, quo maiores essent: vt non modo haberent hanc gratiam gratis datam, sed & gratum facientem ab ipso domino deo, & se pro virili componere ad mores illius qui dicit: Discite a me, quia mitis sum & humilis corde: vti nō tam nomine, q̄ ipso opere possent eius esse locum tenentes & in terra vicarij. Eccl.3. Matt.11.

Septimo impingūt in hanc primi præcepti partem, qui diuos in cœlo sic colunt, vt dei veri prorsus immemores, relictoq; propemodum vero deo, primū confugiunt ad ipsos, & a singulis ipsis res singulas quibus indigent, precantur, quasi singulos deos constituentes, tanquam possent ipsi ex seipsis citra dei nutum facere vel dare quicquam, quū ipsimet fateantur se omnia per gratiam a deo habere, nec illius cultum quoquo modo sibi postulent, nec ambiant, per prophetam dicentes: Non nobis domine, non nobis, sed nomini tuo da gloriam. Nec illi hunc sibi fauorem postularunt in terris olim, quare multo minus in cœlo, vbi nec errare nec peccare possunt. Id quod apparet ex eo, quod Paulus & Barnabas quondam, quum in Iconio multi essent, qui videbant ipsius & Barnabæ signa, quæ nō sua, sed Christi virtute faciebant, ipsos pro dīs (Barnabam pro Ioue, Paulum pro Mercurio) habere volentes, ac dicentes: Dīj similes facti hominibus, descenderunt ad nos: fecerunt, conscissis tunicis suis, exilientes in turbas, clamantes & dicentes: Viri, quid hæc facitis? Et nos mortales sumus similes vobis homines, annunciantes vobis, ab ījs vanis conuerti ad deum viuum, qui fecit cœlum & terram, & mare, & omīa quæ in eis sunt. & quæ sequuntur reliqua, quibus vix sedauerūt turbas, ne sibi immolarent. Ita Iohannes in Apocalypsi volens angelum ipsi loquentem, diuinaq; specie splendentem adorare, vetitus est ab ipso, dicente: Vide ne feceris. Conseruus tuus sum & fratrum tuorum, habentium testimonium IESV. Deum adora. 1.Cor.4. Psal.115. Apoc.21. Acto.14. Psal.145. Apo.14. Apo.19. et 22.

Non est itaque, vt alij q̄ deo vero, viuo & vni, suum tribuamus in colendo & inuocando cultum & honorem. Conuenit autem, imo oportet, vt eos, iuxta sacræ scripturæ præscriptum, veneremur, eorum fidem & fidei opera imitando, eosq; diligendo, quia Christus dilexit & honorificauit eos: ac inuocemus eosdem, non quasi datores proprios, sed quasi coimpetratores & intercessores apud deum efficaces, non singulis singulas res, sed omnibus omīa indiscriminatim asscribentes per intercessionem, nec res tam corporales q̄ spirituales ab ipsis petentes, prout Ecclesia columna & firmamentum veritatis, quam in hoc genus rebus errare non putamus, ab initio fecit, nec frustra: quam tuto Ioā.12. Ioh.13. 1.Tim.3.

sequi persuasum habemus ad hunc sane modum, & hoc etiam exemplo:

Mat.8. Marci 1. Luc.4. Saluator noster IESVS Christus, venit in domum Petri, socru Petri magna febri laborãte. Petrus ergo rogauit dominum pro ea. Dominus febrem increpauit, & pristinæ sanitati socrum Petri restituit. Vnde Ecclesia dominũ exorans, pro febricitantibus supplicat domino, vt hodie quoque intercessione beati Petri, infirmos a febrium paroxysmis & ardoribus liberare dignet.

Ita etiam, quoniam sancta Apollonia pro Christi gloria forti animo passa est sibi dentes excuti, non impie precatur Ecclesia: Deus omnipotens, pro cuius nominis gloria sancta virgo Apollonia dentium excussiõem forti animo pertulit, tu nunc quoque ad eiusdem tui nominis gloriam, in dentium dolore nobis clementer adesse digneris intercessione eiusdẽ tuæ virginis & martyris, per Christum dominum nostrum. Amen.

Poterit etiam ipsa oratio dirigi ad ipsos sanctos, quos precemur, vt ipsi deum optimum, cuius voluntatem norunt, pro nobis orent, quatenus ipsorum intercessione largiatur nobis hoc vel illud sub cõditione, si nobis hoc ipsum cẽsuerit vtile futurum, quemadmodum & dominus ipse suo nos exemplo docuit orare. Id quod idololatria non est, quum non petamus ab ipsis, tanquam a dĳs, & proprie petẽdorum datoribus, sed veluti a coimpetratoribus, quemadmodum solemus hoc in seculo vnus ab altero petere, quum tamen neuter alterum habeat pro deo, sed pro mero homine, per quem deus largitur ac subuenit, tanquam per organum. Siquidem creaturæ sunt non aliud, q̃ manus, q̃ cannæ, q̃ media, quibus ipse deus omnia largitur, veluti quum dat vberibus matris lac, vt ipsa deinceps puero porrigat.

Matt.26. Mar.14.

In hunc sane modum catholice & pie deo ab Ecclesiæ catholicæ consortibus dico esse supplicatum, nec esse erratum: nisi quis errorem dixerit, abusum loquutionis, ꝙ aliqui sanctos vocant auxiliatores. Id q̃d non facile concesserimus, quum qui maiore & fide & intelligentia pollent, sciant diuos non auxiliari, nisi intercessione ad dominum deum: vnde auxilium sanctorum nõ secus, q̃ pro intercessione, accipiunt.

Insuper etsi proprie solus sit deus auxiliator & adiutor fideliũ, prout ipsum scriptura vocat adiutorem, non tamen idololatra mox erit, qui appellauerit eius electos, adiutores improprie, qui dignatus est eos, quorum medio vtitur ad voluntatẽ suam & executionẽ eius, a suo etiam nomine appellare deos: & hocquoque pacto scriptura nuncupat Ioseph filium Iacob, saluatorem mundi, quia sua prouidentia (deo dante) conseruauerit mundum Aegyptiacum sub Pharaone a fame. Sic etiamnum eadem scriptura vocat Othonielem, et paulopost, ipsum Ahud filium Gera, saluatorem, quia deus per vtrunque dederat Israeli salutem. Quid multa? Nihil est de nomine vel vocabulo certandum, quando de ipsa re constat: nec est quod errore quis lingua cadẽs errat, modo bene sentiat is, & sit intentio, quæ iudicat omnia, recta.

Psal.32. I Sal.45. Psal. 81. Ioh.10. Gene.41. Iudic.3.

Nec est, quod etiam vocemus sanctum aliquem hominem in cœlo vel in terra nomine diuino, modo non faciamus eum deum, nec ei tribuamus quod so-

solius est Dei. Id quod fieret, quum quid peterem a quopiam, quasi haberet quod peteretur, & dare posset ex seipso: id quod falsum foret, quum nulla creaturarum habeat aliquid ex seipsa, nec dare possit quicquam, nisi Deo dante per ipsam & concedente. Vnde Paulus ad eum, qui falso putat se habere quicquam a seipso, ait: Quid habes quod non accepisti? Si autem accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis? 1.Cor. 4.

Haud est igitur idololatra, nec peccat in primam primi præcepti partem, qui sanctos vt intercessores implorat, & veneratur vti creaturas deo dilectas: quum etiam Iob vir sanctus & rectus, suadeat indigenti suffragijs, vt se conuertat ad aliquem sanctorum. Nonne & Iacob ipse patriarcha voluit, vt super Ephraim & Manassen inuocaretur nomen suum, & nomina patrum suorum, Abrahæ & Isaac? Iob 5. Gen. 48.

Videat proinde sanctos dei colens aut inuocans, vt reiecto superstitioso abusu, sic in primis se dirigat in deum, vnicum sui desiderij scopum, vt non e sanctis pendeat, sed per considerationem gratiæ dei in sanctis, in ipsum deum transcendat, quem per sanctos præcipue inuocet, quem in illis colat & veneretur. Siquidem ipsi sancti nolunt se in seipsis laudari & glorificari, sed in domino, & dominum in se, quemadmodum primi quondam Christiani coluerunt Paulum, sed magis in ipso deum, cuius opera de Paulo recensuerunt, dicente Paulo: Et in me clarificabant deum. Sed de ijs passim in opere nostrorum Catholicorum & Centuriarum pluribus egimus. Gala. 1.

Octauo peccant in primam primi præcepti partem, qui vel idola vel statuas adorant & colunt, quemadmodum gentiles olim frequenter fecerunt ante Christi IESV aduentum, qui velut scriptura testatur, idololatræ ponebant plures ac diuersos deos, & existimabant inanimatis lapidibus & lignis inesse virtutem deitatis. Quod idololatriæ genus inde videtur originem cepisse: Quum enim essent aliquot vsque adeo carnales, vt aliquos amarent vsque adeo carnaliter & inordinatim, vt mortuis ipsis facerent imagines, ad quas cum magis currerent, & in ipsis magis quam in deo autore delectarentur: & cum deum ipsum viuentem, eundemque inuisibilem, per visibilia huius mundi bene cognoscerent, & ipsum tamen non sicut deum, teste Paulo, glorificarent, sed sua sponte stulti facti, mutarent gloriam incorruptibilis dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominis, & volucrum, & quadrupedum, & serpentium, dedit ipsos deus optimus maximus in reprobum sensum: permisitque vt in eis ipsis idolis ligneis cacodæmon absconditus & rogatus, cœperit aliquoties, vt semper magis ac magis deciperet, loqui & respondere, quum tamen ipsa (testante Paulo) nihil essent aliud, præter ligna & saxa, ex quibus ipsa dæmonia loquebantur. De quibus ob id serio dicit ad idololatras Propheta: Quoniam magnus dominus & laudabilis nimis, terribilis est super omnes deos. Quoniam omnes dij gentium dæmonia sunt, dominus autem cœlos fecit. Sap. 14. et 15. Rom. 1. 1.Co. 8. Rom. 1. Psal. 95.

Hanc vero idololatriam primus fecisse creditur Ninus rex, vt vetustissimus, ita scelestissimus, vt qui non solum patris sui demortui curauerit fieri ima

Sap. 14. ginem, sed & hãc post mortem coluerit, & cum ea loquutus sit, prout scriptura de ipso dicere putatur: Non erubescit loqui cum illo, qui sine anima est: & pro sanitate quidem infirmum deprecatur, & pro vita rogat mortuum, & in adiutorio inutilem inuocat, & pro itinere petit ab eo, qui ambulare non potest: & de acquirendo, & de operando, & de omnium rerum euentu petit ab eo, qui in omnibus est inutilis. Hunc deinde Ninum populus Israeliticus sequutus est in ipso aureo vitulo, quem ex inauribus (Mose cũ domino in monte absente) non solum isti conflauerunt, sed & adorauerunt, & ei hostias obtulerunt, & solennitatem fecerunt, eumq; vocarunt deos suos, qui duxissent ipsos ex Aegypto. Exo. 32.

Ex quorum sane idololatria deus optimus maximus ita cœpit indignari, vt vel Mose pro ipsis intercedente, qui etiam tabulas lapideas ex indignatione fregit, per ipsum Mosen vna cum filijs Leui curauerit die illa gladio bellico occidi quasi vigintitria millia hominum. Fuerũt autem ipsi Iudæi vsque adeo proni semper ad idolatriam, vt deus ipse ne imagines quidem ipsis concedere voluerit, addens propterea in primo præcepto: Non facies tibi sculptile, neque omnem similitudinem, quæ est in cœlo desuper, & quæ in terra deorsum, nec eorum quæ sunt in aquis sub terra. Quorum causa Ezechias rex Iuda, serpentem æneum qui positus quondam fuerat pro signo, quem isti colebant, fregit. Actor. 7. Psal. 105. Exo. 32. 1. Co. 10. Nũe. 21. Exo. 20. Leui. 26. Deut. 5. 4. Re. 18. 2. Pa. 29.

Quòd vero nonnulli apud nos hisce annis zelo perinde quodam, sic in diuorum imagines in plerisq; locis desæuierunt, vt ne signũ quidẽ sanctę crucis gloriosæq; Virginis in templo manere sustinuerint, oggannientes quia sint idola, & q̃ nos propterea idololatræ censendi simus: haud est vti probemus, cum quia Christiani satis superq; sciãt ex sacris scripturis & ex apostolorum historijs & homilijs, eiusmodi simulacra nõ esse aliud, quàm aurum & argentum, & quidem opera hominum materialia, nec vllam habere in se vitam, longe minus diuinitatem aliquam, cum quia non colunt ea sicut deos, qui credunt vnum deum, sed venerantur ipsa sicut signa & monitoria eorum, quæ Christus, quæ sancti ipsius gloriose fecerunt, imo sicut volumina quædam laicorum, e quibus ipsa discant, quæ nec audire, nec legere fortassis alioqui possint aut valeant. Psal. 113.

Nec interim culpandi sunt, qui citra superstitionem & idololatriam sic venerantur imagines eorum amore, quos repræsentant, quemadmodum noua nupta sponsi absentis amore exosculatur annulum aut strophium, ab illo relictum aut missum. Qui sane affectus deo non potest non esse gratus, qui nõ ex superstitione, sed ex abundantia quadam amoris proficiscitur. Id quod pariformiter de ijs sentiẽdum est, qui simili affectu exosculantur ossa, alias ve reliquias sanctorum, de quibus passim in nostris pro religione veteri lucubrationibus disseruimus. Quanuis interim non negemus, fuisse hactenus in ipsis picturis, statuis & imaginibus, quæ nos minime probamus, sed ea censemus emendanda pro tempore.

Primo quidem displicent immodicę impensæ imaginum, de quibus magis

expe

expediret fortasse vestire pauperes & nudos, q̃ lapides & ligna, quæ non fri- gent, quum nudos vestire iubemur. Esa.58. Mat.25.

Secundo displicet immodica copia imaginum, quando sufficerent imagi- nes Crucifixi & Mariæ, & vel templi vel altaris patronorum, quæ vitas eo- rum (quas vocant Legendas) exprimerent.

Tertio displicet vanitas imaginum, quæ magis sunt ad seculi vanitates in citamenta, q̃ ad honestatis Christianę doctrinam. In antiquis signis, om̃igenum virtutum, maxime paupertatis & cõtinentiæ Christianę, exemplar cernimus: in nostris nihil videmus, nisi q̃d ipsissimam vanitatẽ seculi & omnem spurcitiam repræsentat. Cum enim pictura, statuariaq; quondam fuerit inter liberales artes habita tacita poesis, plus interdum repræsentans affectibus hominum, q̃ homo quantumuis eloquens & facundus, possit exprimere verbis, nolueritq; Plato philosophus in ea, quam fingit, ciuitate habere lasciuam poesim: non decet igitur in sacris templis, prȩsertim apud Christianos, habere picturas lasciuas & superstitiosas.

Quarto displicet dissolutio picturarum, quæ, quum esse debent libri laicorum, deberent non aliud repræsentare de ipsis sanctis, quos repræsentãt, q̃ eorum fidem & huius bona opera, quæ fidem ipsorum in Christum probarent, Paulo dicente: Memẽtote præpositorum vestrorum, qui vobis loquuti sunt verbũ dei: quorũ intuẽtes exitum cõuersationis, imitamini fidem. Heb.13.

Quinto displicet peregrina pictura, quę nullis canonicis scripturis, nec veridicis sanctorum historijs, quas Legendas vocamus, approbari queat. Sicut enim, cauente concilio Aphricano, conueniret in templis non aliud recitari, q̃ canonicas scripturas: ita quoq; conueniret, non aliud inibi depingi, nisi quod contineretur in sacris literis, vel quæ cum eis consonarent. Hinc non omnino probauerim picturam sanctæ Trinitatis. Quid enim magis aduersum est patri, quàm vt depingatur effigie senis silicernij, quum deus sit spiritus, nec carnem nec ossa habens? Quæ quidem pictura facile posset errorem & hæresim inducere. Prȩterea, quomodo recte pingi potest, quod nec visum est vnquã, quod nec videri nec intelligi potest, cuiusmodi est deus, adeoq; Trinitas ipsa sancta, quæ deus est ipsemet, cuius nec essentiæ vnitas, nec personarum trinitas videri potest, ideoq; nec pingi? Quanuis non negauerimus, iuxta historiæ necessitatem, depingi posse spiritumsanctum in specie columbæ, quæ repræsentet mititatem &c. spiritussancti, qui super Christum comparuit in baptismo sub specie columbæ. Iohãn.4. Luc.24. Exo.33. Iohã.1. 1.Ioh.4.5. Matth.3. Marci 1. Luc.3. Ioh.1.

Sexto displicet nimius & is quidem cultus, qui facile potest simpliciores facere pronos ad idololatriam, cuiusmodi est votorum appensio, vestium indutio, thuralis fumigatio. Quæ fortassis nõ obesset, si doceretur imbecilliores eorum mysteria & significata. Legimus sane altaria thurificata, sed vix, ipsas statuas solas esse fumigatas. Heb.9. Apoc.8.

Submotis igitur his, & hoc genus alijs ex picturis abusionibus & superstitionibus, minime contemnimus in templis imagines: imo censemus eas conseruandas, tanquam monumenta pietatis: & venerandas, propter significa-

tionem & repręsentationem eorum quos referunt, & propter mysteria nostrę salutis, quæ nobis ob oculos etiam cordium exhibent picturæ.

Improbandi proinde sunt, qui tanquam inimici crucis Christi, quos appellat Apostolus, non modo Virginis & martyrum imagines, sed & crucifixi Iesu icona, submotas voluerunt, nimirum Turcis simillimi, qui prorsus abominantur imagines, quas tamen viri sancti, quorum Lucas fuit vnus, sine culpa pinxerunt, & in hominum memoriam ediderunt, quarum multæ manserunt illæsæ vsque ad nostra tempora.

Phil. 3.

Vide nũ hæc poti⁹ ifra fo. 96. fa. 1. iter li neã 8. et 9. in ferenda sint.

☞ Sexto peccant contra hanc secundam primi præcepti partem, qui irretiti laqueo sathanę, cadunt in barathrum desperationis, reputantes diuinam misericordiam minus esse sufficientem ad remittendum peccata sua, quorum mole & enormitate deterrentur, similes desperato isti Cain, dicēti: Maior est iniquitas mea, quàm vt veniam merear. afficienti magna iniuria deum optimum, cuius miserationes tam sunt ineffabiles, vt ipsæ sint super omnia opera eius, testante Dauide. qui quoque rectius sperauit quàm Cain, dicens: Speret Israel in domino, Quia apud dominum misericordia, & copiosa apud eum redemptio: Et ipse redimet Israel ex om̃ibus iniquitatibus eius. Quem si sequutus fuisset Iudas proditor, ac ita credidisset, profectò non se desperatus suspēdisset, verum venisset ad dominum misericordiæ, dicētemq; audijsset illum: Nolo mortem peccatoris, sed magis vt conuertatur & viuat.

Gene. 4.
Psal. 144.
Psal. 129.
Matt. 27.
Acto. 1.
Eze. 18.

Septimo peccant, qui diffidētes de diuina prouidētia, sic anxie soliciti sunt de rebus necessarijs ad vitam hanc temporalem, vt præ solicitudine & anxietate, dei & diuinarum rerum obliuiscantur, quasi non haberet ipse curam de nobis, nec sufficeret nobis fideliter laborantibus ministrare necessaria vitæ. Quos ipse dominus qui nutrit omnia, repræhendit pariter & docet exemplo liliorum agri & fœni & volatilium cœli, abijciendam esse nimiam curam necessariorum corporis, quando quidem quærendum sit primum dei regnum, deindeq; adijciantur om̃ia, nimirum ab eo, qui nostri curam gerit, de quo propheta: Iacta, inquit, in dominum curam tuam, & ipse te enutriet, & non dabit in æternum fluctuationem iusto.

Matt. 6.
Psal. 54.

Octauo peccant, qui in angustijs impatientes contra deum murmurant, quasi non possit aut non velit eos adiuuare. Id quod Iob non fecit, quum dixit: Dominus dedit, dominus abstulit. Sit nomen domini benedictum. De q̃ scriptura: In ijs omnibus, inquit, non peccauit Iob labijs suis, neque stultum quid contra deum loquutus est. ☜

Iob. 1.

Nono peccant contra primam primi præcepti partem, qui sic arbitrium iactant liberum, vt obliuiscantur se debere gratiæ diuinę, sine qua tamen nihil possunt, quæ operatur velle & perficere in ipsis secundum bonam eorum voluntatem, quemadmodum testatur & ipse de se dicens dominus: Sine me nihil potestis facere.

2. Co. 3.
Phil. 2.
Ioã. 15.

Decimo peccant contra primam partem primi præcepti, qui plus æquo tribuunt suis operibus, statuentes ex eis tanquam idola quædam, seipsos in locum

cum dei surrogantes, sibimet per ea mercedem & beatitudinem definientes, quum sit ipsius dei, vnicuique dare secundum opera, de quibus non oportet eos nisi in domino gloriari, & cum propheta dicere: Non nobis domine, non nobis, sed nomini tuo da gloriam. Etsi enim deus hauddubie bona opera ab undanter dignabitur mercede, tamē hoc ipsum non ex merito, sed ex sua gra tuita promissione facturus est, id quod vsqueadeo humiliter suscipere debe mus, vt etsi fecerimus omnia bona opera & præcepta, nos tamen adhuc dice re debeamus seruos inutiles, quia id demū fecerimus, quod facere debuimus.

Matt.16. Rom.2. 2.Co.10. Psal.113. 1.Cor.15. Luc.17.

Vndecimo peccant in hanc primam primi præcepti partem, qui sic sine operibus suam fidem (quam nescio an habeant) extollunt, & ei omnem salu tem asscribunt, quasi deus nihil agere habeat cum ipsa: quum tamen ipsius sit donum, & ab eo petendum, sicut petierunt discipuli, dicentes: Domine, adau ge nobis fidem. Isti autem Fiduciarij faciunt ex ea suū proprium opus & qua si quoddam idolum, secluso deo, vnde sunt omnia: & submota gratia diuina, sine qua tamen nihil sunt, nec habent quicquam: quare fides eorum tota de beret esse in deum, qui dat salutem per fidem, sicut per organum & instrumē tum quoddam.

Ephe.2. Luc.17. 1.Co.15.

Hactenus, quæ deus seruanda præcipit, & quæ facienda prohibet in pri ma sui primi præcepti parte, diximus: simulq; recensuimus, qui cōtra eandem primam partem sic peccant, vt sint idololatræ: restat vt in præsentia deindeq;, idem de secunda primi præcepti parte faciamus.

In secunda proinde primi sui præcepti parte deus vult & præcipit, vt to tam spem nostram collocemus in ipsum, plenariamq; in eum fiduciam nostrā habeamus, & omnimodam cōfidentiam nostram in eius bonitate & magna misericordia ipsius, & ad ipsum præ omnibus in omni tribulatione & necessi tate nostra confidenter curramus: non dubitantes quin nos velit temporali ter & æternaliter saluare, dareq; media apta, quibus possimus habere & tem poralem & æternalem salutem.

Ad quam sane spem theologicam hortatur propheta, dicens: Sperate in eo omnis congregatio populi, effundite coram illo corda vestra: Deus adiutor noster in æternum. Siquidem deus noster deus saluos faciendi. Et rursus: Be atus, inquit, cuius deus Iacob adiutor eius: spes eius in domino deo ipsius, qui fecit cœlum & terram, mare & omnia quæ in eis sunt: qui & vbique habuit spem suam præcipuam in deum in omni sua tribulatiōe, nec sua spe defrauda tus est, de seipso dicens: In te domine speraui, non confundar in æternum. De us, quis similis tibi? Quas ostendisti mihi tribulationes, multas & malas, & conuersus, viuificasti me, & de abyssis terræ iterum reduxisti me? Multiplica sti magnificentiam tuam, & conuersus, consolatus es me.

Psal.61. Psal. 67. Psal.145. Psal. 70.

Est autem hoc loco spes, prout est virtus theologica, non modo certa expe ctatio futuræ beatitudinis, sed & omnium eorum, quæ pertinent & ordinan tur ad futuram beatitudinem, proueniens ex gratia simpliciter, & accidenta liter ex meritis & bonis operibus, pro quibus dominus beatitudinē nobis da

re

re promisit, sine quibus aliquid sperare, non spes, sed præsumptio potius appellari potest, quũ etiam fides ipsa sine meritis, hoc est, operibus, mortua sit. Hinc dominus: Non omnis, inquit, qui dicit mihi, Domine domine, intrabit in regnum cœlorum: sed qui facit voluntatem patris mei qui in cœlis est, ipse intrabit in regnum cœlorum. Nonne fatuitas esset, sperare victoriam contra inimicos a deo sine rebus ad victoriam necessarijs, vtpote pecunijs, armis, militibus, curribus, equis, & hoc genus alijs rebus?

Iacobi 2.
Mat. 7.

Qui uero confidit & sperat hoc pacto in deum, nequaquam poterit sua spe decipi, scriptura dicente: Nullus sperauit in deo, & derelictus est. Quod comprobans Dauid, ait: Salus aũt iustorum a domino, & protector eorum in tempore tribulationis: Et adiuuabit eos dominus, & liberabit eos: & eruet eos a peccatoribus, & saluabit eos, quia sperauerunt in eo. Quod intelligens Apostolus, dicit: Iustificati ergo ex fide, pacem habeamus ad deum per dominum nostrum Iesum Christum, per quem & habemus accessum per fidem in gratiam istam, in qua stamus, & gloriamur in spe gloriæ filiorum dei. Non solum autem, sed & gloriamur in tribulationibus, scientes quod tribulatio patientiam operatur, patientia autem probationem, probatio vero spem, spes autem non confundit. Quod ipse nõ solum dixit, sed & ita sensit, & eiusmodi spem in deum habuit, inquiens: Scio cui credidi, & certus sum quia potẽs est depositum meum seruare in illum diem.

Eccl. 2.
Psal. 36.
Rom. 5.
2. Tim. 1.

Ad hanc vero spem pro beatitudine obtinenda in deum vere habendam, facit auxilium diuinæ omnipotentiæ & misericordiæ immensæ, infinita dei liberalitas, & æterna dei ordinatio, qua ille prorsus ordinauit, vt sperantes in ipsum, velit iuuare & non deserere, nimirum de se dicens: Nunquid obliuisci potest mulier infantem suum, vt non misereatur filio vteri sui? Et si illa oblita fuerit, ego tamen non obliuiscar tui. Ecce in manibus meis descripsi te, muri tui coram oculis meis semper. Est igitur, ex secunda parte primi præcepti, firmiter & duntaxat in deum præcipue sperandum in omnibus aduersitatibus ad liberationem.

Esa. 49.

Primo proinde contra hanc secundam primi præcepti partem peccant, qui confidunt in seipsis, quasi sine deo quicquam velint efficere, quum ne sufficientes quidem simus cogitare aliquid a nobis, quasi ex nobis, sed om̃is nostra sufficientia in deo sita sit. Ideoque scriptura dicit: Qui cõfidit in corde suo, stultus est. Vtique stultus, faciens se deum & idolum: idololatra etiam peior, ad quem dicit verus & vnus Deus: Perditio tua ex te Israel. tantummodo in me auxilium tuum,

2. Cor. 3.
Pro. 28.
Ose. 13.

Secundo peccant in hanc primi præcepti partem, qui sperant in potentia satraparum. Ideoque Dauid ait: Nolite confidere in principibus, nec in filijs hominum, in quibus non est salus.

Psal. 145.

Tertio, qui sperant in amicis & consanguineis suis. siquidẽ propheta dicit: Maledictus homo qui confidit in homine, & ponit carnem (id est, cõsanguinitatem) brachium suum, & a dño recedit cor eius.

Hier. 17.

Quarto, qui sperant in diuitijs suis, quum sint vanæ & fallaces, testãte scriptura

ptura quæ dicit: Qui confidit in diuitijs suis, corruet. Quare Paulus ait: Diui tibus huius seculi præcipe, non sublime sapere, neque sperare in incerto diuitiarum, sed in deo viuo. Pro.11. 1.Tim.6.

Quinto, qui sperant in sua iniquitate & adinuentione, prohibente Dauide quum ait: Nolite sperare in iniquitate &c. per astutias hominum, putantium obtinere quod volunt: quandoquidem spes (inquit scriptura) impij est quasi lanugo quæ a vento tollitur. Psal.61. Sap.5.

Summatim proinde peccant contra secũdam primi præcepti partem, quotquot, relicta præcipua spe in deum, sperãt in quamlibet creaturam, quæ vana est & vanitas vanitatũ: multa promittens, nihil autem ex se præstare potens, plerunq; semper decipiens eos, quibus promittit auxiliũ. Quod Dauid intelligens, orabat: Da nobis auxiliũ de tribulatione, quia vana salus hominis. Eccl.1. Psal.59.

Hucusque diximus, quid deus a nobis in secunda parte sui primi præcepti velit & seruari & dimitti, nimirum volens, vt in ipsum solum speremus, non autem in aliquam creaturam, quæ per se prorsus est vana, nostramq; spem deludit: Superest, vt breuiter disseram⁹ de tertia primi præcepti parte, in qua dominus deus serio vult & præcipit, vt ipsum super omnia diligamus ex omnibus nostris viribus, & nihil nisi propter eum amemus. Quam quidem partẽ dominus ipse satis euidenter explicat, rogatus ab vno pharisæo & doctore legis, rogante: Magister, quod est mandatum magnum in lege? Cui ille: Diliges dominũ deum tuũ ex toto corde tuo, & in tota anima tua, & in tota mente tua, & ex omni virtute tua. Hoc est maximum & primum mandatum. Secundum autem simile est huic: Diliges proximum tuum sicut teipsum. In his duobus mandatis vniuersa lex pendet & prophetæ. Et vere quidem. Moses enim ait: Audi Israel, dominus deus tuus, deus vnus est. Diliges dominũ deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota fortitudine tua. Eccl.1. Matt.22. Marc.12. Luc.10. Deut.6.

In quibus sane verbis vult Moses, vt totis & animæ & corporis viribus deum super omnia diligamus, hoc est, omnes nostras vires, voluntates, cogitationes, verba & facta dirigamus in eius laudem & gloriam, eiq; applicemus ad obediendum, obsequendum & complacendum, ad ipsum etiam honorandum, colendum deuota oratione & cultu, summæ & excellentissimæ eius maiestati debito.

Primo igitur peccant contra hanc tertiam primi præcepti partem, qui vel parentes, vel filios, vel cæteros consanguineos ita diligunt, vt præ dilectione eorum nec dei, nec eorum quæ sunt eius, recordentur: nec faciant, nec ardenter esse cupiant cum ipso, malentes cum istis q̃ cum eo viuere, carnali amore, eodemq; illicito detenti. Id quod facere nequaquam debent. Dicit enim ipse dei filius: Qui amat patrem aut matrem plus q̃ me, non est me dignus, vtpote faciens sibi idolon coram me. Id quod ipse dominus non fecit, dicẽs ad parentes suos: Quid est quod me quærebatis? Nesciebatis qa in his quæ patris mei sunt, oportet me esse? Quem sequuti sunt apostoli, dicentes: Ecce nos reliquimus omnia, & sequuti sumus te. Matt.10. Luc.2. Matt.19.

Secundo peccant, qui nimium habẽt affectum ad suos vel superiores, vel

alios

alios homines,& ijs potius q̃ deo volunt placere,malentes offendere deum,q̃ displicere hominibus:quod videtur fecisse Adam, quando plus æquo seruiuit vxori. Quod & adhuc multos facere vereor,cõtra dei primum præceptũ, contra quod hac in parte Paulus peccare noluit,dicens:Si adhuc hominibus placerem, Christi seruus non essem. Siquidem magis obediendum est deo q̃ hominibus.Hinc contra transgressores huius partis inquit propheta:Quoniam dominus dissipauit ossa eorum qui hominibus placent:confusi sunt,quoniam deus spreuit eos.

Gene. 3. Gal. 1. Act. 5. Psal. 52.

Tertio,qui pecunias sic auariter diligunt, vt earum causa non vereantur etiam pessima quæque facere: quales sunt diuites auari, qui sibi ex pecunia faciunt idolum,quando toti pendent ab ea. Cuius gratia Christus ait:Vbi enĩ est thesaurus tuus,ibi est & cor tuum. Q; vero diuites eiusmodi sint idololatræ,testatur Apostolus,inquiens: Mortificate &c. concupiscentiam malam, & auaritiam, quæ est simulacrorum seruitus, propter quæ venit ira dei super filios incredulitatis.

Matt. 6. Col. 3.

Quarto,qui sic indulgent crapulis & cæteris mũdi voluptatibus,vt in eis omne suum gaudium ponant,obliuiscentes dei rerumq; diuinarum & cœlestium omnium,quemadmodum diues ille epulo fecit, non credentes nec esse deum,nec, si est,eum habere rationem eorum,quæ hic faciunt aut dimittunt ipsi,de quibus Apostolus:Multi,inquit, ambulãt, quos sæpe dicebam vobis (nunc autem & flens dico)inimicos crucis Christi,quorũ finis interitus,quorum deus vẽter est, & gloria in confusione eorũ, qui terrena sapiunt. Nostra autem conuersatio in cœlis est. Summatim peccat in hanc partem,quicunq; inordinato amore p̃fert creaturam creatori, & hũc potius offendit q̃ illam.

Luc. 16. Phil. 3.

Et hactenus de tribus,hoc est, de omnibus huius primi præcepti dei partibus,quibus in vniuersum deus ille verus & æternus prohibet nobis,sub pœna mortis æternæ,alium habere deum præter ipsum:hoc est,precipit serio,vt in eum solum credamus, qui solus ex seipso possit ac faciat omnia, qui & velit sperantibus in ipsum dare omnia bona & necessaria, nec ipsos vllo modo deserere,quem & propterea diligere & venerari debemus omnibus viribus, hoc est,omia nostra cogitata, verba & facta dirigere in ipsius laudem & gloriam:cętera vero quæ extra ipsum sunt,non aliter a nobis haberi debere,q̃ suas creaturas:eatenusq; facere & posse,quatenus ipse concedit illis:ideoq; nos spem nostram nõ debere ponere in eas, nec ipsas nisi propter eum diligere, vt sic rex optimus non propter munus,sed ipsum munus propter regem diligat.

Iam vero tametsi deus ille optimus maximus plerosque peccatores,non in ipsis tantum,sed & in ipsorum filijs temporaliter vult punire,velut alias ipsemet testatur,singulariter tamen in successione pariter vult punire,qui trãsgrediuntur hoc primum ipsius mandatum, quo prohibet omnem idololatriam, tanquam grauissimum in maiestatem eius peccatum. Subiungit enim in fine huius mandati,dicens:Ego sum dominus deus tuus, fortis zelotes, visitãs iniquitatem patrum in filios,in tertiam & quartam generationem eorũ qui oderunt me. Qui odio habent deum? Vtique,qui potius in ipsius creaturas, q̃ in ipsum

Exo. 20.

ipsum creatorem credere, sperare, & amore duci, vehiq; solet. Quod æque fo ret, ac si quispiam diligeret quempiam propter quæstum: ipsius vero personã & eius honorem prosequeretur odio, nec quicquam boni eius, sed solum quę stus gratia faceret.

Ostendit autem dominus deus in ijsce verbis sub hypostasi zelotypi, q̃ gra uiter ferat, si quis per idololatriam a fide sibi data desciscat, idololatram ad- ultero cõferens, quemadmodum fides ipsa in deum, passim comparatur cõ- iugio, quia fides vtrinq; seruari debet perpetua cohabitatione, nec alter alie- no se cõiungere. Q; vero dñs deus se zelotypũ vocat, vult vehementem cõ- minationem ostendere idololatris.

Osee.1.4 Hiere.3 Osee.2 2.Cor.11

Est em̃ zelotes, æmulator qui sic ardet vxorem, vt simul metuat vxori, ne quis eam de stupro appellet, & ne cuius adulteri blanditijs decipiat̃, ægre sus- tinens aliquem assidere vxori, nec permittens vxorem in publicũ progredi, nisi se præsente: se solũ volẽs amari, prout scriptura vult. Ita nimirũ de nobis amanter curat deus noster vnicus, & vnice vult a nobis amari. Quod si non fecerimus, primũ pro loco & tempore vult nos punire, prout olim fecit, iuxta Dauidem dicentem: Perdidisti omnes qui fornicant̃ abs te. Deinde etiã no- stros, nempe filios & hæredes, vsq; in quartam generationem. Sin fecerimus hoc præceptum, & manserimus ipsi deo nostro fideles, nec receperimus alios deos præter eum, vult nobis longe maiorem bonitatem ostendere & exhibe re, quippe promittens se misericordiam facturum in mille.

Psal.72

Superest proinde charissimi, si volumus vt nobis & nostris post nos hic & alibi bene sit, vt nõ habeamus deos alienos coram vno deo nostro, id est, vt credamus in eum vt omnipotẽtem, & speremus in eum vt nobis optime volẽ tem, & diligamus eum super om̃ia, sicut eum qui dat om̃ia nobis amãter.

DE SECVNDO PRAECEPTO. Cap. IX.

Non assumes nomen domini dei tui in vanum, Exod. xx. Deute. v.

ETsi deus ille Opt. Max. in vniuscuiusq; pręcepti sui transgressorem serio velit animaduertere, nec ipsum relinquere impunitum, prout in præpara- torijs illius præceptorum diximus: tamen vt singularem huius sui secundi p̃- cepti præcellentiam, & ipsius transgressionis grauitatem dominus insinua- ret, mox post ipsum subdit Moses minas in ipsum præuaricatorem, sicuti fe- cit in primo præcepto, dicẽs: Nec enim habebit dominus insontem eum, qui adsumpserit nomen dñi dei sui frustra. Sicut autem dñs in primo suo præce- pto nobis præcepit, vt simus sibi fideles, nec alij deo, quum non sit alius ve- rus deus, adhæreamus, nec alteri q̃ sibi cultum diuinum tradamus: ita præci pit in hoc secundo præcepto, vt ipsum nõ contemnamus, sed reuereamur, di- cens: Non assumes nomen domini dei tui in vanũ &c. Præcipit enim, vt no- men suum summe honorificemus, nec quoquo modo inhonoremus.

Exo.5

Iam vero tametsi nomina dei sint multa, variaq; in scripturis, vtpote tam multa, q̃ multi sunt omnipotentis diuini effectus, ipse enim verus deus nobis in sui natura nõ est notus, sed nobis innotęscit ex operibus & effectibus eius,

Roma.1.

1 ex quibus possumus eum nominare, modo omnipotentẽ, quia potest omnia:
Exo.15 sic Moses dicebat: Dominus quasi vir pugnator, omnipotens nomẽ eius: mo
2 do æternum, quia nec finem nec initium habet: vnde ipse dicebat Mosi rogã
Exo.3 ti: Si dixerint mihi, quod est nomẽ eius? quid dicam eis? Ego sum qui sum, id
3 est, æternus: modo dominum, quia sua virtute propria dominatur omnibus.
Amos.9 Judith.9 Hinc de eo dicit Amos: Dominus nomẽ eius: hinc Iudith orans ad deum, ait:
4 Deus noster, qui conteris bella ab initio, & dñs nomen est tibi: modo proprio & cõmuni suo noĩe, deus, quia dat om̃ia & quidem optima: Vnde Iacobus
Iaco.1 ait: Omne datum optimum & omne donum perfectum de sursum est, descen
5 dens a patre luminum: modo nominibus etiam aliis ipsum nominare possumus iuxta scripturam, quum sint (vti diximus) multa variaq; ipsius secundũ multos eius effectus nomina: quia tamen reuerentia debetur nominibus dei ratione rei signatæ, quæ est vna, scilicet diuinitas, non ratione vocum significantiũ, quæ sunt multæ, ideo notabiliter ait: Nõ assumes nomen dñi dei tui in vanum, volens nullum plane nomen sumi vsurpariq; debere a nobis, quod quoquo modo significet illud, quod vel singulariter suæ est deitatis, vel quod ab ipsa recipit sanctitatem, proptereaq; sanctum & diuinum habetur, vel quod ei applicatur.

Quo quidem pacto non modo nomẽ dei est nomẽ deus, omnipotẽs, æternus, dñs, saluator, creator, Iesus: sed & om̃is vox, dictio, clausula, oratio sacræ scripturæ, adeoq; ipsa sacra scriptura, sacramẽta, mẽbra, vulnera, tormẽta, nomina Iesu Christi, & omnium ipsius sanctorum, quæ vel singula & vniuersa prohibentur in vanũ sumi per hoc secũdum dei præceptũ, dicens: Non assumes nomen domini dei tui in vanum, quia sunt & habentur om̃ia diuina & sancta propter nomẽ dei, intuituq; ipsius vnici dei, eiusdemq; sancti sancto-
Dan.9 rum, ex quo, in quo, & per quem om̃ia sunt, & in eum tendunt om̃ia. Quã sa
Roma.11 ne nostrã sentẽtiam approbat vnicus ille a deo magister, quũ ait: Neq; per cœ
Iohã.3 lũ, quia thronus dei est: neq; per terrã, quia scabellũ est pedum eius: neq; per
Matth.5 Hierosolymã, quia ciuitas regis magni est. Neq; per caput tuũ iuraueris, quia nõ potes vnum capillum facere album vel nigrum.

Iam vero, quum vanum dicatur & sit illud, quod nullam habet nec causam, nec necessitatem legitimam: subsequẽs est, vt tum assumamus nomen dei, & quicquid singulariter eius est, in vanum, quãdo nominamus, assumimus, & vsurpamus ipsum citra causam & necessitatem. Ipsa vero necessitas & causa legitima, est duplex, vtpote salus nostra & gloria dei, imo vel sola gloria dei: quoniam nec salutem nostram debemus per nomen eius quærere, nisi ad gloriam ipsius.

Intelligimus aũt, nobis a dño deo duo præcipi in hoc secũdo suo pcepto.

Primo, vt suum & quodlibet diuinum verbum & nomen necessitate causaq; subsistente, assumamus.

Secundo, hoc ipsum non cogente causa nec necessitate, non assumamus. Nunc autem ignorari nõ debet, quoties causaliter & vtiliter assumimus nomen dei, toties etiam assumimus ipsum inutiliter & in vanum, contra hoc

dei

dei secundum præceptum.

Primo autē rectè vtiliterq; assumimus dei nomen & eius verbum, quando ipsum assumimus ad sanctificationem alicuius rei, vt videlicet ipsa per nominationem illius sanctificetur & purificetur: quandoquidem omnis creatura bona sit, & sanctificetur, teste Paulo, per verbū dei & orationem. Id quod in primis fit, quum nomine domini benedicimus cibum & potum ante mensam, post vero ipsam gratias agimus, vt accipiamus omnia cum gratiarum actione. Id quod dominus fecit, ac suo nos exemplo docuit, dicēs: Exemplum dedi vobis, vt queadmodum ego feci, ita & vos faciatis. 1.Tim.4 Iohā.13

Hoc ipsum quoq; fieri solet in omnibus, & præsertim sacramentis baptismatis & pœnitentiæ. Ipse eīn baptizans ait: Ego te baptizo in nomine patris & filij & spiritus sancti, qui sane tres vnū sunt: id est, vnus verus deus in essentia, trinus autem in personis. In ipso autē baptismate nos sanctificari per nomen domini, testatur Apostolus, inquiens: Abluti estis, scilicet per baptismum, sanctificati estis in nomine domini. Et ipse quoque absoluens in pœnitentia, dicit: Ego te absoluo in nomine patris & filij & spiritus sancti. Quæ quidem sumptio nominis dei videtur expressa quondam, vbi dictum fuit sacerdotibus veteris testamēti: Vos ponite nomē meum super filios Israel, scilicet inuocantes in collatione sacramētorum, & ego benedicam eis, scilicet cōferendo virtutem & effectum eorum. Matt.vlt. 1.Iohā.5 1.Cor.6 Nume.6

Primo proinde peccāt cōtra secundum hoc dei præceptum, qui nomē dñi nō ad sanctificationem, sed desecrationem sumūt: cuiusmodi sunt, qui sacramenta cōferunt vel accipiunt scienter in peccato mortali, nō cōtrito, iudiciū sibi sumētes ad æternam damnationem: quādoquidem talia sunt vnicuiq; sacramēta, quali vel corde vel conscientia sumuntur. 1.Cor.11

Cuiusmodi quoque sunt, qui sacris nominibus & verbis vtuntur in superstitionibus & incantationibus, nō ad salutē aīæ, nec ad gloriā dei, sed ad curiositatē suā, ad pactū dæmonū in signis, verbis & gestibus horribiliter peccantes, similes eis qui sacris vestibus, officijs diuinis aptatis, ad choreas, spectacula vel bella procederēt, & iocum huiusmodi ex eo serio facerent.

Secundo rectè vtiliterq; dei nomen assumimus & eius verbum, quando assumimus vt cōfiteamur, vt prædicemus & doceamus, quemadmodum propheta regius ait: Confitemini domino, & inuocate nomen eius, annunciate inter gentes opera eius. Sic de Paulo scriptum est, Vt portet nomen meum coram gentibus & regibus & filijs Israel. Psal.104 Acto.9

Secundo proinde peccant cōtra secundū dei præceptum, qui nomen verbumve dei falsant vel additiōe vel ademptiōe cōtraria, aduersus scripturam dicentem: Non addetis ad verbum, quod vobis loquor, nec auferetis ex eo: qui sacram scripturam falsis enarrationibus aut interpretationibus defœdāt, & eam ad suam ipsorum (vt ait Petrus) perditionem deprauant: qui eandem ad impiam opinionem tuendam detorquent: qui rudes animos nouis & a fidei præscriptis alienis dogmatibus imbuunt: qui sanctorum patrum sacrosancta Cōcilia & statuta cōtemnunt, quasi illi patres in spiritu sancto nomineq; Deut.4 Deut.12 2.Pet.3

Iaco.1 Iohã.14 1.Ioh.24 Luc.vlt. 2.Thes.2 Iesu congregati, in fide nihil hæsitantes, non acceperint sapientiam a deo postulatam, quasi paracletus non suggesserit illis omnia, neq; omnia docuerit vnctio ipsa, quasi deniq; illorum mentes non aperuerit Christus, vt intelligerent scripturas, contra Christi summæ veritatis promissum, quum tamẽ Paulus suas & verbales & scriptiles (vt ita dicamus) traditiones tenendas voluerit, qui & olim Syriam & Ciliciam perambulans, ecclesias confirmauerit, pcipiens custodire præcepta apostolorum & seniorum. Et scriptura quidem: Interroga maiores, inquit, tuos, & dicent tibi. Acto.15 Deut.32

Tertio recte vtiliterq; sumimus dei nomen, quando ipsum vel per ipsum laudamus, iuxta dominum dicentem: Omnem qui inuocat nomen meum, in gloriam meã creaui eum. Et Psalmista: Laudate nomen domini. Esa.43 Psal.134

Tertio igitur & vicissim peccant contra secũdum dei præceptum, qui vel dei verbo vel nomine abutuntur in scomma vel derisionem, in rhythmis & cantilenis mundanis, & in loco maxime prophano, quo ipsum vilipendi plerunq; incipit. Ita Rabi Iudæorum putant hoc præcepto prohiberi prolationem nominis domini Tetragrammaton in loco prophano, vt quod debeat in templo, & quidem per sacerdotes, proferri. Quare quum alias in Babylonia captiui rogarentur ab ipsis capientibus, vt eis canerent hymnum de canticis Sion, responderunt, vt est in Psalmis: Quomodo cantabimus canticum dñi in terra aliena? Eheu, quomodo nunc peccant nostrates, qui sacratissima scripturæ sanctæ verba etiam in lupanaribus sine deuotione & absque omni causa sic vsurpant, vt illa pene deuenerint in despectum & contemptum, præsertimq; apud eos, qui nuper euangelicos se voluerunt cognominari contra catholicos, a quibus etiam hac de causa potius sacra Biblia sunt in vernaculam linguã peruersa, q̃ versa, quibus nunc leuissimi homines odiose abutuntur ad summam leuitatem. Psal.136

Itemq; peccant in hac parte, qui vel dei vel eius sanctorum nomina, sacramenta, tormenta, passiones, vulnera, membra vel blasphemant, vel alio modo dehonestãt & inhonorant. Id quod (prohdolor) nunc vsqueadeo protritum est apud Christianos, vt plane verum fieri cœptum sit de nobis, quod ipse dominus conqueritur in Esaia, dicens: Iugiter tota die nomen meũ blasphematur, id est, inhoneste vsurpatur. Siquidem in blasphemia deo asscribitur & eius verbo, sacramento, corporiq; & sanguini Christi, quod in eum nõ cadit, vt est infamare, perdere, dehonestare, cæcare, & id genus aliud malefacere, quod deus nõ facit, nisi quũ peccatum, psertim blasphemiæ, punit æterna morte, quemadmodum dubio procul puniet omnes blasphemantes, dicẽte scriptura: Maledicẽtes ei, scilicet deo, disperibũt, vtpote varijs modis. Esa.52 Psal.36

Primo quidẽ temporalibus pœnis & mulctis, quibus omnipotẽs plerunq; punit horribiliter, scilicet bellis, pestilẽtijs & fame. Quæ quidẽ mala nõ absq; causa nos Christianos tantisper visitant, qui Turcis ꝓpter blasphemias longe sumus deteriores: qui proinde hucusq; nos infestant sanguinolentis bellis, permittente deo, propter tot in ipsum blasphemias. Hier.14 Hiere.21

Secũdo, morte tẽporali, iuxta scripturã dicentẽ: Qui maledixerit deũ suũ, Leui.24

morte

morte morietur, scilicet corporali, nimirum per lapidationem. Quod & in veteri testamēto serio seruatū est. Quū em̄ Moses interrogaret, quid pœnæ esset irrogandum cuidā ex filijs Israel, q blasphemauerat nomē dn̄i, responsum est a dn̄o: Educ blasphemum extra castra, & lapidet eum om̄is populus. Leui. 24

Tertio, morte æterna, qm̄ regnum dei nō possidebunt impœnitētes. 2. Tim. 3

Itemq; peccāt in hoc præceptū, qui dei sanctos in cœlo quocunq; modo vel inhonorāt vel blasphemāt, negātes eos honorari debere, quos dn̄s pater, qui in cœlis est, honorificat, quorū decus & dedecus, quod ipsis infert, redundat in ipsum deum, dicente ipso dn̄o: Amen dico vobis, q̄diu fecistis vni de ijs fratribus meis minimis, mihi fecistis. Quos ipse dominus ita charos habet, vt in eorum nomine etiam porrecto aquæ frigidæ calici mercedem dare promittat. Est proinde blasphemia in sanctos dei homines pariformiter vindicanda, quum deus æque blasphemetur in eis, vt in ipsis laudat & glorificat. Mat. 10 Iohā. 12 Mat. 25 Matth. 10

Itemq; peccant hac parte, qui proximo suo per odium vel vindictam vel inuidiam, vel quoquo sinistro modo, ægritudinem, pestem, febrim, morbum Gallicum, pedis aut colli fractionem, & hoc genus aliud mali, mala mēte imprecātur: quādoquidem nec eiusmodi maledici, teste Paulo, regnum dei possidebunt. Tacemus q plerūq; talia mala imprecata, tendunt in sinum proprium, hoc est, eius qui blasphemat & imprecatur, vt verum fiat quod dici solet, Incidit in foueam quam fecit. 1. Cor. 6 Psal. 7

Est autem hoc blasphemiæ tanto grauius, quanto personam cui maledicitur, magis diligere & reuereri debemus, cuiusmodi sunt parētes & principes. De parentibus scriptum est: Qui maledixerit patri vel matri, morte moriatur. De prælatis & principibus scribitur: Principi populi tui non maledices. Leuit. 20 Mat. 15 Exo. 22 Acto. 23

Eheu q̄ nos nunc blasphemamus, qui citra causam, sed mera leuitate & proteruitate, summos pontifices idola & antichristos: item Cæsares, reges, principes, & id genus satrapas, & quidē falso, nuncupamus tyrannos, fatuos, lictores, & id genus alijs despectissimis nominibus, & non secus de ipsis perfricta quidem fronte blateramus & obloquimur, atque de quibusdam vilissimis helluonibus.

Id quod apud maiores nostros vsqueadeo alienum fuit, vt superiores ipsi non fuerint ab eis nominati, nisi cum honoris præfatiōe: & recte quidē, quum deus eos nobis velit honorandos, & seipsum in illis, qui sunt eius & ministri, & locū tenentes. Ideoq; Paulus alibi plurimum doluit, quia maximū sacerdotem (vtcunq; infidelē) Ananiam, ignoranter vocasset parietē dealbatū, imprecans ei percussionē a deo, qm̄ contra legem iusserat ipsum percuti. Roma. 13 Acto. 23

Quarto dei nomen vtiliter recteq; vsurpamus, quando tribulati & angustiati, ipsum ad auxilij implorationem & opem inuocamus. Ad quod ipse dominus in psalmis hortatur, dicens: Inuoca me in die tribulationis, & eruam te, & honorificabis me. Qua quidem inuocatione nihil efficacius, & deo nihil gloriosius. Ipse quidem per eam glorificatur, & implorans adiuuatur: id quod multis modis ostensum est. nec em̄ potest verbū dei mentiri, quod ait: Psal. 49

Prou.18 Turris fortissima nomen domini:ad eam confugiet iustus,& saluabitur. Et Hier.14 alibi quoq;:Nomen tuum inuocatum est super nos, ne derelinquas nos.

Quia vero plerunq; solemus post inuocationes addere vota,fieri solet,vt in primis quarto peccent contra hoc secundum dei præceptum,qui vane,hoc Iudic.11 est,incaute vouēt illiciteq;,quomodo vouit ipse Iepthe se oblaturū deo,quicquid primum sibi redeunti occurreret,quando primo occurrentem vnicam filiam mactauerit. Siquidem eiusmodi votum est potius rescindendum cū pœ Eccle.5 nitentia,q̄ cū scelere seruandū,quando(scriptura teste)deo stulta promissio displiceat. Ita laudatur Dauid,q̄ ad preces Abigail vxoris Nabal,non occi 1.Reg.25 derit Nabal,sicut in iracundia iurauerat se facturum.

Item peccant,qui temere & inconsulte vouent,prout olim Saul vouit, ne 1.Reg.14 minem suorum virorum,qui secum erant, aliquid gustare debere,nisi prius confecisset omnes hostes.

Eiusmodi votum videntur quoque facere sacerdotes incaute vaneq;,qui perpetuam vouent castitatem,& quidem maxime sub conditione,dicentes, quatenus per carnis infirmitatem possint.

Sed quid si carnis infirmitas non admittat, & ipsi sint de ijs,qui secundū Matt.19 Christum,verbum castitatis capere non possunt,nec donum castitatis habe 1.Cor.7 re? Vtrum melius, vxorem ducere,an(quod absit)scortari,quod sub pœna Ephe.5 Hebr.13 mortis a deo prohibitum est? Sed hac de re consulendus est Christus cū Paulo,& legis cœlibatus vtilitas,quum sit vtiq; cœlibatus per se non vtilis solum,sed & plane angelicus, vtpote virginitati proximus.

Item peccant,qui precationes vanis illicitisq; cogitationibus sponte conquisitis accersitisq; interturbant,maxime qui ex officio ad eas orationes peragendas obstringuntur,vt ecclesiastici,contra quos dominus in propheta di Esa.29 Matt.15 cit:Populus hic me labijs honorat,cor autem eorum longe est a me.

Quinto,recte vtiliterq; sumimus & vsurpamus dei nomen & verbū,quādo sumimus ipsum ad confirmationē dictorū. Quæ sumptio proprie dicit̄ iuratio,quæ non est aliud q̄ dictorū,nomine dei,vel eo quod illi quoquo modo æquiualet,vel suam recipit ab eo sanctitatem vel deitatem,in vadem interposito,confirmatio. Siquidem iurans,deum nomine suo,vel aliquid eius nomini æquiualens,quasi testem sui dicti inuocat, declarans se verum dicere, hocq; vel illud seruare, vel non seruare: quandoquidem iuramentum est or Hebr.6 dinatum ad confirmationem,Paulo dicente:Omnis hominum controuersiæ finis ad confirmationem, est iuramentum.

Primo autem iuramentum esse licitum,iureq; diuino concessum, patet ex eo quod deus ipse iurauit,qui nullius est peccati autor,sed prohibitor, dicēs Gene.22 ad Abraham: Per memetipsum iuraui,quia fecisti hanc rem,& non pepercisti filio tuo vnigenito propter me,benedicam tibi,& multiplicabo semen tu Hebr.6 um. Quum enim,inquit Apostolus,homines per maiorem se iurant, ipse vero deus Abrahæ iurans,non habuit per quem iuraret maiorem, iurauit per se metipsum. Item iurauit & ipse Dauidi,de quo Psalmus ait:Iurauit dominus Psal.131 Dauid veritatem, & non frustrabitur eum:de fructu ventris tui portam su

per sedem tuam. Et, Iurauit dominus & non pœnitebit eum. Psal.109

Secundo, quia scriptura, quæ a deo infusa solui nequit, mandat vt iuretur, nempe iusta causa cogente, dicens: Dominum deum tuum timebis, & per nomen eius iurabis. Et Psalmus ait: Rex vero lætabitur in deo, laudabuntur omnes qui iurant in eo. Iohã.10 Deut.6 Psal.62

Tertio, quia necessitas cogit, quum alioqui quis hoc non crederet, quod verum esset, quodq́ pertineret ad salutem: fieretq́ propterea, q̃ veritas ex defectu iuramenti supprimeretur, & quidem maxime apud infideles, propter quos in primis iuramentũ est admissum, vt patet ex eius origine.

Cum em̃ quondam mala creuissent, scribit Chrysostomus, & sursum & deorsum facta fuisset confusio, quum ad idolorum seruitutem declinassent: tunc, inquit, quum infideles iam apparerent, testem inuocabant deum, tanquã dignum dantes dictorum vadem. Hoc em̃ est iuramentum, morum infideliũ vadimonium, vt nõ nisi cum sponsore credatur, & sponsore quidem magno, propter multorũ incredulitatem, exigentiũ non hominẽ sponsorẽ, sed deum.

Quarto, quia deo iuramentum cedit in gloriam, quia per ipsum veritas inuocatur eius, qui veritas est, & creditur in eum ac propter eum, cui dein omne bonum quod sequitur ex iuramento, omnisq́ honor ipsi soli deo asscribendus est. Hinc notabiliter cautũ est, vt per nomen dei iuremus. Iohã.14 Deut.6

Quinto, quoniam sequitur ex iuramẽto vero magna plerunq́ pro repub. Christiana vtilitas, quæ non sequeretur aliunde. Siquidem fit plerunq́ pax & concordia iurantium, & destruitur ipsius diaboli opus, dissensio scilicet & lis: quandoquidem ad confirmationem fœderis initi aut pacis, inter dissidentes ab vtraq́ parte præstatur iuramentum de conseruanda integre pace facta. Ita quoque iuramẽtum præstatur in iudicio, vt veritatem dicant de ijs, super quibus interrogantur. Et hoc est quod Paulus ait, iuramentum esse finẽ omnis controuersiæ inter homines. Heb.6

Sexto, qm̃ recte iuranti promittitur introitus cœli. Dauid em̃ dicit: Qui iurat proximo suo, & non decipit, habitabit in tabernaculo tuo. Psal.14

Quòd vero sint ac iampridem fuerint, qui perhibent prorsus esse omni iure prohibitũ iurare, nec priuatim nec publice siue solenniter, allegantes Christum dicentem: Ego autem dico vobis, non iurare omnino, neq́ per cœlum, quia thronus dei est: neq́ per terrã, quia scabellũ est pedum eius &c. non sane intelligunt Christũ, quia prorsus iurare per ea verba prohibuisset, quod certe nec fecit, nec facere debuit: cum quia non venit soluere legem, quæ inter cætera vult ac permittit iurare: tum quia ipsemet vna cum apostolis sæpenumero per Vere, vel per Deus viuit, vel per Amen &c. in euangelio iurauit. nihil autem Iesus more humano fecit, quod nos facere nollet, vtpote qui cœpit facere & docere, cuiusq́ actio, nostra est instructio. Mat.5 Ibidẽ Deut.6 Iohã.8 Roma.9 Acto.1 Iohã.15

Est itaq́ sensus Christi longe alius inibi, q̃ isti putant, nimirum sensus est ipsius, vt nemo iuret, nisi seruet ea, quæ sunt seruanda in vero iuramento, quæ deus pater seruari voluit, dicens: Et iurabunt in nomine meo in iudicio & iustitia & veritate. Hiere.4

Primo vult deus,vt iurans,iuret in veritate, vt videlicet omnino credat esse verum,quod iurat:nec vtatur aut falsitate,aut fallacia: qui alioquin iurando scienter falsum quacunque via & causa,periurus peccaret contra secundum dei præceptum,prohibente domino & perhibente:Non periurabis in nomine meo.

Leuit.19

Secundo,vt iuret in iustitia,vt videlicet iuret illud,quod fieri seruarique iustum sit & licitum.nam si secus fuerit iuratum,seruari non debet,quia sit impium & iniquum,vtpote hominem occidere, non facere pacem, vel curare quicquam mali:quemadmodum Herodes impie iurauit,se velle facere quod peteret filia,q nec obligatus seruare fuisset. Sicut etiã iurauerunt impie Iudæi, qui iurarant & vouerant se non comesturos, nisi prius occidissent Paulum. Hæc certe & hoc genus alia iuramenta & vota,sunt deploranda & rescindẽda. Siquidem est impia promissio,quæ non possit nisi cũ scelere adimpleri.

Mat.14 Marc.6 Acto.23 Eccle.5

Tertio vult dominus deus,vt iurans,iuret in & cum iudicio,id est, cũ discretione.& hoc fit multis sane modis:

Primo,ne iuret nisi pro re grandi & seria,non vili,nec ioco. Quo modo peccant institores & mercatores,qui iurando merces suas alijs commendant, vt carius diuendant. Hi omnino peccant, etiam si veritatem ipsam iurando affirment. Deum eñ testem accersunt propter rem vanam & temporalem, quam quum non debent amare, propterea longe minus debent ob ipsam iurare volentes. Insuper,quũ non debet quærere quæ sua sunt,longe minus propter ea iurare, quãdo pluris æstimare debet dei nomen,q̃ sua.

Matt.16 Iohã.12 1.Ioh.2 1.Cor.10

Secundo,ne iuret indeliberate,velociterque & frequenter,iurare cõsuescẽs. Siquidẽ scriptura dicit:Iurationi nõ assuescat os tuum,multi eñ casus in illa. Nominatio vero dei nõ sit assidua in ore tuo,& noĩbus sanctorũ nõ admiscearis,qm̃ nõ eris immunis ab eis. Peccãt igitur cõtra secundũ dei pceptum grauiter,qui vsqueadeo perperã assueuerũt iurare,vt vix vnã proferãt sententiam sine iuramẽto & nominatione dei & sanctorũ, quẽadmodũ pcipue faciunt lusores,q raro vel nunq̃ sunt absque blasphemia,bis terque peccantes.

Eccle.23

Tertio,ne iuret voluntarie ad libitum suum,nõ ex causa cõpulsus,quẽadmodũ olim Iudæi perperã faciebant. Id quod Christus prohibet, dicens:Audistis quia dictum est antiquis:Nõ periurabis,reddes autem dño iuramenta tua. Ego autem dico vobis,nõ iurare omnino. Q.d.Iudæis olim præceptum est,ne periurarẽt:iurare autẽ permissum est ad libitum. vobis autẽ præcipio, nullo modo iurare,neque ad libitũ iurare,sed suadẽte legitima causa.

Mat.5

Vult itaque Christus inibi,vt nullus voluntate sua iurare debeat vnquam, libidinem scilicet & voluntatem iurandi propriam prohibens:non autẽ prohibens,ne quis exactus vi alterius aut necessitate fratris iuret. Ita enim quis iurans,non ipse iurat,quia non est suæ voluntatis,sed seruit per humilitatem alienæ voluntati,vel per charitatem alienæ necessitati. Cessantibus autem ijs causis,nullo modo licet iurare,quoniam sic iurare est peccatum & a malo: sed sufficit,vt sermo noster sit,Est est,ac Non non.

Quarto,ne iuret per creaturã sine intuitu dei,in cuius nomine vel eius intuitu

tuitu vel solo conuenit iurare,dicente domino:Dominum deum tuum timebis,& per nomen eius iurabis. Et rursus:Et iurabis,viuit dominus,in veritate & in iudicio &in iustitia. Iam vero si solum iuraretur per creaturam,honor creatori debitus,attribueretur creaturæ. Sic Christus noluit vt iuraretur neque per cœlum,neque per terram,neque per Hierusalem,&c. Deut.6 Hiere.4 Matth.5

Sed hac parte quæri solet,num si quis per cœlum,terram, Hierusalem, caput,animam,Euangelium,fidē,sanctos,itemq; per corpus suū,& per hoc genus creaturas alias iuraret, teneretur seruare quod iurasset, aut non seruans, esset periurus. Respondeo,quicquid licitum iuratum est,seruari debere sub pœna peccati mortalis,scriptura dicente: Reddes domino iuramenta tua. Et rursus:Quod semel,inquit,egressum est e labijs tuis,obseruabis & facies,sicut promisisti domino deo tuo. Nume.30 Matth.5 Deut.23

Iam vero quum iurans per creaturam,iuret intuitu veritatis asserendæ, quæ veritas est ipsa,implicitecq; sumatur nomen dei,quum veritas aut bonitas aut dei virtus in ibi manifestatur:certum est,idem facere qui iurat per ea, quæ dei sunt vel ei applicata, quod facit qui iurat per deum,ex quo,in quo, per quem omnia sunt. Ideoq; vterq; iurans seruare obstringitur,aut fit vterque periurus. Roma.11

Hinc quum fortassis essent olim,qui quærerent effugium quia iurarēt,sed nō per nomē dn̄i,sed per cœlum,terram,Hierusalem &c.quasi ideo nō essent rei,si periurarent,nō tamen ꝑ nomen dei,quod reputarent ipsi quasi non iurarent,dn̄s ipse Iesus obseruator legis ait cōtra ipsos:Audistis q̄a dictū est antiquis,Non periurabis,reddes autem domino iuramēta tua.Ego autem dico vobis,non iurare omnino,neque ꝑ cœlum,quia thronus dei est:necq; ꝑ terrā, quia scabellū est pedū eius:necq; ꝑ Hierusalē,q̄a ciuitas est magni regis:necq; per caput tuum,quia nō potes vnū capillum album facere vel nigrum. Matth.5

Prima proinde cōclusio est ex omnibus iam dictis,posse quidē licite iurari ꝑ nomen dei,vel quod illi quoquo modo affine est,ita vt veritas semp asseratur intuitu dei,qui summa veritas est & ipsissima,sed non nisi necessitate, vel vtilitate,vel charitate,vel alia legitima causa interueniente. Iohā.14

Secunda,violare secundum dei preceptum omnes,qui promissionem deo vel homini factam de re licita & honesta,infringūt:vt qui vota deo facta nō complent,qui fœdera pacis & pacta cū alijs inita corrumpunt & dissoluunt, qui denicq; aliquid sub sigillo secreti vel confessionis acceptum,contra ius & fas reuelant in detrimentum famæ vel salutis illius,qui tale secretum alteri commisit.In omnibus em̄ istis promissionibus & votis,est quædā vis iuramenti,constringēs hominē iure diuino ad satisfaciendū promissis. Igit̄ facientes cōtra promissa sua & vota,hoc etiā dei ꝓceptum ꝓuaricantur.

Qm̄ vero horrendum sit peccatum transgressio illius secundi præcepti, & maxime fractio iuramenti, multifariam patet:

Primo,quia scriptura detestatur ipsum vt horribile peccatū,dicens in persona dei Opt. Max. Non periurabis in nomine meo,nec polllues nomen dei. Quod repetit dn̄s,inquiens:Dictum est antiquis,Non periurabis. Leuit.19 Matth.5

Secun-

Secundo, quia deus mox post hoc secundum suũ praeceptum subiungit seriam poenae comminationem sine promissione, dicẽs: Nec enim habebit dominus insontem eum, qui assumpserit nomen dñi dei sui frustra. Exo.20 Deut.5

Tertio, quia dñs non modo punire vult horribiliter qui falso periurat, sed & qui frequenter & ex consuetudine, vtcunq; nõ falso, iurat, scriptura dicente: Vir multũ iurans, implebitur iniquitate, & nõ discedet a domo illius plaga: replebiturq; domus illius retributione pessima. Eccl.23

Quarto, quia ius pontificium censet eum perpetuo esse infamem, nec vnquam ad testificandũ habilem, qui semel periurauit. 6.q.1.ca. infames

Quinto, quia ius ciuile statuit periuriũ etiã in corpore mulctandum. 22.q.4. Si quis

Sexto, quia deus iuramentũ vult infidelibus & impijs ethnicis esse seruandũ, vtpote ab Israelitis ipsis Gabaonitis, a Sedechia ipsi Nabuchodonosor. 2.Reg.21 2.Par.36

Septimo, quia dñs deus etiam eos crudeliter puniuit, qui fregerunt fidem infidelibus. Nam quando Saul Gabaonitas, quibus filij Israel iurauerunt, percussisset, tandem omnis ipsius Saul familia, excepto Miphiboseth, suspensa est sub rege Dauid, quando propter tale periurium Saul, tribus annis non pluit in Israel. Huius siccitatis causa cũ per prophetã ipsi Dauid esset ostensa, continuo omnes ex regis Saul familia superstites viros vsq; ad vnũ Miphiboseth, suspendi fecit. Quid, quod etiã propter vnũ periurium totũ regnum Iudaeorũ sit euersum? Quandoquidẽ Sedechias iuramentũ dedit Nabuchodonosor, se in ipsius dominatione permansurũ: sed postea defecit, & ad Aegypti regẽ transfugit: propter cuius perfidiam vastatum est totum regnum, maxime autẽ vrbs sancta & deo dilecta. Quid, q; nec filijs Beniamin filias suas dare sunt ausi propter iuramentum, & potius gentilem sanguinem permiserunt misceri fraterno sanguini, q̃ iuramentum soluerent? 2.Reg.21 Hiere.37 Hier.39 4.Reg.25 2.Par.36 Iudic.21

Sed quare, dicit aliquis, tam horrendum est periuri peccatũ? Respondeo, quia iurans deũ testem adhibeat, & medium quo vniunt sese discordes, sequitur q; si periurat, suo periurio deum falsum, mendacem, impostorẽ & vanum, quantũ in ipso est, cõstituit, & ipsum esse alium q̃ iurat, quum sentiat aliud in corde, & suum velit crimen ac malum, dei nomine tegere.

Caueant proinde ex potẽtatibus aliqui, qui vsqueadeo nihil seruãt, quod vel iurãt vel ꝓmittũt literis, vt mox infringãt fidẽ, nacti quoquo modo occasionẽ infringẽdi, deũ nõ timẽtes, modo periuriũ corã hoc mundo ꝓtexere valeant. Siquidẽ nõ effugiẽt tandẽ, quãtumuis deo permittẽte prosperent prae caeteris, quũ fideles interim diabolus ita frequẽtius tentat, vt mali nihil recte sentiãt de verbo dei, q̃d tamẽ certo manet in aeternũ. Et haec quidẽ dicta sint super secundo dei Opt. Max. mãdato, quae peruelim sic accipi & notari, quomodo ꝑ nos, nimirũ pio animo, ex sacris passim literis deprompta sunt. Psal.118

DE TERTIO PRAECEPTO. Cap. X.

Memento vt diem sabbati sanctifices, Exodi.xx.

AD huius tertij praecepti declaratione primo sciendum duxerimus, diem quã Latini ferias dicunt, a Germanis ab eo vocabulo Feyertag appellari,

lari, ab Hebræis vero sabbatū vocari. Quæ quidē tria vocabula significant idem. Sed quia prius horū fuit sabbatū, quandoquidē prima fuit in terris Hebræorum lingua, descripturi primum sumus, quid sit sabbatum, & quur & a quo primum fuerit institutum. vnde cognosci poterit, quid sint ferię, vnde & propter quid fuerint institutæ. Gene.ii.

Est aūt sabbatum, ex vi vocabuli nō aliud, q̄ dies quietis, & a seruili manualiq; opere cessationis: quandoquidē sabbat Hebraice, est latine quies & feria. vnde tractum est Germanicum vocabulum, feier, quod valet, a laboribus vacatio, proprie, muissig von leyplicher arbeit. Atq; hoc sane pacto sabbatum nō dicit diem in hebdomada determinatā, prout Iudæi diem Saturni, quæ septima dies est septimanæ, numerādo a die Solis appellant sabbatū: sed notat quālibet diem in septimana, quæ dedicabat̃ in lege ad requiē & festiuitatē, prout euidenter ex Leuitico colligit̃, vbi dicit lex: Mense septimo, prima die mēsis, erit vobis sabbatū memoriale, clangētib⁹ tubis, & vocabit̃ sanctū. Omne opus seruile nō facietis in eo &c. Iā vero constat, q̄ prima dies mensis secundum anni varietatē & secundū mēsis initium variari potuit, vtpote hoc anno cadere in quintā feriā, vel in diē Iouis, vel in tertiam feriam, id est, in diē Martis, ideoq; sabbatum ad hunc modum non habebat certam diem. Leui.23

Ex quibus modo colligit̃, nō vnicum illis fuisse Iudæis sabbatum, sed multiplicia, quum quælibet festiuitatum quacunq; die cadens, sabbatum diceretur, qua fuit ab operibus manualibus ociandum feriandumq;.

Vnum sabbatum dicebat̃ vsuale, q̄d immutabiliter apud Iudæos vsque nunc obseruat̃ septimo die cuiuslibet septimanæ, qui dies appellat̃ Saturni, vti patet in lib. Exodi. Cætera dicebant̃ sabbata mēstrualia & annualia, q̄ & ipsa sumebant initium suum in fine alicuius septenarij. Ipsum quidē sabbatum, id est, festum nouarū frugum, q̄d Pentecoste appellari solet, præcepit dn̄s celebrandū in fine septimæ hebdomadæ post pascha, velut cōstat ex Leuitico & Numeris. Sabbatū item Tubarum & expiationis & tabernaculorum, p̄cepit idē celebratum iri in septimo mense, vt in loco p̄allegato claret. Exo.20 Exo.31. Leui.23 Nume.29

Sabbatum terræ præcepit celebrandum anno septimo, vt est in Leuitico. Leui.25

Sabbatū vero iubilei, celebratū iri p̄cepit in fine septimæ septimanæ annorum, qui dicitur annus quinquagesimus & sabbatum generalis remissionis, vt patet in eodem Leuitico.

Sed quare, quærit quispiam, deus ipse Max. om̄ia sabbata legalia pręcepit in veteri testamento celebranda in fine alicuius septenarij? Dubio procul, inquā, non sine magno mysterio, nimirum q̄ ipsa significarent, præfigurarētq; aliquā requiem in aliquo futuro septenario. Quia eñ sabbatum nō est aliud, q̄ requies, & datum ad sanctificationē, nec propter se, sed propter aliquod signum figuratiuum, semperq; fuit præceptum in aliquo septenario futuro, quod populus ipse Iudaicus non aliud esse tempus censuit, q̄ totum tempus Messiæ: consequens est, omnia illa quondam Iudæorum sabbata præfigurasse nonnullam requiem in tempore Christi Messiæ, in lege promissi, futuram, in qua sabbata legalia prorsus essent cessatura. 1.Cor.10

Et vt

Et vt quicquid huius eſt rei,paulo reddatur intelligibilius,ſcitu dignum duxerimus,totum mundi diſcurſum a doctioribus quondam Hebreis Rabunis in ſeptem dies(ſiue ſtatus & ætates)diuiſum.

Gene.1. Gene.8 Prima quidem dies & ætas,fuit ab Adam vſque ad diluuium, quem vocant diem primi mundi.

Gene.12 Secūda dies fuit a diluuio vſq; ad Abraham,quem vocant diem ſecundi mundi,in quo homo ambulauit in lege naturæ cum ſacrificijs aliquot, & maxime cum oblatione panis & vini. In qua quidem ætate fuit Melchiſedech ſacerdos dei excelſi,qui obtulit panem & vinum pro Abraham. Gene.14 Heb.7

Gene.17 Exo.12 Tertia dies fuit ab Abrahā vſq; ad exitū Iſrael de Aegypto,quē vocāt diē circunciſionis,quoniā tunc homo ambulauerit per circunciſionem cum lege.

3.Reg.6 2.Fara.5 Quarta dies fuit ab exitu Aegypti vſq; ad Salomonē,qui templū primū ædificauit,quē vocāt diē tabernaculi,quū tota illa ætate populus ſeruiret & exhiberet deo latriā in tabernaculo,velut euidēter patet in lib.Iudic.& Reg.

Quinta dies fuit a conſtructione primi templi vſq; ad ſecundum ædificatum per Zorobabel,quem diem Iudæi appellant diem & tēpus primi tēpli. 1.Eſdr.5

3.Eſdr.6 4.Reg.25 2.Par.35 Luc.19 Mat.21 Ioſe.lib. 6.& 7 Sexta dies fuit totum tempus a relaxatione captiuitatis Babylonicæ vſq; ad deſtructionem ſecundi templi, factam per Titum Veſpaſianum. Quod tempus appellant diem ſecundi templi.

Septima deniq; dies mundi,eſt totum illud tempus poſt deſtructionem ſecundi templi vſque ad finem mundi,quem appellant diem & tempus Meſſiæ,in quo futura erat generalis remiſſio peccati,generaliſq; quies, prout in expoſitiōe ſabbati vſualis,de quo nominatim datum eſt tertium in ordine præceptum,clarius ſperamus intellectum iri.

Porro pro maiori huius tertij præcepti de ſabbato ſanctificando intellectu,res paulo fuſius,& quidem in hunc modum eſt repetenda:

Deus in veteri teſtamēto,vt genus humanum dirigeretur & cōſeruaretur ad viam veritatis & iuſtitiæ,quo tandem haberet vitam æternam,tria dedit præcepta,quę generatim a veteri Moſaicaq; lege nominari cœpta ſunt,a noſtratibus vulgato vocabulo Legalia. Siquidem præcepta Legalia, erant vel moralia,vel cæremonialia,vel iudicialia.

Moralia erant de ijs,quæ pertinent ad bonos mores & virtutes, quę & rationi conueniunt,ſemper & vbiq; ſeruanda. Cuiuſmodi eſt pręceptum de diligendo deo & proximo,& quę decalogo continentur,quæ nec in nouo teſtamēto ſunt ſublata,vtpote perpetuo duratura & ſeruanda. Luc.10 Matth.22 Deut.6

Cæremonialia pręcepta erant de quibuſdam cæremonijs exterioribus ad colēdum deum,quibus ipſa quaſi ſignis quibuſdam quę fieri ſpiritualiter debebant in nouo teſtamēto,quondam præfigurabāt, quæq; voluerūt etiā vt tum ſpiritualiter ſeruarētur,ſecūdum hoc quod foris ſecundum literam deſignabāt. Atq; hinc eſt,quod etſi cæremonialia veteris teſtamēti ſecūdum literam ceſſare prorſus debeāt in nouo teſtamēto, ſeruari tamen debēt ſecūdum moralem intelligētiam & expoſitionem perpetuo,ſecūdum quā mutabilitatē neſciunt,quū moralibus iuxta eam videantur annexa. Quod olim cæremoniale

niāle erat, ne quis Iudæorum vesceretur carnibus porcinis, iuxta literam nunc in nouo testamento seruari nō debet, quū creatura quælibet sit bona, nec sit ci bi quo ad hoc delectus: seruari tamen debet secundum spiritū & intellectum spiritualem, qui est, ne simus vt porci, lasciui, luxuriosi, immundiq́, quales ca ro porcina significabat. Reuelata proinde nunc per veritatem figura, non est vt seruetur nisi ipsum figuratum: quandoquidem ipsa ceremonialia figuraue runt primo & per se, nimirum figuratiua eorum, quæ pertinebant ad cultum dei & mysteria Iesu Christi.

1.Mach.1 2.Mac.6 & 7 Leuit.11 Deut.14 1.Tim.4 Col.2 2.Petr.2. Prou.26.

Iudicialia vero præcepta in lege veteri erant, quæ non solum pertinebant ad lites iudiciorum, sed & quæ pertinebant ad ordinationem hominū ad inuicem, quæ subest ordinationi principis alicuius seu officialis, quæ ordinabāt statum populi Iudaici secundum iustitiam & æquitatem, veluti patet passim in lib. Exodi, Regum, Iosue & aliorum. Quæ quidem precepta iudicialia etsi nunc in nouo testamento sint, vti cæremonialia, plane mortua, quoniam figuralia quodam modo fuerint, quod essent populi a deo electi, cuius status erat propheticus & figuralis, vt cui contingebant omnia in figura, tamen non sunt mortifera sicut cæremonialia: quandoquidem hæc principaliter fuerunt instituta ad figurandum Christi mysteria sicut futura, quæ si modo seruarētur, esset protestari contra veritatem fidei, acsi nondum essent impleta.

1.Cor.10

Id quod est contra dictum Iohannis, dicentis: Lex per Mosen data est, gratia & veritas per Iesum Christū facta est. Ipsa autem Iudicialia, licet sint mortua, quoniam euacuata ab obligatione Mosaica per aduentum Christi, tamē non sunt mortifera, si quis eis vteretur, non tamen vt in lege Mosaica contentis & inde obligatorijs, sed quia pro sua nūc repub. consentaneis & vtilibus, prout ecclesia non parum multa sumpsit ex iudicialibus legis Mosaicæ pceptis, quibus vtitur vt suis, quatenus obligant vt statuta ecclesiæ, non vt mandata legis Mosaicæ, sicut fieri solet, quando statuta alicuius ciuitatis in nostram ciuitatem transferimus, vt eis tanquam nostris, non vt alienis, vtamur.

Iohā.1 Lib.5.decret. sub multis titulis

Ideo enim Iudicialia nunc sunt mortua, & non obligant more Mosaico, quia quum instituta essent ad dispositionem status illius populi, qui ordinabatur ad Christum, mutato illo statu populi, Christo adueniente, ipsa iudicialia non obligant. Siquidem ipsa lex olim fuit pædagogus, ducēs ad Christum.

Gala.3

Sed quia (sicut diximus) eiusmodi præcepta non ordinabantur principaliter ad figurandum Iesu Christi mysteria, sed ad aliquid faciendum iuxta iustitiam: ideo ipsorum obseruatio non ita preiudicat fidei veritati absolute, nisi qs vteretur eis, quia mandata essent in lege Mosaica. in hoc enim præiudicaret veritati fidei, quoniam per hoc videretur sentire, quasi status prioris populi adhuc duraret, & Christus perinde non venisset, quum constet omnino, teste Paulo, quia trāslato sacerdotio, necessarium esset, vt legis etiamnum fiat trāslatio, scilicet quo ad totam. Id quod totum, deo fauente, facilius intelligemus ex declaratione tertij decalogi præcepti, quod nobis in manibus est, propter quod dicta sunt, quæ diximus.

Hebr.7

Cæterum quia tertium præceptum domini potissimū est de vsuali sabba-

to Iudæorum, vnde cætera deinde queũnt intelligi sabbata: non iniuria quis quam posset hac parte rogare, qualenam sit ac fuerit præceptum de sabbato vsuali sanctificando. Cui respondemus, ipsum sabbati præceptũ nec esse mere morale, nec mere cæremoniale, nec mere iudiciale.

Primo quidem ipsum est partim iudiciale, quia more aliorum iudicialium apud Iudæos obligabat ad pœnam transgressores, quodq́ꝫ datum fuerat sub cōminatione mortis, vt patet in lib. Exodi. propterea positum inter iudicialia deus toties repetijt, p̄cepitq́ꝫ lapidari colligērem ligna in ipso sabbato. Quo nimirum pacto nobiscum hoc præceptum est mortuum, non autem mortiferum, si ecclesia sui sabbati, hoc est, diei dominici contemptorem pariformiter morte plectendum censeret, non intuitu veteris, sed suæ, hoc est, euangelicæ legis intuitu, ab illa tanquam mutuo acceptæ.

Exo.31 Exod. 35 Exo.23 Num.15

Secundo partim est, & quidem maxime, cæremoniale: quia fuit præceptũ propter memoriam duarum rerum a deo gestarum, quæ præfigurarunt alias res duas, quæ debebant fore veræ in septenario futuro, tēpore videlicet Messiæ futuri.

Primo quidem fuit præceptum in memoriam creationis mundi, a qua dominus deus requieuit die septimo, qui postea dicebatur in septimana sabbatũ, id est, dies quietis & cessationis operationis, qua deus sex diebus præcedētibus mundum & quicquid in eo est, creauerat, iuxta Mosen ex voluntate domini dicentem: Memento vt diem sabbati sanctifices. Sex diebus operaberis, & facies omnia opera tua: septimo autem die sabbatum, id est, quies, domini dei tui est &c. Sex enim diebus fecit deus cœlum & terram, & mare, & omnia quæ in eis sunt, & requieuit septimo die. Idcirco benedixit dominus diei sabbati, & sanctificauit eum.

Gene.1 Exod.20 Deuter.5

Iam vero constat, illam materialem mundi creationem fuisse figuram spiritualis humani generis recreationis, & per Iesum Christum futuræ redēptionis. Sicut enim deus pater verbo suo æterno, id est, per filium Iesum Christũ sex diebus cœlum & terram materialiter creauit, & die septimo ab ea creatione quieuit & cessauit, ita ipse per filium suum æternum, verum deum & hominem, spiritualiter mundum, hoc est, humanum genus recreauit, illiusq́ꝫ salutem & redēptionē operatus est sex diebus, incipiēs die dominica Palmarũ, & die septima, quæ fuit dies sabbati, ab ea operatiōe corporis & recreatiōe cessauit & quieuit, iacens in sepulchro, prout suo tēpore, deo dante, dicturi sumus.

Heb. Gene.1 Ichã.1

Dominica quidem Palmarum, dominus ipse nostram incepit redemptionem operari tam manifestis argumentis, vt non potuerit non intelligi rex ille Messias Christus, in lege propheticisq́ꝫ promissus, qui nos sua morte recreaturus & redempturus esset ex morte æterna ad vitam æternam, quam statim post creationem mundi, peccato protoplasti prorsus amiseramus.

Gene.3

Primo, quia sponte sua secundum Esaiæ oraculum, processerit ad suos inimicos Hierosolyma, ciuitatem regiã, vbi mortem subiturus erat in cruce.

Esa.53 Mat.20

Secundo, quia humilime venerit, iuxta prophetam sedens super asinum, quanuis hoc ipsum, teste Iohanne, discipuli primũ nō intellexerint, qua fieret

Zacha.9 Iohan.12

tatione

ratione: postquã tamen dñs Iesus glorificatus fuerat, recordati sunt, quia scriptum fuerat hoc ipsum de eo, quod populus eidem iuxta prophetias tantum impendisset honorem. Atque hoc est, quod alius Euangelista dicit, hoc totum de sessione scilicet asini esse factum, vt adimpleretur quod dictum esset per prophetam Zachariam, dicentem: Dicite filiæ Sion, Ecce rex tuus venit tibi mansuetus, sedens super asinam & pullum filium subiugalis. Matt. 21. Zacha. 9.

Tertio, quod ei turba puerilis & iuuenilis vna cum senili populo acclamauit hymni verba, quæ propheta Dauid cõposuerat synagogis, vt ipsæ per ea futurũ Messiã laudarent, & a patre in excelsis, eius nomine salutẽ & redẽptionẽ peterẽt. Id quod turba spũ sancto actore in die Palmarũ fecit, proclamãs ad eũ, & de vero rege Messia dicẽs: Osianna filio Dauid. Bñdict⁹ qui venit in noĩe dñi. In quibus sane verbis aliquot notatu digna clamauit, & ad salutẽ necessaria credidit. Psal. 117

Primo, ipsum Christũ esse dei filium & hominẽ, esse natũ de stirpe Dauidica, ex qua Messias nasci debuit iuxta promissionẽ, a deo factã Dauidi regi, secundũ illud: Iurauit dñs Dauid veritatẽ, & nõ frustrabitur eũ, de fructu vẽtris tui ponã super sedẽ tuã. Hinc quũ alias interrogaret Christus a pharisæis, cuius ipse filius esset Christus, responderunt: Dauid. Sed per quẽ modum fuit ex stirpe Dauidis? Nempe quia natus est ex Maria, quæ fuit ex progenie Dauid, quum nupta fuerit ex lege ei, quia & ipse fuit scilicet Ioseph ex familia Dauid. Id quod angelus totũ deprompsit in salutatione, quã detulit Mariæ gloriosæ virgini, dicẽs: Ecce cõcipies & paries in vtero filiũ, & vocabis nomẽ ei⁹ Iesum. Hic erit magn⁹, & filius altissimi vocabit̃. Et dabit illi dñs de⁹ sedẽ Dauid patris eius, & regnabit in domo Iacob in ęternũ, & regni ei⁹ nõ erit finis. Psal. 131 Matt. 22. Luc. 1. Num. 36 Luc. 1.

Secundo, ipsum esse eum Messiam verũ, quẽ pater cœlestis mittendo mũdo per prophetas promisisset, vt suo nomine veniret. Id quod dñs ipse coram Iudæis confessus est, inquiens: Ego nõ veni a meipso, sed a deo processi, ac ille me misit. Et rursus: Ego, inquit, veni in nomine patris mei, & non accipitis me; si alius venerit in nomine suo, illum accipietis. Iohan. 7 Iohan. 8 Iohan. 5

Tertio, ipsum esse vnicũ mũdi saluatorẽ, per quẽ deus pater esset traditurus humano generi salutẽ & vitã æternã, quandoquidẽ ipse tanquã verus rex Messias, esset morte & passione sua principẽ mortis superaturus, & ab eius captiuitate & seruitute redempturus omnes peccatores, quos pœniteret suorũ peccatorũ. Heb. 2

Et hoc est, quod angelus in eius natiuitate pastoribus dicebat: Nolite timere. Ecce enĩ euangelizo vobis gaudiũ magnũ, quod erit omni populo: quia natus est vobis hodie saluator, qui est Christus dñs, in ciuitate Dauid. Id quod & ipse dñs deinde cõfessus est humilime, dicens: Venit enĩ filius hominis, quærere & saluum facere quod perierat. Sed quia præcipue fuerat missus ob oues, a domo Israel deperditas, ideo clamauit omnis turba: O pater in excelsis, osianna, id est, ah, salua nos filio, id est, per filiũ Dauid, id est, Iesum Christũ, verũ Messiã nostrũ, qui venit ĩ tuo noĩe, nostrã salutẽ operaturus, quã hodie operari cœpit. Luc. 2 Lucæ. 19 Matth. 15

Et recte nimirũ, quandoquidem Christus die dñica Palmarũ suã ex parte cœpit passionẽ, quæ finita tandem est in die Parasceues, quũ vsque adeo post dñi die Palmarũ dñica ingressum propter eius in tẽplo doctrinã, & expulsionẽ ven-

dentium & ementium, persequuti sunt ipsum Iudæi, vt eum omnino quærerent ad occidendum, nec esset qui auderet eum per noctem hospitio suscipere: atque ideo quum esset iam hora vespera, Christus egressus Hierosolyma, profectus est cum discipulis in Bethaniam.

Marci.11 Luc.19

Quod sane initium passionis eius ecclesia considerans, & mœstitiam tantam post tantã gloriã ponderans, statuit die dominica Palmarum duas habere processiones, omnino cõtrarias: vnã lætã, de Christi susceptiõe & in Hierusalẽ deductiõe cũ laudibus diuinis, atque ramorum & vestimẽtorum ornatu in via.

Aliam tristem & flebilem, quæ facta est feria deinde sexta in Christi eductione ad crucifigendũ. Cuius quoque causa legitur ea die passio domini secundum Matthæum. Ex quibus duo docemur:

Matt.26 Matt.27

Primo, vt discamus in nullam vnquam esse huius seculi lætitiã confidendum, scientes nullũ esse gaudiũ in hoc mundo tam ingẽs, q̃d vel nõ interturbaret mœstitia, vel cuius extrema nõ occuparet dolor: propterea mũdũ nõ ẽe diligẽdũ, nec ea q̃ sunt in mũdo, quũ trãseat mũdus & oĩs cõcupiscẽtia eius.

Prou.14. 1.Ioh.2

Secundo, quod vbi voluerimus habere gloriã cœlestis patriæ, quæ repræsentatur per primam processionẽ, operæprecium est, vt prius eamus illuc per viã passionis, quemadmodum Christus illuc venire non potuit, nisi per viã suæ passionis & mortis, qua nobis salutem, redemptionem & æternam gloriã cœpit operari primum die dominica Palmarum, die sexta ante sabbatum Paschæ solennis, quæ dies erat quietis.

Luc.24

FERIA SECVNDA.

QVo pacto dominus Iesus humani generis recreationem, hoc est, redemptionem ab æterna dãnatione diabolicaque captiuitate per suã passionem inceperit die Palmarum dominica, quæ fuit sexta dies ante sabbatum solennis Paschæ, dictũ est: nunc audiamus, quomodo eandem operatus est redemptionem per suam passionem die quinta, quæ nobis est feria secunda, vel (vt dicere solemus) dies Lunæ.

Atque sane licet Iudæi ea die dñm non occiderint, tamen nihil obmiserunt, quod in ipsis fuit, quo potuissent eũ interficere, sed nõ potuerũt: tum quia nõ fuerit in eorum potestate, sed in volũtate Iesu Christi, qui suæ mortis horam habuit a patre deputatã: tum quia nõ audebãt præ turba, q̃ ipsum propter vitæ doctrinæque sanctitatẽ, & propter diuina miracula nõ secus habuit, atque eum prophetã, qui promissus erat mũdo, imo ceu mũdi saluatorẽ. Et hæ sane fuerũt duæ potissimũ causæ, ꝓpter quas summi sacerdotes, scribæ, pharisæi, principesque Iudæorum, voluerunt ipsum interficere, & quidẽ die quinta ante sabbatum Paschæ magnum, quæ nobis est feria secunda.

Iohan.10 Iohan.7 Iohan.8 Luc.7 Iohã.3 Deut.18 Iohan.4

Primo quidem, quum venisset die Palmarum Hierusalẽ, & ingressus esset templum, eiecissetque e templo venditores & emptores, cœpissetque docere mirabiliter, altera post diem Palmarum, venerunt ad eum docentem principes sacerdotum & seniores populi, dicentes: In qua potestate hæc facis? & quis dedit tibi hanc potestatem? ipse vero responderet illis inter cætera cum parabola de

Mat.21 Marc.11 Luc.19 Ioh.12

la de vinea locata agricolis,ac ipsi sentirent quia diceret de ipsis,mox quæsiuerunt(inquit Matthæus)eum tenere, sed timuerunt turbas, quoniam sicut prophetam habuerunt eum. Marcus vero ait,ꝙ quęsiuerint eum perdere,sed timebant eum,quoniam vniuersa turba admirabatur super doctrina eius. Lucas aũt ait,quia non inuenerint quid facerent illi. Omnis enim populus suspensus erat,audiens illum:quoniã sermo ipsius potestate plenus erat, nec docebat vt pharisæi. Ex quibus patet,ipsos Iudæos Christum dũtaxat occidisse ex inuidia,quam isti conceperant ex eius doctrina & fama & gloria.

Matt.21. Marc. 11. Luc.4

Secũdo quidẽ,quia resuscitato per ipsum Lazaro,magnus ex omni parte populus adcurreret, cum quia Christum, tum quia Lazarum viderent:ilico collegerunt principes sacerdotum & pharisæi concilium,consulentes quomodo possent eum opportune tradere morti, dicẽtes:Quid facimus?ꝗa hic hõ multa signa facit. Si dimittimus eum sic,omnes credent in eum. Et singulariter pharisæi dicebant ad semetipsos: Videtis quia nihil proficimus. Ecce mundus totus post eum abijt. Quapropter non solum ipsi cogitarunt,quomodo eum interficerent,sed & mãdatum dederunt,vt si quis eum cognosceret,vbi esset, indicaret, vt comprehenderent eum: imo,quod plus est, quum viderent quia multi propter Lazarum, quem suscitauerat a morte,crediderant in eum,& abierant,cogitauerunt vt & Lazarum interficerent.

Iohan. 11 Ioh.12 Ibidem

In cuius memoriam feria secunda Palmaꝝ legitur Euangeliũ,quod disserit de cœna Christo facta in Bethania, cui Lazarus interfuit, quanuis historia Euangelij non facta fuerit feria secunda,sed in vigilia Palmarum. Ex quo quidem Euangelio docemur aliqua:

Primo, quomodo Iudas Ischariot ex mera auaritia, quæ prorsus excæcat hominem,cœperit occasionem vendendi & tradẽdi Christum pro triginta denarijs,quos putabat se furari potuisse ex trecentis denarijs, qui poterant haberi, si fuisset venditum vnguentum preciosum, quo Magdalena domini pedes & caput vnxerat.

Exod.23. Deut. 16 Eccle. 20 Matt. 26 Marc.14

Secundo,Christianos & quidẽ simpliciores,non esse molestandos,sed pie excusandos,vbi cæremonias etiam superfluas deo vel sanctis ei⁹ offerũt,quoniam & eas sibi vult fieri Christus corporaliter ex charitate, quæ nec in vita, nec in morte excidit,imo quæ maior est & syncerior post mortem,quũ & eas facerent illi corporaliter, si corporaliter ipsum haberent.

1.Cor.13.

Non proinde sunt ridendi nec repręhendendi, qui bono zelo sanctorum corpora,ossa,vestimenta,& id genus reliquias eoꝝ,aliquo honore vel adficiunt,vel osculantur. Alioqui repręhendendæ fuissent tres Mariæ,quæ in die resurrectionis venerunt dominum vngere mortuũ,ex quibus fuit ipsa Maria Magdalena,quæ propterea laudatur a dño,ꝙ fecerit in vita sibi,quod factura fuerat in sepulchro,si inuenisset ipsum,dicẽte ad Iudam Christo: Sine illam. Q.d. Sinas Iuda nunc Mariam facere,quod faceret mihi in sepulchro, si valeret:sed non poterit,quia tum resurrexi. Atq; ideo Matthæus ait,ꝙ ipsa præuenerit vngere corp⁹ domini in sepulturã. Nostrũ, charissimi, erit, vt(docẽte Paulo)Christũ vngamus odore & vnguento bonoꝝ opeꝝ, quatenus ei si

Mar.vlt. Matt.26 2.Cor.2.

mus bonus odor, qui adſcendat ad eum, nos illi gratificaturus.

FERIA TERTIA.

Sicut feria ſiue die ſecunda poſt Palmarum, Chriſtus dominus ideo per ſuā innocentem paſſionem generis humani redemptionem operatus eſt, quod multas inſidias a Iudæis paſſus ſit, qui quæſiuerūt eum duntaxat occidere ex inuidia, quam partim propter illius mirabilem diuinamque doctrinam, veritatis & iuſtitiæ plenā, quam iſti ferre non potuerunt: partim ex miraculoſa ipſius operatione conceperunt, quum ipſius gloriam ægre ferrent: ita ſane hodierna quoque die tertia poſt Palmarum, per ſuam paſſionem operatus eſt humani generis redemptionem, quando pares inſidias, contumelias & iniurias paſſus ſit a Iudæis in templo, quas præcedenti die ſuſtinuit docendo populum, diſputandoque ſanctis literis cōtra ipſos ſummos ſacerdotes, principes & ſeniores, qui propterea voluerūt eum interficere, quibus proinde oſtendit inter alia futuram plagam, clamans & dicens: Hieruſalem Hieruſalem, quæ occidis prophetas, & lapidas eos qui ad te miſſi ſunt, quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina cōgregat pullos ſuos ſub alas, & noluiſti? &c. Ecce domus veſtra &c.

Matt. 21. 22. 23. Luc. 20. 21.

Matt. 23. Luc. 13.

FERIA QVARTA.

Ad eundem quoque modum quarta poſt Palmarum die dominus noſter humani generis redemptionem operatus eſt per ſuam paſſionem, quæ ea die nimirum vſque adeo appropinquabat, vt in ea ipſa, quæ fuit quarta feria, venditus fuerit ipſe dominus ab Iuda Iſchariot: qui quum eſſet excæcatus ex auaritia illicitoque deſiderio pecuniæ, quam putabat ſe amiſiſſe ex vnguento, quo Maria Chriſtum vnxerat, ſtatim cogitauit, quo pacto poſſet ſe ſuamque maledictam auaritiam vindicare, pecuniamque quam poterat ex furto habere vnguenti, recuperare. profectus eſt itaque teſtibus Euangeliſtis, ad principes ſacerdotum, & ait illis: Quid vultis mihi dare, & ego vobis eum tradam? At illi conſtituerunt ei triginta argenteos, (ita quidem prophetatū) quos ipſe Iudas furari potuiſſet, ſi de trecentis denarijs, quibus vnguentum Mariæ vænundari poterat, ſemper vnum denarium recepiſſet a decem.

Matt. 26. Marc. 14 Lucæ. 22 Hiere. 11.

FERIA QVINTA.

Ita quoque dominus ſtatim feria quinta Palmarum, non minus quam diebus præteritis, humani generis redemptionem operatus eſt per ſuam paſſionē, de qua vſque adeo Iudæi, præſertim ſummi ſacerdotes, ſcribæ, phariſæi & ſeniores, ſoliciti fuerunt, vt ipſum innocētiſſimum dominum, quia venerat eius paſſionis hora, traditis Iudæ triginta denarijs argēteis, ſero per Iudæ traditionem compræhenderint in horto, vbi ſanguineum ſudorem emittens, profecto ſatis euidenter operatus eſt humani generis redemptionem & ſalutem, quam primo amiſerat in horto. Quam quidem paſſionem mox deinde feria ſexta in ara crucis finiuit.

Lucæ. 22

IN DIE FERIAE SEXTAE PARASCEVES.

Diximus, chariſſimi, ſabbatum vſuale, & de eo ſanctificando præceptum, a deo figuraliter eſſe inſtitutum, & quidem primo, vt populus Iſraeliticus recordaretur in eo creationis totius mundi, quem dominus deus creauit ſex diebus, & ab ea creatione requieuit & ceſſauit die ſeptimo, qui eſt ſabbatum, quod ſibi propterea dominus benedixit & ſanctificauit:

Gene. 2 Exo. 20. Deut. 5

Diximus deinde, quod illa realis mundi creatio, fuerit figura ſpiritualis recreationis ipſius mundi, hoc eſt, totius humani generis redemptionis. Quemadmodum enim dominus ipſe realiter hunc mundum creauit ſex diebus, & ab actu creationis ceſſauit ſeptima die, quæ vocata propterea eſt dies ſabbati, id eſt, quietis: ita etiam dominus idem ſpiritualiter recreauit, hoc eſt, redemit totum mundum, id eſt, totum genus humanum paſſione ſua ſex diebus, incipiendo a die dominica, & ſeptima die, hoc eſt, die ſabbati, ceſſauit ab actu eiuſdem recreationis & redemptionis, quoniam mortuus requieuit eo die in ſepulchro.

Quomodo vero ſua paſſione, mundi, hoc eſt, totius humani generis, redemptionem ſingulis diebus ex parte a die Palmarum, quorum quinque ſunt, operatus eſt, abunde diximus vſque ad diē ſextā, quæ dicitur dies paraſceues.

Hæc nimirum dies Paraſceues, eſt dies illa dierum ſexta, in qua dominus Ieſus in ſexta mundi ætate, qui humanum genus ſexta die creauit in principio mundi, ſexta hora diei mundum ipſum, id eſt, genus humanum recreauit, & eius redemptionem paſſione ſua operatus eſt, & in ipſa omnia conſummauit, prout ipſe ſaluator noſter expreſſit in verbo ſexto, quod in ara crucis inter vltima verba, quæ loquutus eſt inibi, dixit, inquiēs: CONSVMMATVM EST. Q. d. hac hora diei ſexta, & ſexta die ſex dierum, cōſummaui generis humani redemptionem, & quicquid ſecundum legem, patriarchas & prophetas ad volūtatem patris mei pro ea redemptione facere debui mea paſſione morteque mea, ſic in om̄ibus perfeci, vt merito die ſeptima ſabbati requieſcam per mortem meam in ſepulchro, quam & propterea, o homo, memento vt ſanctifices in veritate potius q̄ in figura.

Iohan. 19

Cum quanta autem difficultate & fatigatione, cum quantoque dolore & tormento, cum quo denique modo & ordine eiuſmodi generis humani redemptionem hodierna ſexta die conſummauerit per ſuam paſſionem & mortem, quomodoque die ſeptimo, qui ſabbatum dicitur, requieuerit, nemo nobis & clarius & melius & verius narrare poteſt, q̄ veridici quatuor Euangeliſtæ, qui nobis eam ſacroſanctam paſſionem & mortem Ieſu Chriſti luculenter veraciterque deſcripſerūt: Matthæus cap. viceſimoſexto & viceſimoſeptimo, Marcus decimoquarto & decimoquinto, Lucas viceſimoſecundo & viceſimotertio, Iohannes vero capite decimooctauo & decimonono. Quorum deſcriptionē vt facilius & fructuoſius, ſineque longis ſuperfluiſque ambagibus audire & intelligere poſſitis, ipſam diuidam in ſeptem partes ſecundum ſeptem greſſus, in quibus dominus noſter dilectiſſimus redemptionem generis humani conſummauit.

Primo dicam,quomodo dolorose trāsierit a cœna vltima ad hortū,q̄dq; fecerit inibi. Secundo,de horto ad Annam. Tertio,de Anna ad Caipham. Quarto,de Caipha ad Pilatum. Quinto,de Pilato ad Herodem. Sexto, de Herode rursus ad Pilatum. Septimo,a Pilato ad locum Caluariæ,vbi se xta diei hora fuit crucifixus,& deinde hora nona mortuus,& sepultus in nouo sepulchro:vbi die sabbati requieuit vsq; ad diē suę gloriosæ resurrectiōis. Vlterius quære in Concionibus Pragensibus.

AVdistis modo charissimi,quanta difficultate & passione dominus noster Iesus Christus hodierna die sexta redemptionem nostrā consummauerit,eo ipso dicente in sexto suo verbo,quod in cruce protulit:Cōsummatū est,id est,quicquid facere debui pro redemptione generis humani,nunc perfeci & consummaui. superest,vt & ipsi cōsummemus,q̄d nos facere oportet,si volumus nostræ redemptionis esse participes. Id quod faciemus,vbi in vera pœnitentia pro nostris peccatis recolligamus deuote summatimq; passionis dominicæ articulos,& agamus bonis operibus vsq; ad finē vitæ gratias seruatori nostro,dicentes:O Iesu saluator noster, & consummator gloriosi operis,quod accepisti a patre consummandum,quiq; ipsum constanter multis laboribus & ingentibus doloribus consummasti:da nobis, vt quicquid facere debemus pro nostra redemptiōe, quam nobis tā duriter tua passione & morte comparasti,sic cōsummare possimus, vt tecum in hora nostræ mortis hoc verbum summæ perfectionis dicere valeamus, Consummatū est:& deinde tecum esse,vbi finis est omnis consummationis,vbi velis nostri coram patre tuo memor esse,sicut memor fuisti latronis in cruce,quem duxisti tecum in paradisum. Amen.

(Iohan.19; Luc.23)

IN DIE GLORIOSAE ET LAETABVNdæ resurrectionis Iesu Christi.

DIctum est a principio propemodum declarationis huius tertij de sabbato sanctificando præcepti,q̄ ipsum sit cæremoniale,id est,figurale:quoniam fuerit ob duas res datum & præceptum, quæ duas alias res, in tempore Messiæ futuras,præfigurauerint,quibus per Messiam completis, necessario cessare deberet præceptum de sabbato Iudæorꝝ, quod erat die septima in septimana seruandum.

Primo quidem dominus deus sabbatum dedit ac præcepit die septima seruandum,quod in ea recordari deberet populus Israeliticus ipsius realis totius mundi creationis,quæ figurabat spiritualem recreationem totius humani generis siue redemptionem,vtpote q̄ sicut dominus deus(testāte scriptura)sex diebus creauit totū mundū,& septimo die requieuit ab omni opere quod patrarat:ita quoq; dominus noster Christus Iesus, sex diebus, incipiens a Palmarum dominica die vsq; ad diem parasceues, totum mūdum,id est,totum genus humanum spiritualiter recreauit,hoc est,redemit, & die septimo mortuus in sepulchro requieuit.

(Exo.20; Deute.5; Gene.2)

Id quoniam sic(testibus omnibus Euangelistis)factum est, constat,quòd sabbatū Iudæorꝝ legale & cæremoniale,prorsus ex prima causa cessauit,nec

(Matt.27; Marc.15; Luc.23; Iohan.19)

vltra quo ad diem septimū, nec quo ad cætera ipsius legalia & cæremonialia sit obseruandum, quādo totum fuit cum Christo sepultum & mortuū, nec vltra resurrectum. Siquidem sole aduenientе, recedit vmbra: die veniente, recedit nox: & veritate præsente, discedit figura: præsenteq; signato, cessat signū. Id quod ipse dñs olim testatus est, inquiens & loquens de futuro tēpore Christi Messiæ: Neomeniam & sabbatū & festiuitates alias nō ferām. Et rursus per alium loquutus est dñs prophetam, dicens de tempore futuri sui Messię: Cessare faciam omne gaudiū eius, (scilicet populi Iudaici,) & solennitatē eius, & Neomenias eius, & sabbatum eius, & omnia festa & tempora eius.

Iohā. 1 1. Cor. 10 He. 7. 10. Esa. 1. Ose. 2.

Id quod totum Paulus velut interpres confirmat, inquiēs: Nemo vos seducat aut iudicet in cibo aut potu, aut in parte diei festi & neomeniæ, aut sabbatorum, quæ sunt vmbra futurorum, corpus autem Christi.

Col. 2

Secundo dominus deus sabbatum & de sanctificando ipso præceptū dedit, vt populus Israel in eo recordaretur ipsius exitus de Aegypto, qui præfigurabat exitum sanctorum patrum de limbo inferni, qui recte comparatī Aegypto, quia sit Aegyptus dici cœptus tenebrarū locus, qualis fuit ante Christi aduentū limbus patrū, dicente Mose: Obserua diem sabbati, vt sanctifices eum, sicut pręcipit tibi dñs deus tuus &c. &, Memento q; & ipse seruieris in Aegypto, & eduxerit te inde dominus deus tuus in manu forti & brachio extēto. Idcirco præcepit tibi, vt seruares diem sabbati.

Exo. 12 Deute. 5

Iam vero sicut teste sacra historia, Moses illa nocte sabbati expoliauit Aegyptios, & liberauit ex captiuitate Israelitas, ita Christus in illa nocte resurrectionis, quæ sabbatum fuit sequuta præcedens, expoliauit infernū, qui figuratus est per Aegyptum, & liberauit patres, & (vt Apostolus scribit) omnes fideles veteris test. canente in die resurrectionis propterea in persona liberatorū ecclesia: Cum rex gloriæ Christus infernum debellaturus intraret, & chorus angelicus ante faciem eius portas principum tolli præciperet, sanctorum populus, qui tenebatur in morte captiuus, voce lachrymabili clamabat: Aduenisti desiderabilis, quē expectabamus in tenebris, vt educeres vinculatos de claustris. Te nostra vocabant suspiria, te larga requirebāt lamenta. Tu factus es spes desolatis, magna consolatio in tormentis.

Exo. 12 Luc. 11 Ephe. 4 Coloss. 2 Psal. 23

Quum proinde & hæc ipsa figura de exitu Aegypti, sit impleta per resurrectionē Iesu Christi, necessario cessauit & hac causa sabbatum cæremoniale: nec est vltra memoria creationis & exitus Aegypti more Iudaico, sed resurrectio Iesu Christi gloriosa celebranda, dicente propheta: Ecce dies veniēt, dicit dominus, & non dicetur vltra: viuit dominus, qui eduxit filios Israel de terra Aegypti, sed viuit dominus, q eduxit filios Israel de terra aquilonis, & vniuersis terris ad quas eiecit eos.

Mat. vlt. Mar. vlt. Luc. vlt. Ioh. vlt. Hiere. 16

Ex ijs modo patet, Pascha ipsum & sabbatū Israeliticū, recte mutatum a nascēte ecclesia, per spiritus sancti inspirationē in diē sabbati alterā, quæ dicitur in Euāgelio vna, id est, prima vel altera post sabbatū, quam nos recte per excellētiā vocamus a dño Christo Dominicā, & aliq̄t ob nō vulgares rōnes.

Mar. vlt.

Prima earū est, qm̄ in ea Christus vtraq; figuram, tam de creatione mundi, q̄

di, q̃ de exitu Aegypti compleuerit in sua resurrectione, vtpote per quã plene genus humanum redemerit, totumq; mundum ad vitam reparauerit, mortemq; nostram moriendo destruxerit, antea vitam resurgendo reparauerit. Sicut enim Christus caput nostrum in ea resurrexit, & gloriã æternitatis adeptus est, ita & nos membra per ipsum certo resurgemus, & æternitatis gloriam habebimus.

Heb. 2
1. Cor. 15.
1. Thes. 4

Secunda, quoniã magnæ dignitatis est dies dominica resurrectionis, vtpote quæ non solum dies est dominicæ resurrectiõis, sed & fuit prima dierũ huius temporis, quã nox nõ præcessit, qua inchoata est mũdi creatio, formataq; lux. Nã si a sabbato, quo dñs requieuit a creatione mundi, & eorũ quæ sunt in mũdo, computes ordine retrogrado, vt sabbatũ sit dies septima, dies Veneris sexta &c. constabit, diem dominicã, qua Chrũs resurrexit, fuisse primã, in qua cœlum & terra creata sunt, & in ea creatus angelus est, & ad deum conuersus, in qua & omnes resurgemus. Atq; hinc est, q; paschalis ipsa prima dominica, quæ nunc nostrum est sabbatum, propter excellentem dignitatem pro octauis habet omnes toto anno sequentes dominicas.

Gene. 1

Circa cuius tempus cuncta elementa, imo cuncta creata suo congratulantur autori, resurgenti Iesu Christo, quæ fuerunt hactenus per hyemem tristia & mortua, in quo nec nos esse decet mœstos, sed ex animo lætos, admonente Marias tres angelo, & dicente: Nolite expauescere. Iesum quæritis Nazarenum, crucifixum, surrexit, non est hic &c. quandoquidem non sibi solum, sed nobis omnibus surrexit. Et hactenus de sabbato, & de eius præcepto, prout ipsum cæremoniale fuit, quod & plane cessauit.

Mar. 16

Tertio, præceptũ de sabbato fuit morale in eo, q; duo præcipit, quæ natura dictante semper & vbiq; seruanda sunt, quæ simul & quidẽ præcipue sunt vna cum ipso sabbato translata in diem resurrectionis dominicam, tanquam in ea & in ipsius dominicis octauis singulariter obseruanda.

Primo, vt ipsum sabbatum sanctificemus, hoc est, sancte seruemus, non q; ipsum faciamus sanctum, quod antea sanctum est a deo creatum, sed vt nobis sit sanctum. Id quod fit, vbi in eo sancta cogitamus, videmus, audimus, loquimur, & facimus: siquidẽ sanctificare nihil est aliud, q̃ declinare ab omni malo, & facere bonum. Atq; licet secundũ hanc interpretationem quilibet dies sit sabbatũ, & omne tempus nouæ legis: quia semper oportet declinare a malo, & facere bonũ: singulariter tamẽ oportet hoc ipsum nos facere in ipso die dominico, quod iam nostrũ est sabbatũ, quia singularia opera Christus in eo fecit, singulariaq; nobis in ipso beneficia contulit, & quidem præcipue, q; in eo resurrexit ad vitam æternã, nobisq; dedit suo tempore ad eandem vitã æternã resurgere, si sanctificauerimus hoc ipsum resurrectionis ipsius sabbatum, hoc est, diem dominicum. Cuius sane sanctificationis dominicæ diei nobis exemplum primum reliquerunt tres Mariæ, quæ (Marco teste) summo dominicæ diei mane sanctificarunt ipsum sabbatum nouæ legis, quas oportet spiritualiter, si corporaliter non eatenus licet, imitari.

1. Tim. 4
Gene. 1
Psal. 36
Mar. 16.

Ad cuius intelligentiam scitu dignum est, per tres Marias intelligi quoscunq;

cunctꝙ homines, maxime Christianos fide illuminatos, sicut Maria illuminata dicitur. Per aromata quæ cōpararūt, bonas virtutes, orationes, piasꝙ operationes, quæ non secus adscēdunt ad deum, atque odor aromatum surgit in altum. Per valde mane, tempus sine mora citum. Per sabbatum, quietem & mentis tranquillitatem. Per monumentum, cor nostrum, in quo Christus vult sub velamine latere, alias facie reuelata videndus. Per lapidem sup monumentū, omne peccatum, quod cor nō secus atque sepulchrum lapis claudit, ne inibi possit Christus conspici. Per ortum solem, discussionem peccati tenebrarum. Per quærere, quis reuoluet nobis lapidem a monumento, ex animo desiderare a deo spiritu sancto, vt remissione peccati cor illuminet, vt inibi Christus resurgens hic cum gratia, alibi cum gloria videri possit. Per sequi in Galilæam Christum, transmigrare de tribulatione ad vitam æternam.

Psal. 40

1. Cor. 13

Primo proinde sanctificantes sabbatum, quæramus Christū in corde nostro, hoc est, vera deuotione, non ficta charitate, nec hypocrisi, ne ipse dicat: Populus hic labijs me honorat, cor autem eorum longe est a me.

Esa. 29
Matth. 15

Secundo quęramus ipsum bonis operibus, pijsꝙ virtutibus, odoriferisꝙ precationibus, qui nobis remittat peccatum, quo cor nostrum clausum est, & profecto non erit nisi deus, Christus vnigenitus, qui solus peccata remittit, solus etiam illuminat. Et profecto quæsitus, reuoluet lapidem, hoc est, peccatum a monumento, id est, e pectore, prout reuoluit a corde Marię Magdalenæ & Petri.

Marci. 2
Luc. 5
Luc. 7
Matt. 26

Tertio quæramus valde mane, hoc est, cito sine mora, non procrastinantes, ne cita morte interci piamur, cuius incerti sumus, dicente scriptura: Nō tardes conuerti ad dominū, & ne differas de die in diem: subito enim venit ira illius, & in tēpore vindictæ disperdet te: memores, quoniā mors haud tardat.

Eccl. 4. 5

Quarto quæramus sabbato, hoc est, in pace & quiete, ab omnibus malis cogitationibus seclusi, sic vt non sit nobis propositū repeccādi, quando vtiꝙ Christus alioqui nō inueniatur in sepulchro, id est, corde nostro, in quo est conscientia propter peccatum irrequieta. Id quod totum dominus de cubiculo clauso orationis intellexit.

Quinto sequemur exorto sole, id est, discusso peccato, Christū in Galilææ, id est, transmigrationem, quo ipse nos præcessit. Id quod non est aliud, q̄ vt ea via sequamur eū ad patriā, per quam Christus illuc præcessit. At Christus illuc præcessit per tribulationem, passionem & deniꝙ mortem: ita & nos nō aliter confidamus eum illuc sequi posse, nisi tribulationibus &c. Tunc eñ conregnabimus & conglorificabimur, vbi compatiemur.

Luc. 24
Acto. 14
Roma. 8.

Insuper & duo discipuli, qui in ipsa die paschatos, hoc est, dominicæ resurrectionis, ex Hierusalem profecti sunt Emauntem, nos suo exemplo docuerunt, quibus rebus oporteat sanctificare sabbatum, hoc est, diem dominicū, & quemcunꝙ diem ferijs dicatū. In primis enim docent, nos in sabbato, hoc est, in die festo, multifariam debere sacrificare, id est, deo de rebus nostris in signum subiectionis & obedientiæ offerre.

Cuius argumento quondam & in figura sabbato duo agni, & duæ decimæ simi-

Num. 28

mæ similæ oleo conspersæ offerebantur, alijs diebus tantũ vnus, nisi in solennitatibus & calendis, ad designandum, quod sabbato abundantius deum laudare debeamus. Et sacerdotes in primis in sabbato mactabãt & offerebãt, cultui diuino instãtes: argumẽto quod, vt sabbato diuinis rebus studiosius incũbamus.

Quũ proinde quicquid sumus & habemus, tribus constet, aĩa scilicet, corpore, & substãtia terrena, oportet vt diebus festis de tribus eisdẽ sacrificemus, & sabbatũ deo sanctificemus, vti sacrificarũt duo discipuli Emauntẽ proficiscẽtes.

Primo sanctificemus diem sabbati per oblationem animæ, quod facimus, vbi contristamur de peccatis, formidãtes ne per ipsa Christũ dereliquerimus. Hæc enim est ipsa tristitia secundum deum, quæ pœnitentiam in salutem, Paulo teste, stabilem operatur. Et est etiam sacrificium, sine quo vix aliud deo gratum esse valet, Propheta dicente: Sacrificium deo spiritus contribulatus, cor contritum & humiliatum deus nõ despicies. Hinc scriptura: Sabbatũ, inquit, requietionis est, affligetisque animas vestras, per contritionem videlicet, vt doctore Origene, tunc examinemus conscientiam, & doleamus de cõmissis. Ad quod videtur pulchre alludere nomẽclatura diei dominicæ apud Germanos, qui eam diem nominant Sonetag, vt in ea se reconcilient homines propter iniustitias suas cum sole iustitiæ Christo, qui sol iustitiæ est, ac resurrexit die dominica sole oriente. Sic ea die duo discipuli tristes fuerunt, arbitrati ne forte propter eorum peccata Christus nollet eis apparere, quũ cæteris apparuisset.

(Roma. 8. / Psal. 50 / Leuit. 16 / Malac. 4)

Secundo sanctificemus diem sabbati per oblationem corporis, quod facimus partim, vbi diebus festis sobrie viuimus, castigando per sobrietatem corpus, vt mens eo melius erigere se possit deuotionibus & contemplationibus, dicẽte Paulo: Exhibeatis corpora vestra deo hostiã &c. Hinc summe peccãt, qui die sabbati magis quam alijs diebus, indulgent crapulis & ebrietatibus: vnde necessum est, vt corda maneant sine deuotione. Cuius causa Christus hortatur: Attendite vobis, ne forte grauentur corda vestra in crapula & ebrietate, & curis huius vitæ: partim, vbi proficiscimur in ipso ad tẽplum, & inibi laudes labiorum offerimus, deuote precantes, deoque cõfitentes & canentes, & orantes, Paulo hortante, quũ dicit: Per ipsum ergo offeramus hostiam laudis semper deo, id est, fructum labiorum, confitentium nomini eius. Ita sabbatum sanctificarunt gentiles isti, qui (teste Iohanne) die festo quondam adscenderũt Hierosolyma, vt ibi in templo adorarent: partim, vbi inibi de deo vel loquimur, vel audimus de ipso, verbo ipsius attendentes. Ita Christus sanctificauit sabbatum, quando non solum in ipso cum parẽtibus visitauit templum ad orãdum ibi, puer adhuc, sed & ibi vir effectus, plerunque semper die festo docuit. Quando hoc in tẽplo fieri nequit, saltem domi vel alibi hoc ipsum faciamus, quando non alia nobis est copia. Sic Iob in die festo filios suos dicitur sanctificasse, hoc est, bonis & pijs disciplinis instituisse, deque deo cum ipsis disseruisse. Sic duo euntes in Emaus, sanctificarunt diem dominicã, quando in via loquuti sunt de Christi verbo, de eius passione & morte.

(Roma. 12. / Lucæ. 21 / Heb. 13. / Iohã. 12. / Luc. 2 / Luc. 8 / Iob. 1. / Luc. 24)

Tertio sanctificemus sabbatum per oblationem substãtiæ terrenæ, quod facimus, vbi opera misericordiæ cõferimus in pauperes die sabbati, iuxta scripturam,

pturam,dicentem:Mittite partes eis qui non præparauerunt sibi,id est,paupe ribus.sanctus enim dies domini est. Ita quondam Tobias sanctificauit sabbatum,quando in ipso pauperes inuitabat ad prandium,pauperesq; sepeliebat. Ita proculdubio sabbatum sanctificauit Christus,autor sabbati & dominus ipsius,vt patet in eo,quòd quum Iudæ diceret in vltima cœna,vt citius faceret quod esset facturus,putarunt discipuli quod ei dixisset Iesus,vt videlicet ex more domini emeret ea,quibus opus esset ad diem festum, vel egenis vt aliquid daret. Ita diem sabbati,hoc est,diem dominicam sanctificarunt duo discipuli Emauntem proficiscentes,quum dominum tanquam peregrinum coegerint,vt secum intraret hospitium,nempe soluturi pro eo necessaria corporis per noctem. Vnde meriti sunt secum habere,aduesperante & inclinante iam die,dominum sabbati, qui consolatus est eos,& ipsis scripturam interpretatus,vt ipsum cognouerint.

Neemi.8 2.Esdr.8 Tob.2 Iohan.13 Luc.24

Iam vero,charissimi,quum videamus nunc aduesperascere & diem,hoc est, tempus huius seculi multis modis ad interitum declinare:superest,vt hisce diebus singulariter sanctificemus sabbatum bonis operibus,prout duo discipuli, & per ea dominum sabbati inuitemus & cogamus,vt nobiscum maneat sua gratia,nosq; consoletur & sanctificet,vt æternum sabbatum, hoc est,diem perpetuæ quietis habere valeamus.

Quibus rebus duo discipuli Emauntem proficiscentes,sabbatum iuxta dei præceptum morale de sabbato,sanctificarunt,nosq; ipsum sanctificare suo exemplo docuerunt:iisdem pene rebus sanctificarunt idem sabbatum cæteri discipuli omnes,vt de ipsis inter alia testatur euangelium Lucæ de resurrectione dominica. Ipsi enim in die resurrectionis sanctificarunt sabbatum nouum oblatione animæ,vtpote quoniam tristes fuerunt, nec gauisi,donec dominum viderunt,& cognouerunt,& mirati sunt præ gaudio. Deinde oblatione corporis,quia moderate sobrieq; vixerunt,vt ex eo claret,quod aliud ad manducandum non habuerint,quam pisces & fauum mellis,cuiusmodi cibaria delicata non fuerunt,sed rustica,quam suis ipsorum artificiis & laboribus quasi rustici piscatoresq;,sine lucro noxio habuerunt. Postremo,oblatione substantiæ,vtpote qui ex piscibus & melle Christo Iesu distribuerunt,sicut diuites & habentes largiuntur pauperi & non habentibus. Insuper addunt & quartum,quo debemus sanctificare sabbatum,vtpote pacem,in qua singulariter oportet viuere sabbato, quemadmodum pacifice vixerunt discipuli,quum fuerint ita congregati,vt in medio eorum comparuerit & steterit autor pacis ipse Christus,qui duntaxat amat esse inter pacificos,& inter eos qui concorditer viuunt,ipso testante,quum ait: Vbi duo vel tres congregati sunt in nomine meo,ibi sum in medio eorum. Quare Paulus hortatur,inquiens:Pacem habete,& deus pacis & dilectionis erit vobiscum. Iam vero quomodo nos sumus congregati pacifice in nomine Iesu,quomodoq; sanctificamus pacifice sabbatum, declarant nostræ crapulæ, bibitiones,contentiones,& id genus alia vitia,quibus ita singulariter indulgemus sabbato,vt non possimus non aliter videri congregati,quam in nomine cacodæmonis,quibus seruimus diligenter,qui & suam mercedem quotidie tribuit.

Ibidem Mat.4 Iohan.14 Mat.18 2.Cor.13

Et hactenus de primo,quod deus in suo tertio præcepto præcipit,vt vide-

licet ipsum sabbatum sanctificemus,id est,in eo ipsum,a deoq; Christum sua gratia toto corde quæramus,de peccatis nostris pœniteamus, deuote precemur,legamus & canamus in templo dñi:sobrie viuamus,dei verbum audiamus,& ipsum opere complere studeamus:pauperibus cōtribuamus, & pacifice deniq; concorditerq; viuamus in noīe Iesu,id est,in eo q̄d confert ad salutem,quā præ se fert nomen Iesus:itemq; totū sabbatū diuino cultui applicemus,totum laudibus diuinis peragamus.

Secundo præcipit dominus deus in suo isto tertio p̄cepto , vt sabbatizemus,vt patet ex vocabulo,id est,vt vacemus,feriemur, & ab operis , laboribus & secularibus curis requiescamus,non tamen turpiter ociemur, quū multam malitiam docuerit ociositas:sed vt corporaliter aliquantisper a laborando cessemus,vt hoc facilius & commodius animo sabbatum sanctificemus, deoq; & ipsius rebus vacemus. Id quod alias non æque fieret . Quum enim corpus terrenum de sui natura terrena appetit,fieri solet,vt homo secundum illam partem,a qua communiter deprimitur,semper ad terrena tendat, nisi se conetur ab aliis eleuare.

Eccle.33 Gene.2 Sap.9 Gene.8

Atque hinc est,vt & sanctificatio hominis aliquod oporteat habeat certum tempus,in quo cū non liceat ei vacare corporalibus operibus, detur ei materia vacandi spiritualibus. Sicut enim corpus indiget aliquo tempore ad refectionē sui,quæ fit p̄ somnum, comestionē,& id genus alia, quod alioqui deficeret in operando & viuendo:ita & anima indiget aliquo tēpore ad refectionē spiritualē ne deficiat,quæ fit p̄ orationes,oblatiōes & similes res. Hoc est,quod dñs per Mosen ait:Obserua diem sabbati,vt sanctifices eum,sicut p̄cipit tibi dñs deus tuus:Sex diebus operaberis,& facies omnia opera tua:septimus dies sabbati est,id est,requies dñi dei tui. Non facies in eo quicquam operis,tu & filius tuus & filia,seruus & ancilla,bos & asinus,& omne iumētum tuum,& peregrinus qui est intra portas tuas,vt requiescat seruus tuus & ancilla tua,sicut & tu.

Deut.5

Sic sane vt in cæteris rebus omnibus dñs deus habere tempus certum voluit,ita & in sanctificationibus nominis sui. Sic Apostolus voluit,vt etiā coniuges ob opus orandi ex consensu,ab opere & debito coniugali abstinerent, vt certo tēpore vacarēt orationi. Quo quidem pacto & hac ratione nemo sanæ mentis repræhendet ecclesiam , quòd definiuerit aliquot per annum dies, in quibus diuinis rebus homini commodius vacare liceat,quū fuerit ab operibus manualibus liber:imo qui obligatur ad huiusmodi definitum tempus, quanquam alioqui simul & alios dies possit,imo debeat sanctificare,vt totum tempus vitæ,sit tempus sanctificationis.

Eccle.3 1.Cor.7

Vsqueadeo autem ecclesia pensi habuit duas huius tertii p̄cepti res,quas in eo dominus deus præcipit,vt aliquot exteriores cæremonias (cum moderatione tamen) in diebus festis permittat,vt per eas veræ sabbatizationis & sanctificationis pauloante dictæ,paulo tenacius admoneamur.

Ocium liberalius,& quidem corporale,significat ocium spirituale, vt videlicet cessemus & ociemur a cupiditatibus & cogitationibus malis,vt esse

capa-

capaces possimus verbi dei, quod requirit vacuam animam. Ociantes igitur diebus festis, recordemur quanam causa ociamur. & sic monumentum & memoriale habeamus, quod vacandum sit nobis ad deum audiendum.

Ornatus vestium paulo splendidior, non modo permittitur in decus & honorem ecclesiæ, quæ diebus festis non secus atque ad cœlestes quasdam nuptias conuenit, sed & vt per ipsum admoneamur bonorum operum, quasi pulchrorum vestimentorum, vtpote verbum dei & Missam audire, orare, eleemosynas elargiri, & hoc genus opera misericordiæ facere, vt Christus alibi contra pharisæos docuit.

Matth. 12 Marc. 2. 3 Luc. 6. 13 Iohã. 7 Iohã. 9

Victus paulo lautior, significat meditari & legere beneficia dei, passionem Christi ruminare & verbum dei, peccataque propria recensere, proque eis dolere. Qui proinde totum decus feriarum simpliciter statuunt in ornatu vestium & victus splendore, & ocio laboris, nec seruant potius mysteria, quæ hæc tria repræsentant: nihil æque faciunt, quam quod Iudaicam solennitatem obseruant, & non nisi prouocamenta sunt libidinis & vitiorum. Nam venter repletus & anima ociosa, deinde obiectis ornamentis coram oculis, quid faciant, nisi vt in luxuriam ducant & mala desideria? Siquidem hoc ipsum sabbatizare posset quælibet meretrix, hoc posset & quilibet Turca & paganus, imo sus & equus, scilicet comedere, bibere, & deinde ociari, & pompose adornari.

Iam itaque demum colligimus, quemadmodum duo præcipue deus maximus in hoc tertio suo præcepto præcipit, vtpote quiescere, hoc est, cessare & abstinere ab opere seruili & manuali, nimirum mercatorem a mercatione actuali, agricolam ab actu agriculturæ, & quemcunque denique artificem a suæ artis mechanicæ exercitio: deinde bonis operibus ipsum sabbatum sanctificare: ita bifariam peccatur mortaliter contra hoc ipsum dei præceptum.

Primo quidem peccant, qui diebus festis contra ecclesiæ consuetudinem & constitutionem manualiter aut ex cupiditate aut ex paruipensione laborant, vtpote qui videntur deum & eius ecclesiam contemnere, suamque salutem negligere, plusque corpus & proprium commodum, quam & animam & deum curare.

Quapropter deberent publicæ mercaturæ & fora, quæ diebus festis tenentur in vrbibus & pagis, autoritate episcopi & rectorum reipublicæ prohiberi, in aliumque diem transferri, ne palam publicitusque committeretur tam aperta transgressio huius præcepti in mercaturis & foris, præsertim vbi raro vel nunquam desunt varia peccata & scelera, quæ maxime sunt opera seruilia.

Quia vero nunc in nouo testamento obseruatio sabbati non est figuralis, vt in veteri testamento fit, vt prohibitio operandi in eo tam non sit vsqueadeo arcta, vt non solum facilius in nouo testamento dispensetur, quam in veteri testamento: (quia figura pertinet ad præstationem veritatis, quam nec in modico præterire oportet: opera vero secundum se considerata, immutari possunt pro loco & tempore) sed & multas ob causas, citra etiam dispensationem, laborari possit in eo manualiter.

Primo quidem laborari posset in sabbato citra peccatum mortale, quum labor præcipue foret in dei cultum & honorem, qualis esset candelas cereas efficere, tapetas excutere, lucibula & id genus alia mundare. Sic quia aliàs sacerdotes in templo victimas immolarunt, tauros mactarunt, non soluerunt sabbata. Nec ꝙ homines in eo circuncidebantur, nec quando sacerdotes arcam domini circa Hiericho circumtulerunt septem diebus, sabbatum transgressi sunt. Id quod accipiendum ducimus de omni spirituali exercitio, quale est, pro republica ecclesiastica studere, legere, scribere, docereq́.

Mauh.12
Iohan.7
Iosue.6

Secundo, quando labor attineret ad opus pietatis & misericordiæ ad proximum, adeoq́ ad animæ salutem, qualis esset, medicinas pro ægroto præparare. Sic Christus non peccauit, ꝙ in sabbato hydropicum sanarit: quandoquidem sabbatum propter hominem est factum, non homo propter sabbatum. Præterea si lex iussit feriari in sabbato, vt & iumenta a labore quiescerent, & sic in eis misericordia exerceretur, quare non homo misereretur hominis male habentis?

Luc.6
Marc.2
Exo.20

Tertio, quādo per eum laborem vitari possit, quod alioqui necessario adficeret personam nostram, qualis est repugnare hostibus. Ita Machabæi non peccarunt, quando pro sui defensione in sabbato pugnarunt, qui alioqui perijssent vti priores. Ita nec Helias fugiens a facie Iezabel in sabbato, peccauit, quāuis alioqui non liceret vltra mille passus in sabbato ambulare.

1.Mach.2
3.Reg.19

Quarto, quando labor ordinaretur ad imminens periculum, seu damnū rei exterioris, quod per laborem vitari posset: qualis esset, liberare bouem vel asinum ex fouea, in quam incidisset ille.

Matt.12.
Luc.14

Quinto, si labor esset, quem necessitas rerū necessariarum cogeret. Cuiusmodi sunt victus & amictus, quibus pater noster scit nos indigere ad vitam sustentandam. Sic non peccarūt discipuli, quoniā die sabbati per sata euntes & esurientes, spicas euulserint & manducauerint.

Mat.6
Matt.12
Marc.2
Luc.9

Ex ijs itaq́ colligunt tria, quæ permittūt in die festo laborare citra pctm̄.

Primum quidē necessitas est, legem non habēs. Ita mercator fortasse non peccaret, si in die festo venderet aut emeret, quod altera die vel hora non sine magno damno emere vel vendere posset: vtpote ꝙ ipse venditor aut emptor sit transitorius, expectare non volens, quum nec opus nec lucrum quæsierit, sed oblatum acceperit, vt damnum caueret: alioqui non facturus ex intentione, malens quod alio tempore offerretur.

Ita non peccat, qui die festo parat ad victum necessaria, coquens ea: contra Iudæos superstitiosos, qui die sabbati non coquunt, sed vorant, crapulantur & luxuriantur.

Ita non peccat, qui necessitate cogente, sabbato vas vini vel ceruisiæ cellario inferret: sed peccant, qui tot modijs & cantharis educunt & ebibunt, & inebriantur.

Ita non peccat, qui animalibus sabbato prouidet pabulando, sternendo, pascendo, curando, mulgendo, &c.

Ita nō peccat tabernarius, lanius, pistor, piscator, & id genus alius artifex,

qui

qui pro victu & amictu aliorum necessario laboraret, nisi per hoc ebriosis & ludentibus patrocinaretur, & auxiliaretur, & faueret.

Ita non peccat, qui pro communi vtilitate reficeret pontem, prohiberet fluuium, repugnaret hosti, incendium extingueret, & id genus alijs publicis necessitatibus prouideret.

Ita nō peccat medicus, cursor, nuncius necessaria ferēs, faber equos ferrans, molendinator, & qui id genus alius aliquid ageret, quod necessitas suaderet.

Ita non peccaret, qui sabbato nundinas quæreret, quum non posset alio tempore, quum ecclesia sustinet ac tolerat eas.

Secundum est modicitas vel paucitas operis aut laboris, vtpote si sartor pannum scinderet ad conficiendam vestem, vel tibialia resarciret, aut si mercator aliquid venderet, quod non exposuisset venale. Theologi volunt, ꝙ eiusmodi modicitas laborantem excusaret.

Tertium est pietas, vtpote quum quis sabbato pauperibus & indigentibus, item ecclesijs aliquid operis faceret: nempe frumenta veheret & ligna, potum & cibum, & hoc genus alia, non peccaret, quia pietas excusaret.

Cæterum quæri solet hoc loco, peccent ne, qui sabbato labores faciunt, in quibus nec pietas, nec necessitas animaduertitur, vtpote qui exercent eo die artem balistarum, arma ostendunt, qui luctantur, qui iaculantur, qui currunt in stadio, cæteraq; id genus exercitia faciunt, quæ possent alijs diebus fieri. Respondemus eos fortasse non peccare, si seruant quæ seruari debent in laboribus omnibus, qui permittuntur sabbato.

Primo, si prius attente diuinis officijs interfuerint.

Secundo, si talia faciunt, vt artus & corpora reddant ad laborandum & sustinendum agiliora.

Tertio, quo possint peccata, vtpote ludos, choreas, bibitiones, comessationes & ebrietates, & hoc genus alia vitia, eo facilius vitare, quæ fortassis alioqui ociosi perpetrarēt: quum sint, vt mox audiemus, maxime vitanda.

Quarto, si nō facerēt hoc ip̄m vel ex auaritia, vel sup̄bia, vl' temeritate q̄dā.

Secundo peccant contra hoc tertium de sabbato præceptum, qui sabbato crasse ruditerq; peccant, ipsum dehonestantes & desecrantes, vtpote luxuria, ebrietate, ludis, ira, maledictis, homicidijs, rapinis, insidijs, fraudibus, dolis & similibus peccatis, vtpote qui vel chorizant, vel nepotantur, vel quid aliud faciunt perperam, quod simpliciter est contra hoc de sabbato pręceptū, in quo deus præcipit, vt sabbatum bonis operibus sanctificemus, & malis operibus haud desanctificemus. Ad quos ipse dominus deus alioqui sit dicturus: Dispergam super vultum vestrum stercus solennitatum vestrarum, & assumet vos secum. Vides quia stercus vocat, solennitates peccantium sabbato. Et alias: Odi & proieci festiuitates vestras.

Malach. 2

Amos. 5

Insuper quæri quoq; solet, nunquid ecclesia recte post dies dominicos peragat alios quoq; dies festos, vtpote dei sanctorum. Recte, inquam, nec paucas ob causas.

Prima, quoniam in ijs quæ religionis sunt & fidei, ecclesia non erret, nempe ha

Joh.1.14 pe habens spiritum veritatis, columna & firmamentum veritatis.

1.Tim.3 Secũda, q̃ eadẽ causa militat in ferijs sanctorũ, quæ in ferijs dierũ dominicorũ. Siquidẽ sabbatũ studio pietatis sanctificam⁹, dei opera & beneficia recensentes, & gratias agẽtes. Id q̃d & ecclesia facit in ferijs sanctorũ. Præterea dei gratiã sanctorũ ipsorũ in ferijs recolit. Et quur ecclesia nõ faceret in natalibus diuorum noui testamenti, quod synagoga suis temporibus fecit, nimirũ recolẽs gratiam dei, quæ Hester, Iudith, Machabæo, & alijs contigit? Sane tantis oblatis occasionibus ecclesia rite dies natales diuorum in cultum dei, qui in sanctis suis laudatur, sanctificat, & gratiam dei in sanctis prædicat & admiratur, sese etiam exemplo bonitatis dei fouet, confortatq́.

Exo.10 Deute.5

1.Cor.10 Tertia, quum contigerint omnia synagogæ in figura, quur nõ veritas haberet, quæ synagoga præfigurauit futura, vt fierent iuxta suam similitudinẽ, velut dominus Mosi dicebat: Vide, omnia facito secundum exemplar, quod tibi ostensum est in monte. Iam vero quia constat, non solum in veteri testamento, adeoq́ in synagoga fuisse sabbatum, sed & alios dies festos, certe consequens est, vt & in nouo testamento non solum sit dominica dies, sed & aliæ solẽnitates, quæ figuratæ sunt per illas, quo ad præcipuas, quarũ quælibet insignis dies solennitatis, propter aliquod insigne in illa factũ, dici cœpta fuit.

Hebre.8 Exo.25 Exo.26

Num.28 Num.29 Ex libro autem Numerorum colligimus, septem fuisse solennitates temporales in veteri testamento.

Exo.12 Prima fuit festum Paschæ, quæ propter eminentiam septem durabat diebus, primo quidem mense in memoriam liberationis ex Aegypto. Cuius figuræ veritas in nouo testamento nobiscum habet festum natiuitatis Christi, per quod genus humanũ liberatũ est a diabolica captiuitate.

Secunda fuit sabbatum, quæ propter excellentiam semper in qualibet septimana suam habuit octauam, in memoriam creationis mundi. Cuius figuræ veritas nobiscum habet festum paschæ, tam sanctum, vt semper in qualibet septimana habeat diem dominicam pro sua octaua, in memoriam spiritualis creationis & liberationis humani generis, quæ facta est per Iesu resurrectionem.

Exo.32 Tertia fuit expiationis, decima die Septembris, in memoriam beneficij, quo deus propiciatus est populo Israel in adoratione vituli aurei ad preces Mosi. Cuius figuræ veritas nobiscum diem habet adscẽsionis dominicæ, qua dñs ad patrem adscẽdit, vt nobis esset apud eum pro peccatis nr̃is ꝓpiciatio.

1.Joh.2 1.Tim.2

Exo.19 Quarta fuit pentecostes, in memoriam legis datæ in monte Sina. Cuius figuræ veritas nobiscum habet festum spiritussancti, dati in monte Sion cum lege euangelica.

Acto.2 Esa.2 Quinta fuit in quolibet mense, ac cœpta dici neomenia, in memoriam gubernationis rerum in nouitate lunæ, iuxta quam deus sua voluntate plerunq́ semper hasce res inferiores gubernat. Cuius figuræ veritas habet festum multiplex gloriosæ virginis Mariæ, quæ non modo multas ob causas lunæ comparatur & soli, vt in nostris Homilijs est videre & in Panegyrico, sed & quæ suis meritis & precibus in filio suo res huius mũdi gubernat, vtpote quę

suis

fuit mulier illa in cœlo visa a Iohanne, amicta sole, lunam sub pedibus habens, & in capite coronam stellarum duodecim. Vnde ipsam angeli quondam admirantes, ad eam assumptam dixerunt: Quæ est ista, quæ progreditur quasi aurora consurgens, pulchra vt luna, electa vt sol, terribilis vt castrorum acies ordinata? Apoc.12 Cant.6

Sexta fuit Tubarum, prima die Septembris, quæ erat quasi quædam inuitatio, vt præpararent se ad festum sequens, in commemorationem liberationis Isaac, quando Abraham inuenit arietem, quem obtulit pro eo. Cuius figuræ veritas nobiscum habet festum apostolorum, qui quasi tubis prædicationum inuitauerunt totum mundum ad supernum festum, quorum sonus exiuit in omnem terram, & in fines orbis terræ, dicens: Qui crediderit, & baptizatus fuerit, hic saluus erit &c. In cuius signum pulsatur campana, quum legitur Euangelion. Gene.22 Psal.18 Rom.10 Marc.vlt.

Septima fuit Scenopegiæ, id est, tabernaculorum, septem diebus & in eodem mense, in signum deductionis in deserto, vbi habitauerunt in tabernaculis. Cuius figuræ veritas habet festum angelorum, qui nos deducunt & custodiunt per desertum mundi, sicut illos angelus domini deduxit & custodiuit. Octauo autem die eius festi fuit aliud, quod dicebatur cœtus & collecta. Cuius figuræ veritas habet festum dedicationis & omnium sanctorum. Exo.16 Heb.1

Insuper fuerunt & alia festa, sed non ita solennia, vtpote furni, & id genus alia. Quorum figurarum veritas habet festa martyrum, confessorum & virginum, quæ statuit ecclesia celebranda suo loco & tempore, cui qui non consentit nec audit, est vti publicanus & ethnicus, quum ipsa veritatis columna & firmamentum, nihil sine causa scripturis consona statuere solet, cuius ob id constitutio, sicut Iesu Christi, qui semper cum ea existit, est obseruanda, monente scriptura, quum ait: Audi fili mi doctrinam patris tui, & ne dimittas legem matris tuæ, vt addatur gratia capiti tuo, & torques collo tuo. Matt.18 1.Tim.3 Prou.1

Est proinde hoc tertium domini dei præceptum, non solum de diebus dominicis accipiendum, sed & de diebus festis deiparæ virginis, apostolorum, martyrum, confessorum & virginum, ex ordinatione ecclesiæ, maxime quòd honor sanctis impensus, referatur ad deum, qui sanctificauit illos in terra, glorificatque nunc in cœlis, quorum memoria debet nos inducere ad imitationem fidei, virtutis & vitæ sanctæ, qua floruerunt ipsi, quum fuerunt adhuc in humanis. Iohan.12

DE QVARTO PRAECEPTO. Cap. XI.

Honora patrem tuum & matrem tuam, Exod.xx.

Diximus hucusque de tribus prioribus præceptis, & ijs quidem primæ tabulæ lapideæ, quæ digito dei perscripta, pertinent ad deum, nosque in eum per ipsa ordinamur. Exo.20 Deut.5 Deut.9 Exo.31

In quorum primo iubemur, vt in deum credamus, & illi prorsus fidamus,

ipsumque ceu verum & supremum dominum & patrem nostrum timeamus, totisque viribus amemus.

In secundo, ne quoquo modo nomine ipsius abutamur, nec ad aliquod mendacium vel quoduis malum vsurpemus, sed in eius solius gloriam, & nostram & proximi salutem sumamus.

In tertio autem iubemur, vt ferias aut ipsius aut eius sanctorum, iuxta sacrosanctæ ecclesiæ ordinationem feriemur, & bonis cogitatibus, verbis & operibus omnino sanctificemus.

Subsequuntur modo septem posteriora domini præcepta, & ea quidem secundæ tabulæ lapideæ, quæ digito dei pariter scripta, pertinent ad hominem, & eum ad proximos ordinant, simulque præcipiunt, vt eis exhibeantur, quæ iure sunt debita, & nulla inferantur eis nocumenta. Sicut autem tria priora præcepta, quæ pertinent ad deum, summam dei dilectionem docent & suadent, ita quoque septem sequentia, summam proximi dilectionem exigũr, vt videlicet hoc modo summa sit, domino dicente, omnium præceptorum legis & prophetarum, dilectio.

Exo. 20 Deut. 9 Deute. 5 Matt. 22

Vendicat autem sibi primas inter hæc posteriora præcepta partes non immerito præceptum de honorandis parentibus, quod ij sint ac esse nobis debeãr post deum primi. Sicut enim deus est principium omnium per creationem, ita parentes habent rationem principij respectu filiorum per procreationem: & sicut deum super omnia diligere iubemur, ita charitatis ordo postulat, vt parẽtes amore supremo prosequamur. Ad pleniorem vero huius præcepti intelligentiam profuerit scire, qui sint ac dicantur parentes, & q̃ multiplices sint, & de quibus proprie hoc quartum præceptum intelligatur. Appellatione parentum, Primo veniunt ij, qui nos carnaliter genuerunt, proprieque carnales & naturæ parentes appellari cœperunt: deoque vel ideo similes, quasique eius loco constituti, quod ijs post deum debemus quod sumus, a pariendo dicti, quia nos, deo creatore, pepererunt, de quibus proprie præcipueque dominus deus hoc quartum in ordine præceptum dedit, vt accipimus ex scriptura dicente: Honora patrem tuum, & gemitus matris tuæ ne obliuiscaris: memento, quoniam nisi per illos, natus non fuisses. Deinde veniunt ij, qui nos spiritualiter & de simpliciter esse ad bene esse pepererunt, aut quotidie pariũt in omnibus, quæ spiritum, mentem & animam concernunt, & dicuntur parentes similitudine officij paterni. Atque ij sunt duplices. Aliquot enim sunt ecclesiastici, quales sunt sacerdotes, pastores & prædicatores. Ad hunc sane modum apostoli, & omnes qui nos fidem & fidei opera, quibus corpus & anima decoratur, beneque paritur, docuerunt, nostri fuerunt parentes, & nunc quoque sunt, qui, quod illi, præstant. Ad hunc modum Paulus, vti pater, & Corinthios & Galatas, suos filios appellauit, inquiens: Filioli mei, quos iterum parturio, donec formetur Christus in vobis.

Eccle. 7 2. Tim. 2 1. Cor. 4 Gala. 4

Aliquot sunt prophani, quos laicos vocamus: quales sunt ludi magistri & pædagogi, quos Quintilianus nõ corporũ, sed mentiũ parẽtes esse scribit: & ipse quoque Iuuenalis poeta, maioribus suis omne bonũ precaẽ, quod præcepto

Quin. lib. 2. ca. 10 Iu. saty. 7

rem

rem sancti voluere parentis Esse loco &c. quales sunt magistratus ciuiles, qui gladij potestatem habēt, quoniam vt in vna sola domo parētes sunt carnales, ita sunt illi in tota ciuitate vel regiōne parētes spirituales, qui ex officio cō seruant quæ corporis sunt & animæ. Sic vti quondam Romani vocabant eos patresfamilias & matresfamilias, qui domui & totæ familiæ præsiderent, ita vocabant principes, patres patriæ, sicut est apud Titum Liuium, Salustium, & id genus alios historicos videre. Sic famuli Naaman principis, dominum suum, patrem vocabant. 4.Reg.5

Nec mirum, quando & famuli quondam pueri vocati sint a dominis & magistratibus suis, vti scriptura testatur passim: quales sunt tutores & curatores, qui filijs impuberibus in locum & curam parentum succedunt, locoque parentum etiam secundum leges ciuiles habentur. Id quod Apostolus satis subinsinuat, quum dicit: Quanto tempore hæres paruulus est, nihil differt a seruo, quum sit dominus omnium, sed sub tutoribus & actoribus est. 1.Reg.21 Hester.1 Matth.8 Gala.4

Iam vero quum isti succedunt in paternum officium, iustum est, vt & nomenclaturæ honorem ferant: quales sunt & senes, qui nobis non annis solū, sed & virtutum exemplis haud secus atque parentes præsunt, de quibus videtur dictū: Interroga patrem tuū, & dicet tibi: maiores tuos, & annunciabūt tibi. Deut.32

In summa, loco parētum habentur omnes, & ordine quodam hoc præceptū generatim porrigit ad omnes, qui vel natura, vel ex officio quasi parentes nobis, siue publice, siue priuatim præsunt, quorum imperio paremus, & quos dominos appellamus, quos ex hoc quarto domini præcepto honorare debemus.

Honoris autem appellatione tria veniunt, quæ debemus illis, amor scilicet, obedientia & reuerentia.

Primo proinde dicturi de naturalibus & carnalibus parentibus, primo dicimus, eos oportere nos secundum deum supremo amore prosequi, qui nos genuerunt, nec simpliciter vt omnes proximos diligere debemus, sed singulari quodam modo. Sicut enim deum super omnes homines, adeoque super nostros etiam parētes diligere debemus, quia primaria nostri sit per creationem causa: sic parētes diligere debemus super oēs alios homines, quia sint secūdaria propemodumque instrumētalis causa nostri per generationem carnalem. Mat.10 Mar.14

Primo autem eiusmodi nostrum amorem erga ipsos affectu interno commonstrare debemus, hoc est, de ipsis tanquam perquam preciosis, magnifice sentire & loqui, sicut de ijs quos amore pene deperimus: nec quoquō modo contemnere, sint ipsi quantumuis viles, pauperes, deliri, morosi: nos vero vicissim clari, diuites, prudētes, & gloriosi, vtpote qui post deum quicquid habemus claritudinis, acceptum oportet referamus parentibus, etiam ignobilissimis. Nam nisi illos habuissemus, ne in creaturis dei locū quidem infimū haberemus: sileo aliquam dignitatum præcellentiam. Non igitur æstimare debemus, quales nostri sint parentes: sed potius quia sunt, deo procurante, nostri parentes, cuius in ipsis diuina maiestas est attendenda, quæ non dedignata est ipsos in nostri creatione consortes habere instrumentales. Eccle.7

Peccant proinde grauiter contra deum, qui vel in corde suos aut paruifaciunt

ciunt aut contemnunt parentes, quum fortasse sint ipsis aliquo modo clariores, prohibente scriptura, dicente: Fili, suscipe senectutem patris tui, & ne contristes eum in vita sua: si defecerint sensus sui, da veniam ei, & ne spernas illũ in virtute tua. Oculus qui subsannat patrẽ & matrẽ suam, corui eũ effodient.

Eccle.3

Prou.30

Secundo debemus nostrum erga parentes amorem verbo quidem commonstrare, cultuq; exteriore, nimirum reuerenter illis loqui & respondere placide mansuetec; , locoq; cedere. Cuius eximium exemplũ habemus in Salomone ditissimo & sapiẽtissimo rege. Cum eñ mater ipsius Bersabee venisset ad eum, dixissetq;, petitionem vnã paruulam ego deprecor a te, ne confundas faciem meam: statim Salomon filius, matre nondum loquente, sed visa duntaxat, assurrexit in eius occursum, adorauitq; eam: & posito illi throno ad dextram, sedentiq; dixit: Pete mater mea: neq; eñ fas est, vt auertam faciem tuam &c. Si rex tantus hoc ipsum matri, quid alij debent parentibus?

3.Reg.2

Peccant proinde grauiter, qui parentibus quoquo modo maledicunt, aut coram hominibus eorum erubescunt, quum fortasse sint clariores, sed vel etiã percutiunt. Siquidẽ dicit dominus: Qui maledixerit patri suo vel matri, morte moriat̃. Qui percusserit patrem suum vel matrem, morte moriatur.

Exo.21

Tertio debemus eiusmodi nostrum erga parentes amorem commonstrare ipso facto, illos videlicet modis omnibus adiuuare, si nostra indigent opera & ope, exhibere scilicet illis omnia opera misericordiæ. Id quod diligenter est exequutus ille Tobias iunior, quando manuum suarum labore patrem suum senem & luminibus orbum & cæcum educauit. Id quod & Christus dubio procul præstitit parentibus suis, quũ vsqueadeo curam habuerit de matre sua, vt ipsam, quo haberet, qui eam loco suo pie sustentaret, in summo crucis supplicio, memor in illam suæ pietatis, Iohanni dilectissimo discipulo cõmendarit: qui statim recepit illam in suam. Qui vsqueadeo voluit nos sepm sequi, vt ꝓpterea acerrime increpauerit pharisæos, qui auaritiæ suæ religionẽ ꝓtexentes, filios a pietate in parentes auertebant, docentes eos, matri vel patri indigentibus vt dicerent: Corban, quod est, donum quodcunq; ex me tibi profuerit: nec permittebant eos quicquam facere patri suo aut matri, rescindentes verbum dei per traditiones suas.

Matt.25

Tob.11

Iohã.19

Matt.15

Peccant proinde grauiter, qui parentes patiunt̃ egentes esurire, nec eos pascunt, quum peccent, etiam si extraneos non nutriant, quum debent ipsis, q̃d sunt & habent. Quinimo tametsi matrem paueris, adhuc ei nõ reddidisti dolores, cruciatusq;, quos pro te passa est, nec reddidisti obsequia, quibus te gestauit, nec reddidisti alimenta, quæ tribuit tenero pietatis affectu, immulgẽs labris tuis vbera, nec reddidisti famem, quam pro te illa tolerauit, ne quid, q̃d tibi noxium esset, ederet: ne quid, quod lacti noceret, sumeret. Tibi illa ieiunauit, tibi manducauit, tibi illa quem voluit cibum, non accepit: tibi quem noluit, sumpsit: tibi vigilauit, tibi fleuit. Quando proinde paria referes?

Math.25

Quo sane respexit Tobias senior, quum moriturus, dixit ad filium Tobiam: Quum acceperit deus animam meam, corpus meum sepeli, & honorem habebis matri tuæ omnibus diebus vitæ eius. Memor enim esse debes, quæ

Tob.4

& quan

& quanta pericula passa sit propter te in vtero suo. Cum autem ipsa compleuerit tempus vitæ suæ, sepelias eam circa me. Et quur hoc ipsum Christiani non præstaremus nostris parentibus, quum vel maius præstiterint bestiæ, adeoque ethnici, quibus longe præstare debemus? Mat.5

Nonne aquilæ & ciconiæ, & id genus alia bruta, pietatem seruant in suos parentes, quum eos senio confectos, instar pullorum educare solent?

Nunquid ignoras, quomodo filia quædã matrem suã in carcere fame necandam, quotidie visitauerit, & vberibus aluerit, quum alia non permissa fuerit alimenta afferre per iudicem & custodem carceris, cui propterea filiæ mater libera tandem donata est? Vale.lib.5

Hactenus de duobus, dilectione scilicet & reuerẽtia, quæ veniunt appellatione honoris exhibẽdi parẽtibus, dictũ est: subsequit tertium, q̃d eiusdem vocabuli appellatione venit, quod est obedientia, pariformiter parẽtibus exhibendum: vtpote quibus post deũ in omnibus, quæ nõ sunt cõtra deũ, obediendum est, dicẽte scriptura: Audi fili mi disciplinã patris tui, & ne dimittas legẽ matris tuę, vt addat gratia capiti tuo, & torques collo tuo. Cuius erga parentes obedientiæ, exempla sanctorum tot passim occurrunt, vt satius duxerim, vnum vel alterum referre ex infinitis, q̃ frustra arenam numerare Prou.1

Nõne quæso parẽti fuit obediẽs Isaac, qui trigesimũ iam annũ agens, patri, se colliganti, nõ restitit, imo & ad immolandum quoque se copiam sui fecit, quãuis nõ sine diuino instinctu, quum p̃figurauerit Christi obedientiam erga patrẽ, cui obediens fuit vsque ad mortẽ, mortem autem crucis: quam & suis humeris, sicut Isaac lignum, quo debebat comburi, sua sponte gestauit? Gene.22 Phil.2

Nonne magna fuit Rechabitarum obedientia, quod iussu Ionadab patris, perpetuo facti sunt abstemij? Sed quę maior & mirabilior erga parẽtes obedientia, q̃ Christi Iesu? qui rex regum & dominus dominantium, imo filius altissimi, adeoque altissimus ipse, & parens parentum, Ioseph & Mariæ, pauperculis parentibus non dedignatus est obedire: docens, vt reliqua omnia, suo exemplo, filios esse debere parentibus obedientes, quos alioqui sit mansura non modo pœna æternalis, sed & temporalis. Siquidem scriptura dicit, eum filium qui contumax & proteruus est, imperio patris aut matris haud obediens, nec coercitus obedit, extra portam ciuitatis debere iudicari, & a populo ciuitatis lapidibus obrui. Hiere 35 Apoc.19 Luc.1. Luc.2 Deut.21

Et hæc hactenus de triplici honore, scilicet dilectionis, reuerẽtiæ & obediẽtiæ, quẽ serio debemus parẽtibus, quẽ præ cæteris quos recensuimus, mire seruauit in suo patre Ioseph ille innocẽtissimus. Audis enim q̃ fuerit insidianter ipse venditus in Aegyptum, deinde tandẽ prouidẽtia sublimatus, vt esset primus post regẽ: quanto honore prosequutus sit patrẽ, descendentem ad se in Aegyptum, quanta celebritate in Aegypto defunctũ extulerit, ac ad patres in terra Chanaan apposuerit, ac sepelierit? Debemus autẽ benefaciẽdo diligendoque sic adfecti esse parẽtibus, vt quantumcunque bene fecerimus ipsis, nunq̃ nos fecisse satis existimemus, quãdo ꝓpter eorũ in nos amorẽ & multiplex beneficium, non possumus ipsis nec deo reddere paria vnquam. Gene.46 Gene.47 48

At in-

At inquis:quur deus per scripturam tantopere præcipit nobis, vt honoremus parentes nostros vsqueadeo, quū Christus alibi dicit, eum nō esse suum discipulum, qui venit ad ipsum, & nō odit patrem suum & matrem, quoq; venit separare hominem aduersus patrem suum & aduersus matrem suam? &c. (Luc.14, Mat.10)

Respondendum est, Christum seipsum inibi interpretari, & velle, ne homo plus amet patrem vel matrem, q̄ ipsum, adeoq; deum, quē non modo plus q̄ parentes, sed & plus q̄ vitam nostrā diligere debemus, dicente ipsomet Christo: Qui amat patrem aut matrem plus q̄ me, non est me dignus. (Matt.10) Distinguit vtiq; dn̄s eo in loco gradus dilectionis, quorum primus est ad deum adeoq; Christum ipsum, secundus ad parentes, & deinceps ad alios dirigēdus. Nam quur non plus q̄ parentes, deum diligamus, quū ei gratiam pro parentibus nostris debeamus? Diligimus autem parētes plus q̄ deum, quando eorum gratia quid facimus contra deum & eius mandatum. Id quod minime facere debemus, quū sit scriptum: Oportet deo magis obedire q̄ hominibus. (Acto.5) Quoties igitur parentes volunt nos a deo vel ab eius lege quoquo modo auocare, toties debemus eos odio habere, non odio persequutionis, nō crudelitatis, sed dissimulationis pietatis: illosq; modeste propterea alloqui, & cum Christo dicere: Nescio vos, nescitis, quia oportet nos esse in ijs, quę patris nostri sunt? (Luc.2) Absit igitur vt vel cogitemus quidem Christum docuisse vel voluisse, filios amarulento odio parentes persequi debere, qui de seipso dicit: Discite a me, quia mitis sum & humilis corde. (Matt.11.)

In primis debet nos ad amandum parentes prouocare & cogere præceptū domini, quod nunquā transgredit absq; æterna damnatione, si non fuerit sequuta pœnitentia, prout in frontispicio declarationis decalogi diximus.

Secundo, ipsa promissio boni etiam temporalis, quā deus singulariter præcepto de honorandis parentibus adiecit. Atq; propter eam Paulus ait: Honora patrem tuum & matrem tuam, quod est mandatum primū in promissione. (Ephe.5, Col.3) Ante quem scriptura longe antea dixit: Honora patrem & matrem, & superueniet tibi benedictio tua a deo, & manebit. (Eccle.3)

Prima vero promissa benedictio, est q; honorans parentes, exauditur in suis oratiōibus. Qui em̄, ait scriptura, honorat patrē, in die oratiōis exaudiet. (Ibidem.)

Secundā, quia diu viuet in terra, & quidem bene, dicente dn̄o deo: Honora patrem tuum & matrem tuam, & eris longæuus in terra. Quem Moses sequens, ait: Honora patrem tuum & matrem tuam, sicut præcepit tibi dominus deus tuus, vt longo viuas tempore, & bene sit tibi in terra. (Exo.20, Deut.5) Quod deinde Paulus repetit, inquiēs: Honora patrē tuum & matrē, quod est mandatū primum in promissione, vt bene sit tibi, & sis longæuus super terram. (Ephe.5, Col.3.)

Tertia, quia iucundabit in filijs, scriptura dicente: Qui honorat patrē suū, iucundabit in filijs, & in die orationis exaudiet, & vita viuet longiore. (Eccle.3)

Tertio debet nos ad amandum parentes cogere ipsa natura, quæ non modo gentibus, teste Valerio, tacitis viribus charitatem parentū, liberorū pectoribus infudit, sed & ipsis brutis animalibus, cuiusmodi sunt aquilæ & ciconiæ, quæ suos parentes senio confectos, instar pullorum educare solent.

De gen

De gentibus suffecerit scire pœnam, quam olim Scythæ, gentiū alioqui barbarissimæ, statuerunt in eos, qui parentes inhonorauerāt: nempe quos consuerunt in culeū, addita simia & serpēte, & in mare dimerserūt. Voluerūt enim ipsos parētes secūdum deos proxime venerandos esse.

Iam quur ipsi nollemus honorare pro cūctis viribus parentes, qui debemus ethnicis, teste dño, meliores esse, quū legē habeamus & Euangelion? Matth. 5.

Postremo debet nos cogere ad amandū parētes, & ad eos honorādum, nō modo pœna æterna, sed & temporalis: quādoquidem benedictio, de qua paulo ante, quæ fit parentes honorantibus, vertitur in maledictionem eis, qui parentes inhonorant, dicente scriptura: Qui affligit patrē & fugit matrem, ignominiosus erit & infelix. Id quod præ cæteris apparuit in ipso Cham, qui quoniam patrē Noe obiter ex vino, nuper incœpto, ebrium factum, & denudatū deriserat, ita fuit maledictus, vt perpetuo cœperit esse exul & seruus: vnde q̃que volunt om̄em cœpisse seruitutem, quæ non fuerat antea. Quinimo scriptura subindicat, eum plerunq; in furca suspēsum iri, qui parētes inhonorat, quum dicat: Oculum qui subsannat patrem, qui despicit partum matris suæ, suffodiant eum corui de torrētibus, & comedant eum filij aquilæ. Solent em̄ huius generis volucres, in patibulo suspensis oculos primo effodere, carnesq; illorum deuorare, sicut olim contigit alteri eunucho pistori Pharaonis, iuxta somnij interpretationem ipsius Ioseph incarcerati. Pro. 19. Gen. 9. Pro. 30. Gen. 40.

Ex ijs modo colligimus, deum vix aliud sub cœlo peccatum æque cum peccato abusiōis sui nominis & adulterij punijsse, punireq;, q̃ peccatum inhonorationis parētum, quos propterea secūdum ipsum deū proxime honorare debemus amore, reuerētia & obediētia, scriptura dicēte: In opere & sermone & om̄i patiētia honora patrem tuum, vt superueniat tibi benedictio a deo. Eccl. 3.

Interea vero parētum quoq; est, hoc ipsum quod debent, vicissim præstare suis filijs. Primo debent eos non modo diligere, quod naturale est, sed & recte diligere: qualiter diligunt, vbi nihil mali permittūt eis ob inordinatum erga ipsos amorem. Id quod nō esset verè diligere, sed odio potius habere, qua sic; filijs gladium permittere, quo tandem sibi malum inferrent, & parētibus vna: quemadmodū legimus factū cum Heli patriarcha & eius filijs, quibus q̃niam ille propter inordinatā dilectionem plus nimio indulserat, cœperūt cum tempore fieri rebelles, & contra patris volūtatem belligerari. Quibus in bello trucidatis, & allato de morte ipsorum nuncio, pater ipse ex subito mœrore cadēs e sella, fregit collum, & mortuus est. Tit. 2. 1. Re. 2. 3.

Secundo debent eos per se vel per alios, vtpote pædagogos, maximeq; catholicos cōcionatores instituere, & in duabus præcipue rebus. In primis, in recta erga deum fide & dilectione, & in fidei bonis operibus. Id quod primi parentes Adam & Eua, suos duos filios primum docuerunt, nēpe quatenus cœli numē venerarētur etiam cum sua substātia. Vnde factum, q; Abel, quia pastor erat, deo agnos præcipuos obtulerit: Cain vero, quia fuerit agricola, fruges terræ dederit eidem in holocaustum. Profuerit igitur in primis om̄ium, filios docere symbolum apostolorū, orationem dominicam, & salutationem Gen. 4.

Luc.1. angelicã, in qua describitur principalis articulus nostrę fidei, de incarnatione
Lucæ 2. videlicet filij dei. Cuius & ipse nobis exẽplum reliquit, quũ natus duodecim annos, in templo sedẽs, legisperitos & doctores de rebus diuinis audiuit, & re-
Iac.2. spõdit, arguẽs, liberos esse primũ docẽdos in rebus diuinis, cuiusmodi sunt fides & opera fidei, quæ sine illis est mortua. Deinde debẽt eos dehortari a peccato, cogereq́ꝫ vt abstineãt ab omi peccato: id quod est, omẽ q̃d cogitaẽ, dicitur & agitur cõtra deum & eius volũtatem. Quod exequutus est ipse senior
Tob.2. Tobias, ad filium dicẽs: Audi fili mi verba oris mei, & ea in corde tuo quasi fundamentum construe &c. Omibus diebus vitæ tuæ in mente habeto deũ, & caue ne aliquãdo peccato consentias, & prætermittas præcepta dei nostri. Pauperem quidem vitam gerimus, sed multa bona habebimus, si timuerim' deum, & recesserimus ab omni peccato, & fecerimus bene. Profuerit autem hac parte vehementer, vt filij doceantur decalogum, & verum huius intellectum. Ad quem dñs vbiq; cohortaẽ, vt docuimus in pfatione huius libri.

Tertio debent parentes educare filios in omni disciplina & correptione, p-
1.Tim.6. bere illis donec indiguerint, alimenta, quibusq; tegantur vestimenta, dicen-
Eph.6. te Paulo: Educate illos in disciplina & correptiõe domini. Nec enim vere di-
Eccl.7. Heb.12. ligit filium (dicit scriptura) pater, qui non corrigit ipsum.

Tobiæ 1. Quarto debent eos statim ab infantia (vti Tobias fecit) erudire, educare, & corripere, ne alioqui seniores facti, rebelliõeq́ꝫ postea indurati, nullo pacto flecti possint: redũdetq́ꝫ non modo malitia eorũ in ipsos, sed & habeãt ab eis calamitatẽ & mœstitiã, a quibus deberẽt habere gaudiũ & solatiũ, iuxta scri-
Prou.10. pturã dicentẽ: Filius sapiens lætificat patrẽ, & eius est gloria. Atq; hoc est, q̃d
Prou.19. Eccle.7. tãtopere monet scriptura, ingens: Filij tibi sunt? erudi illos, & curua illos a pu-
Prou.29. eritia eorũ. Puer q dimittiẽ volũtati suę, cõfundit matrẽ suã. Siquidẽ filij iam seniores & duriores in malitia facti, facilius frãgantur & citius, q̃ corrigãtur, queadmodũ videmus in virgis, quas, cũ teneræ sunt, facile q̃ volumus, flectimus: quas iam adultas, citius frãgimus q̃ reflectimus. Vti quoq; videre est in equis, q̃s iuxta voluntatẽ nostrã facile docemus, quũ sunt iuuenes: nequaq̃ ve-
1.Re.3.4. ro, vbi iam senuerint. Id q̃d si quondã Heli, vir alioq pius, fecisset cũ filijs suis, habuisset eos viuens fortasse viuẽtes cum gaudio. Id quod etiamnum si fe-
2.Reg.13. cisset Dauid in filijs suis Absalon & Amon, non vsq; adeo per eos, deo pmittente, propter ipsius conniuentiam, perturbatus fuisset, cordolioq; contristatus. Sunt igitur filij statim corripiendi & instituendi a parentibus.

Quinto debent ipsi parẽtes in eiusmodi correptione tam in verbis, q̃ factis, habere moderamen, ne alioqui fiant ipsi facilius insensati, pusilloq; animo, q̃ meliores. Volunt enim nonnulli duci potius q̃ trahi, nonnulli verbis magis q̃
Ephe.6. Col.3. verberibus informari. Et hoc est quod Paulus ait: Vos patres, nolite ad iracundiam prouocare filios vestros, vt non pusillo animo fiant.

Sexto debent filijs sua bona non dilapidare, siue ludẽdo, siue crapulãdo, si-
2.Co.12. ue ociando, siue alio modo male viuẽdo: verũ, teste Paulo, sic illis ea thesaurizare, vt post eorũ mortẽ saltem habeãt, vnde possint ad necessitatẽ habere, q̃ sustentari incipiant, & eo honestius viuere. Quibus non existentibus, melius

crit,

erit, vt omnia largiatur dei nomine in pauperes, quam thesaurizare, quum locus esset alioqui psalmistæ, dicenti: Thesaurizat, & ignorat cui congregabit ea. Luc.11. Lucæ 16. Psal.38.

Postquam diximus, quomodo oporteat filios honorare parentes carnales amore, reuerentia & obedientia, quidque vicissim præstare parentes oporteat illis: ordo nunc exigit vt dicamus, quo pacto oporteat nos honorare patres spirituales, inter quos dubioprocul primum locum obtinent presbyteri, presertim qui nos dei verbo, quæ vere spiritus sunt, synceriter perdocent. Atque nimirum quando sunt ij parentes animæ, profecto non modo sunt æque cum carnalibus parentibus honorandi, sed hoc quidem quam carnales magis, quam spiritus est carne præstatior, & quam præstat anima corpore. Quam vero præstat hæc illo, Christus aperto declarat, inquiens: Nolite timere eos qui corpus occidunt, animam autem non possunt occidere: sed potius timete eum, qui potest & animam & corpus perdere in gehennam. Et paulopost: Quid prodest, inquit, homini, si vniuersum mundum lucraretur, animæ vero suæ detrimentum pateretur? Aut quam dabit homo commutationem pro anima sua? Si quidem bene cesserit animæ, sicut principali: non poterit male cedere corpori, tanquam successorio. Mat.10. Mat.16.

Debemus igitur sine controuersia parentibus nostris spiritualibus, vtpote qui nos in spiritualibus educant, quæ debemus carnalibus, amorem videlicet, reuerentiam & obedientiam.

Primo quidem debemus eos præcipuo quodam dilectionis affectu diligere, prout Galatæ quondam Paulum, spiritualem parentem, dilexerunt, qui (teste ipso) sic eum dilexerunt, vt etiam, si fieri potuisset, oculos suos eruissent, & dedissent ei. Iam vero, quum (teste Iohanne) non debeamus lingua modo & verbo, sed & ipsa veritate, adeoque re ipsa diligere, oportet vt amantes, in primis eorum necessitati succurramus: vtque ipsis, quæ ad victum pertinent, idque abunde & libenter & ex animo, suppeditemus, memores, teste Paulo & ratione, neminem stipendijs suis vnquam militare: meritoque manducare de lacte gregis, qui pascit gregem: esseque, saluatore dicente, dignum mercede sua mercenarium, maximeque quod & lex vetus præcipit, non alligandum esse os boui trituranti. Id quod vtique non de bobus, sed de hominibus dictum constat. Cuius causa dominus ipse iampridem disposuit, vt eis in vitæ necessitatem debeantur suę & decimæ & primitiæ, per scripturam dicens: Honorifica sacerdotes, & da illis partem, sicut mandatum est tibi, primitiarum & purgationis. Et quur etiam non ex animo dederimus illis loco dei, quod non nostrum, sed dei est, maxime quod etiam parum est, vt demus eis temporalia, quum recipimus ab ipsis spiritualia, temporalibus longe meliora? presertim quod & ipse promittat decimas soluentibus, pluuias & benedictionem in abundantia, fructumque a periculo, & vineam a sterilitate se custoditurum: fame vero se & penuria, terræque sterilitate, negantem decimas puniturum. Dicit enim: Inferte omnem decimam in horreum meum, & sit cibus in domo mea, & probate me super hoc, dicit dominus: si non aperuero vobis cataractas cœli, & effudero vobis benedictionem vsque in abundantia &c. Sed quid multa? Disponit vtique ius diuinum, spiritualibus parentibus, vtpote sacerdotibus, deberi decimas & primitias, & si quid est reliqui, iuxta morem regionis. Gala.4. 1.Iohan.3. 1.Co.9. Luc.10. Deut.25. 1.Cor.9. Eccl.7. Leu.27. 1.Cor.9. Mal.3. Malac.3. Ex.22.23 Leu.27. Num.18.

Ex hoc sane nunc constare potest, quod non modo contra deum & eius verbum pec-

cent,qui tāto odio persequuntur presbyteros, vt non modo non eis præstent quod om̄i iure debent,sed ab eis clam palamq́, quasiq́ violenter,quod ipsorum est,eripiunt:sed & nocet toti cōmunitati,quę propter illorū peccatum in om̄em nō solum corporis,sed & animæ pauperiē & esuriē & famem vergit: quippe quæ nunc pene nō habet,qui sibi ministret cibum sp̄ualem, q̄d est sacramētum q̄dlibet,adeoq́ verbum dei,vnde viuit homo, nō solum ex pane hoc materiali. Futurum propterea veremur,vt rursum propter illos verum fiat,q̄d Christus dicebat:Messis quidem multa,operarij autē pauci.Sed quorum culpa?Vtiq́ eorum,q denegāt eis quæ debēt,vel certe falso præstant.

Deut.8. Matt.9. Luc.10.

Secundo debemus parentibus nostris spiritualibus non vulgarem,sed singularem reuerentiam,ob munus quidem & ministerium,quod in ecclesia gerunt:id quod omnes homines oportet, vt summa cum veneratione & pietate venerētur:ac operam dent,vt cōseruetur ac ornetur, q̄ nihil sit nisi repræsentatio eius ministerij,quod gessit Christus,ipso testante quū ait:Sicut misit me viuēs pater, & ego mitto vos. qui audit vos,me audit: qui spernit vos,me spernit.Cuius causa Paulus ait:Rogamus autē vos fratres,vt noueritis eos q laborant inter vos,& qui pręsunt vobis in domino, & monent vos,vt habeatis illos abundantius in charitate:hoc est,summo in precio.

Ioh.6.20 Matt.10. 1.thes.5.

Sed sunt qui dicant:Veneremur vtiq́ oportet,qui nos docent dei verbum & eius voluntatem, quiq́ bonæ sanctæq́ sunt conuersationis.

Respondeo, non modo prædicatores, sed & cęteros sacerdotes venerādos esse. nec em̄ deus vnicum cōtulit om̄ibus talētum, sed singulis singula dedit talenta,diuisitq́ singulis gratias iuxta vniuscuiusq́ virtutē:quod & Paulus alibi confirmat. Atque ob id pleriq́ omnes sunt venerandi, dicente Paulo: Qui bene præsunt presbyteri, duplici honore digni habeātur, maxime qui laborant in verbo & doctrina. Præterea tam boni q̄ mali sunt venerandi,nō vtiq́ propter eorum personas,sed ob eum,scilicet Christū, cuius officio funguntur & legatione.Id quod vbi,pariterq́ exteriora signa,cultumq́ exteriorem considerauerimus in sacerdotibus,profecto facile pro loci temporisq́ ratione, præferendos etiam censuerimus ipsos sacerdotes parentibus carnalibus, vtpote in quibus diuinam quoq́ maiestatem præsentissimam licet contemplari,quum omnis eorum functio nihil sit,nisi ipsius diuinitatis repræsentatio,personæq́ Christi ipsissima exhibitio.Quod enim dominus dixit,Qui vos recipit,me recipit:qui vos spernit,me spernit: non ad bonos solum discipulos,sed & ad proditorem Iudam, qui fur erat & auarus: nec solum ad tum præsentes,sed & ad omnes eorum ordinis futuros, dixit, ipso dicente: Quod vobis dico,omnibus dico.Et recte nimirum: si enim dominus quæ loquutus est, dici voluisset duntaxat suis tum discipulis præsentibus, non etiam futuris,iampridem nobis nec eius fides, nec ecclesia, nec doctrina fuisset, quoniā dudum obierunt mortē duodecim apostoli, in quorū vtiq́ locū successerunt episcopi & pleriq́ sacerdotes omnes,qui sunt æqualiter honorandi.

Mat.25. 1.Cor.12. 1.Tim.5. 2.Cor.5. Mat.10. Iohā.12. Marc.13.

Atq́ hoc est, q̄ Paulus haud parum doluerit,q̄ paulo durius alloquutus fuerat(& quidem ignoranter)Ananiam principem sacerdotum, quanuis im

Acto.23.

pro

probum,dicens:Nesciebam,fratres,quia princeps est sacerdotum. Scriptum est enim: Principem populi tui non maledices. Exo. 22.

Q̃ vero expediat colere sacerdotes, regibus in exemplis Ioas & Oziæ fit perspicuum. Hi enim Iuda reges,tantisper pietatem coluerunt,donec obseruarunt sacerdotes:quum primum vero a cultu sacerdotum defecerũt, a dei quoq; cultu ad externam impietatem desciuerũt, futuri deniq; pauperes & inglorij,quales non fuere Ezechias,qui Esaiã:& Dauid,qui Nathan & Gad,idq; genus ceteros prophetas & sacerdotes summopere charos habuerũt,q̃re similis fuit rex Iosaphat,cui ꝓpterea & populo suo deus singularit̃ ꝓpicius fuit. 4.Re.12. et 12. 2.Pa.23. 4.Re. 4. 2.Pa. 6. 2.Re. 12. Eccl.48. 2.Re.24. 2.Pa.20.

A quibus haud alieni fuerunt in nouo testamento Constantinus & Carolus Magnus, q̃bus intra aliq̃t cẽtenarios annorum vix alius Imperatorum & regum felicior fuit,tã quo ad cœlestia,q̃ q̃ ad terrena. Atq; hinc est,ꝙ Christiana pietas voluit ita sanctum esse & inuiolabile sacerdotium, vt qui huic vim fecisset, piorum cœtu excluderetur:pariq; cura datum, vt hic ordo primum inter homines locum sortiretur,magistratus & reges sacerdotibus loco cederent:nec vlli cogere vel capere fas esset, nisi pontificis permissu.

Iam vero vide, q̃ grauiter contra deum & hoc ipsius pręceptum peccemus, qui sacerdotes non modo Iudæis,quibus nihil est sub cœlo magis impiũ contra Christum & vniuersam ipsius fidem, æquiparamus: sed & eos inhonoratius q̃ Iudæos tractamus,principibus quidem viris conniuentibus non solũ, sed & ipsis hoc ipsum perpetrantibus. Vide autem & e diuerso,q̃ passim incipiat eorum decrescere autoritas,opulentia & veneratio, vt quos etiam suorũ pauci diligunt,nisi quo ad oculum:nec faciunt,nisi coacti,quicquam, ipsis interim nihil non a quouis exigentibus: nec quidem immerito, quoniam deus mentiri nequit,alibi dicens: Quicunq; honorificauerit me, glorificabo eum: qui autem contemnunt me, erunt ignobiles. Et hactenus de honore sacerdotum & prædicatorum,parentum videlicet spiritualium. 1.Re.2.

Tertio debemus nostris quoq; parentibus spiritualibus,vtpote episcopis, parochis,prelatis & ꝓdicatoribus,(vnicuiq; quatenus eius se extendit autoritas & iurisdictio)prorsus obedire. Obedite,dicit Paulus,præpositis vestris, & subiacete eis. Ipsi enim peruigilant, quasi rationem reddituri de animabus vestris. Nec solum debemus ipsis qui boni sunt, sed & malis obedire, Christo de malis presbyteris ac docentibus ex officio,ad nos dicente:Quæ dicũt, facite:secundum opera vero eorum nolite facere:dicunt enim, & non faciũt. Hebr.13. Mat.23.

Iam vero sicut ecclesiæ præsides duplicem clauem a Christo acceptam habere debẽt,potestatis videlicet,ac scientiæ seu discretionis:ita par est,vt ipsis, quod ad vtrãq; clauem pertinet,pareatur. Si ꝓinde publice criminosos,contumaces, ac ecclesiæ rebelles excõmunicatione illigant, censura ipsorum non aspernanda,sed modis om̃ibus obseruãda est, donec in ecclesiæ gratiam redeant excõmunicati,Christo dicẽte: Q̃ si nõ audierit eos,dic ecclesię:si autẽ ecclesiã nõ audierit,sit tibi sicut ethnicus & publicanus.i. excõicatus, ita nimirum,vt sit ꝓrsus extra fideliũ cõmunionẽ, vt æque nihil cõmercij cum eo sit habẽdum,atq; quondam Iudęis cum ethnicis, quibus Iudęi non coutebant. Ioh.20. Matt. 18. Iohã.4.

Gen.6.7. 1.Pet.3. 1.Cor.5. 2.Iohā.1. 1.Tim.1. 1.Cor.5. Tit 3.

Quinimo sic ipse est ĩ p̃iculo salutis, vti fuit olim, q̃ nõ fuit ĩ arca Noe. siq̃dẽ cũ eo, Paulo teste, nec est sermo cõferẽd⁹, nec cib⁹ sumẽd⁹, nec hospitãd⁹, nec salutãd⁹. Quã q̃dẽ excõicationẽ Paulus ex dñi v̾bo seruauit, q̃n Hymenæũ et Alexãdrũ hereticos, & eũ q public⁹ fuit fornicator, sathanę tradidit: q̃cq̃ hoc ipsũ Tito mãdauit, dicẽs: Hęreticũ hoĩem post vnã & alterã correptionẽ deuita, sciẽs q̃p subuersus est, &c. cũ sit ꝓprio iudicio cõdẽnat⁹. Insup nõ solũ debem⁹ obedire parẽtib. spũalib. in ijs, q̃ deus euidẽter in scriptura vel p̃cepit, vel ꝓhibuit: sed & in ijs, q̃ ipsi dei loco, ad ecclesię decorẽ, disciplinã et tranq̃llitatẽ cõstituũt et ordinãt: q̃n q̃dẽ paria sint cũ ijs, q̃ dñs p̃cepit, queãdmodũ Paulus ęque voluit sua statuta seruãda, dicẽs: Nõ eñ hoĩem sp̃nit, sed deũ, q̃ sp̃nit hęc. Hinc ipse perãbulãs Syriã & Ciliciã, & cõfirmãs ecclesias, serio pręcepit custodiri p̃cepta ap̃lorũ & seniorũ. In ijs sane oĩbus haud hũana autoritas, sed inobediẽtia nos peccato inuoluit, & ipsum q̃cq̃ scãdalum facit violatores cõstitutionũ reos, corã quidẽ deo. Id q̃d resciẽs gloriosiss. Imp. Theodosi⁹, humilime suscepit excõicationẽ & pœnitẽtiã a S. Ambrosio, episcopo tum Mediolanẽ. nec ecclesiã intrare ausus est, donec ab ipso S. Ambrosio ingredi p̃missus fuit: q̃n quidẽ peccauerat, quũ fere quinq̃ millia hoĩm iusserat interimi in ciuitate Thessalonica, quoniã orta seditione quidam iudices a populo fuerãt lapidati: nempe non discernẽs nocẽtes ab innocentibus, imꝑator alioq̃ vere sanctus & deo dilectus, ꝓut Claudianus poeta de ipso sic cecinit:

1.thes.4. Act.15. Lege Historiã tripartitã.

O nimiũ dilecte deo, tibi militat ęther, Et cõiurati veniũt ad classica vẽti.

Superest igitur, vt ex hoc quarto dei præcepto, nõ solũ de p̃ribus nr̃is carnalibus, sed & de spũalib. bene sentiam⁹ & loq̃mur, eosq̃ reuerẽter amemus & tractemus, ac oĩ officij gñe vel hoc etiã magis q̃ parẽtes carnales ꝓseq̃mur, q̃ melior est aĩa corpore, vitaq̃ ęterna p̃stabilior vita tẽporali, quã p carnales parẽtes accipim⁹, illã vero p spũales, vtpote q̃a nos p euãgelion & sacramẽtorũ administrationẽ, in nouã generãt infantiã, pq̃ dei verbũ gignunt, queãdmodũ Paulus ait se Corinthios genuisse p euãgeliũ, q̃s ob id filios suos appellat.

1.Cor.4.

Nũc vero vicissim spũales parẽtes suis filijs spũaliter præstare debẽt, q̃d illi magis carnaliter p̃stãt. Primo debẽt eos nõ modo diligere, sed & recte & vere diligere, nihil illis mali p̃mittere ꝓpter inordinatũ in eos fauorẽ & amorẽ: nec eis dicere placẽtia, q̃ carni videlicet, nõ spũi, placẽt, q̃liter facere solẽt pseudo euãgelici, q̃ velut Petrus attestat̃, magistri mẽdaces, sectas p̃ditiõis introducũt, p q̃s verbũ veritatis blasphemat̃, & in auaritia verbis fictis de hoibus negociant̃. Id q̃d vt subtilius aliquãto ꝑpetrẽt, indiscriminatim p̃mittũt oĩa, nõ diligẽtes, sed odio potius suos habẽtes. Secũdo debẽt eos docere in reb. plane diuinis, in fide vtpote in deũ, & bonis opibus, q̃ fides p charitatẽ operat̃ erga deũ & hoĩem, vnicuiq̃ dicere cũ Dauide ꝓpheta: Declina a malo, & fac bonũ: & cũ Chr̃o simul, Hoc fac, & viues. Ita q̃dẽ Paulus, excellẽs ille pat̃ spũalis, in p̃sona Titi dicit ad vnũquenq̃ p̃dicatorẽ: Tu loquere q̃ decẽt sanã doctrinã: senes, vt sobrij sint, pudici, prudẽtes, sani in fide & dilectiõe, in patiẽtia: anus similiter in habitu sancto, nõ criminatrices, nõ multo vino seruiẽtes, bñ docẽtes, vt prudentiã doceãt adolescẽtulas, vt suos viros amẽt, filios suos dili

Esa.30. 2.Pet.2. Galat.5. Psal.36. Luc.10. Titi 2.

diligāt,curā domus habētes:iuuenes similiter hortare,vt sobrij sint. In summa debēt eos docere p verbū dei verū,nō adulteratū,qle docēt hæretici, peruertētes bonū illius sensum ad omnē malitiā,causa existētes tātæ nunc vbiq; leuitatis & perfidię. Tertio debēt eos educare,spūaliterq; nutrire & alere in omni disciplina & correptiōe dñi. Nutrire,dico,debēt eos,cibo videlicet spūali,qualis est dei verbum,quo viuit homo,nec in solo pane,nempe ad vitā eternam. Id quod proinde dñs semini cōparauit,quod sicut ī semine principium est corporeæ vitæ,sic principium totius spūalis vitę,est in ipso dei verbo, sine quo nequit haberi fides,qua viuit iustus,s. ad æternā vitā. Cuius argumento dominus aliquādo virtute sui verbi nonnullos aliqdiu sine terreno pane sustentauit,vt dubio procul auditores ipsius verbi sens-runt,qui verbum dei deuotius audientes,aliquātisper haud esurierunt. Ita Moses dei colloquio sine cibo materiali credit quadraginta diebus & noctibus esse sustētatus in monte Sinai. Ita quoq; verbi virtute Helias totidem dies ac noctes creditur sustētatus vsq; ad montē dei Oreb:& ipse q̄q; Heliseus socios suos herbis agrestibus nutriuisse. Ita quoq; virtute diuini verbi quondā populus citra famē triduo Christū prædicātem sustinuisse creditur. Nutrire ,pinde hoc verbi spirituali cibo debēt ipsi parentes spirituales, suos spirituales filios. Deindeq; corripere in ijs,q̄ male vel cogitāt,vel dicunt,vel faciunt, nec ad ea cōniuere. Id quod illis tenderet in perniciem & suā & illorum,pcæcipiente ac dicente dño deo ad vnūquenq; prædicatorem:Clama,ne cesses. quasi tuba exalta vocem tuā,& annūcia populo meo scelera eorū, & domui Iacob peccata eorum. Fili hoīs,speculatorem dedi te domui Israel, & audies de ore meo verbum, & annunciabis eis ex me. Si dicēte me ad impiū,morte morieris, nō annunciaueris ei,neq; loquutus fueris,vt auertaт a via sua impia,& viuat: ipse impius in iniquitate sua morieт,sanguinem autem eius de manu tua requirā. Si autē tu annunciaueris impio,& ille non fuerit cōuersus ab impietate sua,& a via sua impia:ipse quidem in impietate sua morietur,tu vero animā tuā liberasti. Atq; hoc est,quod excellēs ille prædicator Tarsensis,adeo serio hortatur Timotheum,& in persona ipsius quemlibet episcopū & p̄dicatorem,dicens:Testificor corā deo & Iesu Christo,qui iudicaturus est viuos & mortuos,& per aduentum ipsius & regnum eius:Prædica verbum: insta opportune,importune:argue,obsecra,increpa in omi patiētia et doctrina. Erit em̄ tēpus,qñ sanam doctrinā nō sustinebūt,sed ad sua desideria coaceruabūt sibi magistros,prurientes auribus: Et a veritate qdem auditū auertēt,ad fabulas aūt cōuertent. Tu vero vigila,in oībus labora. opus fac euangelistę, ministeriū tuū imple,sobrius esto. Debēt ,pinde cōcionatores &,episcopi prædicātes,in rephendēdis criminibus vehemētes & acres esse,qñ sint ,ppterea cōstituti, q̄tenus annuncient populo scelera eorū:vtq; more bonorū patrūfamilias,irascanт,et(docēte Dauide)nō peccēt. Id q̄d vt facere possint,obseruare debēt aliqt cōditiones.

Prima est, vt peccātes odio perfecto(sicut Dauid ait de se)odiant:id est,vitia,nō psonas,odio habeāt. Ita Chrs sępe inuectus est in Iudęos, dicēs tñ interim ad om̄eis:Venite ad me om̄es qui laboratis,& onerati estis,& ego reficiā vos.

Deut.8. Matt.4. Luc.4. Mar.1. Matt.13. Luc.8. Ro.10. Abac.2. Rom.1. Matt.15. Mar.8. Exo.24. 3.Reg.19. 4.Re.4. Matt.15. Marc.8. Ioh.6. Esaiæ 58. Eze.3.33. 2.Tim.4 Esaiæ 58. Psalm.4. Psal.138. Matt.23. Matt.11.

vos. Tollite iugũ meũ super vos, & discite a me, q̃a mitis sum & hũilis corde.

Secunda est, vti personas, quarum crimina non sunt publica, veluti publica adulteria, nõ neq; proprie, neq; nominatim perstringãt: sed imitẽtur Christum episcopum, qui Iudam noluit publicitus corripere sui furti & traditiõis. Sin personæ sint plane notoriæ in criminib⁹, nec ab eis cessare voluerint, tum dicere poterunt ecclesiæ, domino dicente, & quidem publicitus & generatim peccata omnium recte corrigere, prout sæpenumero Christus summus ecclesiastes fecit. Cuius causa Paulus ad Timotheum & quẽlibet prædicatorem dicit: Peccantes coram omnibus argue, vt & cæteri timorem habeant. Sic ipse fornicatorẽ istum Corinthiũ, resipiscere nolentẽ, publice excõmunicauit.

Mat.26. Mar. 14. Luc.22. Ioh.12. Matt.18. Mat.23. 1.Tim.5. 1.Cor.5.

Tertia est, vt pro loco, tempore, materia, non habeant in corripiendo rationem personarũ, nec in genere tãtum turbam, sed & superiores ipsos, nempe reges, duces & principes, & id genus quascunq; potestates, maxime præsentes, peccati arguãt, modeste tñ et reuerenter, vtpote q̃ deus hãc illis dedit potestatem, dicens: Ecce, inquit, dedi verba mea in ore tuo: ecce constitui te hodie super gẽtes & super regna, vt euellas, & destruas, & disperdas, & dissipes, & ędifices, & plãtes. Cui⁹ memor Helias, quũ p̃dicãdo defensauerat, p̃phetas, p̃ vitate & iustitia p Ieçabel reginã ab Achab rege trucidatos, & ipse rex Achab indignabũde diceret ad eũ, Tu ne es ille q̃ cõturbas Israel? regẽ serio corripuit, & dixit: Nõ ego turbaui Israel, sed tu & dom⁹ patris tui, q̃ dereliq̃stis mandata dñi, & sequuti estis Baalim &c. Et huius q̃q; memor Iohannes Baptista, nõ veritus est ad Herodẽ dicere: Nõ licet tibi habere vxorẽ fratris tui. Quin imò & ipse Christus libertime scribas & phariſęos & principes sacerdotũ & populi, arguens & increpãs, inter cętera væ ęternum illis minatus, ait: Væ vobis scribæ & pharisæi hypocritæ, qui clauditis regnum cœlorum ante homines. vos eñ nõ intratis, nec introeuntes sinitis intrare. &c. Ita nimirũ quanuis sit in arguẽdo periculũ, nihilo secius tñ v̈bi ministros suo officio fungi oportet, ac omne corporale periculum veritati longe posthabere.

Hier.1. 3.Re.18. Matt.14. Mar.6. Matt.23. Heb.11.

Quarto parẽtes spirituales debent in corripiẽdis filijs suis adhibere talem modestiã, vt beneuolẽtia seueritatẽ vincant, parati dimittere peccanti nõ modo septies, sed & septuagiessepties: & cũ Christo paratiores esse ad absoluendum adulteram, ad frugem melioris vitæ reuertentem, q̃ ad cõdemnandum: modestiusq; corripere quoscunq; iuxta eorum conditionẽ: quippe vt docto re Paulo, seniorem non increpẽt, sed obsecrent vt patrem, iuuenes vt fratres, anus vt matres, iuuenculas vti sorores in omni castitate: principes, vt eos qui bus maledicere non licet: & secundum quæ præcipiunt & dicunt, facere: non autem secundum opera eorum, si male fecerint.

Matt.18. Ioh.8. 1.Tim.5. Exo.22. Acto.23. Matt.23.

Quinto debent parentes spirituales suis filijs thesaurizare, non res illas caducas & terrenas & transitorias, sed plane cæléstes, diuinas & æternas: cuiusmodi sunt piæ virtutes & bonæ operationes, quę procedunt ex vera fide per charitatem, solæ post mortem nobiscum mansuræ. Quas quidem debent eis colligere ex scripturis, ad quas propterea Christus remittit eos, dicens: Scrutamini scripturas, quia vos putatis in ipsis vitam æternam habere. Debẽt eñ

Gala.4. Apo.14. Ioh.5.

ipsi

ipſi docti illi eſſe ſcribæ in regno cælorum tanquam patresfamilias, qui pro‑ferant ſuis ex theſauro ſuo(id eſt,ex ſcriptura)noua & vetera:deq; eodē the‑ſauro,tāquam boni Samaritani,proferant duos denarios,id eſt, doctrinas ve‑teris & noui teſtamenti. Mat.13. Luc.10.

Deinde,& quidem maxime, debent ipſi ſuis eiuſmodi ſpirituales res & the‑ſauros colligere & exhibere ex ſua vere ſpūali vita,id eſt,bona ſanctaq; con‑uerſatione,ſequentes eum, Chriſtum ſ.Ieſum, ſummum parētem ſpiritualem, in quo ſunt omnes theſauri ſapientiæ & ſcientiæ, quas tam vita prius, quàm doctrina deinde ſuis diſpenſauit, & ſuos poſt ſe diſpenſare ſic voluit, inqui‑ens:Exemplum dedi vobis,vt quemadmodū ego feci, ita & vos faciatis. Ipſe vero,Luca teſte,cœpit facere & docere.Id quod plerique omnes facere debēt parentes, ſpirituales ſingulariter, quemadmodum Paulus vnumquenque in perſona Timothei hortatur,dicens:Attende tibi & doctrinę,exemplum eſto fidelium in verbo,in cōuerſatione,in charitate,in fide & caſtitate. Hoc enim faciens,& teipſum ſaluum facies, & eos qui te audiunt. Reliqua quę ſunt pa‑rentum ſpūalium, graphice docet idem Apoſtolus ad Timotheū & Titum. Col.2. Ioh.13. Acto.1. 1.Tim.4.

Poſtremo,quoniam diximus de parentibus ſpiritualibus, & ijs quidem ec‑cleſiaſticis, quo modo debeamus eos honorare, & quid ipſi viciſſim pręſtare ſuis obligentur: profuerit modo dicere & audire, quid debeamus ipſis laicis ſpiritualibus parentibus,cuiuſmodi proxime & ſecūdum ſacerdotes,ſunt ma‑giſtratus ciuiles,Imperatores, Cæſares, Reges, Duces, & id genus principes & gladij miniſtri:qui vſque adeo parentes ſunt ſpirituales,vt etiam cœpti fu‑erint olim dici patres patriæ, q; vti patres tueantur nos vt filios ſuos in omni bus,quę ſunt & ſpiritus & corporis,vim a nobis arcentes, vt tuti ſimus ab in‑iuria, efficientes.

Primo proinde diligamus oportet magiſtratus ciuiles,non verbo ſolum, vt de eis bene ſentiamus & loquamur,vti de ijs, quos deus ſuo loco voluit vſ que adeo delegatos eſſe in rebus illis ciuilibus,vt eos etiam dignatus ſit altiſ‑ſimo ſuo nomine,dicens ad ipſos: Ego dixi,Dij eſtis:ſed & ipſo facto, vtpo‑te vt præſtemus illis ad eorum neceſſitatem tributa, & reliqua quæ ſunt ordi nata ipſis, vtpote ſumptus neceſſarios. Atque recte nimirum, quoniam ſunt per quos ipſe dominus nobis haud vulgaria beneficia impartit, velut exter‑nam pacem,politicam ſocietatem, tranquillitatem publicam, legum ciuilium (ſine quibus vix Chriſtiana reſpublica conſtare poteſt)conſeruationē. Cui‑us cauſa Paulus adeo voluit eos a nobis amari, vt etiam velit nos pro eis ora re,dicens:Obſecro primum oīum fieri obſecrationes,orationes, poſtulatio nes,gratiarum actiones pro omnibus hominibus,pro regibus,& omnibus q in ſublimitate conſtituti ſunt,vt quietam & tranquillam vitā agamus in oīi pietate & caſtitate. Pſal.81. Rom.13. 1.Tim.2.

Secūdo debemus eis nō externa tātum reuerētiæ ſignificatione, ſed & ma‑gis animi iudicio ac voluntate cohoneſtare, quaſi illos in quibus dei eſt mini ſteriū.Hinc Petrus ait: Deū timete,regē honorificate.Quos iuſte reueremur noīe dños,quū deus ipſe dignatus ſit eos noīe deos,dicēs:Applica eos ad de‑os. 1.Petr.2. Exo.22.

1.Cor. 8. os. Hinc Apostolus ait: Siquidē sunt dij multi & dñi multi. q̄uis vnus sit tantum dominus omnium Iesus Christus, per quē natura sunt omnia, & nos per ipsum. Non est ergo vt dedignemur eos eorum titulis, iuxta temporis & loci rationem: quos vti præstare debemus ipsis, sic eos ipsi non ambire debēt ob humilitatem.

Acto. 5. Tertio debemus eis in om̄ibus quæ nō sunt cōtra deū supremū dñm, obedire: quādoquidē dñis & magistratibus proprie debet̄ obediētia, velut accipimus ex verbo Christi, dicētis: Quid aūt vocatis me, dñe dñe, & non facitis q̄ dico? Et ipse dñs alibi: Si ego, inquit, dñs sum, vbi est timor meus? Quare Petrus ait: Subiecti estote om̄i humanæ creaturæ propter deum: siue regi, quasi præcellēti: siue ducibus, tanq̄ ab eo missis. Quinimo Paulus adeo seuere præcipit de obedientia, vt doceat peccatū esse criminale, nō parere magistratibus & eorū mādatis, inquiens: Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit. Non est em̄ potestas, nisi a deo. quę autē sunt a deo, ordinata sunt. Itaq; necessitati subditi estote, non solū propter irā, sed etiā propter conscientiā. Q.d. Oportet obedire potestatibus, nō modo propter iram, id est, propter pœnam corporalem, qua magistratus plectit non obtemperantes, vindex in irā ei qui male agit, sed etiam propter conscientiā, hoc est, ne conscientia coram deo rea fiat. Qui propterea serio Titū monet, vt admoneat suos Cretēses, principibus & potestatibus subditos esse, dicto obedire, ad om̄e opus bonū paratos esse.

Luc. 6. Mal. 1. 1. Pet. 2. Rom. 13. Titi 3.

Dan. 3. Acto. 5. Debemus quoq; non solū obedire bonis & modestis principib⁹ in ijs quæ non euidēter sunt cōtra deū & eius verbū, sed & impijs, dyscolis, malis & indisciplinatis, dicente Petro: Serui, subditi estote in om̄i timore dñis, non modo bonis & modestis, sed etiam dyscolis, propter ministerium quod gerūt æque ex dei ordinatiōe, velut accipimus ex sermōe, quem dominus dixit Pilato, dicens: Non haberes potestatem aduersus me vllam, nisi tibi datum esset desuper. Qui præterea præcepit Cæsari, quālibet infideli, dari quæ Cæsaris sunt. Cuius etiam causa fuit ipse potestati seculari obediēs in ijs, quæ non debuit rigore iuris, soluens tributum. Sic legimus Baruch prophetam, & qui cum eo erant in Babylonia, captiuos, Iudæis qui residui adhuc erant in Hierusalē, scripsisse in hæc verba: Orate pro vita Nabuchodonosor, & pro vita Balthasar filij eius, vt sint dies eorum sicut dies cœli super terrā, & vt det dominus virtutem nobis &c. Si viri tam sancti, pro tam impijs potestatibus orarūt, quanto magis pro nostris Christianis magistratibus orare debemus, & eis obedire, qui nos manutenēt in vera nostra fide & religione vetere?

1. Petr. 5. Joh. 19. Matt. 22. Mar. 12. Mat. 17. Baruc. 1.

Primo autem ad obediendum magistratibus ciuilibus prouocare nos debet & cogere mādatum dei, qui mandat, vt audiuimus, q̄ ipsis obediamus.

Hebr. 13. Secundo, q̄ æque omnes grande pondus propter nos habent, quum de nostris animabus quoq; rationem certo sunt reddituri.

Rom. 13. Tertio, quoniam, nobis a deo sunt ministri, manutenētes nos gladio suo in religione, disciplinis, pace & tranquillitate publica, nos contra malos defendentes, & malos facinorososq; coercentes, vt sinant nos nostraq; bona in pace. Quod arguēs Petrus, ait: Subiecti estote om̄i humanæ creaturæ propter

1. Petr. 2.

deum:

deum:siue regi quasi præcellenti,siue ducibus tanquam ab eo missis ad vindi ctam malefactorũ,laudem vero bonorum. Quem sequitur Paulus,inquiens: Ministri eñi dei sunt,in hoc ipsum seruiẽtes. reddite ergo omnibus debita. Rom.13.

Quarto,quod ratio etiam naturalis admoneat nos obedientiæ,quum naturaliter,deo naturante sic disponente, creaturæ irrationabiles & insensibiles sibi mutuo obediunt,vt in suo esse & ordine conseruari queant, quum alioqui regnum omne in se diuisum,desolaretur. Ita videmus planetas minores obedire maioribus,solem ex domini præcepto semper ire de oriente in occidentem, splendescere per diem, & lunam per noctem. Sic videmus mare terminos suos non trãsgredi. Sic videmus terram producere fructus suos,aues canere, & reliqua quoque animantia statuto tempore & loco, deo & hominibus seruire:& alias quoque legimus,Christo præcipienti paruisse ventos & mare. Sic quoque videmus vnam auem cunctas ducere, grues scilicet & syluestres anseres,animalia quoque cætera irrationabilia & bruta suum sequi ducem,quippe apes in ministerio regi suo diligenter obedire. Iam vero charissimi,si creaturæ non solum irrationabiles,sed & insensibiles,ex dei ordinatione videamus habere cui pareant,quur ipsi minus obsequeremur nostris superioribus, tot modis admoniti & instructi? Psal.148. Mat. 12. Mar.3. Luc.11. Psal.148. Gen.1. Hier. 5. Pro.8. Math. 8.

Quinto,quoniam deus optimus,cui gratior est obedientia q̃ victima, benedicere dignatur obedientibus sibi & suum locum tenentibus,per scripturã dicens:Si audieris vocem domini dei tui, faciet te excelsiorem cunctis gentibus,& benediceris in agro. Nec mirum,quando obediens sit oportet humilis. Iam vero constat,exaltatum iri eum,qui se humiliat. 1.Reg.15. Deut.28. Baruc.1. Luc.14. et 18.

Sexto,quoniam non modo sit horrenda pœna,& ea quidem æternalis alibi,sed & hic temporalis,omnibus inobedientibus futura,prout exemplis scripturæ clarescit. Nonne,quia Adam fuit inobediens,peperit sibi suisque posteris omnibus perpetuum exilium: quinimo & mortem temporalem, pariturus & ęternam,nisi redemptorem ex misericordia reperisset Iesum Christũ? Nonne (quæso) Chore, Dathan & Abiron, cum suis omnibus complicibus viui sunt a terra absorpti, viuentesque descenderũt ad inferos,quia fuerint Mosi & Aaroni superioribus potestatib⁹ inobediẽtes & rebelles? Quid multa? Nonne semper male cessit inobedientibus potestati, prout non sine cordolio vidimus in rustico Lutheranorum tumultu, contra potestatem & ecclesiasticam & secularem? Id quod & eorum similibus esse futurum Moses arguit,dicens: Peribitis,si fueritis inobedientes. Et hoc est quod Paulus ait: Qui resistit potestati,dei ordinationi resistit. Qui autem resistunt,ipsi sibi damnationem acquirũt. Ita nimirũ rex alias Assuerus,voluit inobediẽtes gladio & igne occidendos,vt nõ solũ hominibus, sed etiam in via bestijs in sempiternũ pro exẽplo essent cõtemptus & inobedientiæ. Quapropter ex aĩo nr̃is potestatibus in oĩbus q̃ cõtra deũ nõ sunt,obediamus: nec solũ bonis,sed & p̃ se malis. Gene.3. Rom. 5. Nũe.16. Deute.8. Rom.13. Hest. vlt.

Sed quæris: Nunquid tyrannis eorum & malitia probanda est,semperque ferenda,quũ videamus multos magistratus citra necessitatem suis quotidie nouas tributi seu cẽsuum aggrauatiões imponere,popellumque nouis exactionibus

bus spoliare, nec interim subditis suis oculos saltem benignos ab ipsis exhiberi, sed quiduis mali eis imprecari, nec aliqua satiari istos seruitute? &c. Respondeo, barbariem & violētiam tyrānorum minime probari, maxime Christianorum: ipsos tamē propterea nō ilico cōtemnendos, sed patiēter ferendos esse, ne videamur Euāgelion habere velamē nequitiæ, sicut ait Petrus, ferendam quoque esse istorū tyrānidem, nō laudandam, mussitādamque violentiam.

Mat.10. 1.Pet.2.

Primo autem, vt istorū tyrannis aut tollatur, aut certe nomine dei facilius feratur, profuerit, vt ecclesiastæ, præsertim qui sunt aliqua prædiati autoritate, pro loco & tempore per dei verbū cum omni modestia corripiāt, erudiant, admoneant, arguāt, increpēt, & ad vitæ melioris frugem adducere pergant magistratus, cohortātes vt remittāt tyrānidem, memores & eos suum habere in cœlo dominū, cui certo sint reddituri rationes nō pro se solum, sed & pro suis: & quo pacto se gesserint erga ipsos. Qui nisi fuerint ethnicis induratiores, nec de sua salute, neque de dei mādato ratiōem habuerint aliquam, oportet vt nomine saltem dei verbi, cuius immēsa virtus est, māsuetiores fiāt & benigniores, quum vel ethnici reges diuino verbo, quod prophetæ detulerūt eis, singulari quadā reuerētia & religiōe paruerūt. Inter quos Eglon rex facile primus est, rex Moab, qui quum audijsset ab Aioth iudice Israel, Verbū dei habeo ad te, o rex, statim ille surrexit de throno suo. Cyrus rex Persarū potentissimus, mox vt audiuit verbum dñi ex ore Nehemiæ, remisit populū Israeliticum, captū in Babylōia, Hierosolymā: & redditis vasis sacris, templū iussit extrui. Nabuchodonosor mox vt audiuit ex ore Danielis verbum dñi, edicto decreto, præcepit, vt omis populus & tribus & linguæ adorarēt deum cœli. Rex Niniues maximus, mox vt audiuit verbum dñi ex ore Ionæ prophetæ, quo pœnitētiam ageret vna cū suis de peccato: mox surrexit de solio suo, abijciēs vestimētum suū, seque sacco cooperuit. Et ipse quoque Pilatus, vbi Christum verbum dei æternū dicere audiuit de superiore diuinaque potestate, quoque magis peccasset qui tradidisset eum, q̄ ipse, cogitauit dimittere Iesum, maxime quū intelligeret eum esse filiū dei, quāuis nō veri dei, sed ethnici cuiusdā.

2.Ti.4. Ephe.6. Heb.13. Iudic.3. 1.Esd.1. Dan.3. Ionæ 3. Ioh.19.

Secūdo, si tot monitis scripturarum & exemplorum (quod absit) tyrannidem remittere noluerint, profuerit vt deum precemur pro eis, quo ad meliorē mentem reuocētur. Id quod eo diligētius & libentius faciemus, si cogitauerimus, deum fortasse nobis eiusmodi tyrānos dedisse propter demerita & peccata nostra, quæ sic per malos magistratus punire vult: quandoquidem Iob testat, dñm sæpenūero regnare facere malos & hypocritas propter peccata populi.

Iob 34.

Tertio, si fuerint tales magistratus, q̄ subsunt alij magistratui supiori ipsis, qualis erat cēturio, cuius seruum dñs curauit, oportet vt cōfugiamus ad eundem superiorē magistratū, supplicātes vt opem ferat, quatenus succurrat contra tyrānidem. Qui si nec ipse (quod tamē ex officio debet) succurrit, neuter tamē magistratus ilico cōtemnēdus, nec murmurādum, multo minus mouenda seditio est, ne publica pax turbetur, ac in ea perturbatione iustus pereat cū iniustis, vt factū est in perniciosissimo isto rustico Lutheranorum tumultu.

Matt.8. Gen.18. Nūe.16.

Verum remittēda ad deū est vltio, qui nouit & modū & tēpus vltiōis cum isto-

istorum detrimento, cumq; nostro commodo, dicēs: Mihi vindictam, & ego retribuam eis. Cuius certe permissione fieri solet, vt quemadmodum nunquā finaliter bene cesserit seditiosis, ita nec tyrannis: quos vtiq; tandem sequuta est vltio mirabilis & horrēda, vel certe de vita tyranni sunt cito sublati, dicē te scriptura: Multi tyranni &c. & potentes oppressi sunt valde, & gloriosi tra diti sunt in manus alterorum.

Deut.32 Roma.12 Eccl.10 Eccle.11

Feramus igitur istorum mala patienter, memores, beatos esse qui patiunt ob iustitiam. Hæc est enim gratia, dicit Petrus, si propter dei cōscientiam sustinet quis tristitias, patiens iniuste: in hoc enim vocati sumus, quia & Christus passus est pro nobis, exemplum nobis relinquens, vt sequamur vestigia eius, qui tamen peccatum non fecit.

Matth.5 Luc.6 1.Pet.2

Quem sequuti sunt discipuli eius, qui & ipsi perpessi sunt ferocissimas tyrannorum persequutiones, & quidem patienter, ne videlicet alioqui remoraretur fructus euangelicus: memores verbi domini, dicentis: Beati qui persequutionem patiuntur ob iustitiam, quoniam ipsorum est regnum cœlorum.

Matth.10

Quia perinde diximus hucusq;, qualem dilectionem, reuerentiam & obedientiam nostris quasi spiritualibus parentibus, magistratibus scilicet prophanis siue secularibus, debeamus: videndum modo erit, quid ipsi vicissim nobis vti filijs debent.

Matth.5

Primo quidem, si nostri sunt ac dicuntur parentes, e diuerso debēt ipsi nos, vt filios, recte vereq; diligere, nimirū nihil nobis permittere, quod nobis obesse quoquo modo possit, sed modis oībus scelera corripere, & virtutes promouere, summatim nostrū, nō tantū suū cōmodū q̄rere, dānū vero auertere.

Secūdo, quemadmodū non obligantur nisi bene viuendo ipsi pro seipsis publice nos docere, quod presbyterorū est, ita tamen discere debent quæ deus a quoquam fieri velit, vt possint suos in vera fide & religione bonisq; operibus contra lupos rapaces defendere, bonumq; promouere, malumq; cohibere. Cuius gratia dicit ad eos propheta regius: Et nunc reges intelligite, erudimini qui iudicatis terram. Quapropter, quū Moses ex dei mandato populo Israel loqueret de regis electione, subiecit, inquiens: Postquam autem sederit, scilicet rex, in solio regni sui, describet sibi Deuteronomium legis huius in volumine, accipiens exemplar a sacerdotibus Leuiticæ tribus, & habebit secum, legetq; illud omnibus diebus vitæ suæ, vt discat timere dominū deum suū, & custodire verba & cæremonias, quæ in lege præcepta sunt.

1.Cor.10 Psal.2 Deut.17

Cuius olim memores pij reges, ijdemq; potentissimi satrapæ, non modo diligenter & frequenter verbū dei audierūt in synagogis & in templo, sed & discendi causa volūtatem domini ex scripturis, penes se doctos habuerūt, prophetas, scribas & Theologos. Dauid sane habuit Nathan & Gad, Ezechias Esaiam, Iosaphat inter cæteros prophetas & doctores habuit prophetam Iahasiel. Qui quidem plerisq; oēs exemplū reliquerūt successoribus, regibus & magistratibus alijs, vt præ cæteris deberēt audire dei verbū, vt possent recte gubernare, quemadmodū Salomon, quū rex iam factus esset, ita p̄cabat inter cætera: Domine deus, tu regnare fecisti seruū tuū pro Dauid patre meo.

2.Reg.12 4.Reg.20 4.Reg.24 2.Par.20 3.Reg.3

X Ego

Ego autem puer sum paruulus, & ignorans egressum & introitum meum, & seruus tuus in medio est populi, quem elegisti, populi infiniti, qui numerari & supputari non potest pre multitudine. Dabis ergo seruo tuo cor docile, vt populum tuũ iudicare possit, & discernere inter bonũ & malum. Quis em̃ iudicare potest populum istum, populum tuum hunc multum? &c.

Sunt igit̃ magistratus filij diaboli, imitatores impij Herodis, qui verbum dei nõ audiunt: quandoquidẽ iste habuit Christũ triennio summa cũ laude p̃dicantẽ, & in suo ipsius quidẽ territorio, & ipsum tñ nunq̃ dignatus est audire: gauisus aũt, qñ ligatus ad ip̃m duceret̃, cupiens ex multo tẽpore videre eũ, eo q̃ audierat multa de eo, & sperans signum aliquod videre ab eo fieri.

Iohan. 8
Luc. 23

Tertio debent ipsi magistratus, tanq̃ spirituales parentes, non nutrire quidem suos subditos, sed tamen eos apud eorum bona temporalia aduersus malos & iniustos manutenere, quo possint in suo labore & sudore pacifice viuere: similiterq; debent ipsos in omni disciplina & correptione educare, quo mali puniant̃, boni vero conseruent̃: quandoquidẽ ipsi sint, Paulo teste, debẽtq; esse timori mali operis, proptereaq; gladiũ portantes, vindices in iram ei qui malum agit. In qua quidem correptione & disciplina debent esse recti, iudicare secundũ legis æquitatẽ, personæ rationẽ non accipientes, vti Iudæi quondam summi sacerdotes, scribæ & pharisæi, qui in vna eademq; causa ferme Christũ damnabant, Mosen vero soluebãt. Ad quos propterea Christus aiebat: Nolite iudicare secundũ faciẽ, sed iustũ iudicium iudicate. Et recte nimirum, qñ dicat ad eos deus pater p̃ scripturã: Diligite iustitiã qui iudicatis terram. Vsquequo iudicatis iniquitatem, & facies peccatorum sumitis? Iudicate egeno & pupillo, humilẽ & pauperẽ iustificate, eripite pauperẽ de manu fortiorum eius, de manu peccatorum liberate egenum. Et rursus potestati dicit: Non facies q̃d iniquum est, nec iniuste iudicabis: nõ consideres personã pauperis, nec honores vultum potentis. Eheu, q̃ prorsus cõtemnitur hæc modo dei p̃ceptio, fieriq; solet q̃d S. Iacobus dicit: Si introierit vir, aureum annulum habẽs, in veste candida, introierit autẽ & pauper in sordido habitu, & intenderitis in eum, qui indutus est veste p̃clara, & dixeritis, tu sede hic bene: pauperi autẽ dicatis, tu sta illic, aut sede sub scabello pedum meorum: nonne iudicatis apud vosmetipsos, & facti estis iudices cogitationum vestrarum? Si em̃ personã respicitis, peccatũ cõmittitis, redarguti a lege tanq̃ trãsgressores.

Rom. 13
Acto. 10
Iohan. 7
Sap. 1
Psal. 81
Leui. 19
Iaco. 2

Et profecto quid sordidius, q̃ magistratũ accipere personã inter suos, vel corrumpi muneribus aut fauoribus? Quàm, quæso, sunt alieni ab eo, cuius sunt locum tenentes, qui personarum non est acceptor? Si sunt subditorum parentes indiscriminatim, quare non æque diligunt omnes, æque dignos dilectione? Quàm putes indigne ferrent filij, qui discernerentur a fratribus vti spurij? quantumuis nõ sint omnes in persona & gratia & dote pares, faciunt tamen æque omnes quod quisq; pro sua virili debet & potest, quum vel bruta diligant prolem æque omnẽ, licet conditione quandoq; dissimilem.

Acto. 10

Quarto debent ipsi magistratus in sua disciplina & correptione tale seruare moderamen, ne disciplina transeat in tyrannidem & crudelitatem, & quidẽ

vel ex odio, vel ex furore, vel sine causa, sed ex mera libidine & iniqua dominatione, non habentes etiam criminis rationem & circunstantiam, quæ profecto ponderanda est in omni vindicta & correptione.

Primo quidem debent esse memores, eius se esse locum tenētes, qui iustus est & æquus, nulli faciens nec iniuriam, nec violentiam, sed omnibus æque hominibus paternitatem suam non nomine solum, sed infinitis etiam paternis beneficijs ostendens, denicq̧ dicens: Nolo mortem peccatoris, sed magis vt conuertatur & viuat. Mat. 5.6 Ezech. 18

Secūdo memores esse debēt, & seipsos suis subditis esse ministros dei, quē pariter habēt in cœlo dn̄m, cui cogunt̄ suo tēpore seriam reddere rationē de suis actibus bonis siue malis. Atq̧ hoc est, q̄d Paulus quū seruos & subditos admonuisset, vt fideliter suis dominis obedirēt & seruirent, addidit, inquiēs: Et vos dn̄i, eadē facite illis, remittentes minas, scientes ꝙ & illorum & vester dominus est in cœlis, & personarum acceptio non est apud eum. Ephe. 6 Acto. 10

Tertio memores esse debent, ꝙ eorū tyrannidem dn̄s ipse cœli & terræ certo, nec solū æternaliter, sed & temporaliter, est vindicaturus ad clamorem pauperum subditorum oppressorum, prout intelligimus euidenter a domino, dicente: Deus autem non faciet vindictam electorum suorum, clamantium ad se die ac nocte, & patientiam habebit in illis? Dico vobis, quia cito faciet vindictam illorum. Id quod in omnibus ferme tyrannis vel antea verum est factum: quippe in Saule, Abimelech, Herode, Hieroboam, Cambyse, Alexādro, Phereo, Tiberio, Caligula, Nerone, Domitiano, & in plerisq̧ tyrannis id genus omnibus, qui propter eorum tyrannidem suo loco & tēpore (quando visum fuit deo) vel diu non vixerunt, vel humiliati fuerūt, vel male perierunt, vel nonnunquam a vilissimis etiam personis interfecti fuerunt: quandoquidem nullum violentum perpetuum. Luc. 18

Non est igitur, vt magistratus sæuiant, tyrannizent, & superbiant contra suos: sed meminerint, hoc se debere magis esse humiles, quo sunt statu maiores: perq̧ humilitatem magis apud bonos subditos promouere, quâm per superbiam deo & hominibus odiosam, maximeq̧ subditis illis oppressis. Quorum causa dicit rex ille mansuetissimus Dauid: Dum superbit impius, incenditur pauper. Fitq̧ verum quod ait quidam: Metui volentes, oportet vt & ipsi metuant. Eccl. 3 Psal. 9

Quinto, etsi non obligentur ipsi magistratus suis subditis colligere thesauros, debēt tamen suos subditos contra violentos per gladiū iustitiæ manutenere, cuius causa (teste Paulo) gladium portant, vt sint in iram ei q male agit: quatenus possint manere in bonis suis tēporalibus, quæ labore & sudore acquisiuerūt, vel etiā hæreditaria manu a suis antecessoribus receperunt. Roma. 13

Iam vero, si magistratus prophani tanq̄ parentes sp̄uales, obligant̄ suos subditos tanquā filios, vna cū eorum bonis temporalibus per iustitiā manutenere contra malos, ne vim faciant illis in eorum rebus tēporalibus: quanto magis nō debent ipsi subditos suos inique spoliare bonis eorū, causamq̧ eis dare paupertatis? Id q̄d iniquum plane foret, & ab officio paterno prorsus

2.Cor.12 alienum:siquidem parentum est, filijs (teste Paulo) thesaurizare, non dilapidare vel diripere quod habent.

Debent itaq; magistratus hoc in casu cauere, ne contra legẽ & Euangelion crapulæ, voluptati, ludo, pompæ seculi, vanæ gloriæ, rapacitati, ferocitati, & hoc genus vitijs alijs indulgeãt: ne vel ꝑpterea plebẽ deinde, suosq; subditos iniquis exactionibus in luxũ suũ contra fas aggrauẽt, ad quas, legitima causa alia nõ extante, nullo rigore iuris obligantur: sed modo debent, vt ex

Rom.13 Apostolo accipimus, necessitati eorum seruire, subditiq; esse.

Necessitas autem reputatur, quo non possunt ad conditionem & familiam suam sustentandam, & ad submouenda bella contra se vel suos iniusta, carere. Cuiusmodi necessitatem vir bonus facile dijudicaturus est, ex laboribus & expensis necessarijs ipsius magistratus, iuxta patriæ regionisq; morem æstimaturus.

Iam vero esto, q; magistratus eiusmodi superfluas exactiones pro luxu suo extorqueant, suosq; contra fas grauent, pendendæ tamen sunt, non quia debeantur, sed ne publica pax (vt antea diximus) perturbetur. Quid autem faciendum sit in tanta tyrannide quorundam magistratuum, ne suo iniquo voto semper potiantur, paulo superius ad longum diximus. Et hactenus de magistratibus singulariter.

Quandoquidem diximus de præcipuis tribus parentibus, corporeis videlicet, & spũalibus tam ecclesiasticis, q̃ laicis, quid pleriq; omnes sibi mutuo tã parentes q̃ filij ex ꝑcepto debeant: sciendũ est nunc, quicquid hactenus est dictum vtraq; ex parte, filiorũ scilicet & parẽtum, deberi vtrinq; etiam ijs, qui vice parentum & filiorum nõ absq; causa recensentur: cuiusmodi sunt patrini & e fonte leuati, tutores & pupilli, curatores & furiosi, p̃ceptores & discipuli, senes & iuniores, abbates & abbatissæ, monachi & moniales, & deniq; pleriq; omnes qui præsunt & curam gerũt, & filij habent, qui, natura etiam suadẽte, subdunt alijs, & sub aliorũ cura viuunt & habentur.

Quũ em̃ ij omnes mutuo habeant & sint loco parentũ & filiorũ, merito quod vtrorunq; est, vtriq; præstant vtrisq;: ita vt spũales filij, quales sunt leuati, pupilli, furiosi, discipuli, iuniores, monachi & moniales, debeant dilectionem, reuerentiã & obediẽtiam patrinis, tutoribus, curatoribus, p̃ceptoribus, senioribus, abbatibus & abbatissis: & ij rursus illis verã dilectionem, instructionẽ, disciplinã & educationẽ, defensionẽ deniq;, & quicquid est paterni officij. Et poterit ad omnes referri, quicquid est scripturarũ, rationũ & exemplorũ, quod refert ad ipsos parẽtes & filios spũales: quanquã non desint passim scripturæ, & in eis gnomæ & sententiæ, quæ prorsus ad eos referuntur, quas & ethnicorum sententiæ & exempla comprobant.

Matt.19 Mar.10 Patrinorum esse poterat, quod fecerunt, qui Christo paruulos obtulerũt, vt eis imponeret manus, & oraret.

Galat.4 Tutorũ & curatorum esse poterat, quod Paulus aiebat: Quanto tempore hæres paruulus est, nihil differt a seruo, cum sit dominus omnium, sed sub tutoribus & actoribus est, vsq; ad præfinitum tempus a patre.

Præce-

Præceptorũ esse potest & discipulorũ, cp Paulus sederit ad pedes Gamalielis, & didicerit veritatẽ paternæ legis: quos vticp voluit Quintilianus rhetor Romanus, tantũ diligi a discipulis, quantũ ipsa studia. Id quod testatus est Alexander rex ille, cognomẽto Magnus, qui solitus fuit dicere, se non minus Aristotelem præceptorẽ diligere, q̃ patrem Philippum: quo etiam præceptore Philippus tã sibi visus est gaudere, q̃ cp sibi filius Alexander natus eẽt. Acto.10

Seniorum est & iuuenum, quod præcipit Moses, dicens: Coram cano capite consurge, & honora personam senis. Leui.19

Cæteris omnibus spiritualibus parẽtibus & filijs sufficere potest ac debet exemplum Iesu Christi, qui (scriptura teste) subditus fuit nõ tantum Mariæ, sed & Ioseph, qui non alia ratione q̃ opinione ac cura, Christi parens fuit: qui dubio procul illi iuxta humanitatem præstitit, quicquid præstare oportet pium patrem filio. Luc.2

Superest igitur, vt sub pœna sempiterna & temporali plericp omes subditi honorent eos dilectione, reuerẽtia & obedientia, qbus quoq̃ modo subsunt, ita cauente & præcipiente dño: Honora patrem tuũ & matrem tuam. Quod vbi custodierint, merces erit eis non vulgaris, nempe vita super terrã longæua. Sub qua quidem mercede nõ solum intelligitur vitæ longitudo, sed & ea omnia quæ ad vitam seu vsum vitæ pertinent: cuiusmodi sunt, tranquillitas, pax, rerum successus, victus, & alia id genus, sine quibus vita longa est iniucunda. Vicissim qui dehonorant illos, habebunt aduersa omnia, lococp benedictionis maledictionem, veluti supra dictũ est. Exemplo erit Cham, qui deridens patris sui turpitudinem, in semine suo maledictus est, ac perpetuæ seruituti addictus. Ruben primogenitus, quia patri Iacob non satis detulit, maledictum est illi a patre ne cresceret, quoniam adscẽderit cubile patris sui. Filij Heli, quia monita patris non audierunt, ambo iuuenes & in florenti ætate ceciderunt in bello. Absolon, quia patrem persequebatur, nõ solum iuuenis, sed mala quocp morte perijt. Duo filij Sennacherib, quia parricidæ fuerunt, ad regnum paternum peruenire nõ potuerunt. Quos si sequerentur alij filij vel subditi, deo vltore, non modo priuarentur sua terrena hæreditate, sed & æterno cœlesticp regno: quo nos suos filios sua gratia & misericordia ducat pater ille summus & cœlestis per filium suum, ab æterno vnigenitum, Iesum Christum dominum nostrum. Amen. Exo.20 Deut.5 Gene.9 Gene.49 1.Reg.2 2.Reg.18 2.Para.32 Esa.34

DE QVINTO PRAECEPTO. Cap. XII.

Non occides, Exodi xx.

ORdo nimirũ decentissimus est huius p̃cepti & eorũ quæ sequunt̃, ad p̃cedentia p̃cepta, quæ merito, quæ sequunt̃, p̃cedunt. Quũ em̃ tria prima p̃cepta ad deũ optimũ pertineant, quo vt nihil melius est, ita nobis nihil charius esse debet: ac quartũ ipsum præceptũ parentes respiciat, qbus prima post deũ reuerentia & gratitudo debet̃, velut ijs qui perinde vicẽ dei tenent: quæ vero sequunt̃, ad priuatam proximi dilectionẽ spectant: fieri vix potest, quin homo facile, quę proximo debet, omnino p̃stet, quũ se recte habet erga deum

& eos,q̄ loco dei sunt,nẽpe parẽtes & spũales &corporales siue carnales:ediuersoq; vix fieri potest,quin is homo quiduis facile cõmittat in proximum,q̄ neq; deũ neq; parẽtes reuereť:& adeo quidẽ,vt merito transgressionẽ priorũ p̄ceptorum veluti radicẽ quandã cæterorum flagitiorum,atq; adeo oĩm malorum esse putemus. Quomodo eñ non irrueret in omnia flagitia,qui desertus a deo,& sub domini maledictione(quam priorum præceptorum præuaricatio irrogat)positus,cacodæmonis effectus est mancipium?

Iam vero,q̃a nobis deus Opt. Max. in prioribus præceptis iussit, vt se & parentes nostros summe diligamus,& deinde proximos,adeoq; nosipsos,nec possumus eos diligere,nisi modis oĩbus caueamus eis malefacere & incommodare,malefacimusq; maxime ipsis, quum lædimus eos,proinde quãlibet proximi læsionẽ prohibet ex sequẽtibus p̄ceptis negatiuis. Quia vero proximus maxime læditť,quum læditť in p̄pria persona,vtpote in eius vita & corpore,quæ possessio cuiq; charissima est,ideoq; dñs ipse deus ilico & ante cætera negatiua p̄cepta dicit in hoc quinto præcepto, Non occides.

Ad cuius sane p̄cepti meliorẽ intellectũ, scitu dignũ est,occisionẽ esse quãcunq; violentã corporis ab anima separationẽ,& oẽm deniq; quæ tẽdit huc, voluntatẽ,occasionẽ & actionẽ. Hæc vero occisio,duplex esse dignoscitur.

Vna quidem creaturarum viuentium,sed tamen insensibilium & irrationabilium,vtpote arborum,herbarum,brutorum,& id genus irrationabiliũ animaliũ,de qua quidẽ occisione dñs hic non loquiť. Non eñ prohibet occidere,quæ nobis in vtilitatẽ nostrã & potestatẽ creata & data sunt, queãdmodum falso docuit Manichæus hæreticus Pythagorizãs,p̄ceptũ hoc de nõ occidẽdo,etiã ad oĩa animãtia bruta extendẽs,q̃ pacto nec liceret oleribus vesci nec herbis, quum & ipsis sit sua vita,secundum Paulum,dicentẽ: Tu q̃d seminas,nõ viuificať,nisi prius moriať. Et propheta: Vites,inquit, eorum occidet in sanguine. Cuius causa poetæ fingunt arboribus caput, corpus,pedes,sanguinẽ,carnẽ,ossa,medullã,cutẽ & capillos. Alioqui quõ verum erit vnq̃,q̃d dñs ait: Oẽs pisces maris manui vestræ tradidi,& omne q̃d moueť & viuit, erit vobis in cibum: quasi olera virentia tradidi vobis oĩa? Et quõ faciemus q̃d Apostolus ait: Omne q̃d in macello vęnit, mãducate? Vsqueadeo semper obcæcati fuerunt,q̄ se segregarunt a cõmuni ecclesia &eius sensu,vt etiã a sensu cõmuni & naturali deerrarint,vt in eis nostra q̃q; tẽpestate comperimus.

Psal. 8

1. Cor. 15

Gene. 9

1. Cor. 10

Altera vero occisio,creaturarũ est viuẽtium rationabilium, vtpote hoĩm: quæ p̄pterea dici cœpta est homicidium,quasi vel occisio vel necatio hoĩs: vnde homicida,q̄ occidit hominẽ. De huiuscemodi occisione loquiť hac parte dñs,quãuis haud omnẽ occisionẽ prohibeat,dicẽs: Non occides.

Licita eñ est quædã occisio, vtpote quãdo vel deus,vel eius lex,vel potestas,ipsius legis executor,occidit hominẽ propter causam occisione dignam, quippe p̄pter maleficium. Ita Moses ait: Maleficos nõ patieris viuere. Deus quidẽ se occisorẽ esse iustum testať ipse,dicẽs: Ego occidã,& ego viuere faciam. Paulus vero potestatẽ esse legitimum occisorẽ asseuerat,inquiẽs de legitima potestate: Dei eñ minister est tibi in bonum. Si autem malum feceris, time.

Exo. 22

Deut. 32

Rom. 13

time. Nō em̄ sine causa gladium portat. Dei em̄ minister est, vindex in iram ei qui malum agit. Ita dn̄s alibi vult, vt inobediens, ex decreto iudicis moriatur. Quā quidem occisionem vel iudici, vel cuicunq; alij legitimæ potestati vsqueadeo nō prohibet deus maximus, vt eam potius p̄cipiat, sine qua nullū scelus temporaliter puniretur, nec aliqua salua posset esse respub. Atq; ob id magistratus nō peccat, sed dei officium facit, si legitime sontē mortis, occidendum curat. Quo in casu vsqueadeo deum refert, vt & propterea iudices dij cœpti sint in scripturis appellari, peccantes, vbi ab occidendo abstinent sine prægnante causa. Sic Moses, quo nihil clementius fuit, percussit. Sic Phinees sacerdos percussit, & cessauit quassatio.

Deut.17 Hiere.48 Psal.83 Iohā.10 Num.25 1.Cor.10

Illicita est quædam occisio, & quidem vsqueadeo abominabilis deo, vt ipse velit eam talione prorsus vindicari: & fit, quando quis vel seipsum, vel alium propria, quam vocant, autoritate, prohibente deo & eius lege, occidit hominem, dicente: Non occides. Cōtra quod quidem præceptum si quis peccat, quocunque modo hominem occidens, omnino mortis est & temporalis & æternalis reus, dicente domino: Quicunque effuderit humanum sanguinem, fundetur sanguis illius. Et alibi: Qui percusserit & occiderit hominem, morte moriatur. Huius quidem legis & scriptæ & naturalis rigorem approbat Christus, dicens: Omnis qui acceperit gladium, gladio peribit.

Gen.9 Leuit.24 Matt.5 Mat.26

Homicidij vero grauitas & horror, multis sane modis apparet.

Primo, q̄ lege etiam nondum scripta, morte fuerit punitum homicidium. Gene.9

Secundo, quia lex velit etiam occidi bestiam, quæ occidit hominem. Ibidē

Tertio, q̄ homicida tanquam occisus reputatur, vt patet ex verbis Rebeccæ, dicentis: Cur vtroq; filio orbabor in vno die? Quia si Esau occidisset Iacob, vtrunq; se filium perdidisse arbitrabatur. Gene.27

Quarto, quòd lex iubeat homicidam industrium, etiam euellendum ab altari, ad quod confugit: apud quod tamen multis facinorosis vt apud asylum, libertas erat ad tempus. Exo.21

Quinto, q̄ deus propterea (Chrysostomo teste) sibi voluit offerri sanguinem brutorum, vt intelligeretur q̄ preciosus esset sanguis hominis, si tam preciosum haberet sanguinē brutorum, vt sibi vellet illū offerri. Cuius causa dixit ad Noe: Vindicabo omnem sanguinem effusum. Gene.9

Sexto, q̄ ecclesia recenseat homicidium inter peccata, quæ pro vindicta clamitant in cœlum: qualia sunt, Mercedis laboris detentio, Sodomitica libido, Oppressio pauperis, Effusio sanguinis humani, de qua dn̄s: Vox, inquit, sanguinis fratris tui Abel clamat ad me de terra. In Hebræo legit̄: Vox sanguinum. In quo intelligitur, q̄ omnes homicidæ sunt vna massa, & q̄ omnis innocentum sanguis, in vnum alueum confluit, & tanquam vno ore clamitat ad dominum, vt tandem expergiscatur & exurgat ad accipiendum de homicidis supplicium. Gene.4

Atq; hoc est, quod etiā inter mille homicidas, vix vnus aut alter suppliciū etiam temporale subterfugit: quinimo semper ad finem cadit in rete, vt etiam seculi pœnam subeat, atq; vtinam non æternam luat.

Iam vero intellecta grauitate horrenda homicidij generatim, modo sciendum est, homicidium fieri trifariam.

Primo quidē corā deo fit maxime ipso solū animo, quū quis ita deflagrat odio, vel inuidia contabescit, vel ira subferuet, vt eū quē vel odit, vel cui inuidet, vel irascit, omnino quātum in se est, velit occisum, eoq; perseuerāter cogitando tendit, quāuis aliquo modo ppeditus, sui vel animi vel desiderij compos esse nequierit. Id quod non solū est in nouo, sed & in vetere testamento, quāuis olim scribæ & pharisæi secus senserint, credētes eū esse solum homicidam, qui manu occideret, ignorātes sapientem q ait: Alius alium per inuidiā occidit. Atq; proinde Chrūs ipsius legis haud abrogator, sed cōsummator, ait ad ipsos: Dictū est antiquis: Nō occides: qui aūt occiderit, reus erit iudicio. Ego autē dico vobis, quia omnis qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio. Quod & Iohānes intelligēs, ait: Oīs q odit fratrē suū, (scilicet sine iusta causa) homicida est: quādoquidē qui cuipiā zelo iustitiæ vel ob peccatū irascit, homicida nō est, quū nō personæ, sed peccato proprie irascit, prout irascebat Dauid, dicens: Iniquos odio habui. Qui propterea distinguens odium, dicit: Irascimini, & nolite peccare. Christus proinde vim huius præcepti declarando vult, vt omnem deponamus affectum, in proximi læsionem procliuem. Atq; hoc etiamnum est, quod tam serio Paulus præcipit, inquiens: Sol nō occidat super iracūdiam vestrā. Item: Oīs amaritudo, ira, indignatio, clamor, & blasphemia tollatur a vobis. Nec mirum: quādo eñ præcepta secundæ tabulæ præcipiant ac velint a nobis proximi dilectionem, profecto certum erit, eum non diligere proximum, qui sic nulla causa male vult illi, quo velit ipm prorsus occisum.

(Math. 5) (Sap. 14) (Math. 5) (1. Iohā. 3) (Psal. 118) (Psal. 4) (Ephes. 4)

Ex hoc colligi modo liquet, q tametsi magistratus & carnifex ipse legem dei, cuius loco est hoc in casu, exequens, occidēdo quempiam, reus homicidij nō fit: si tamē nō simpliciter, sed affectu quodam sinistro, vtpote quodā odio vel lucri causa, vel in alterius odium vel amorem, occidit, huius est præcepti transgressor, animo saltem, licet non ita ipso opere, quod ei ex officio licuit. Quia proinde deus tantopere odit effusionem sanguinis, suaserim etiam magistratui, vt prorsus agat caute ea quæ sanguine aguntur, vtpote ne quid male affectus agat, quod alioqui non ageret, prout Pilatus & cæteri Iudæi, qui, Crucifigatur, clamarunt, malefecerunt, rei mortis Iesu Christi.

(Matt. 27) (Marc. 15)

Potestas igitur in negocio sanguinis iudicans, semper satagat, vt rite recteq; iudicet, iuxta dominum dicentem: Iuste, quod iustum est, exequaris. Sic Iosaphat suis præcepit iudicibus: Non hominis exercebitis iudicium, sed domini: & quodcunq; iudicaueritis, in vos redundabit. Sit timor domini vobiscum, & cum diligentia cuncta facite. Tum vero recte iudicat, quum ex præscripto legis tanquam dei minister, zelo iustitiæ maleficium punit. Iniuste autem corrupteq; iudicat, quum vel legibus ad priuatum odium commodūve abutitur, vel ex cupiditate, aliove quocunq; malo affectu, vel cum acceptione personarum iudicat; vel maiorem pœnam, q̄ lex, infligit. Is certe iudex homicidium patrat, etiam si nocens, vt dixi, morte dignus sit.

(Deut. 16) (2. Par. 19)

Secun-

Secundo fit homicidium verbo, quumquis vel tale quid loquitur,quod ad homicidium prouocat:vel imperio,vel consilio, vel persuasione, vel impulsu,vel dissimulatione,vel quouis modo consentit in alterius mortem,lege prohibente.Siquidē cōsentiens,æque cum faciente reus a Paulo censetur. Atq; hoc est, quod propheta linguas iniquorum gladio comparet,& sapiēs hominem,qui loquitur contra proximum falsum testimoniū,sagittæ acutæ. Ad hunc quidem modum Iudæi quondam succlamātes, Crucifige Crucifige,Christum æque occiderunt,atq; qui manibus eum crucifixerunt. Quod vsqueadeo verū est,vt etiam Marcus dicat,Christū hora tertia crucifixum, quū reuera,testibus alijs Euangelistis,hora sexta fuerit crucifixus. Oportet proinde intelligi,quia linguis venenosis fuerit hora tertia,manibus vero sanguinolētis hora sexta crucifixus.Et ita quidē vtriq; homicidę fuerūt,reiq; pariter sanguinis innocētis,tam q verbo,q̄ qui manu crucifixerunt ipsum.

Roma.1 Psal.63 Prou.25 Mar.27 Mar.15 Luc.23 Io.19 Mar.15

Tertio fit homicidium ipso facto,quoties aliquis manu,vel gladio, vel ligno,vel lapide,vel quocunq; alio instrumento,sua autoritate occidit,de quo lex:Qui percusserit,inquit, hominem,volens eum occidere,morte moriatur. Item:Quicunq; effuderit sanguinem hominis,effundet & sanguis eius.Item: dentem pro dente,animam pro anima. Quibus sane omnibus rite intellectis, aliquot deinde colligi possunt veridicæ conclusiones.

Exo.21 Gen.9 Exo.21 Leui.24 Deut.19 Matt.5

Prima earum est,eum peccare cōtra quintum dei præceptum, adeoq; esse coram deo homicidam,qui malo affectu eodemq; constanti, vult hominem occisum.Ita homicidæ fuerunt fratres Ioseph.

Gene.37

Secunda,homicidam esse consilio & persuasione.Sic sane Iezabel occidit Naboth,Herodias Iohannem Baptistam, & Dauid Vriam.

3 Reg.21 Mat.14 Mar.6 2.Reg.11

Tertia,homicidam esse,qui propria autoritate occidit hominē ipso facto reali,studio vindictæ,quæ non sibi,sed deo, vel potestati eius loco debetur, quum dicat:Mihi vindictam,& ego retribuam.vt fuit Cain.

Deute 32 Roma.12 Gene.4

Quarta,homicidam esse,non solum qui sua autoritate alium,sed & eum, qui seipsum vel animo,vel verbo,vel facto occidit.Quid ni?quum septem posteriora præcepta nobis præcipiant charitatem erga proximum, profecto præcipiunt eandem vnicuique erga seipsum, quando iuxta prouerbium, charitas ordinata incipiat a semetipsa,vsqueadeo,vt ille dixerit ex naturæ præscripto,Proximus esto tibi.sed longe rectius diuina lex,Diliges,inquit,dominum deum tuum ex toto corde tuo,& in tota anima tua,& in tota mente tua.Hoc est maximum & primum mandatum. Secundum autem simile est huic:Diliges proximum tuū sicut teipsum.In ijs duobus mandatis vniuersa lex pendet & natura.

Matt.22 Mar.12 Deut.9 Leui.19

Iam vero charissimi,quomodo homo diligit seipsum,qui,quod absit,seipsum vel cogitatione,vel verbo,vel facto occidit,vtpote qui perseueranter diabolico instinctu cogitat,quomodo sibi mortē consciscat, qui sibi semper malam,eandemq; violentā mortem precat & optat,quive deniq; sibi mortē quasi desperatus,more Iudæ Ischariot, infert?

Mat.27 Acto.1

Quid multa?qui sibi mortē consciscit,est quouis homicida peior & horribilior.

bilior. Nam quid aliud est, sibi manus inferre, q̃ vel de dei gratia desperare, vel legi creatoris repugnare, & quidẽ maxime, ꝙ qui despondet animũ, moriq; decernit, quod apud ethnicos commune fuit, in spiritum sanctum peccet, quatenus desperat, & simul in legem creationis suæ naturæ peccet? Creatus eñ est homo, vt viuat, eo ꝙ melius est esse q̃ non esse: proq; vita conseruanda quiduis ferat, modo quod ferat, non sit contra deum.

2 Quid præterea magis esse possit naturæ rationiq; contrarium, q̃ vt quispiam sibi mortẽ quocunq; modo consciscat, quãdo creator optimus tantam voluerit esse amicitiam inter corpus & animam, vt homo natura nihil æque abhorreat, atq; separationẽ animæ & corporis, quæ nõ aliud est, q̃ mors ipsa, qua nihil terribilius est inter omnia terribilia?

3 Insuper si leges, vt ait ille in suis Tusculanis quæstionibus, vetant vincula carceris rumpere, malintq; viri boni & sapientes per magistratũ solui, q̃ violenter erumpere & aufugere, habeaturq; corpus pro custodia & carcere: pro secto nõ debet anima exire, nisi a deo auocata, q nõ vult vt sine iussu demigremus e vita, quũ posuerit vnicuiq; terminos vitæ, quos nõ vult transgredi, quanuis ex causa nonnunq̃ permittat vt quis eos transgrediatur. (Iob.14)

4 Quàm vero sit ignominiosa mors, quam sibi quispiam consciscit, vel inde est cognoscere, ꝙ ethnici quondam dexteras huiusmodi mortuorum absciderint, quæ fuerant in seipsos armatæ: quoniã vt corpus ab anima, sic manũ a corpore alienã esse debere rati sunt. Iudæi eos qui seipsos occiderant, insepultos proiecerunt, quos & indignos sepultura iudicãt Christiani, comburentes ipsos apud furcas. Id quod a mundo condito summæ fuit ignominiæ, sicut honoris est summi gloriosa sepultura, q̃ cordi quoq; fuit Christo regi regũ, multisq; sanctissimis in veteri & nouo testa. hoĩbus, quanq̃ illam, sicut alia honestissima quæq;, negligunt nunc nostrates apostatæ & hæretici. (Esa.11)

Estq; interim sciendũ, non modo suĳpsius esse homicidã, qui manum vel quocũq; instrumẽto sibi mortẽ consciĳt, prout Achitophel se laqueo suspendit, typus Iudæ proditoris, q seipsum quoq; desperatus laqueo suffocauit: sed & iste, q crapulãdo, potãdo, luxuriando, libidinando, idq; genus alio modo seipsum conficit, & ægrotans deinde moritur, prout multi, testante scriptura, propter crapulam pereunt, & in escis variĳs & multis infirmant: cuius causa, post scripturã, dñs a crapula nos dehortatur & ebrietate. (2.Reg.17; Matt.27; Eccle.37; Luc.21)

Adde, ne illum quidem satis excusatum esse, nec prorsus tutum, qui propriæ fragilitatis & complexionis suæ conscius, sibi lœtalem aliquem morbũ superstitiosiore quadam seruitute contrahit, vtpote plus æquo abstinens & continens & laborans, vtcunq; nõ iniqua prorsus intentione, præsertim quãdo cõtingat hoc ipsum facere vel lucri vel vanæ gloriæ studio, quemadmodum castitatis ardore fecisse traditur Origenes, qui semetipsum emasculauit: quãdo quidem Paulus obsequium nostrum rationabile esse velit, nec sui sit quisquam membri dominus, vt natura repugnante, mutilet ipsum sine causa vitandi mali peioris & maioris. (Roma.12)

Primo autẽ hac parte quæri potest, an quispiam pietatis, castitatis, aut alterius

rius virtutis tuendæ gratia, vitandiq́ sceleris & peccati causa, sicubi cogat inevitabilis necessitas, mortem sibi consciре possit, aut saltem excusatus esse, si propterea manus inferat sibi.

Respondeo, deum maximũ generaliter prohibere homicidium, quando dicit: Non occides. Ideoq́ non facile dixerim, esse illum mortis suæ, quã sibi infert, minime reum, quantumuis alicuius tuendæ virtutis causa fecerit hoc ipsum: quãuis ne prorsus quidẽ damnabilẽ eundẽ iudicauerim, maxime, si nõ ante vitã sibi arripuerit, q̃ certo sciret ac videret sibi certã vim & mortẽ intentari: quandoquidẽ eius culpã, si culpa est, leuiorẽ fieri puto zelo custodiendæ diuinæ legis ardentiq́ desiderio, nõ tantum vitandi offendiculi, sed & præbendi testimonij fidei suæ, ne ex eorum infirmitate læderentur infirmi. Sic ab ethnicis laudatur Cato, quia maluerit sibi consciре mortem, q̃ venire in manus tyranni. Sic ab eisdem, & (meo quidem iudicio) iustius, commendatur Socrates, qui iussus potionem cicutæ hausit, vt se vnum deum & animæ immortalitatem credere testaretur. Ita quoq́ commendatur ab ijsdem Lucretia, quòd zelo castitatis & honestatis seipsam interemerit: quam tamen diuus Augustinus damnabilem censet, q̃ adhuc honestate salua, sese occiderit.

Aug lib. 1. ca. 19. de ciuit. dei.

Ita apud Hebræos scriptura non damnat Samsonem, q̃ sponte sua mortem oppetierit. Ita quoq́ scriptura non reprobat, sed commendat Eleazarum, q̃ se elephanto, militibus & bellica machina onusto, subiecit, & quãuis se isthac mole suppressum iri sciret, quia tamen zelo diuinæ legis se pro patria deuouit, ac illi victoriam præbuerit, laudandus potius quàm damnandus, multis videtur.

Iudic. 16. Heb. 11. 1. Mach. 6.

Ita quoq́ scriptura celebrat Rasiam, venerabilem senem & patrem Iudeorum, qui quũ propter legem dei ab hostibus in ædibus suis insectaret, gladio se petijt, ac dein e fenestra se præcipitem dedit, mori malens q̃ subditus fieri peccatoribus, & contra natales suos iniurijs indignis agi.

2. Mac. 14.

Sic apud Christianos cõmendant Leo papa & Anianus episcopus Alexandriæ: quorũ alter sibi manũ amputauit, quia per illam, libidinis ignem ad animum sibi sensit proserpere, postq̃ eam puella quædã esset deosculata. Alter, cõspicata & concupita fœmina, oculũ sibi eruit. Ita Niceta martyr linguam suã mordicus abscidit, & in os scorti conspuit, a quo prouocabat ad Venerem, vt vel ita libidinis imminentem pestem repelleret.

Iam vero tametsi prorsus eos censeo damnabiles, qui sibijpsis vel desperatione gratiæ dei, vel desponsione animi, vel impatientia vitam abrumpunt, haud tamen eos omnino saluandos arbitror, qui quocunq́ zelo virtutis & pietatis studio sibi mortem consciscũt, nisi manifesto sancti spiritus argumento & suasu viderentur adducti, prout prædicti fecerunt: quorum exemplum non arbitror tam facile trahendum in consequentiam, quando rarum tale sit, malens ipsos ab alijs, vtpote persequutoribus, quàm a seipsis quasi desperatis, interfici: prout maluit illa sanctissima Susanna potius absque opere vel adulterij vel proprij homicidij, incidere in manus hominum, quàm peccare vel adulterando, vel se interficiendo in conspectu domini, malens

Dan. 13

etiam

Sap.5 Hebr.11 etiamnum legis ordine manibus alioru͂,q̃ suis,interimi: quam pleriq; omnes prophetæ martyresq; sequuti sunt,expectantes hora͂ supplicij mortisq; sibi a deo definitam,nec ipsam suis manibus præuenientes. Quanquam in ijs omni bus non illibenter steterim ecclesiæ iudicio,cui me semper subiectu͂ velim.

Secundo quæri solet,an suijpsius reus sit vt proprius homicida,qui vel amentia vel mania laborans,sibi manus infert. Respondeo,quando veru͂ ho mi cidium peruerso prorsus affectu committi soleat,haud quaquam commit ti homicidium per eum,qui vel amentia laborat,vel mania,qua͂ morbus sit, 1.Reg.21 omne iudicium mentis adimens,nisi vel fictus esset,vel q̃ amentiam præces sisset mala voluntas:& quidem maxime,q̃ olim interficeretur bestia, quæ fe cerat homicidium,quamlibet ratione carens.

Tertio,quid de eo statuendu͂,qui casu,non data opera,hominem occidit? Iurisciuilis consultos respondeo dare hanc distinctionem: Si occidit homine͂, rei illicitæ,vtpote in publica via sagittando,iaculando & ludendo,dans ope ram,reus est homicidij sine controuersia,maxime qui percutit grauidam mu lierem,& ea dein abortiat, profecto reus erit abortiui percussor:itemq; qui bombarda,per se plerunq; pila demittens, quempiam, non opera data,peri mit,homicida est.

Ideoq; repræhenduntur hoc loco tam leues percussores & peremptores. Sin quispiam dans rei licitæ operam,vtpote arborem incidendo,foueam fo diendo,arbusculas in arcum curuando ad feriendas feras &c.occidit, homi cidij reus haud est,qua͂ sine voluntate peccatu͂ personale non committatur.

Exo.21. Atq; hoc est,quod lex ait: Qui percusserit hominem,volens eu͂ occidere, morte moriat̃. Cuiusmodi percussores sunt pleru͂q; prædones,raptores,& in sidiatores. Et rursus: Si quis per industriam occiderit proximu͂ suu͂, & per in sidias,ab altari meo auelles eu͂, vt morte moriat̃. Hinc etiam dn̄s misericors Nume.35 Deut.4 Iosue.20 omnibus,præterquam homicidis spontaneis & malitiosis,ad suu͂ altare con fugientibus,libertatis copiam facit.

Ita tamen,vt etiam in licitis rebus occisores probentur diligentiam adhi buisse, quoniam oportet vt secus viam arborem succidens, aut tectum repa rans,clamet,viamq; obseruet,reus alioqui occisi futurus.

Quarto,quid de potestatibus & militantibus,belligerantibus & p̄lianti bus? Respo͂deo,eos q̃ non necessitate adacti, neq; reipu.studio,ob priuatos affectus bellu͂ suscipiunt,aut non legitime gerunt,vel fidem fallu͂t,tot homi cidia co͂mittere,quot homines in eo bello vel pereunt,vel ad fame͂ adigunt̃.

Insuper & eos affirmamus esse homicidas,qui vel odio vel spe prædæ cur runt ad bellu͂,etiamsi neminem occidant, coram deo tamen homicidæ sunt. non enim volu͂tas defuit,sed voluntati defuit occasio.

Id vero bellu͂ iuste legitimeq;(præsertim contra infideles & hæreticos pro Deut.19 Rom.13 fide & religione)suscipitur & geritur,ante quod & in quo seruant̃ subseque͂ tes ex scriptura desumptæ conditiones.

Coactio Prima earu͂ est,q̃ coacte suscipiat belligerans bellu͂,id est, non nisi quum nulla sit spes alia pacis, iustitiæ, tranquillitatis publicæ, patriæq; tuendæ & defen-

defendendæ,seditionisq; comprimendæ. Atq; proinde non est in bellum descendendum,nisi modis omnibus & iustis conditionibus pax hostibus offeratur,atq; illi pacem dare nolint. Pax

Secunda,q; nō aliud q̃ pacem quærat:qua parta,cōquiescat oīs strepitus.

Tertia, q; suscipiatur publica autoritate, hoc est, permissu supremi magistratus, qui nobis Cæsar est aut rex Romanorum, qui cunctis principibus & satrapis prohibere potest ac debet,ne belligerentur, legitima quanuis arridente causa,modo ipse proponat singulis partibus viam & ordinem iuris,seq; cuilibet ministraturum iustitiam. Autoritas

Quarta,q; propter minus malum non committat peius,id est,q; parcat insontibus,nimirum agricolis imbellibus,operi instantibus parcens,ac eos promouens protegensq;,hostibus ipsis etiam pacem recusantibus, fidem seruās, abstinens ab eis,sine quibus viuere durum est,vtpote frugibus,arboribus,vineis,casulisq; rusticis,ne vel supprimantur,vel exurantur. malum maius

Quinta,q; cogat milites ante & post suum seruare præscriptum, quod Ioannes Baptista præscripsit eis,vt ipsi videlicet neminem concutiant,nemini calumniam inferant,sed suis sint stipendijs contenti. Sed heu q̃ nihil apud nostrates horum seruatur,quum vulgo nunc fieri videmus,quod ait poeta: contētatio Luc.3

Quicquid delirant reges, plectuntur Achiui.

Id quod rex ille maximus Dauid non fecit,qui maluit pestilentiam,q̃ vel famem,vel bellum cum hostibus:quippe, quo cum subditis æqualiter esset in discrimine vitæ & rerum. 2.Reg.24 1.Para.25

Sexta,q; post victoriam non insolescat,indulgens etiam,quoad fieri (salua iustitia)potest, nocentibus,vel contentus mulcta siue supplicio autoris eius,ob quod vel bellum vel seditio suscitata est:quandoquidem crudelitas omnis abesse debet,maxime apud Christianos:nec sæuiendum est in totam communitatem innocentem,ob culpam vnius aut alterius. Insolētia

Qua in re principes & bellatores exemplum Dauidis imitari debent. Ille ēm etsi contra filium Absalonem iustum mouisset bellum,quia ipsum e regno seditiose expulerat,adeptus tamen contra ipsum victoriam per Ioab parua manu,retinuit exercitum suum a persequendo Israel,volens parcere multitudini fugienti,quam vsq; ad vnum delere & interimere poterat. Necq; ipse post cædē misit ad occidendū eos,qui filio in ea factione fauerāt,qui in bello contra se gesto fuerant duces,tribuni & centuriones. Quin & Amasæ,qui seditiosum exercitum duxerat,dixisse legitur: Nonne os meum & caro mea es?hæc faciat deus,& addat,si non magister militiæ fueris coram me. 2.Reg.15 16 2.Reg.19

Insuper idem Dauid ipse,quum non multo post,Siba vir Belial,factionē similem concitasset,ac tuba cecinisset,Non nobis est pars in Dauid,neq; hæreditas in filio Isai:& iam cum coniuratis in Abelam venisset,Ioab cum exercitu sequutus,vt expugnaret Abelam,interpellatus per mulierem,quur præcipitaret hæreditatem domini?Respondit:Absit hoc,tradite mihi solum Sibā, qui leuauit manum suam contrā regem. Quod quum factum esset,& proiectum per murum abscissum caput vidisset Ioab,haud deprædatus est seditio 2.Reg.20

sam vrbem, nulla spolia retulit, sed abciso capite autoris motæ seditionis contentus, receptui cecinit, ac abijt.

Ex ijs igitur omnibus abunde satis fit perspicuum, in quanto corã deo & hominibus periculo sint, qui nonnunquam ob tam leuem causam bella gerũt cũ dispendio totius reipu. cõmunisque patriæ: imo qui aliquoties nullam habẽt causam, sed eam quocũque colore fingunt, prætexentes nescio quid, cõtra quos nemo cõtendit, sed optimi quique in pace esse velint: cuiusmodi sunt, qui prohibẽte etiã Imperatore & rege Romano, seditionẽ suscitare moliunt̃ in imperio, prætexentes falso causam religionis, euangelij, fideique, quum nihil minus cordi habeãt q̃ eam causam: sed potius contendunt de meo, tuo, commodum priuatũ modo quærentes, nullum dantes locum iustitiæ, quam recusant allegantibus ipsam. Id quod vergit ad omnem iniquitatem.

Summatim, si quid ad votum eorum bene cedit, nihil ex eo vtilitatis venit ad inopes, sed totum ad autores. Sin male cedit, totum e diuerso venit ad pauperes, vti summo dolore vidimus in rustico tumultu, cuius damnum ne nunc quidem superauit Germania, nec adeo statim superatura: profecto qui talia tentant aut perpetrant, coram deo homicidæ sunt omnium eorum, qui quoquo modo pereunt in huiusmodi tumultibus, seditionibus, bellis & præ lijs. Sileo quod interim contra Christianos inualescunt Turcæ, quibus ob intestina odia resisti non potest.

Quinto, quid de ijs, qui vim vi repellere coacti, occidunt? Respondeo: si talis est vis, quæ certã intendit mortẽ, necest aliud effugiũ, eos haud esse homicidas secundũ aliquos, maxime iuris ciuilis cõsultos: cum quia naturale ius euangelium nõ tollat, nec legis naturalis ordinationem, sed duntaxat format affectus ac animũ, quem Christus vult ab omnis vindictæ cupiditate multo alienissimũ esse: tum quia eo in casu certo quodã ordine & modo, quẽ lex præscribit, magistratus vim vi pellere cõcedat, videbitur inuadẽs hoc ordine & modo occisus. Quia vero plurima sunt, quæ ad obseruandũ hunc ordinẽ & modũ requirunt̃, & primo quidẽ, vt omnis affectus lædẽdi inuasorẽ, penitus absit, atque is affectus in cõflictu nõ facile retineat̃, & effusio sanguinis tam sit inuisa deo, mihi tutius videretur inuasis, vt in tanta angustia præ omnibus dei auxilium implorent, quod sæpe propinquius est q̃ credimus, quum tradat historia, draconem eius, cuius olim fuerat alumnus, clamore excitatum, adcurrisse, & a latronibus liberasse. Si vero interim deo visum non sit, inuasis præsens afferre præsidium, malintque ij occidi q̃ occidere, certe credi par est, tales Christianorum hominum officio functos, quippe sequutos exemplum Christi, nolentes vt etiam in discrimine præsentissimo vitæ Petrus se vel vindicaret, vel occideret, in horto inuentus: potius, si occideret, ipsum fore capite, sicut homicidam, plectendum, quum dicebat ad eum: Conuerte gladium tuum in locũ suum. Omnes enim qui acceperint gladium, gladio peribunt: vtpote qui prius quoque dixerat: Audistis quia dictum est, oculum pro oculo; dentem pro dente. Ego autem dico vobis, non resistere malo: sed si quis percusserit te in dexteram maxillam tuam, præbe illi & alteram.

Matt. 5
Mat. 26
Iohã. 18
Exo. 21
Deut. 19
Matth. 5
Luc. 6

Sexto

Sexto, quid de ijs, qui sponte causam dant abortioni, siue ne prorsus aliquis concipiatur aut prodeat fructus siue partus, prout fieri intelligimus? Respõdeo, prorsus esse eos coram deo homicidas, & quidem maximos, quũ non modo corpus, sed & animam, ne fiat aut viuat, contra legem dei, volentem vt homo procreet hominem, proptereaq; coniugium seruari iubentem, præpediant. Gene.1

Septimo, quid de ijs, qui quum proximum in vita vel bona valetudine seruare possint, non seruant: aut pauperem sic suis facultatibus per fas & nefas exuunt, vt inops fiat, atq; quandoq; propterea cum suis fame pereat? Respondeo, omnes eos, qui periclitanti, sine suo capitali periculo non succurrunt, opemq; ferunt, esse homicidas, quum mortem probentur infligere, qui hanc, quum possint, nõ excludunt. Quur enim non tuentur, quod Iohãnes ait: 1.Iohã.3 Quoniam ille (scilicet dñs) animã suã pro nobis posuit, & nos debemus pro fratribus animas nostras ponere. Subindicat etiam eo in loco Iohãnes, eũ esse homicidã, qui habens substantiã huius mundi, & videns fratrẽ suum necesse habere, claudit viscera sua ab eo. Cuius causa S. Ambrosius dicit: Pasce fame morientẽ. Quisquis enim hominẽ pascendo seruare poteris, si nõ paueris, famẽ occidisti. Et recte nimirũ, quando scriptura dicit: Panis egentium, vita pauperis est: & qui defraudauerit, vir sanguinũ est. Et alia scriptura dicit: Erue eos qui ducunt ad mortẽ, & qui ducunt ad interitũ, liberare ne cesses. Homicidæ proinde sunt auari & diuites, q pauperes nõ modo deserũt, sed caristiam faciunt, aut de ea gaudent. Homicidæ quoq; sunt nobiles & potentes, qui suos nõ defendunt cõtra hostes, & sinunt eos vel occidi, vel captiuos abduci. Homicidæ sunt & illi, qui vel ipsis non succurrunt, vel succursum impediunt. Eccle.34 Prou.24 Matth.5 Luc.6

Summatim concludens huius quinti præcepti declarationem, dico homicidã esse, peccareq; cõtra hoc ipsum præceptũ nõ modo eum qui re ipsa sponte quempiam vel seipsum propria autoritate occidit, sed & qui vel verbo vel facto vel cõsilio dat occasionem, vt quispiam eo modo occidatur, aut qui constanti animo cupit aliquẽ vel occidi vel occisum. Estq; operæpreciũ, vt huius pcepti seruator sit humanus, mansuetus, humilis, pacificus, patiẽs, mitis, benignus, bonus, longanimis, & erga inimicos etiã beneficus, quos a nobis vult dominus amari.

DE SEXTO PRAECEPTO. Cap. XIII.

Non mœchaberis, Exod. xx.

ETsi septem posteriora, secundæ videlicet tabulæ, præcepta generatim velint, vt proximũ diligamus, id est, vt ei nequaq̃ noceamus, sed eius vti nostrũ cõmodũ quæramus, & incõmodũ submoueamus & auertamus, ipsa tñ a deo Opt. Max. supra q̃ dici potest, ordinatim posita sunt, vtpote quæ ordinis sui ratione nõ careat, vt vel ex hoc sexto pcepto singulariter intelligere cõuenit. Quũ enim deus in proxime pcedente pcepto prohibeat, ne proximũ lædamus in propria ipsius persona, vtpote ne separemus animã eius a corpore, id q̃d est iniuria longe maxima, modo prohibet in hoc sexto pcepto, ne lædamus

mus ipsum in ea persona, quæ vsqueadeo eius personæ proxima est, vt ipsa possit ac debeat cũ sua persona propemodum eadem reputari.

Mat.19 Ephe.5 1.Cor.6 Gene.2 Sed quæ talis est persona? nimirũ coniugis siue vxoris, quæ sic cũ viro con sinis est, vt (vel Christo teste) quilibet cum coniuge nõ duo, sed vna caro sit, queadmodũ protoplastus Adam, quũ deus ex eius costa creasset ei vxorem Euam, cõfessus est: Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea. Atq; propterea fieri solet, vt proximũ lædere magis haud queas, q̃ si vel interficias ipsum, fiasq; in eo homicida, vel eius vxorẽ defœdes adulterio, id quod homi cidio proximum est peccatum, sed grauiore etiam supplicio dignũ. Quapropter dominus ipse omnipotens, statim post præceptum negatiuum, Nõ occides: posuit hoc præceptum pariter negatiuum, Non mœchaberis.

Deut.7 Gene.1 Deut.23 Matth.5 Roma.13 Iam vero, licet hoc ipsum sextũ in ordine præceptũ, proprie prohibeat adulteriũ, & sit adulteriũ proprie q̃d cũ nupta cõmittiẽ, sitq; singulariter datũ Iudæis, apud quos quælibet olim cogebaẽ fieri coniugalis, eratq; maledicta sterilis, quũ putabaẽ spernere primũ dei p̃ceptũ, Crescite & multiplicamini, & replete terrã: nec patiebaẽ scortatio, vel quãlibet simplex, dño dicente: Non erit meretrix de filiabus Israel, nec scortator de filijs Israel: apud quos ideoq; com munior libido fuit adulteratio: quia tñ apud nos & illos sentina est omnis libidinis & scortationis, fit vt hoc ipsum p̃ceptũ prohibeat omnẽ libidinis speciem extra matrimonium, & in ipso matrimonio, dicens: Non mœchaberis, id est, nullum Veneris actum committes extra legitimi matrimonij fœdera, pro-

Tob.4 Ephe.5 ut Tobias filium suũ docebat, inquiens: Attende fili mi ab omni fornicatione. Id quod in hunc ferme modũ Paulus arguit, dicens: Fornicatio autem & omnis immunditia, nec nominetur in vobis. Hinc etsi Græci mœchiæ nomẽ ad significandũ adulteriũ frequentius accõmodent, hoc tamen loco mœchiæ appellatione, concubitus omnis illicitus atq; illegitimus membrorũ vsus venit, nec id omnino quidẽ contra vocabuli rationẽ. Vt eñ adulterari Latinis, ita μοίχυμ Græcis verbũ est generale ad omnẽ corruptionẽ: quandoquidẽ mo

2.Cor.4 netam dicunt adulterare, qui vitiant eã: verbũ dei adulterare dicunẽ, qui corrupto affectu tractãt illud. Hinc adulterina signa, adulterinæ literæ, claues, & id genus similia, quæ ficta vel non vera pro veris substituũntur.

Mœchatur autem homo trifariam: siue solutus cũ soluta, siue soluta cũ soluto, siue alter cum alterutro. Siquidẽ fœmina mœchaẽ, quum habet virum, & alteri sui copiam facit, etiam si ille non habeat vxorẽ. Vir quoq; mœchaẽ, concumbẽdo cũ ea, quæ nõ est vxor eius, etsi virũ non habeat illa &c.

1.Cor.6 Deute.23 Deut.22 Primo quidẽ opere siue facto mœchaẽ homo multifariã: Mœchatur, & in hoc p̃ceptũ grauiter peccat, qui in seipso Venerẽ exuscitat, quẽ Paulus mollẽ vocat, & eum dei regnũ non possessurũ affirmat: Mœchaẽ, qui alterius sexus & eiusdẽ speciei coniugio Venerẽ experiẽ, sed extra honorabiles nuptias & thorũ immaculatum: qualis est scortator, meretrix, stuprator, incestuosus, & omnis qui simplicẽ cõmittit fornicationẽ. Scriptura eñ dicit: Nec erit meretrix de filiabus Israel, nec scortator de filijs Israel. Item: Si puellam virginem desponderit vir, & inuenerit eã aliquis in ciuitate, & cõcubuerit cũ ea, ambo educti

educti lapidibus obruent. Item: Omnis homo ad proximā sanguinis sui non accedat, vt reuelet turpitudinē eius. Qualis erat Herodes, ad quē dicebat Ioannes Baptista: Non licet tibi habere vxorē fratris tui. qualis quoq; erat, de quo Paulus scribit ad Corinthios, corripiens eos, q talis omnino audiat fornicatio, qualis nec inter gentes, vt vxorem patris sui quis habeat. qualis erat Amon, qui Thamar sororē suam cognouit. Mœchatur deinde, qui libidinatur in eodē similiq; sexu, vel in ijsce membris, quę huic operi natura nec aptauit nec destinauit: cuiusmodi mœchus plane nefandus est, quales erant olim gentes, quas (Paulo teste) deus tradiderat in desideria cordis eorū, in immunditiam, vt contumelijs afficerent corpora sua in semetipsis: tradideratq; in passiones ignominiæ, quando fœminæ eorum mutauerint naturalē vsum in eum, qui est cōtra naturā: similiter & masculi, relicto naturali vsu fœminæ, exarserunt in desiderijs suis in inuicem, masculi in masculos turpitudinē operantes, qui regnū dei possidere nequeunt, quos & mortis reos, & sanguinē eorū super eos esse scriptura testat. Quales fornicatores quia fuerint Sodomitæ, igne sulfureo de cœlo misso crudeliter perierunt. Mœchat præterea, grauissimeq; peccat in hoc sextum dei pceptū, qui extra speciem humanā, vtpote cum brutis animantibus libidinat, haud dubie peruersissimus omniū, bruto q̄ homini similior. de quo lex: Qui coierit, ait, cum iumēto aut pecore, morte moriat: pecus quoq; occidite. Atq; recte nimirū dici cœptum olim est a patribus, hoc peccatum, sicut & pcedens, cōtra naturā & mutum, q & ipm natura abhorreat, & de ipso apud promiscuam plebē potius omnino silendū sit, vel certe prorsus sobrie loquendū, ne lædantur aures innocentes.

Matt. 14 Marc. 6 1. Cor. 5 2. Reg. 13 Roma. 1 1. Cor. 6. Leui. 18 Leui. 20 Gene. 19 Leui. 18 Leui. 20

Secundo mœchatur, & in hoc grauiter peccat præceptum, qui verbo vel gestu sibiipsi vel alij quocunq; etiam modo vel consilio præbet occasionem ad actu mœchandum, qui vel conniuet, quales sunt lenones & prostitutores puellarum & mulierum: quiq; sibi vel alijs ludunt & iocantur pro fornicatione suscitanda verbis impudicis, lasciuis historijs, spurcis cantilenis, imaginibus indecoris, osculis, tactibus, ornatibus, crapulis, ebrietatibus, desidijs, ocijs, somnijs, & rebus deniq; omnibus, quæ prouocāt ad fornicationē. Atq; hoc est, q̄d Apostolus vult, vt etiā ab omni specie mali abstineamus.

1. Thes. 5

Tertio mœchatur, & in hoc sextum præceptum peccat, qui vel mente cogitat ad actu mœchandum, quantum in se est. Hinc est quod Christus ipse dominus eodem quidem modo interpretatur de non mœchando præceptum, quo præcedens est interpretatus, docens eo submoueri non tantum externū adulterium, sed & omnē penitus adulterij causam atq; radicem, atque adeo omnes affectus, qui huc tendunt. Quia dictum est (inquit) antiquis: Nō mœchaberis. Ego autem dico vobis, quia omnis qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, iam mœchatus est eam in corde suo. Quemadmodum em̄ ira mater est homicidij, sic cōcupiscentia adulterij, q̄d ex cōcupiscētia nascit.

Matt. 5

Is ergo nunquam radicitus sustulerit adulterium secundum legis mandatum, nisi præciderit etiam omnem concupiscentiam, iuxta Christi preceptum ac spiritum. Sicut enim qui fratri irascitur, reus est apud deum homicidij,

vtpote qui non tam opus q̃ affectum conſiderat:ita nimirum qui concupiſcit mulierem alienam, iam mœchatus eſt eam in corde ſuo. Atq; licet hoc non ſit apud homines, apud deum tamen eſt, qui magis voluntatē radicatā reſpicit, q̃ opus: qui etiam quæcunq; præcipit, toti præcipit homini, qui corpore conſtat & animo. Quando proinde lex diuina dicit, Non mœchaberis: hoc ſane vult, ne vel animo vel corpore te conſpurces adulterio, ne videlicet corpus libidine æſtuet, neve mens fœda concupiſcentia inardeſcat.

Peccat igit̃ in hoc ſextũ dei p̄ceptum, & quidē grauiſſime, q animo & corpore cōmittit adulteriũ, violans alterius thorũ, ſiue vterq; in cōiugio ſit, ſiue alter tantum. Talis adulter erat Dauid, rem habens cum Vriæ vxore. 2.Reg.11

Peccat in idipſum, qui ſtuprum committit, id eſt, virginē corrumpit, ſiue virginis pudorē tentat. Qualis adulter erat Sichem, filius Emor, principis Sichimorum, qui Dinam conſtuprauit, violenter eam rapiens.

Peccat in hoc ipſum p̄ceptum, q matrimonio abutēs, in Venerē impetuoſam ac illicitā cum cōiuge ruit: quales erāt mariti ſeptē iſti, qbus nupſerat Sara filia Raguelis, q̃s Aſmodæus cacodæmon interfecerat propterea.

Peccat in idem præceptum, qui vxorem ſuam deſpicit, aut non ex animo diligit, prout ad Epheſios docet Paulus. Ephe.5

Peccat, q cōtra coniugem eſt amarulētus, qualis ne ſit, Apoſtolus hortat̃. Col.3

Peccat, qui coniugem repudiat, quiq; debitam beneuolentiam denegat. Matth.5

Peccat deniq; in hoc ip̄m p̄ceptũ, quicũq; quibuſcunq; modis, vtpote verbis, cātilenis, cōſpectibus, tactibus, oſculis, libidinem vel prouocat, vel fouet in ſeipſo, vel in alio. Cuius cauſa damnat̃, vel maxime apud nobiles, abuſus nefarius, quo in vnum ſe lectũ maſculi & fœminæ innuptæ nuptæq; recipiunt, quos cacodæmon ita perſtringit & obcæcat, vt nō videāt ſe hoc in caſu peiores eſſe Romanis quondā ethnicis, q pudicitię ſtudioſiores, nolebāt vt ſecum nudis balnearent̃ filij, ne videlicet impudicitiæ vllam caperent occaſionem. 1.Cor.7

Peccat in hoc p̄ceptum ſpiritualiter, qui virginem deo deſpōſatam, quam nos vocamus monialem, violat: quales adulteri ſunt, & quidem nefandiſſimi noſtri temporis hæretici, cunctis etiam ethnicis nefandiores, apud quos morte tales etiam inceſtuoſi plectebantur.

Peccat etiā ſpūaliter in idem p̄ceptum, qui vel a fide Chriſtiana recedit ad aliquā infidelitatē, vel a recepta nr̄a religione Chriſtiana, ad nouā quandā ſectā, Chr̄i eccleſiæ ac religioni cōtrariā: quales ſunt, vereor, oēs hæretici, quantumuis ſe ſolos fateant̃ Chriſtianos, ſoloſq; veram habere religionem.

Peccat deniq; in hoc ip̄m p̄ceptum, q quomodolibet fornicat̃, etſi mulier neq; cōiunx, neq; proxima, neq; virgo ſit, q̄d & lex vetus ſentit, dicens: Non erit meretrix de filiabus Iſrael, nec ſcortator de filijs Iſrael. Deut.23

Errāt igit̃ impudentiſſime, qui putāt ſibi ſolutis licere fornicari cum ſolutis, vtpote ſcortatoribus cum meretricibus, neoſe inibi peccare, quum peccēt æque cũ cæteris fornicatorib⁹. Id q̄d maiores nr̄i rectiſſime ſenſerũt, pro, Nō mœchaberis, Nō libidinaberis.i. du ſolt nit vnkeuſch ſein; dicentes, nēpe rati quācunq; libidinē extra matrimoniũ, eſſe pc̄tm̄ mortale, ſerioq; prohibitum.

Sed

Sed inquis: Si vsqueadeo peccatū est simplex etiā, quā dicūt, fornicatio siue libidinatio, quur tū magistratus etiā secularis cōcedit lupanaria publica? Rn̄deo, nullū prorsus magistratum cōcedere lupanaria, sed pmittere, hoc est, quasi, ppterea coactū admittere, ne quis locū dans cacodæmoni, lōge fortassis horribiliorē cōmissurus sit fornicationē, q̄ quæ simplex appellat. Etsi enī quilibet fornicans peccet mortaliter, vnus tn̄ altero grauius, veluti paulo superius ostēdimus. Ita quidē magistratus cogit quodāmodo cōniuere ad minus malum, ne maius cōmittat. Queadmodum Moses olim permisit, diuino etiam pcepto reluctāte, repudij libellum, ne videlicet Iudæi durioris ceruicis aliud maius cōmitterēt peccatum, vtpote parricidium, qn̄ cogerent inuiti simul manere, q flagrarēt odio, cōiuges. Quum proinde quondā Christus loquerēt de matrimonio ad pharisæos, dicēs: Quos deus coiunxit, homo ne separet: dicebāt discipuli, Quid ergo Moses mādauit dari libellū repudij, & dimittere? Rn̄dens Chrs, ait: Qm̄ Moses ad duritiā cordis vestri pmisit vobis dimittere vxores vestras, ab initio aūt nō fuit sic. Dico aūt vobis, qa quicūq̧ dimiserit vxorē suā, nisi ob fornicationē, & aliā duxerit, mœchat: & q dimissam duxerit, mœchat. Ita sicut olim permissus repudiare, peccauit mortaliter, repudians: ita q̄q̧ mortaliter peccat, qui permissus fornicari, fornicatur.

Deut. 24

Ibidē Matt. 19 Marc. 10

Matt. 19 Mar. 10 Luc. 16.

Quū qd adulteriū sit, quidq̧ eius appellatiōe, adeoq̧ mœchiæ vocabulo veniat, & quis q̄q̧ multifariā peccet in hoc ipm de nō mœchando pceptum, cōmonstrauimus: superest modo, vt demonstremus adulterij adeoq̧ fornicationis cuiuslibet grauitatem; q̄ videlicet ipsa graue sit scelus.

In primis aūt adulterij siue fornicatiōis grauitas ex hoc agnoscit, q̧ Apl'us noluerit, nos vllā habere cū fornicarijs cōsuetudinē, nec cū ipsis cibū sumere.

1. Cor. 5

Secundo, q̧ hominē prorsus effœminet, quasiq̧ totum sic cōmutet, vt vix agnoscatur idem esse homo, qui fuerit antea: quandoquidē videt ipsa hominis rationē auferre, prophetā testāte: Fornicatio & vinum & ebrietas auferunt cor. Id qd plus satis patuit in Dauide, qui tametsi fuerit cordatissimus, pientissimus, mansuetiss. ita tn̄ alius est factus, libidini deditus, vt omnino cœperit esse carnalis, excors, crudelis, adeoq̧ demum homicida. Sic euāgelista testatur, q̧ quum tres essent ad cœnā illam magnā inuitati, nec venirēt vocati, solus tn̄ qui duxerat vxorē, se nō excusauit vt alij, sed vt obcæcatus ait: Vxorem duxi, & ideo nō possum venire. Siquidem vix est aliud peccatum; quod hominis rationem sic obfascinet ac liget, magisq̧ impediat a bonis operibus, vti libido. Id qd pueri quoq̧ docent in scholis exemplo Didonis & Aeneæ, obliuiscentium totius honestatis & publici & priuati commodi.

Osee. 4 2. Reg. 11 ibidem

Luc. 14

Ver. in 4

Tertio, q̧ hominē facit a deo apostatare, prorsusq̧ ab ipso auerti: nec mirū, qn̄ qui adhæret meretrici, vnū corpus efficit: qui autē adhęret dn̄o, teste Paulo, vnus est spūs. Id qd abunde cōpertum est in ipso Solomone, qui tametsi cor nactus a dn̄o fuerit ita sapiens & intelligens, vt eo nemo sapientior, nemo intelligentior esset, nec vllus vnquam futurus ei similis: vbi tamen libidinatus est, adamatorq̧ mulierum alienigenarum factus, ita mutatus est ab illo sapientiss. Solomone, vt, relicto deo vero ac viuo, ad cōplacētiā mulierum cœ-

1. Cor. 6

3. Reg. 3

3. Reg. 11

perit idola adorare & colere, duplex adulter effectus, carnalis & spūalis per apostasiam. Cuius vereor adhuc esse similes nō parum multos apud nos, & proceres & magnates, qui vel ipsi ob amorē Herodiadis & Iezabelis auderēt & Iohannē & prophetas interficere, quātumuis innocētes, quippe prorsus ratione priuati. Cuiusmodi nunc sunt, qui nō aliā pene ob causam, a veteri eaq́ vera religione deficiunt, q̄ vt vel amori cōiugum, vel adulterio satisfaciant, ab vxoribus luxuriosioribus ita psuasi, vt vel deū ipm modis oībus negarēt.

Matt.14 Mar.6 3.Reg.18 3.Reg.21

Quarto, q(Iobe teste) per adulterium fit coniugium infelix & exitiale, prorsus deuorās omnia bona cōiugū, quæ sunt alioqui maxima & salutaria.

Iob.31

Quinto, q singulariter reddit hominem simul cum filijs suis infamem, & vsqueadeo probrosum & ignominiosum, vt adulteri iure non debeant honestis officijs nec magistratibus fungi. Id quod apud maiores nostros ita tradunt obseruatum, vt adulteris & fornicatoribus etiam suspicio duntaxat fornicationis obfuerit ad alicuius dignitatis adeptionem.

Prouer.6

Sed eheu, q̄ modis oībus ab omi pristina honestate & pudicitia defecimus, postq̄ sectas istas nostri tēporis impudētissimas suscepimus: apud q̄s sic inualuit nō modo simplex fornicatio, sed & ꝓprium adulteriū, vt pene nō habeāt ipm nec pro peccato, nec pro ꝓbro: quinimo vt parū etiā habeāt vir, q adulter haud sit. Id q̄d propemodum frequentius est apud magnates, proceres & principes, & hoc genus alios, qui cæteros ex officio plectere deberent: qui sæpenumero ex certa cordis malitia & impietate aliorum vxores permolunt, virgines vitiāt, nec tñ interim suæ nobilitatis obnubilāt splendorē, vitiosiores tñ & peiores omnibus vnq̄ ethnicis, q̄bus semper adulterium scelus habitum est capitale, maiusq́ homicidio. Vnde rex Palæstinæ Abimelech, postq̄ sciuit Rebeccā Isaac esse vxorē, ꝓcepit omni populo, ne quis hoīs illius vxorē tangeret. Quod si quis facere ꝓsumeret, eum mortis supplicium accepturum.

Gene.26

Insuper, vsqueadeo fuit gentibus immane adulterium, vt esse minoris rati sint culpæ, prius occidere virum & inde eius ducere vxorē, q̄, superstite viro alium virum eius vxore abuti. Pudeat ergo, nobis ethnicos esse meliores, quibus Christus vult nos omnino meliores esse debere.

Gene.20 Gene.26 Matth.5 Luc.6

Sexto, q deus ipse omnipotens vix aliud crimen atrocius punierit, & quidem plurifariam.

Primo censuit ipsum plectendum morte, nec vulgari, sed ea nimirum morte, q̄ua punitur in ipsum blasphemia, vtpote morte lapidationis.

Leui.24 Ioh.8

Secundo, plagis etiā miraculosis, ijsdēq́ maximis, nēpe pestilētijs, fame, bellis, & quidē sæpe totā prouinciā & ciuitatē ob vnum vel alterum adulteriū. Sic primo ꝓpter fornicationē singulariter diluuio perdidit vniuersum mundum, genusq́ humanum vniuersum vsq́ ad Noe & eius familiā. Sic ob adulterium dñs in cinerē sulfure & igne de cœlo redegit Sodomā & Gomorrā & alias vrbes florētissimas, vt ne ruina quidē supsit, illorūq́ incolas cruciatibus æternis destinauit. Ita legimus vigintitria millia de filijs Israel, plaga diuinitus immissa propter fornicationē cum filiabus Moab, perijsse. Quod exemplū Paulus nobis ita proponit intuendum, vt velit illis in figura contigisse:

Gen.6.7 Gene.19 Num.25 1.Cor.10

nobis

nobis autem, in quos fines seculorum deuenerunt, ad correptionem nostram scripta, ne fornicemur vt illi.

Adde ꝙ dñs non solũ fornicationẽ bellis punit, sed & raro vel nunq̃ bellorum fortunã tribuit adulteris, vt aliás fusissime disputauimus scripturis & scripturarum exemplis.

Septimo, ꝙ lex etiam Cæsarea non modo censet adulterum capite plectẽdum, sed & permittit adulterum subito illo calore in ipso facto depræhẽsum occidi. Id quod vix reperias in vllo alio crimine.

l.patri.l. Marito ff.ad legẽ Iuliã. de adulteriis

Octauo, ꝙ non solum adulter ita punitur temporaliter, sed & si fuerit impœnitens, æternaliter damnatur. Id quod vix de peccatore alio, q̃ de adultero singulariter perindeꝗ antonomatice Paulus expressit, dicens ꝙ deus sit iudicaturus fornicatores & adulteros, qui (sicut neꝗ molles) regnum dei non sint possessuri, nec hæreditatem in regno Christi & dei habituri.

Hebre.13 1.Cor.6 Ephes.5

Sed inquis: Quid causæ, ꝙ tam graue sit scelus ipsa fornicatio, quæ paribꝰ pene gressibus ambulare videtᷣ in pœna cũ homicidio & blasphemia, quinimo maiori etiã pœna quondã fuerit punita, & nunc quoꝗ puniri debeatᷣ?

Primo, quia simpliciter tendit cõtra primũ dei pceptum, quo pcipit ille genus humanũ sic multiplicandũ, vt ipse glorificetᷣ inde: quandoquidẽ fornicator haud intẽdit legis impletionẽ, sed libidinosæ suę voluptatis satisfactionẽ.

Gene.1.8

Secũdo, quia fornicator fingitur homicidium facere, saltem spirituale, quũ diuidat duo, quæ sunt vt vna caro, quemadmodum realis est homicida, qui separat animam a corpore.

Gene.2 Mat.19

Tertio, quia fornicator esse censetur, nõ homicida modo simplex, vtpote hominis alterius, sed suipsius, quum (Paulo teste) peccet in seipsum, adeóꝗ in corpus propriũ, vt qui manus sibiipsi inferat. Oẽ quidẽ, inquit ille, peccatum q̃d fecerit homo, extra corpus est: qui aũt fornicatᷣ, in corpus suũ peccat.

Ephe.5 1.Cor.6 Ephe.5 1.Cor.6

Quarto, qa fornicator horrẽdã facit irreuerẽtiã sacramẽto matrimonij, q̃d ob rei pstertim significationẽ longe maximũ est. Significat eñ cõiunctionẽ & vnionẽ immaculatã diuinæ naturæ cũ humana, ecclesiæ & aïæ cuiuslibet cũ Christo. Quinto, qm̃ fornicator propriũ dei, adeoꝗ sui sancti spiritus tabernaculũ, q̃d est ipsum corpus hominis, defœdat, illũꝗ nequiter ex eo protrudere suo peccato molitᷣ: quãdoquidẽ spiritus sancti templũ sunt mẽbra nostra. Proinde qui fornicatᷣ, facit Christi spiritusꝗ sancti mẽbra, meretricis mẽbra. Id quod irreuerentia est, supra q̃ dici potest, abominanda.

Ephe.5 1.Cor.3 1.Cor.6

Sexto, quia fornicator nulla prorsus necessitate coactus, sed voluptuosa duntaxat leuitate, quadamꝗ animi sui inopia peccat: nec sui peccati ptendere potest vllã excusationem, quum habeat matrimonium vice remedij, quo posset prurigini carnis absꝗ peccato mederi: q̃nquidẽ deus optimꝰ matrimoniũ nõ modo instituit in obsequiũ & officiũ multiplicãdi gñis humani, sed & in remediũ vulneris peccati cõtra cõcupiscẽtiã. Cuius causa Paulus ait: Propter fornicationẽ vnusquisꝗ suã habeat vxorẽ &c. Melius est eñ nubere q̃ vri.

1.Cor.7 Ibidẽ

Cæterũ dicis: Nunquid semp immunis est a peccato libido inter cõiuges? Minime dico, quãdoquidẽ fornicatio quoꝗ cõmittitᷣ & adulterium in ipso matri-

matrimonio,adeoq; inter ipsos solos coniuges:nempe quum castitas mentis abest,quum amor inter ipsos libidinis vitio deturpatur,quum actus matrimonialis est impetuosus & illicitus. Siquidem vehemens amator,est adulter in suam vxorem,quando sapiens iudicio debeat amare coniugem suam,nō affectu,quum nihil fœdius sit,q̄ amare coniugem sicut adulteram. Quando vero coniuges sibi mutuo debitum reddunt causa prolis procreandæ,atq; adeo cultus diuini causa augendi, meritorium est,nedum non turpe.

Adde hoc ipsum debitum esse sanctum,quod redditur ad vitandam occasionem scortationis. Vnde fit,vt etiam mulier haud peccet,si se propterea viro suo comit,ne propter neglectam turpitudinem aliquam fiat illi contempta,& ne scortandi præbeat illi occasionem.

Debent proinde coniuges,si noluerint inter seipsos esse adulteri,mentis esse castæ,synceri coniugalis amoris,quo se in deo & propter deum pie amātes,vel liberis studeant procreandis, vel fornicationi indulgeant vitandæ. Quoquidem pacto syncerior aliquando castitas reperitur inter pios coniuges,quales fuerunt Abraham,Isaac & Iacob,q̄ in vulgo virginum. Atq; sane magnum est coniugalis castitatis meritum & gloria. Quid eñ,quæso, æque gloriosum possit esse,q̄ esse temperantem abstinentemq;,ipsa libidinis luxuriæq; occasione presente? Cuius gloriam recte Solomon admiratur,inquiēs: O q̄ pulchra est generatio casta cum charitate. Immortalis est enim memoria illius,quoniam & apud deum nota est,& apud homines. Eapropter Apostolus vere dixit,honorabile esse inter omnes coniugiū & cubile impollutū.

Sap.4
Heb.vlt.

Verum quia fornicatio tantum est scelus,vt etiam rex Abimelech punitus fuerit a deo,nondum facto adulterio,tantum quia Abrahæ vxorem concupierat,ipseq; Dauid grauissime punitus fuerit non in seipso solum,sed & in liberis suis & vxoribus, vtpote qui filium amiserit, videreq; coactus fuerit Absalonem filium decem concubinas ipsius violantem,& de regno eum eijcere & occidere molientem:sitq; carnalis illa concupiscentia difficile submouenda,vtpote quasi nobis agnata,quæ vel Paulo castitatis amantissimo,tantum dedit negocij,vt propterea ter dominum rogauerit,vt stimulus carnis suæ discederet:posset ex vobis modo quispiam quærere,possunt ne dari media pro submouenda concupiscentia carnali,conseruandaq; castitate?

Gene.20
2.Reg.12
2.Reg.8
Gene.8
2.Cor.12

Respondeo vnicum quidem esse,& id quidem longe efficacissimum,contra fornicationē & eius concupiscentiam remedium:quippe,quòd deus casti matrimonij autor,ex animo(sicut Apostolus fecit)rogeť, vt cōtinere valeat, quum(teste Solomone)continens esse non possit,nisi dominus præstet. cuius quoque vel solius sapientia dat,vt eruaris a muliere aliena & ab extranea, quæ mollit sermones suos. Quia vero tum dominus petita salutariter concedit,quum cooperamur ei,facientes quod in nobis est:profuerit sane, imo operæprecium erit,vt contra fornicationem seruemus vel vitemus,seruanda vel vitanda. Id quod vbi factitauerimus, dubium non erit, quin dominus votis nostris sit aspiraturus.

Ibidē
Sap.2
Prou.2

Primo

Primo proinde, ad submouendam omnẽ fornicationem, homo se auertat a rebus vanis, propheta monente: Auerte oculos meos ne videant vanitatẽ. Psal.118

Secundo deuitet audire & loqui verba impudica: quandoquidem (Paulo teste) corrumpunt mores bonos colloquia mala. 1.Cor.15

Tertio declinet mala cõsortia. Cum sancto em̃, inquit Dauid, sanctus eris, & cum peruerso peruerteris. Psal.17

Quarto caueat a crapula & ebrietate: quoniam res luxuriosa vinum est, & ebrietas tumultuosa. Et Paulus ait: Nolite inebriari vino, in quo est luxuria. Sic comicus ille poeta vere dixit: Sine Cerere & Libero friget Venus. Prou.20 Ephes.5 In Eunuch

Quinto detestetur te ipsa ocium, quando multam malitiam docuerit ocio sitas. Et ipse quoq; propheta subindicat, saturitatem panis & abundantiam vnà cum ocio, Sodomitis fuisse magnam præcipuamq; occasionem ad nefandam libidinem. Eccle.33 Ezech.16

Si proinde hæc & id genus alia partim seruabit, partimq; vitabit homo: dubium sane non erit, quin dominus aderit adiutor, qui (Paulo teste) bonus & fidelis, nostræ fragilitatis haud ignarus, non patietur ipsum tentari supra id quod potest ipse, sed faciet etiam cum tentatione prouentum, vt sustinere possit: eiq; maxime, qui sua sponte maturoq; consilio, quo domino melius inseruire possit, continentiam vouit. Quum enim dominus ad eiusmodi cœlibatum vna cum Paulo fideliter suadeat & consulat, abesse non poterit, quin rogatus & inuocatus, suum sit cõsilium confirmaturus, vbi quod suum est homo fecerit. 1.Cor.10 Mat.19 1.Cor.7

Nec em̃ nobis cum hæreticis conuenit, qui vel ideo volunt simpliciter esse virginitatem seruatu impossibilem, quia non possit ipsa solis naturæ viribus a nobis obtineri, prout sapiens ait. Nam si sola dicerentur esse sita in nostra potestate, quæ possumus ex nobis & virtute naturali præstare, non esset vllo modo dei mandatorum impletio collocata in nobis, cũ illam solis naturæ viribus integre exequi non possimus, teste domino, quum dicit: Sine me nihil potestis facere. Poterit autem continere, dei gratia coadiuuante, quemadmodum dominus ipse dicebat Paulo, a stimulo carnis tribulato, propterea q; præsidium postulanti: Sufficit tibi gratia mea. Quam certe dabit dominus, modo sibijpsi non desit inuocans, id est, modo faciat quoque quod suum est. Et fiet tandem, quod videtur impossibile & difficilimum ex seipso homini, eidem ex deo possibile: quoniam non sumus sufficientes ex nobis ad tam arduam virtutem capessendam, sed sufficientia nostra ex deo est. Cuius gratia Abel, Helias, Helisæus, Daniel, Ioseph, Johannes Baptista, Christus, Paulus, & pleriq; alij sexus vtriusq;, tam in veteri quàm nouo testamento, perpetuam seruarunt virginitatem, non vt impossibilem, sed vt difficilem, & castitate tam viduali q̃ coniugali multo præcellentiorem, magisq; meritoriam. Sap.8 Iohan.15 2.Cor.12 2.Cor.3 Matth.19

Sed inquis: Nonne maledictus est, vt olim, quisquis sterilis est, & neque ducit, neque nubit? ac nonne peccat continens in deum, dicentem: Crescite & multiplicamini? Gene.1

Respon

Respondeo, minime maledictum modo esse, qui sine sua culpa sterilis est, aut in dei gloriam suamque salutem, continet. Etsi enim quondam maledictus fuerit, maledictione videlicet opprobrij temporalis, qui non relinquebat semen, quoniam non videbatur satisfacere verbo dñi, dicentis: Crescite & multiplicamini, & replete terram: nunc vero maledictioni non subiacet, sed benedictioni, quando genus humanum satis multiplicatum, replere debet paradisum. Cuius causa tempore euangelij semper licuit & licebit in cœlibatu viuere, non solum exemplis eorum, qui etiam non sine merito virgines in veteri testamēto vixere, sed & multorum millium sanctimonia clarorum hominū in nouo testamento, quorum Christus fuit antesignanus, qui natus ex virgine, virgoque perpetuo manens, virginitatem approbat & in arbitrio ponit, quum dicit: Et sunt eunuchi qui seipsos castrauerunt propter regnum cœlorum.

Mat. 1 Luc. 1. Ezec. 44 Mat. 19 Marc. 10 Luc. 18

In hoc itaque nobis conuenit cum schismaticis & hæreticis nostri temporis, quia fatemur & nos Euangelion requirere, vt si quis continere non possit, potius ducat vxorem, ne se libidinibus conspurcet, neve sit autor alicuius mali exempli: quanuis si contineat, longe melius faciat, Paulo teste, quum quæ domini sunt, magis sit solicitus. Si quis vero meditatur cœlibatum, vt is suas exploret vires, diligenterque connitatur, vt pure viuat: ediuerso negamus, licere ei, qui cœlibatum maturo consilio spe seruandæ continentiæ fretus vouerit, ob subortam aliquam carnis tentiginem, spreta priore professione, coniugiū contrahere, quin sit coram deo fornicator & carnalis & spiritualis, habens damnationem, quia primam fidem irritam fecerit.

1. Cor. 7

1. Tim. 5

Superest igit̃, vt vnusquisque magnopere caueat, ne peccet in suo statu contra hoc dei pręceptum, siue opere, siue verbo, siue mente, siue occasione, nequaquam vel copiam, vel locum, vel tempus, vel auxilium ad operam libidinis commodans, vt leno: nec vllam occasionem, vnde excitari libido possit, omnino præbens.

DE SEPTIMO PRAECEPTO. Cap. XIIII.

Non furtum facies, Exod. xx.

POstquam dominus deus in duobus præcedentibus præceptis sub pœna amissionis salutis corporis & animæ serio prohibuit, ne proximo nostro noceamus in eius corpore & vita, & in ipsius vxore, quæ corporis & vitæ pars est: merito statim deinde in hoc septimo præcepto sub eadem pœna prohibet, ne noceamus eidem proximo nostro in eius bonis & substantijs externis, sine quibus ille commode corpus suum & vitam sustentare non potest.

Ad intelligentiam vero huius præcepti pleniorem, scitu necessarium est, etsi veteres furtum vocauerint, quod clam committeretur, quoque proximo clam incommodaretur, ipse tamen deus omnipotens furto intelligit, quicquid homo contra ius & æquitatem, siue prorsus clam, siue quasi clam, siue prorsus aperto acquirit, vsurpat & lucratur: ita nimirum, vt non solum fur sit ac dicatur ille, qui tale quid perpetrat, sed & qui vel ad id consulit, adiuuat, conniuet & consentit, & sciens non reuelat: quinimo quod non modo fur coram deo sit,

qui

qui re ipsa tale quid facit, sed & qui sibi firmiter in animo furari proponit: vtpote, quod ipse suo hoc septimo præcepto, de non furando, non modo prohibeat omnem iniustam vsurpationem, sed & omnem affectationem & cupiditatem rei alienæ. Hinc, quum recte Christum decalogi sensum interpretantem intelligimus, profecto videbimus, ipsum hoc præcepto non tantū prohibere oēm auaritiam, fraudem & imposturā, sed & docere, eum qui voluerit a furto esse immunis, habere debere animi synceritatem & simplicitatem, deinde quoque benignitatem ac liberalitatem erga proximum egentem. Matt. 6.

Primo quidem de cōsummata iustitia præcipiens, docet, in omni actione q̄ nobis cum proximo est, hanc esse regulam modis omnibus obseruādam, vt alteri faciamus, quod nobis fieri velimus: quodque nobis fieri nolimus, alteri non faciamus. Ad quam quidem regulam semper nostra cōscientia applicari debet, vtpote quæ facile sit diiudicatura, num rea sit huius præcepti. Matt. 7.

Secundo, præcipiens vt omni petenti demus, & volentem a nobis mutuari, non auersemur, docet ac mandat beneficentiam & eleemosynam in paupe res a nobis fieri debere, subindicans ista fortunæ bona, quæ vocant externa: sic esse nostra, vt tamen eorum partem egentes sibi vendicēt. Cuius sane causa si prorsus inops ob summam necessitatem quidpiā nobis furatur, tam ferme sumus furti causa, q̄ est ipse furti reus. Vnde scriptura dicit, non esse grandem culpam quando quis furatus fuerit. Id quod intelligit de homine, quem ineuitabilis vitæ necessitas ad furandum sic impellit, vt contentus esse velit tanto furto, quanto possit implere ventrem. Quæ quidē necessitas, cuius auari & immisericordes ferme causa videntur, vel plane minuit, vel tollit culpā: vtpote, quod eiusmodi pauperculus videatur furatus de suo, quum sit pauperū quod diuitibus superest, iuxta sententiam Iesu Christi, dicētis: Veruntamen quod superest, date eleemosynam: & ecce omnia munda sunt vobis. Alioqui vero, quum præter necessitatem summam, qui vel mēdicare vel laborare manu potest, vel alia quadam ratiōe famem pellere, furatur: vsque adeo grauiter contra hoc septimum dei Max. præceptum peccat, vt æque sicut adulter, regnum dei possidere non possit, quum tamen crimen adulterij respectu furti, sit alioqui facile omniū grauissimum: huius autem comparatione, furtum ex summa necessitate commissum, longe minoris esse culpæ censeatur, vt deinde fusius dicturi sumus. Pro. 6. Luc. 11. 1. Cor. 6.

Iam vero redeuntes ad propositum, dicimus, vocabulum furis vsque adeo generale esse, tamque late se extēdere, vt non modo fur sit & habeatur coram deo, qui clanculo crumenam euacuat, cistas excutit, verum etiam qui fraudē meditatur, nimium cupit in foro, in negociationibus, macellis, vino, cereuisia, officinis, & vbicunque negociationes sunt. Atque ideo fieri potest, vt quispiā furti reū quēpiam morti crucis adiudicet, qui maior fur & q̄ ille, dignior sit furca. Fierique potest, vt coram deo non modo fures sint, sed & archifures, qui cæteris videri volunt honestiores. Quid multa? Sic late dictio furti suas radices extendit, vt si suspendi deberent omnes (vt certe merentur) qui fures sunt, & fures esse nolunt, facile propediemque mūdus desertus redderetur, fie-

Z retque

retcꝙ quasi solitudo: quin defecturi essent suspensores vna cũ patibulis. Rem sic habere, videamus qui sint fures coram deo, ac grauiter peccent in septimũ dei præceptum, quorum conscientia sit eorum iudex.

I In primis fur est, & contra hoc septimum dei præceptũ peccat, qui nulla necessitate, sed certo duntaxat animi vitio rem quampiam proximo nesciẽti aufert, vt eam contra & citra proximi voluntatem & scientiam vsurpet. Necessitatem dico eam, quę tanta est, vt non sit alius modus expellendi famem, q̃ furto. Sic furti reus esset etiam ille, qui furaretur cõstitutus in necessitate, in qua fuit filius ille prodigus, qui quãtumuis esset famelicus, & in summa fame collocatus, haud tamẽ furatus est, qa laborare adhuc potuit. Ita fur erat Achan, qui clam contra Iosue edictum, nõnulla clinodia in oppugnatione Hiericho ciuitatis abstulerat, & subtus terram absconderat, qui propterea cum tota familia sua lapidatus fuit. De huiusmodi fure loquitur dominus, dicẽs: Hoc autem scitote, quoniã si sciret paterfamilias, qua hora fur veniret, vigilaret vtiꝙ, & non sineret perfodi domum suam.

Pro.6.
Luc.15.
Iosu.7.
Mat.24.
Luc.12.

II Fur est, & contra septimum dei præceptum peccat, qui vel aperto proximo rem violenter aufert, & quidem specie belli, vel nescio quo etiã prætextu hominem spoliat. Cuiusmodi furem (licet fure sit quouis etiam scelestior) appellamus prædonem in terra, piratã in mari, siue sit eques, siue pedes, quorũ neuter regnum dei possidere potest: quibus affinis est latro, quo nihil scelestius. Quales fuerunt, qui hominem de Hierusalem in Hiericho descendentẽ, spoliarunt, & plagis impositis semiuiuum deseruerunt, per quos dominus intelligit cacodęmones. Quibus quando prędones & latrones in nihilo ferme sint meliores, mirum qui fiat, vt apud Christianos eiusmodi velint esse gloriosi, et eius causa pleruncꝙ tales esse soleant, qui se nobiles & eqtes esse gloriant.

1.Co.6.
Luc.10.

Sed proh dolor, quod etiam apud Sarracenos, Turcas, Mahumetanos, imo quod etiam apud quoscunꝙ ethnicos a mundo condito scelestissimum semper fuit, hoc apud Christianos habetur gloriosum, quũ sit ignominiosissimũ: nempe peiores, hoc quidẽ casu, quolibet Nemroth, q̃libet etiã scriptura damnato. Ille enim tametsi tradatur primus per potentiam dominatum in terra sibi vendicasse, per violẽtiam alios sibi submisisse (vnde venator dictus est & hominum oppressor) per potentiam: siquidem homines ad ædificandam turrim induxit, vt vel ita clarior euaderet: non tamen legitur, ꝙ aliorum substantias rapuerit, ꝙ regiones latrociniis infestauerit, ꝙ vias regias insidiis instruxerit, quemadmodũ nostrates, & quidem longe crudelius faciunt, vtpote qui violenter homines abripiunt, in carceres proiiciunt, tormẽtis pecunias extorquent, & aliquoties sic excruciant, vt eos aut interimant, aut tandem redimere cogant animam omni substantia, redigẽtes eos in summam paupertatem. Id q̃d homicidio proximũ est, scriptura dicente: Melius est mori q̃ indigere.

Gene.10.
1.Par.1.
Eccl.40.

Quid ꝙ eiusmodi raptores, quantũuis generosi, hoc sunt latronibus & sicariis nocentiores, quo diutius homines discruciãt. Nec est quod prætexẽtes aiunt, se sua prædatione accipere condignam pœnam ab vsurariis illis diuitibus mercatoribus. Quandoquidẽ respondeo cum Ambrosio: Qui sic aut di

 cunt

cunt,aut sentiunt,iniustis sunt iniustiores,iniquis iniquiores,& auaris auariores:cumquia committũt eadem,quæ se vlcisci iactitant: tum q̃ vsurã quam dãnant,ipsi rapiunt,& sibi aut male coaceruant,aut pessime consumũt. Estq; hoc modo duplex vsura,ab vsurario vsuram violentia auferre. Quanuis non credam istos prædari duntaxat odio vsuræ: quandoquidem non modo prædantur mercatores opulentos,sed & plerunq; mechanicos,cerdones, agricolas,& id genus misellos,& aliquoties insontes omnino homines. Nec est q̃d isti quoq; prætendũt executionem iustitiæ,& protectionem eorum q̃ patiuntur iniuriam, quorum se patronos esse dicunt. Respondeo quidem bifariam:

Primo, nihil esse iniquius,q̃ propter vnum iniuriam patientem,plures iniuria afficere,idq; innocentes:nec iniustius esse quicquam,atq; vnum velle defendere,& plures eosq; innocentes supprimere. Secundo,q̃ eis nõ licet hoc pacto iustitiam exequi, nec eorum est vocationis,quum alioqui cuiuis potentiori liceret seipsum vel alium quemlibet vindicare, & publicam sibi potestatem vendicare vsurpareq;. Id quod etiã est cõtra ius diuinum & humanum.

Ius quidẽ diuinum censet,quod iustum est,non violenter, sed iuste esse exequendum:nec debere quenquã se sua potestate vindicare,vsq; adeo quidem, vt anteq̃ percussus suapte repercutiat, se vindicaturus, repercuti potius sustineat,iuxta dñm dicentem:Ego autem dico vobis,non resistere malo:sed si q̃s percusserit te in dexterã maxillam tuam,præbe illi & alteram. Huc etiam tendit,quod dñs ait, & Paulus repetit: Non vosmetipsos defendentes charissimi,sed date locum iræ. Scriptum est ẽm:Mihi vindictam, & ego retribuam.

Deu.16. Matt.5. Luc.6. Deut.32. Ro. 12.

Ipsum vero ius humanum vsq; adeo vetat,ne quis suus iudex esse p̃sumat, vt nec permittat,q̃ quis per occultũ furtum sibiipsi satisfaciat, nisi hoc dispensatiõis nomine faciat:vel per casum,quo forte rem, de qua cum proximo causam habet,reperiat, aut alia licita via recipiat.

l.1.C. Ne quis in cau ſa ꝓpria 14 q. 5.c. Nõ sane

Est igitur duntaxat ordinarij iudicis,sententiã iuris exequi, nõ priuatorum quorũlibet,quanuis potẽtium & nobilium,quorũ vocatio est,Cæsari & principibus,quorum feuda possidẽt,ministrare. Quapropter haud æquum est,vt quispiam,iusta etiã causa,belloq; indicto,aperto Marte, bellis,homicidijs,incendijs,prædationibus aduersam partem inuadat, nisi hoc ei post latam sententiam vel a Cæsare,vel eius vicem gerentibus iudicibus ordinarijs,fuerit commissum. Nisi enim res sic haberet, ad quid esset ordinaria potestas a deo constituta? Cui q̃ repugnat,diuinæ ordinationi repugnat,sibi damnationem acquirens,teste Paulo. Videant proinde sibi satrapæ isti,cũ suis omnibus complicibus,qui sub hæc nouissima tẽpora cõtra etiã Cæsaris edictum & scitum, sub prætextu euãgelicæ religionis & fidei,perq̃plurimos suis rebus,substãtijs & possessionibus ꝓpria violentia destituerũt,& oĩa seditionibus & tumultibus in Rom. imperio miscuerũt. Eheu,quam sustinebunt sententiã in nouissimo die tales raptores & seditiosi? si ẽm damnati sunt, qui ante scriptam legem sineq; lege peccauerũt,q̃ (quæso) dãnabuntur,q̃ non modo legẽ scriptã, sed & p̃scriptum euangelicũ præuaricãtur? Si ẽm dominus damnat eos,q̃ sua pauperibus non dederunt,quid fiet illis qui rapiunt aliena? Si damnat illos,q̃

Rom. 13. Rom.2. Matt.25.

non æquo animo ferunt iniuriã, quid illis faciet, qui alios afficiunt iniuria? Respondeant, quæso, num remissibilius sit dicere, Racha & Fatue, quàm vias obsidere, vehes mercium per viam auferre, ipsos mercatores & alios diuites viatores ex insidijs adoriri, pauperum boues & pecora abigere, omnem substantiam auferre, villas & pagos incendijs absumere, & cætera hoc genus latrocinia perpetrare. Id quod etiam apud ethnicos ignominiosa fuit & abominabilis tyrannis, quã etiã poetæ in Caco, in Lycaone et alijs tyrãnis detestati sunt.

Matt. 5.

III Fur est, quicunque princeps, satrapa vel magistratus, eiusmodi raptores et prędones & fures & viarum obsessores aut fouens, aut manutenens, aut ad eorũ latrocinia conniuens, vtpote cõsentiens per hoc: qui merito pœna punitur eadem, teste etiam ad Romanos Apostolo: quandoquidem furis ipse socius reputatur, domino dicente: Principes tui infideles, socij furum. Eiusmodi furem siue principem Dauid increpat, dicens: Si videbas furem, currebas cum eo, & cum adulteris portionem tuam ponebas.

Rom. 1. Esa. 1. Psal. 49.

IIII Fur est, qui quicquam inuenit, & dño, si nouit illum, nõn restituit: vel si nõ nouit, non scrutatur quis sit ipse. Debet enim ipse per præconem denunciare, se esse repertorem. Cuius nomen vbi haberi nequit, debent ipsius inuentæ rei fieri possessores, inopes & pauperes, iuxta sentẽtiam catholicorũ doctorum: quandoquidem voluntas sola furtũ facit, quum non quod furto sublatũ est, sed mens furantis attendi soleat. Hinc, si quid inuenisti quod non restituisti, si potuisti, rapuisti: quia quantum potuisti, fecisti. Deus enim cor, non manũ, interrogat. Hinc quum Tobias olim vocem balantis in domo sua audiret, dixit: Videte ne forte furtiuus sit. Reddite eum dominis suis, quia non licet nobis aut edere ex furto aliquid, aut contingere.

Tobi. 2.

V Fur est, qui rem quam scit furto ablatã, dño non indicat, sed aut occultat, aut emit, aut quocunque modo alienat, aut occupat, aut alio malo titulo sibi vẽdicat.

Fur est om̃is princeps siue potestas, subditos illicitis exactionibus expilãs, vectigalibusque nouis & iniquis grauãs, iusta causa non postulãte, nec modo seruato. Contra huiusmodi principes & magistratus ait Esaias: Væ qui condunt leges iniquas, & scribentes iniustitias scripserũt, vt opprimerent in iudicio pauperes, & vim facerẽt causæ humiliũ populi mei, vt essent viduę prędа eorũ, & pupillos diriperent. Quid quod & Hieremias & Ezechiel & Amos & Micheas contra eiusmodi potestates exclamãt, affirmãtes etiã ipsos in medio plebis esse quasi lupos rapiẽtes prædã, quos & propterea dñs in igne suę irę vult cõsumere, & facere ne duo possideant & hæreditent terrã: etsi quoque domos quadro lapide ædificẽt, in eis tamen haud sint habitaturi: nec vinum bibituri ex eis vineis, quas plantarunt: quinimo quia cogitet malũ super eos, vnde colla non sint ablaturi. Iusta vero causa subditis vectigal imponẽdi, inter cæteras est, iustitiæ defensio, tranquillitatis publicę vindicatio, a vi & insidijs prædonum tuitio vel defensio, prouinciæ purgatio, viarũ publicarũ ac pontium, fluminibus male vadosis trãsmissorum, extructio & refectio. Iniusta vero causa est, si ad crapulam, ad comessationes, ad voluptates, ad luxũ, ad spectacula, & id genus similes vanitates vel parandas, vel augendas, imponitur.

Esa. 10. Hier. 2. Eze. 22. et 33. Amos 5. Mich. 2.

Mo

Modum vero excedit vectigal, cum princeps aut magistratus rapax, equis & solitis vectigalibus contentus haud est, sed noua subinde imponit, ac subditos simul & tondet & deglubit, contra etiam mentem Cæsaris ethnici Tiberij, sub quo Christus vectigal soluit, dicentis: Boni pastoris est, oues tondere, non deglubere. Id quod non in quemlibet principem & magistratum, sed in rapacem duntaxat, dictum velim: qui violenta tyrannide plebem grauat insolitis exactionibus & vectigalibus: quandoquidem princeps & magistratus ex iusta causa merito tributum conferendum indicit, quando Christus quoque præstitit, idemq; suo exemplo præstãdum docuit, prout eius documentum Paulus sciens, ad nos omnes ait: Necessitati proinde subditi estote, non solum propter iram, sed etiam propter conscientiam. Ideo enim tributa præstatis. Ministri eñ dei sunt, in hoc ipsum seruientes. Reddite ergo omĩbus debita. Cui tributum, tributum: cui vectigal, vectigal: cui timorẽ, timorem: cui honorem, honorẽ. Nemini quicquã debeatis, nisi vt inuicẽ diligatis.

vide Suetonium.

Mat. 17. et 22.

Rom. 13.

Quo sane loco nihil aliud doceo generatim, q̃ vt magistratus populum nõ absque summa necessitate, nec nisi iusta causa moderationeq; existente, grauet exactionibus: nec eas, causa etiam præsente, reiteret, q̃ par sit, sæpius: quũ tenuitati ærarij, frugalitate rectius q̃ violentis ac insolitis exactionibus prouidere possit, contẽtus solitis & licitis censibus, voluptatis expers, torneamenta diabolicamq; pompam nesciens, sobrietati, parsimoniæ, temperantiæ, cæterisq; virtutibus studeat. Quod nisi fecerit, suosq; subditos plus æquo grauauerit, agetur cum eo pessime.

Primo quidem peccat omnis qui vectigal postulat, non vrgente nec instante causa, quare solui iure debeat.

Secundo peccat, qui non facit hoc, ad quod vectigal institutum est, vtpote quum vias haud reficiat, pontes haud reparet, nec vadosa flumina trãsmeabilia curet, nec itinera secura reddat, nec raptores & piratas insequatur.

Tertio peccat, qui vectigal inique postulat, haud secus atque fur existens, nec eius potest peccatum dilui, nisi exactum restituatur, clamãte interim peccato violẽtiæ ad deum pro vindicta: quam dubioprocul ille pro loco & tempore facit, vt alibi Christus testatur. Nec est quod auari consiliarij, prout solent, vt suam habeant partem, principi secus persuadere conantur, huius omnem violentiam & rapinam iustificantes, falsoq; allegantes Ioseph, quoniam is Aegyptum omnem fame laborantem, Pharaoni vectigalem fecerit: quandoquidem ille bono & æquissimo iure terram emptam fecit vectigalẽ, non oppressit liberam, nõ in seruitutem redegit, sed ab inedia liberauit. Cuius causa dictus est in Aegyptiaca lingua Saluator, non oppressor.

Luc. 18.

Gen. 47.

Fur est vsurarius, qualis est, quicunq; vltra sortem cupit & accipit, quũ vsura sit esca, sit vestis, sit deniq; quodcunque sorti acciderit: vtpote ꝙ vsura dicatur ab vsu, & sit quidquid in fœnore sorti accedit, quoniam ex vsu acquiratur. Q̃ vero grauiter contra deum & eius præceptum peccet, qui plus recipit q̃ vel commodato, vel mutuo sub spe vsuræ dedit, dominus deus ipse multis in locis arguit. In Leuitico quidem dicit: Pecuniam tuam non dabis ad vsuram.

VI

Leu. 25.

Deu. 23. ram. Et in Deuteronomio: Fratri tuo id quo indiget, commodato absq; vsura. In eodem: Non fœnerabis fratri tuo pecuniam ad vsuram, nec fruges, nec quamlibet rem aliam. Et rursus: Fratri tuo absque vsura id quo indiget, commodabis.

1 Non est itaque, quod fortassis vsurarij obijciunt, quod vsurando benefaciant proximo: quandoquidem mentitur sibi haec quidem parte iniquitas, quum constet, eos qui dant vsuram, pauperes fieri: istos vero qui recipiunt, diuites, eosdemq; oppressores pauperum. 2 Nec est quod obijciunt vsurarij, quia neminem ad dandam vsuram cogant, quum veniant vltro, qui accipiunt mutuo. Hem quam bella obiectio. Nonne (quæso) eam veniendi necessitatem pauperies efficit? Quis autem, obsecro, pauperum cogit ad accipiendum plus quam dederunt, vsurarios? 3 Nec est quod aiunt, si licuit olim Iudæis vsuram accipere ab

Deut. 23. alieno, quur non & Christianis? Lex enim dicit: Non fœneraberis fratri tuo ad vsuram pecuniam, sed alieno.

Respondeo quidem: falsum esse, nobis licere debere, quidquid olim licuit Iudæis: quum multa sub lege quasi sub vmbra fuerunt & licuerunt, quæ nunc

Io. 1. 1. Co. 10. Heb. 10. tempore veritatis apertæ & gratiæ, nec sunt nec licent, vt in Euangelijs & epistolis apostolorum passim videre est. Deinde falsum dicunt, quod licuit olim Iudæis vsuram recipere, id quod nunquam licuit. Quod vero lex dicit de alieno, non concessit, sed permisit Iudæis, ob maximam eorum auaritiam. permis-

Deu. 24. Mat. 5. 19 Marc. 10. sio fuit proinde, non vsuræ concessio: sicut & eis quondam permissus fuit libellus repudij, propter duritiam cordis eorum. Iam vero constat, non permitti nisi quæ mala sunt: malum est ergo dare ad vsuras etiam alieno, quanuis nobis ex lege charitatis nullus esse debeat alienus, sed proximus & amicus vnusquisque, cui benefacere possumus, quiq; nostra ope indiget, vti Christus

Luc. 10. alibi de Samaritano satis aperto arguit.

4 Nec est quod fortasse dicunt: quidquid dicatur de prohibitione vsuræ, pertinere ad vetus, non autem ad nouum, testamentum. Quibus respondeo: & vetus & nouum testamentum damnare, explodere & abominari vsuram, sicut peccatum longe grauissimum, cuius etiam spem prohibet Christus in no-

Luc. 6. uo testamento, dicens: Mutuum date, nihil inde sperantes. Et si mutuum dederitis ijs, a quibus speratis recipere, quæ gratia est vobis? Nam & peccatores peccatoribus fœnerantur, vt recipiant æqualia. Addo, vsuram recipere, tam graue esse peccatum, vt dominus vsurarijs non solum minetur mortem æter-

Eze. 22. nam singulariter, sed & temporaneam pœnam, dicens: Vsuram & superabundantiam accepisti, & auare proximos tuos calumniabaris, &c. Ecce complosi manus meas super auaritiam tuam quam fecisti, &c. Et dispergam te in na-

Pro. 28. tiones, & ventilabo te in terras, &c. Et Sapiens ait: Qui decipit iustos in via mala, in interitu suo corruet, & simplices possidebunt bona eius. En quomodo scriptura minatur vsurarijs mortem, exilium, & bonorum amissionem, id est, paupertatem. Id quod sæpe fieri solet etiam in successoribus, vt verificetur prouerbium, quo dici solet: Res inique acquisita, non diuitem reddit, sic

Eccl. 14. ut eleemosyna non pauperem facit. Atque hoc est quod scriptura dicit: Qui

acer-

aceruat ex aīo ſuo iniuſte, alijs cōgregat, & in bonis illius ali⁹ luxuriabitur.

Supereſt igitur chariſſimi, vt indigentibus ex animo mutuemur, & recipiamus quod mutuati ſumus, nec quicquam ſuperflui recipiamus: nec contra ſcripturam pauperes opprimamus vſuris, ſed opem potius illis feramus, ſcripturę memores, quæ dicit: Fœneratur domino, qui miſeretur pauperis. Cui accedit alia ſcriptura, dicens: Qui facit miſericordiam, fœneratur proximo ſuo. Pro. 19. Eccl. 29.

VII Fur eſt, & in hoc præceptum peccat, qui quod mutuo accepit, non reddit, quum ſoluēdo eſt, vel quoquo modo creditori exiſtit ingratus, vel debitum negando, vel gratanter non reddendo, fieri ſolitus aliquando nō ingratus ſolum, ſed & ex amico inimicus & offenſus ei, qui de ipſo meritus eſt optime: de quo vide totum pene caput XXIX. Eccleſiaſtici.

VIII Fur eſt, qui, quàm par ſit, inclementius ab eo debita exigit, qui ſoluendo non eſt, dicēte lege: Si pecuniam mutuo dederit quis pauperi, ne poſtea velut exactor vrgeat. Deu. 24.

IX Fur eſt, & in hoc peccat præceptum, qui pro debito pignus accipit, quo nō poſſit debitor ſine ſuo magno damno carere, nec ipſum creditorem magnopere iuuare: cuiuſmodi eſt veſtis neceſſaria, liber, vtpote bibliacus, aratrum, &c. Hinc ait lex: Si impignorando impignoraueris veſtem proximi tui, ante ſolis occaſum reddes ei. Quo ſane caſu pauperum eſt conſideranda voluntas, qua, ſi facultas ſuppeteret, libenter ſoluerent. Et ſi quis ingratus fide data non reſpondeat, non debet propterea creditor ita prouocari, quo male dei præcepto reſpondere incipiat, ſed in bono vincat malum: memor, eſſe Chriſtiani, malis etiam & indignis benefacere. Id quod deus noſter, qui ſequendus eſt, ſemper facit. Deu. 24. Rom. 12. Matth. 5. Luc. 6.

X Fur eſt, & contra hoc præceptum peccat, qui, quum poſſit, mercenario, præſertim pauperi, mercedem non ſtatim ſoluit. Hinc lex: Non morabitur opus mercenarij tui apud te vſque mane. Sic Tobias inſtruens filium ſuum, dicebat: Quicunque tibi aliquid operatus fuerit, ſtatim ei mercedem reſtitue: & merces mercenarij tui apud te omnino non remaneat. Quum proinde dominus tantam habet curam pauperum, caueant tyranni plus æquo tenaces, ne illis violentia quadam negent mercedem, vel alio modo calumniam faciant: maxime, quia detenta merces, contra detentores ad deum pro vindicta clamitet, non ſecus atque homicidium. Cuius cauſa Scriptura detentores mercedis & homicidas, fratres appellat, quum vtrįq; in vno periculo verſentur coram deo, dicente lege: Non negabis mercedem indigentis & pauperis fratris tui ſiue aduenæ, qui tecum moratur in terra, & intra portas tuas eſt: ſed eadē die reddes ei precium laboris ſui ante occaſum ſolis, quia pauper eſt, & ex eo ſuſtentat animam, ne clamet contra te ad dominum. Legi ſubſcribit Iacobus, dicens: Ecce merces operariorum veſtrorum, quæ fraudata eſt a vobis, clamat, & clamor eorum in aures domini Sabaoth introiuit. Leui. 19. Tob. 4. Eccl. 34. Deu. 24. Iaco. 5.

XI Fur e diuerſo eſt, & contra hoc præceptum peccat, qui pro mercede nō tam diligenter & fideliter laborat & ſeruit, quàm in re ſua propria, quive plus reci-

pit quàm meretur, cuius conscientia cum deo, qui cuncta videt, testis est: prout hoc tempore maxime fieri solet, quando nullius pene conscientia salua est, ob nouum euangelion, quod solam fidem gloriatur, omnem probitatem contemnens. Atque hoc est, quod tam serio Paulus præcipit, inquiens: Serui, obedite dominis carnalibus cum timore & tremore, in simplicitate cordis vestri, sicut Christo, non ad oculum seruientes, quasi hominibus placentes, sed vt serui Christi, facientes voluntatem dei ex animo, cum bona voluntate seruientes sicut domino, & non hominibus: scientes quoniam vnusquisque quodcunque fecerit bonum, hoc recipiet a domino, siue seruus, siue liber. Et q fur hoc est casu, maior est fur communi fure, contra quem valent repagula: & capto ipso, agitur cum eo, vt deinde non vltra furetur. sed hic nec esse fur vult, nec a quopiam furti accusari, quũ plus q̃ alter, furetur & noceat: sitq; hoc modo fur, infidelis quisq; & perfidus.

Ephe. 5. Col. 3.

XII Fur est, & in hoc præceptum peccat, qui vel mercator, vel caupo, vel institor, vel impostor, vel pistor, vel molitor, vel quisquis mechanicus, fraudulenter & dolose merces suas vendit, non quanti debet, sed quanti potest: qui vel iniquo pondere fallaciq; mensura emptorem circumuenit, qui pro bonis praua obtrudit, pro vegetis effœta subijcit, pro veris fucata adornat, pro synceris corrupta supponit, pro castis putida diuendit, pro integris oblæsa commẽdat, pro dulcibus amara distribuit: & qui (vt summatim dicam) res vænum expositas, alieno fuco & colore circunuestit: qui non, quod debet, vel minus vendit, vt proximum decipiat: quales sunt, de quibus propheta: Audite, inquit, qui contreritis pauperem, & deficere facitis egenos terre, dicentes: Quando transibit messis, & venundabimus merces: sabbatum, & aperiemus frumentum, vt imminuamus mẽsuram, & augeamus siclum, & supponamus stateras dolosas, vt possideamus in argento egenos, & pauperes pro calceamentis, & quisquilias frumenti vendamus. Id quod dominus prohibet, inquiens: Non habebis in sacculo diuersa pondera, maius & minus. Et iterum: Nolite facere iniquum aliquid in iudicio, in regula, in pondere, in mensura.

Amos 8. Deu. 25. Leui. 19.

XIII Fur est, & fure peior, qui publicam monetam adulterat, aut circuncidit.

XIIII Fur est, & in hoc peccat præceptum, qui vel iudex, vel assessor, vel consiliarius, iustitiam & iudicium vel fauore, vel timore, vel munere, vel odio vendit aut peruertit, aut aliter q̃ est iudicat, vtpote excæcatus. Id quod vsque adeo commune est apud iudices scelus, sed supra q̃ dici potest grande, vt scriptura pene nihil æque tam frequenter & serio detestetur, atque iudicum & officialium auaritiam, quæ oculos excæcat prudentum, & mutat verba iustorum. Quod ne fiat, dominus grauiter prohibet, inter cætera dicens: Iuste, quod iustum est, exequeris. Id quod iudex facit & assessor, qui ad defensionem iustitiæ, virtutis æmulatione, & non amore præmij temporalis, excitatur, quum iustitia & sententia in iudicio gratis sit impartienda, nec affectionis corruptæ gratia proferenda vel dicenda. Cuius causa Iethro quondam socer Moysi, iudicem eligendum suasit eum, in quo sit sapientia, timor dei, veritas, & qui odiat auaritiam.

Esa. 1. 5. Hier. 50. Eze. 22. Mich. 3. Soph. 3. Pro. 28. Exo. 23. Deut. 18. Exo. 18.

Et pec-

Et peccat in hoc præceptum,non modo magistratus hæc faciens,sed & a suis præsidibus,vicarijs,officialibus,alijsq; ministris fieri permittens,quũ morte sit dignus,non solum qui facit,sed etiam qui consentit facienti. Debet autẽ nec magistratus,nec inferior eo, iustitiã vẽdere, sed ille suis redditibus a communitate constitutis,hic vero suis stipẽdijs a superioritate deputatis esse contentus, nec quicquam muneris pro iustitia vel iniustitia recipere, vt possit esse beatus,quum,sicut ait scriptura, excutit manus suas ab omni munere. Esa.33.

Talis erat Moses, quum in seditiõe Chore diceret ad dominum: Tu scis ꝙ nec asellum quidem vnquam acceperim ab eis,nec afflixerim quenquã eorũ. Num.16.

Talis erat etiam Samuel,q quando populus regem peteret,dicebat: Loquimini ad me coram domino & coram Christo eius, vtrum bouem cuiusquam tulerim aut asinum:si quem calumniatus sum, si oppressi aliquem, si de manu cuiusquam munus accepi:& contemnam illud hodie, & restituam vobis. 1.Reg.12.

Atq; vtinam tales iudices, assessores,& consiliarij nunc essent plerīq; oẽs. sed vereor propter iniquos iudices, nunquam magis commune verbum dici ab oppresso,quàm nunc:

Ah Gott wie seh: gheet gutt für ehr/
Vnd gwalt für recht, das clag ich armer knecht.

Id quod dominus singulariter prohibet,dicens:Quod iustum est,iudicate: siue ciuis sit ille,siue peregrinus,nulla erit distantia personarum.Ita paruum audietis,vt magnum:nec accipietis cuiusquam personam,quia dei iudicium est. Deu.1. Et alibi:Non consideres,inquit,personam pauperis,nec honores vultũ potentis. Leu.19. Atq; hoc est quod Sapiens monet,inquiens:Noli quærere fieri iudex, nisi valeas virtute irrumpere iniquitates,ne forte extimescas faciem potentis, et ponas scandalum in iniquitate tua. Eccl.7.

Fur est,ac grauiter in hoc septimum peccat præceptum,qui vel actor,vel reus,vel aduocatus,vel procurator, vel assessor, vel etiam consiliarius,calumniatur aliquem,maxime pauperem. Id quod fit, quãdo fraudulentis litibus alijsve dolosis commentis aut ius egeni euertit, aut impedit, aut iustæ sentẽtiæ progressum remoratur: aut litis dilatione, aut appellationis renouatione sic pauperẽ fatigat,vt vel noxiã concordiã inire,vel non sine ipsius summo dãno a litigãdo cessare cogatur, vnde multoties ad extremam inopiam redigitur. XV. Quo in casu Christiani regis est,vt prouideat, ne tale quid contingat: quem propterea (sicut ad Salomonem regem dicebat regina Austri de Saba) constituit deus regem,vt faciat iudicia atque iustitiam. 3.Reg.10 2.Pa.9. Cui proptereaq; tantam dedit præ cæteris potestatem,vt ipse sedens in solio iudicij,dissipet omne malum intuitu suo, cuius fremitus est,vti fremitus leonis, & terror eius sicut rugitus leonis. Pro.20.

Est insuper vsque adeo regis, iustitiam diligere & eam manutenere,vt rex appellari soleat fons iustitiæ, ꝙ sicut fons ad omnes æque deriuatur, ita sine personæ respectu iustitia regis omnibus esse debet æqua, nec pati vt quispiã aliquem,maximeq; pauperem,calumnietur,illicq; furetur.

Ad

Ad quod ipsum regem præter cætera commouere debet Primo, quia eius sin gulariter est officij, cuius causa rex a deo constitutus est, vt accipitur ex oratione Salomonis, quam, quum rex creatus esset, ad deum habuit. (3. Reg. 3.)

Secundo, quia eiusmodi calumnia sit oppressio pauperum & innocentium, de peccatis clamantibus pro vindicta in cœlum contra opprimentem, & regem sustinentem vel permittentem oppressionem, domino dicente: Viduæ et pupillo non nocebitis. Si læseritis eos, vociferabuntur ad me, & ego audiam clamorem eorum, & indignabitur furor meus. Et alibi: Effudi super eos indignationem meam, qui afflixerunt egenum & pauperem, & aduenam opprimebant calumnia absque iudicio. (Exo. 22. Eze. 22.)

Tertio, crudelitas plagæ, qua deus calumniantes & calumniam punit.

Primo quidem, calumnians (deo dicente) redigitur in paupertatem ex eo, quod calumniose detorsit a paupere, sicut nemo ditescit ex substãtia inique acquisita. (Pro. 22.)

Secundo, quia gladio percutitur, & aduersus ipsum suscitatur bellum, vnde vxores illius fiunt viduę & filij pupilli. Audiat, qui habet aures audiendi. Vnde propheta: Væ, inquit, qui ædificat ciuitatem in sanguinibus, & præparat vrbem in iniquitate. (Exo. 22. Abac. 2.)

XVI Fur est, & peccat contra septimum præceptum, qui vel decimas iure diuino & naturali debitas, vt alibi docuimus, non soluit, vel falso soluit, vt Cain fecisse dicitur: quas & Christus confirmasse videtur, dicens: Hæc oportuit facere, & illa non omittere. Nec est, quod principes dicunt se decimas ecclesijs donasse, quum seculares principes nunquã habuerint ius recipiendi decimas, quæ semper fuerunt ecclesiæ, quæ nonnullis ob vrgentissimas causas recipiendi ius dedit. (Gene. 14. Gene. 35. Hebr. 7. Gene. 28. Mat. 23.)

Hinc isti suo se gladio iugulãt, quod aiunt se habere ius patronatus, quum illud arguat ministerium, non dominium. Siquidem patronus dicitur, qui defendit aliquem in periculo. Hinc ius patronatus aliud non est, quãm ius defensionis aut tutelæ. Principes igitur aut quicunque seculares, ab ecclesijs decimas recipientes, non habẽt eas iure gentilicio, quasique hæreditario, sed defensionis causa, debẽtes propter eas ipsis episcopis & eorum ecclesijs, quarum decimis vtuntur, patrocinari, causas eorum agere, ipsos ab infestantibus impijs defendere, atque adeo ecclesię immunitatem tueri. Quod nisi fecerint, inique decimas accipiunt, furti, sicut alij non dantes, omnino rei, congregantes sibi suarum rerum maledictionem, vt illæ etiam sub manibus euanescant, sequente rerum interea omniũ penuria & caristia: sicut aperto videmus nunc in Germania & alias; sed obcæcati, videre nolumus. (Mala. 3.)

XVII Fur est, & quidem hoc maior fure, vt ipse sacrilegus appelletur, qui (prout proh dolor, hactenus factũ est a Christianis, quod impiorũ est Turcarũ) sacra prophanat, tẽpla demolitur, prædia distrahit, templorum facultates diripit, qui clericos & monachos suis domicilijs contra ius diuinũ & naturale extrudit, ac victu priuat, & in vsum siue potius abusum suũ prophanũ vertit, Caino sacrificãti, & Ananię partẽ precij vẽditi agri ante pedes Petri proijcienti, similis. (Gen. 4. Acto. 8.)

Huius

Huius sane furti (quod, quia rerum est sacrarum deo, singulariter nominari solet sacrilegium) grauitas & enormitas, ostenditur ex frequentia & grauitate supplicij, quod deus sacrilegis inflixit. Possem ego, sicubi foret operæpretium, infinita propemodum recensere exempla, quibus sole clarius esset videre, q̄ male semper cesserit sacrilegis, vtpote q̄ nō modo sacrilegia eorum substantias, sicut virga Aaronis virgas maleficorum Pharaonis, deuorauerint, hoc est, sacrilegi semper deinde cœperint esse pauperes & infortunati: sed & quia corpore sunt hic temporaliter, & alibi æternaliter puniti sacrilegi. Sed vt tempori parcam, suffecerit vnum vel alterum recensere. Exod. 7.

Nonne Manasses, ac filius eius Amon, in Iudæa reges, quia Hierosolymorum templum spoliarunt, opibus regnoq; priuati sunt? Manasses enim ab Assyrijs diu in Babylonis custodia detentus est, ipse vero Amon, patre liberato, est a suis obtruncatus in palatio. 4.Re.21. 2.Par.33.

Nonne quia Nabuchodonosor Chaldæorum rex, quoniam deuictis per eum Ioachim & Sedechia Hierosolymitarum regibus, templum spoliauit, ingenium sensumq; communem amittens, delirauit? Id quod nuper quoq; non nullis sacrilegis contigisse traditur in derisione reliquiarum sancti Pennonis episcopi Misnensis. 4.Re.24. Dan.1. Dan.4.

Nonne Balthaçar quoque rex, quia vasis templi, quæ Nabuchodonosor proauus eius abstulerat, in conuiuijs vsus est, vitam etiam & regnū perdidit? Dan.5.

Nonne Heliodorus templum Hierosolymis despoliaturus, subito concidit in terram, & multa caligine obrutus, e templo in sella gestatoria eiectus est? 2.Mac.3.

Nonne Antiochum, templum Hierosolymis expoliare tentantem, apprehendit dolor dirus viscerum, & amara internorum tormenta, ita vt de corpore impij vermes scaturirent, ac viuētes in doloribus carnes eius effluerēt, odore etiam illius & fœtore exercitus grauaretur? 2.Mac.6.

Adde q̄ eis principibus vsq; adeo nunq̄ cesserit vltra feliciter in bello, qui bona ecclesiæ, necessitate aliquoties etiam cogente, rapuerūt, vt etiam aduersarij aduersarios ad spoliationem templorum quōdam prouocarint, lætatiq; sint, vbi alteri alterorum spoliationem templorum audierunt.

Nota quidē est vox, auditu dignissima & memoratu, quā Fabius ille Maximus quondam protulit. Quum enim ille victor ex vrbe Tarento om̄ia ferme ornamenta publica, præter deorum statuas rapuisset, quod vt faceret, ab amicis monitus: Quin iratos deos, ait, Tarētinis relinquamus. Erat enim (vti creditur) non immemor auri Tolosani, quod sacrilegio quæsitum, exitio fuisset attingentibus?

Sed quid isthæc, quum habeamus exempla neglecti sacrilegij longe recentiora? Quem eñ fugit, q̄ misere Anno salutis humanæ circiter DCC. XIIII. cesserit Carolo Martello, filio Pipini, glorioso alioqui & victorioso principi contra infideles, quia propter etiam necessitatem bellorum bona ecclesiæ sibi vsurpauerat, quando quidem anima illius ab Eucherio viro sancto, visa sit in infernalibus pœnis crudeliter excruciari?

De

Vide Pogii Flor. in Facet.

De Friderico I. imperatore quid dicam? Nonne sinistro suasu Petri de Vineis, viri docti & prudentis, quum in bello contra Alexandrum III. pecunia careret, Pisis, vbi tunc imperator fuit, templorum ornamenta aurea & argentea recipiens & spolians, ab illo suo secretario Petro de Vineis audiuit: Iniuriam abs te iniuste mihi illatã (quia prius ipsum oculo priuarat ex inuidia Germanorum) vltus sum: tu tibi hominum odia comparasti, ego tibi deum ex sacrilegio reddidi inimicum. Omnia tibi deinceps in deterius cadent. Id quod postea factum constat, vtpote ꝙ imperator a Papa victus, deinde quoqꝫ misera morte perierit. Quo dicto Petrus iste monuit, res sacras in vsum prophanum non vertendas. factumqꝫ est id Anno dñi M.C.LXIIII.

Sed inquis: Quę est causa tam singularis enormitatis huius furti, sacrilegij?

Matt. 21. Marc. 11. Luc. 19. Iohã. 2.

Primo, quia templum singulare dei domiciliũ, dehonestatur sacrilegio: fitqꝫ ex eo quasi latronum spelunca, contra singulare domini præceptum.

Secundo, quia violatur & diripitur, quod singulariter deo datum est & consecratum, nec nisi in diuini cultus & pauperum vsum vertendum.

Tertio, quia diminuitur ex hoc in terra diuinus cultus, ꝙ vbi prius est multifariam deus laudatus, ibi deinde laudatur eius aduersarius cacodæmon. Id quod totum ex Aggęo & Hieremia intelligi potest.

Agg. 1. Hier. 7.

Nec est, quod aliqui falso obijciunt, sibi videlicet licere recipere ab ecclesiis, quæ vel ipsi, vel sui maiores ecclesijs dederunt. Respondeo enim, nondum adhuc satis constare, ꝙ ipsi monasteria & templa fundauerint, prædijs & censibus ditauerint: verum potius cõstare, longe maiorem partem de suo fundasse & dotasse quondam Martyres & Confessores, & adeo quidem aliquoties de suis eleemosynis pauperes, vt ecclesijs & eorum ministris consulerẽt, vt in trito adhuc prouerbio dici soleat: Bona ecclesiæ, esse bona pauperum.

Principes igitur & quilibet potentes, qui suis bonis ecclesias expilant, pauperum eleemosynam sibi arripiunt, & Martyrum, & Confessorum.

Esto ꝙ sint principes vel alij, q ecclesias vel fundarunt, vel dotarunt de sua substantia: non tamen licet eis, quod deo vel alteri semel datum est, maxime in pium & bonum vsum, & iustam ob causam, repetere: quum non sit eorum vlterius, sed eius cui datum est.

Nec est, q̃d dicunt, q̃m bona ecclesiæ male dispensentur per earũ ministros. Respondeo, nec id quidem iustam esse causam, ob quam quod dederunt, recipere debeant, quum principalis ipsa causa & intentio, propter quam dederunt, bona est: maxime, ꝙ ipsi receptis longe peius abutantur, vertẽtes ipsa in prophanum pompę huius seculi abusum, nihil inde pauperibus retribuentes. Id quod videre est apud eos, qui quondam in Boemia, et nuper in Germania monasteria & ecclesias indignissimę depopulati & deprædati, sibi solis, nihil autem alijs, nacti sunt: quorum tamen paucissimi ditati sunt, sed potius ab eo tempore vtraque natio in pauperiem redacta, deo sic sacrilegia more suo iuste vindicante.

Nonne melius fuisset, vt substantiam ipsam illęsam siuissent, & ipsum modo vitiosum accidens reformassent, præsertim ꝙ nec sacerdotes, nec monachi

sub-

ſubſtantiam auferant, ſed eo ſolo abutantur aliquoties, quod inde colligunt, ſupplicium habituri propterea ſuum.

Für proinde quoq; eſt, cõtraq; hoc dei præceptum peccat, ſacerdos & monachus, qui res eccleſiarum & ſacerdotiorũ nõ ad quod inſtitutæ ſunt, ſed ad ſua lucra diſpenſat, in voluptate prodigit, vel vitio tenacitatis ſibi reſeruat, vel in vanam pompam conuertit, vnde pauperes deberet alere, qui frigore laborant & inedia. XVIII.

Fur eſt, idemq; peccat cõtra ſeptimum dei præceptum, qui vel vendit vel emit ſacerdotia vel ſacramenta, quæ gratis conferenda ſunt, iuxta Chriſtum dicentem: Gratis accepiſtis, gratis date. Talis fur erat Hieroboam. Quicunq; eñ volebat, implebat manum eius, & fiebat ſacerdos excelſorum. Atque ob id eius eſt euerſa domus & deleta de ſuperficie terræ. Talis erat fur Simon iſte, ad quem Petrus dicebat: Pecunia tua tecum ſit in perditionem. Talis fur fuit Giezi ſeruus Heliſei, qui, quoniam pro gratia ſpirituali impartita Naaman, veſtes accepit & argentum, factus eſt leproſus. XIX. Matt.10 3.Reg.13 Acto.8 4.Reg.5

Fur eſt coram deo, & in eius ſeptimum præceptum grauiter peccat omnis, qui titulo hæreditario exigit aut accipit quicquam, cuius ipſe non eſt hæres, nec ad eum pertinet: ſed vel fraude, vel violentia ſe ingerit in hæreditatem. Quo ſane pacto fur eſt omnis adulter & adultera, & qui ex ipſis naſcitur, conans parem cum legitimis habere partem hæreditatis: cuius, quia ſpurius & nothus eſt, eſſe particeps nequit, ſed contra iuſtitiam poſcit & accipit, quod legitimorũ eſt, prout non ius modo humanũ cauet, ſed & diuinum. XX.

Ex cuius decreto quondam fratres ipſius Iepthe, ad ipſum, quia mater eũ cum adultero clàm conceperat, dicebant: Hæres in domo patris noſtri eſſe nõ poteris, quia de adultera matre natus es. Ex eius quoq; iuris decreto, Sara cõiunx Abrahæ, dicebat ad ipſum de Iſmaele filio, nato ex Agar ancilla: Eijce ancillam hanc & filium eius. Non eñ erit hæres filius ancillæ cum filio meo Iſaac. Id quod deinde Paulus per allegoriam repetit. Iudic.11 Gene.21 Gala.4

Quia vero Abraham propterea fecit quod Sara iuſſit, Iſmaelem, quanuis filium dilectũ, eijciens, quanuis ille non prorſus ex adulterio conceptus fuerat, quãdoquidem ipſe Abraham ad Agar acceſſerat coniugis affectu & ordinatione diuina: quanto magis ab hæreditate fratrũ ſpurius erit excludendus, quũ plane, ſi quid hæreditatis contra verorum hæredũ voluntatem recipit, fur ſit, & ipſe etiam adulter, eum ad hæreditatẽ capiendã inſtigãs. Id q̃d ſæpenumero cauſa eſt litium, diſcordiarum & bellorũ, quæ deus auertat.

In ſumma fur eſt, & contra ſeptimum dei præceptum peccat, qui vel fraudulenter verbo aut facto cum proximo agit, vel agere firmiter ſibi proponit, quiq; cõtra iuſtitiã quidpiam aut vſurpat, aut occupat, vel ad hoc ipſum conſulit, perſuadet, imperat, iritat, conniuet, aut quouis alio modo non ſeruat erga proximũ naturæ regulam, habentẽ: Quod tibi fieri vis, alijs facito: Quod tibi fieri nolueris, alteri ne feceris. Hactenus de multiplici furto: ſupereſt, vt generatim de eius grauitate dicam. Mat 7 Luc.6 Tob.4

Etſi eñ quodcunq; peccatũ, qualis eſt omnis mandatorũ dei tranſgreſſio,

Esa.59 vel ideo satis graue sit ac reputari debeat, quia peccatorē separet a deo, perpetuoqꝫ damnet ac perdat, vnum tamen altero dignoscitur esse grauius, ex pœna plerunque, quam deus propterea infligit peccanti. Ita peccatum adulterij probauimus esse facile grauissimum, ꝙ vix aliud atrocius esse punitum a deo legamus.

Exo.22 Leui.24 Prou.6 Luc.19 Primo proinde furti grauitas ex hoc subindicatur, ꝙ olim lex mandauerit, quatenus fur depræhensus, vel quilibet alicui damnum faciens, aut septuplum redderet, aut se cum omnibus suis in perpetuum seruum daret ei, cui furto aliquid abstulisset, etiam necessitate cogente, scriptura teste. Sic Zachæus aiebat ad dñm: Si quem defraudaui, reddo quadruplum. Et quare Zachæe? Quia, inquit, lex dei, quia ratio & religio hoc dictat, hoc suggerit.

Danie.4 Eccle.34 Nec est, quod hoc peccatum se quis eleemosyna redimere posse speret. Impietas eñ est, ex rapina eleemosynā facere, vel ad pium vsum conferre, scriptura dicente: Qui offert sacrificium de substantia pauperis, quasi qui victimat filium in conspectu patris. Nec etiā putanda est eleemosyna, sed crudelitas potius & iniuria, si vel pauperibus vel ecclesijs dispensatur, quod ex illicitis rebus acquiritur. Nonne, quæso, iniuria esset, si duos quospiam videres, alium nudum, alterum vero indutum, spoliares vestitum, & indueres nudum? Proinde simpliciter furtum non modo reddi debet, sed &, si fieri potest, de proprio nonnihil addi.

Secundo furti grauitas ex hoc elicitur, ꝙ raro vel nunq̄ de furto vere pœniteatur, raroqꝫ remittatur ipsum. Reliqua quidem peccata decenti cōfessione & pœnitentia remittuntur: sed ad remittendū furti peccatum, non sufficit pœnitentia, sed opus etiam est restitutione plenaria, sicut dixi: quoniam sententia est catholicorū doctorū, Peccatum non remitti, nisi ablatum restituatur.

1.Esd.1 3.Esdr.2 Id quod ethnicus quondam rex Cyrus intelligens, reddidit vasa quæ pater eius Nabuchodonosor abstulerat.

Si vero ablatū vel ideo reddi non posset, quia vel dñs, cuius esset, ignoraretur, vel nō superesset, neqꝫ heres ipsius, arbitror in vsus pios rectius esse vertendum, summa nihilominus adhibita pro furto pœnitentia: vel si fur non haberet, oporteret adesse firmum reddendi propositum.

1.Cor.6 Tertio grauitas furti dignoscitur ex hoc, ꝙ Paulus ipsum numeret inter peccata capitalia, vtpote idololatriam & adulterium, cuiqꝫ maledicitur a prophetis inter illa specialiter.

Osee.4 Zach.5 Exod.12 Psal.23 Sed ais fortasse: Si modo furari & rapere, tantum est corā deo peccatum, quur dñs olim per Mosen Hebręis mandauit, vt acciperent ab Aegyptijs vasa aurea & argentea, vestesqꝫ preciosas, vtqꝫ deprædarent & spoliarent Aegyptios? Respondeo, hoc ipsum nihil habere cum hoc pcepto commune, quum fuerit mandatū dei, cuius est terra & plenitudo eius, de quo iudicandum non erat, sed obediendū, qui nouit q̄ iuste mandauerit. serui est, obedienter facere quod ille mandat: qui quum a priuata cupiditate mentem defæcatam habet, ac dei iussionem insequitur, peccare nō potest omnino. Sic illi deo obtemperantes, furtum non commiserunt, sed deo iubente mysterium impleuerunt.

Sed

Sed iterum dicis: Si tanta furti peccati grauitas est, quur scriptura dicit, Non est grandis culpa quum quis furatus fuerit? Respōdeo, scripturam hoc ipsum dicere duas ob causas: Prou. 6

Primo, quia furtum sit leuis culpa in cōparatione adulterij, criminis omnium grauissimi, prout superius ostendimus.

Secundo, quia sit leuis quodammodo culpa, quando fit ex ineuitabili necessitate, quū non est alius modus pellendi famē q̄ furto: quū alioqui sit grandissima culpa, si vel manuū labore, vel alia quacūq; ratiōe fames pelli possit.

Caeterum adhuc quaeri solet, an magistratus in euāgelica lege merito morte furem puniat, quando crimen furti quondam sub lege Mosaica morte non plecteretur. Respondeo, non immerito magistratū sub euangelio punire, sicut alia crimina, morte furtum, cuius autorem, vt plurimum punit, quum lex iudicialis & politia Mosi, non etiam sit in gentes translata, sed docet euangelium praesenti potestati prorsus obediendum esse: cui propterea facultatem legum condendarum dedit, ac vt in sontes ac pacis & communis societatis perturbatores, seuere animaduertat, permittit, dans gladiū, vt timori sit ipsa mali operis, & vindex in iram ei qui malum agit. Exo. 22 Mat. 23 Roma. 13

In hoc tamen casu magistratum censeo monendum, ne sit appetens sanguinis, nec; acceptor personarum, nec; furculum, qui vel ob necessitatē quid modicum furatus est, spem etiam frugis ac melioris vitae promittentem, temere suspendat: publicos autem homicidas, adulteros, raptores, latrones, ac pauperum direptores, quacunq; corruptione liberos abire sinat, contra dei praeceptum, quo prohibetur in iudicio haberi personarum acceptionem, prout modo leges fere omnes fieri ac esse videmus, vt telas aranearum, quae muscas debiles capiunt, aues vero dimittunt. Sed vt aues aucupis amitem, pedicas, retia & viscum perrumpere non possunt, sic nec isti potentes peccatores, vt ita dixerim, qui vel quamlibet hic agant etiam sine cōscientia securi, effugere nequeunt, Paulo teste, iudicium iudicis dei iustissimi. Acto. 10 Leuit. 19 Deute. 1 Roma. 2

Cuius sane intuitu, charissimi, mutuo nos diligamus, non offendamus: nec nos solum ab omni furto, hoc est, a quauis fraudulenta vsurpatione rei alienae penitus abstineamus, sed & caueamus infideliter quocunq; modo inter nos siue verbo siue facto agere: nostrisq; manibus diligenter & fideliter operemur, vt habeamus, vnde, hortante Paulo, quod & ipse fecit, necessitatem patientibus largiamur. Sic fiet, vt nec illi, nec ipsi nos quoquo modo fures simus, nec alterius rei raptores. Ephe. 4

DE OCTAVO PRAECEPTO. Cap. XV.

Non falsum testimonium dices, Exod. xx.

Etsi neoterici modo, praesertimq; schismatici, hoc octauum dei praeceptum sub ijsce verbis legant, Non loqueris contra proximum tuum falsum testimonium: & sub eis quoq; verbis legatur & in Exodo, & in Deuteronomio: ego tamen hoc ipsum praeceptum, velut audistis, sub alijs verbis, vtpote, Non falsum testimonium dices, exprimo. Id quod nemo miretur, Exo. 20 Deut. 5

Deut. 4 Deut. 14 nec existimet me verbo dei quicq̃ vel addere, vel demere: sed potius ex hoc intelligat, me, sicut nec alibi, nolle esse singularem, quales plerunq; semper schismatici sunt & hæretici, qualesq; esse & haberi volunt, sed plane catholicum, hoc est, vniuersalem, libenter amplectentem consuetudinẽ catholicæ ecclesiæ, quã plerunq; duntaxat credimus. Ipsa vero catholica ecclesia in Germanica præsertim natione, multis iam pridẽ annis ita hoc idem octauum præceptum legit & expressit, vt ego lego & exprimo.

Deute. 4 Deut. 14 Nec propterea sit dei verbo vel additio vel demptio, quũ nihil illi addat, q̃d ei contrarium est: nec demitur, quod necessario adest: sed plane manet idem in vtraq; lectione sensus & animus, licet ipsa vox siue verbũ, mutet. Id q̃d nihil refert, quũ vel nostri maiores, & adhuc quidẽ doctissimi homines adfirment, de verbo litigandũ non esse, quũ vel de sensu vel corpore cõstet. Quod

1. Tim. 6 Roma. 13 2. Cor. 4 Matt. 19 vsq; adeo verũ est, vt etiã Paulus pcipiat vitare pugnas verborũ. Qui & ipse propterea pariformiter legit & exprimit hoc octauũ dei pceptum, sicut legit catholica ecclesia, quę procul dubio nõ modo sequuta est Paulũ, veluti integerrimũ dñi verborũ interpretẽ, nolentẽ vllo modo verbũ dei adulterari: sed & Iesum Christũ, ipsum deũ & dñm legislatorẽ, qui sic legit & præcipit.

Nec est q̃d fortasse dices, in ecclesiæ catholicæ adeoq; mea lectione, obmitti verbum, contra proximũ tuum. Siquidẽ respondeo, hoc ipsum verbum prorsus intelligi virtute pcepti, quod, sicut omnia, pro proximo latum est. Et quid multa? Nonne liberũ est vertenti, vt possit quibuscunq; verbis vertere, modo latoris & autoris verum sensum sequatur?

Iã itaq; vt ad declaratione pcepti descedã, sciendũ est, rationẽ ordinis huic octauo pcepto nõ minus q̃ cæteris perq̃ pulchre cõstare, quũ dicit: Nõ loqueris contra proximũ tuũ falsum testimoniũ, vel, Nõ falsum testimoniũ dices.

Ibidem Rom. 13 Quũ enĩ deus ille Opt. Max. serio velit proximũ nobis diligi, nec illũ q̃quo modo offendi, nec in eius corpore, nec in eius vxore, nec in eius substantia: ipse vero proximus non modo hæc ipsa habeat, sed supersit illi thesaurus adhuc alius, qui est bonũ nomen, quo ille vsq; adeo nõ potest carere, si modo honeste, prout oportet, inter homines viuere vult, veluti re quapiã contemptibili, vt etiam bonum ei nomen melius sit, scriptura teste, quàm vel vnguenta

Eccles. 7 Prou. 22 preciosa, vel diuitiæ multæ: fieri sane solet, vt ipse nolit æque nos nocere debere proximo in eius fama atq; in eius substãtia, quum homo pene magis nullus sit, qui est sine bono nomine, q̃ qui est sine temporaria substantia. Id quod ethnicus ille Cato sciens, aiebat:

> Omnia si perdis, famam seruare memento:
> Quam si perdideris, postea nullus eris.

Ad tutandũ igit̃ bonũ proximi nomẽ, dñs ipm dedit octauum pceptũ, dicens: Non loqueris &c. Et recte nimirũ post secundæ tabulæ pcepta, quibus mandat, ne quo modo fratrẽ nostrum opere lædamus, tum in corpore, tum in bonis subnectit pceptum, quo pcipitur, ne verbo fratrẽ lædamus.

Iam vero in primis sciendũ est, hic quoq; a parte totũ intelligi debere, sicut in superioribus pceptis. Queadmodum enĩ idololatriæ noie nõ tantum

illa crassa, sed & illa cordis & interna venit: item periurij nomine, omnis illicita dei nominis vsurpatio: sabbati item, omnis spūalis vacatio: ad hæc homicidij nomine, omnis proximi læsio in personam redundās: mœchiæ vero, oīs illicitus coitus: & furti denique nomine, omnis noxa rebus proximi illata: sic hoc in præcepto falsi testimonij vocabulo venit omnis noxa, qua per linguam proximum afficimus.

In quo quidem præcepto dominus non modo prohibet opus, sed & omēs causas & occasiones, quibus ad ipsum falsum testimonium peruenit. Quinimo non solum prohibet in eo dominus ipsum opus, causam, occasionem, sed & affectionem firmam. Ipse enim saluator noster, magister perfectionis, vim huius præcepti ad cor ipsum & affectus transfert, inquiens: Quæ procedunt de ore, de corde exeunt, hoc est, ea quæ in corde latent, & quum præbetur occasio, foris erumpunt, coinquinant hominem. De corde enim exeunt cogitationes malæ, falsa testimonia, & blasphemiæ. Quibus sane verbis innuit, eum quoque dicere falsum testimonium, qui vel dicere cogitat, si detur occasio. Prohibet igitur dominus in hoc præcepto omnem linguæ abusum. Vnde sequit, multifariā ab homine peccari contra octauū dei maximi p̄ceptum. hocque ipsum ferme semper fieri mendacio, & quidem ita, vt omnis qui mentitur, habeatur pro eo, qui falsum dat testimonium, quando falsum & mendacium nihil pene discrepent. Matth.15

Vt autē apertius dignoscant, qui mentiendo falsumque dicendo, cōtra hoc domini peccatum peccent: sciendum est, eum mentiri, qui secus loquitur, aliterque præ se fert, q̄ in mente habet: proindeque mēdaciū esse falsam vocis & gestus significationem cum fallendi intentione.

Sunt autem multa mendacij genera: quæ etsi peccata sint vniuersa, non tamen æque grauia, sed eorum quædam sic excusatione digna, vt interim vix pro venialibus habeantur peccatis.

Necessarium mendacium est, quo quis innocens in vitæ discrimine sibi cōsulit, vti fecerunt & mentiti sunt Abraham & Isaac: qui ne propter vxores suas interficerentur, dixerūt eas esse suas sorores. Ita quoque Dauid coram Achi rege Geth, simulauit se stultum, vt sic mortem euaderet. Gene.12 Gene.20 1.Reg.21

Officiosum mendacium est, quod nulli nocet, & alicui prodest, quod aliquoties etiam vel necessitatis ratio, pietate, misericordia, zelo religionis suadente, quodammodo extorquet, quanuis interim videat alijs nocere. Sic mentitæ sunt obstetrices illæ Hebrææ, quum dixerunt mulieres Hebræas passim callere artem obstetricandi, nempe vt tali mendacio efficerēt, vt tuto possent seruare pueros Hebræorum masculos. Ita Raab quoque officiose mentita est, quum dixit nuncios Hebræos abijsse, vtpote, vt sic, quod perfecit, illos officio protegeret, vitæque conseruaret. Ita quoque Iudith mentita est, Holophernemque decepit, vt patriam saluaret. Iacob quoque simulauit se esse Esau, cōsuendo manus & collum pellibus hœdorum. Iosue quoque simulauit fugam ab eis, qui erant in ciuitate Hai, vt egrederentur persequentes, & eos vel sic ad internecionem cæderet perderetque. Et Iehu rex Israel simulauit se colere Baal, vt Exo.1 Iosue.2.6 Iudith.11 Gene.27 Iosue.8 4.Reg.10

eius sacerdotes omnes ad se allectos conuocaret atque occideret.

Qui licet homines fuisse pij credantur, & nihilominus tamen vel ipso gestu mentiti fuerint, & quidem officiose, non tamen eos censeo nobis in exemplum trahendos: quandoquidem viri sancti, qui videntur in duobus illis mendacij generibus mendacium dixisse, causam sui vel necessarij vel officiosi mendacij habuere, & quidem spiritus instinctu ducti & recti: quæ quidem causa, eorum mendacium vel excusat, vel commendat.

Primo quidem si attenderimus eorum animum, certe inueniemus eos fuisse ab omni fallendi proposito penitus alienos.

Secundo, quia totus spiritus, quo ducti sunt, mysterio ac ordinationi dei subseruiuit.

Tertio, quia ijdem homines sancti sic sua verba & facta temperauerunt, vt vix eos quispiam commissi mendacij possit arguere. Abraham enim & Isaac in vitæ discrimine apud impios constituti, non omnino mentiti sunt, quum & adfirmarent vxores suas esse suas sorores, quum Hebræis omnes quotquot de vna cognatione sunt, fratres & sorores appellari soleant.

Gene.12
Gene.20

Quod vero Iacob fecisse legitur, plane mysticum est, electioni dei subseruiens. Nec enim omnino falsum erat, quod ipse Iacob se dicebat esse primogenitum, quum ipsi Esau primogenita sua vendidisset, & dei electione primogenitus censeretur, quemadmodum & nos dei gratia & beneficio per fidem Abrahæ filij vocamur: quippe in benedictionem, Hebræis quidem ex carne Abrahæ descendentibus promissam, sed ob infidelitatem ablatam, surrogati.

Gene.27
Roma.9
Gala.4

Nec vacauit mysterio, quod fecere Hebraicæ illæ obstetrices: nec item quod Dauid, quod denique Iudith illa fecit. Addo illud tantum, quod & Augustinus sensit, obstetrices videlicet illas non ob id fuisse remuneratas, quia fuerint mentitæ, sed quia ex pietate erga deum, infantes Hebræorum liberare studuerint. Nec Raab commendatur mendacij nomine, sed quod certa de voluntate dei, pie egerit in liberandis nuncijs Hebræorum. Holophernes quoque latro sacrilegus, non nisi per mulierem debuit tolli: nec fuit ex omnibus mulieribus dignior, decentiorque Iudith: quare eam dominus ad tam arduum opus elegit. Eius proinde zelus, quem pro lege dei habuit, excusat mendacium. Et ipse quoque Iosue in bello iusto simulatione non peccauit. Ciuibus enim Hai nullo sacramento fuit obstrictus, neque vllas cum eis belli, pacis, vel induciarum pactiones inijt. Quod si fide data iussisset abijcere arma, & sese dedere, & post irruisset in eos & trucidasset, sacrilegus & periurus & effusi sanguinis omnino reus fuisset. Recte proinde seruauit fidem Gabaonitis, quamuis contra eum omnis multitudo murmuraret. Hai ciuibus nihil debuit, sed domino debuit, vt se militem illi fidelem exhiberet. Et in iusto bello simulationibus & omni strategematon genere milites que duces que vti licet. Nec etiam hoc casu peccauit Iehu, quia dixit sibi grande votum esse & sacrificium Baal. Zelo enim dei hoc dixit, vt accipimus ex verbis, quæ ad Ionadab filium Rechab protulit, inquiens: Veni mecum, & vide zelum meum pro domino.

Exo.1.
1.Reg. 21
Iudith.13
Iosue.2.6
Iosue.9
4.Reg.10

Quàm vero idem Iehu vir fuerit animi fortis, non mendax, nec plenus ri-

marũ,licet hinc intelligere,ꝙ is neq̃ sibi missis obuiã nuncijs,& pacẽ petenti bus,vel verbũ quidẽ pro pacis sacramẽto respondit,imo cõtra dixit:Quid ti bi & paci?Praeterea quũ ipse rex Ioram illi obuiam curru occurreret,dicens: Pax ne est?Iehu ille nihil regi promisit,nullã de pace fidem illi dedit,id est,ne vnius quidem verbi,sed contra verba hostilis animi respondit, dicens:Quae pax?Adhuc fornicationes Iezabel matris tuae & veneficia eius multa vigẽt. E regione quum interrogaret ipse Ionadab filium Rechab,Nunquid est cor tuum rectũ cum corde meo?Et ille responderet,Est:data fide,eum ad se in su um currum leuauit,dicens:Veni mecum,&vide zelum meum pro domino.

Non est itaq̃,quod quilibet Christianus in hoc ipso officioso mendacio sequi velit eiusmodi,quos recensuimus, sanctorum hominũ exempla:quorũ necessaria & officiosa mendacia,eas videmus habuisse causas,quae vel excu sant,vel,quia ductu spũs facta sunt,diluunt.Iam vero Christo nato,quis di cere audeat,se instigante spiritu,vel officiose,vel zelo misericordiae & pieta tis,aut mentiri, aut simulare:quum Christus aduentu suo omnibus typis & figuris veteris legis,in quibus omnia contingebant,finẽ fecerit,qui solus gra tiam & veritatem attulit?Etsi enim doctores catholici, officiose necessarioq̃ mentiri,crimen esse capitale non censeant: pronunciare tamen non audent, omnino non esse peccatum:quin etiam peccatum esse definiunt,sed excusabi lius,quando verbum etiam ociosum,peccatum esse credatur.

Iohan.1. 1.Cor.10

Matt.12.

Peccat igitur grauiter in hoc octauum praeceptum,& in secundũ primae tabulae,qui perfuga clàm vel palam duci,sub quo meret,sacramẽto aut iure iurando obstrictus, deficit ab eo,ipsumq̃ fortassis in hostium suorũ manus redigit,quales fuerunt quondã Alchimus & Bacchis,qui de Israelitis ad De metrium regem defecerunt, & illis plus mali q̃ gentes ipsae fecerunt,mentien tes se amicos,non autem desertores.

1.Mac.7

Peccat quoq̃ dux ille,qui quum dat aduersarijs inducias,& pacem reci pit, dataq̃ fide arma abijcere iubet: deinde ruit in inermes,ac eos occidit: quinetiam pacta &conuentiones,quas suis literis & sigillis confirmat,statim rescindit,vtpote periurus & perfidus,nihil habens cum praedictis exemplis sanctorum patrocinij.Etsi eñ fortassis ille bonum dei zelum habeat,grande tamen est peccatum,periurio contra fidẽ datam peccare,quum haec ipsa hosti etiamnum sit seruãda. Quod quia quondam non seruauit Sedechias rex,sed fidem Nabuchodonosor datã fregit:causa fuit,ꝙ deo permittẽte,reges Chal daeorũ ascenderint in Iudaeam,& eam vna cum Hierosolymis perdiderint fer ro & igne,multis hominũ millibus partim trucidatis,partimq̃ in captiuitatẽ in Babyloniã abductis. Caueat ergo Christianus,ne sub poena mortis etiã aeternae,fidẽ fallat vel mentiatur,etiam apud impios, & quidẽ pietatis causa, scriptura prohibente,quum dicit: Noli velle mentiri omne mendaciũ. Ca ueat quoq̃ prorsus,ne mendacio pietatis causam praetexat:quandoquidẽ,te ste Paulo,non debemus facere mala vt eueniant bona.

Iosue.9

3.Esdr.1.

Eccl.7.

Roma.3

Iocosum mendaciũ est,q̃d vt nemini obest,ita & nemini prodest,vtpote oblectãdi causa dici solitũ.Iam vero tametsi sic iocose mẽtiri,nõ ilico capitale

mortaleq; sit peccatum, fieri tamen potest mortale, bifariam.

Primo, si quispiam frequentius assuesceret ita mentiendo iocari. Id quod Eccle.7 scriptura prohibet, dicens: Noli mentiri omne mendacium. Assiduitas enim illius, mala est.

Secundo, si quis nec suo loco & tempore mentiretur iocose, quēadmodum faciunt aliqui concionatores, qui sic in suis ad populum sermonibus mentiū tur mendacijs iocosis, vt auditoribus vel hinc placeant, vel vana credulitate fallant ac imbuant, quasi loca scripturarum non longe sint mendacijs efficaciora ad persuadendum: quum sic mentiendo, diuini verbi maiestati detrahunt, doctrinam fidei suspectam faciunt, seq; demum ipsos leues reddunt, quantumuis alioqui graues doctiq; videri velint.

Matt.21. In primis eñ memores esse deberent loci, qui templum est, non autem the Marc.11 atrum vel scena, vbi vel deuote orari, vel serio doceri debet. Luc.19.

Iohan.2 Deinde memores esse deberent, quē docent, nempe Christū, qui quum sit Iohā.14 ipsa veritas & grauitas, nec mendacio vult testari, nec ioco prædicari.

Insuper memores quoq; esse deberent, qualia verba esse debent, quibus doceant, nimirum verba dei, nō mista fictis mendacijs, quę soliditatē auferunt. 1.Petr.4 Hinc Petrus: Si quis, inquit, loquitur, quasi sermones dei loquatur.

Atq; hoc est, quod Paulus suum Titum & quemlibet doctorē monet, di- Tit.2 cens: Tu aūt loquere quæ decent sanā doctrinā: Verbum sanū irrepræhensibile, vt is qui ex aduerso est, vereatur, nihil habens malum dicere de nobis.

Ego sane suaderē prorsus abstinere a mēdacijs, vel quālibet iocosis: & qui Ephe.5 dem ideo, qm̄ nihil ædificēt, & ipse q̄q; Paulus dānet omne stultiloquiū atq; Coloss.4 etiā vrbanitatē, quā vocant, ad rem nō pertinentē: & pcipiat, vt sermo noster Matt.12 sale sit cōditus, nō immemor dñi, dicentis, de omni verbo ocioso rationē esse reddendā. Apologos vero istos pudicos, nec leues, cuiusmodi est ille apud T. Liuium de mēbris corporis, & apud Aesopū de ranis & ciconia & trunco, & hoc genus alijs, nō prorsus improbo: quū ferme sint similes parabolis, pietatem habentes annexam, quibus nemo Christo melius est vsus.

Perniciosum & malignū mendacium est, q̄d non modo nulli prodest, sed & alijs nocet, ex malignitate & animi duplicitate prodiēs: eo nimirū fine dici solitum, vt proximo vel vitæ, vel famæ, vel bonorū externorum iacturā afferat: id q̄d semper æternæ dānationi obnoxium est. Solēt autē eiusmodi mēdaces esse duplices, & vtriq; peccare grauiter cōtra hoc octauum dñi pceptum.

Primo quidem mendax malignus, est priuatus, & est multiplex: & vnusquisq; peccat contra hoc octauum domini præceptum.

Peccat quidem, qui adulatur, gratiam captans, nihil non laudans & vituperans ad beneplacitum eius cui adulatur, pestilentissimus existēs inimicus, etiā in persona amici, frequens apud diuites & potētes, quibus nihil æque deest, q̄ qui veritatem dicat eis. Et hoc est quod ait scriptura: Melius est a sapiē Eccl.7. te corripi, q̄ stultorum adulatione decipi. Et sunt meliora vulnera amici, q̄ fraudulenta oscula inimici, id est, adulatoris.

Prou.24 Peccat, qui detrahit alteri, vsque adeo, quòd scriptura dicit, dei esse abo-

minatio

minationem, eum qui detractor est: & ipsum quoque, qui faciles aures præbet detrahenti: quum, Bernardo teste, vterque diabolum portet, hic in aure, ille in ore.

Peccat, qui temere iudicat, & quidem maxime non suo loco, contra præceptum domini dicentis: Nolite iudicare, vt non iudicemini, de ijs videlicet rebus, quæ possunt & bono & malo animo fieri, quæ dei iudicio sunt committenda, nec de alterius corde proferenda est sententia temere. De quibus admonet Apostolus, dicens: Tu quis es qui iudicas seruum alienum, qui domino suo stat aut cadit? Opus suum probet vnusquisque, & sic in semetipso gloriam tantum habebit, & non in altero. Vnusquisque enim onus suum portabit. Et rursus: Nolite ante tempus iudicare, quoadusque veniat dominus, qui & illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium: & tunc vnicuique laus erit a deo.

Matth. 6 Roma. 14 Gala. 6 1. Cor. 4

De ijs vero rebus, quæ natura prorsus mala sunt, planeque manifesta, iudicare nō prohibemur, ex verbo dñi dicētis: Ex fructibus eorū cognoscetis eos. Oīs arbor bona, fructus bonos facit: mala autem arbor, malos fructus facit.

Mat. 7 Luc. 6

Primo tñ in hoc casu iudicandū respiciendū est, vt nō aggrauemus crimē, sed nostræ quoque memores simus infirmitatis, retinētes cū odio criminis charitatē personæ proximi: vtpote, si possumus, vt ait Bernardus, excusemus actionem: si non, excusemus intentionē: si nec intentionē, excusemus tentationem. Ad quod hortat Apostolus: dicens: Fratres, etsi pręoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos q spūales estis, huiuscemodi instruite in spū lenitatis, cōsiderans teipsum, ne & tu tenteris. Quod vt faciamus, exigit charitas, quæ operit etiā multitudinē peccatorum, volens cum mandato dei quæque mala proximi vel omnino tegere, vel semper aliquo modo, si fieri potest, excusare.

Gala. 5 1. Pet. 4

Secundo, ne iudicemus indebito tempore & loco, vtpote qñ iudicādo nihil prodessemus. Sin aliter iudicaremus, certe excideremus a charitate, & malum nō corrigeremus adeo, vt ipsum deterius etiam faceremus. Ita scriptura prohibet argui proximum abs te in conuiuijs vini, quod scilicet prorsus sit intempestiuum, corripere inter pocula, vbi peccantem non ad pœnitentiam, sed citius ad furorem concitaueris: & cōpotatores non ad misericordiā, sed magis ad contemptum & dilacerationē proximi commoueris. Quo sane plurimum & maxime hoc quidē tempore peccant concionatores, qui ex suggestis nihil non cōuiciorū ac probrorū in ecclesiæ præsides, pontifices, sacerdotes, monachos ac monachas cōgerūt, toti ī hoc occupati, vt pmiscua mobilisque plebs, eos auribus palpātes, nō vulgari plausu excipiat, illos vero summa cōtumelia afficiat, cōspuat, lapidet, atque adeo cōcitata seditiōe pdat: bis vtpote grauiter & periculose peccātes, tū qa absentes & indefensos pessimorū criminū, quasi cæteri oēs a pctō sint immunes, vt se etiā existimāt, insimulant ac traducunt: tum qa in eos sæuis verbis apud inconditam plebem detonantes, nihil aliud agunt, q̄ quod vulgo fenestrā aperiunt, autoritatē seniorum ac ecclesię presidum eleuādi, ac sinistrā suspicionē dissemināndi, cōtra Paulum, volentē vt seniores nō increpemus, sed obsecremus vt patres; neve presbyteros nō solū nō temere accuse-

Eccl. 31 1. Tim. 5

accusemus,sed ne accusationem eorũ,nisi sub pluribus testibus, recipiamus: vt interea sileam,eiuscemodi criminatores verbo dei turpiter abuti.

Esa.30 Quod quidem rei quũ recogito,video sane nos magna verorũ concionatorũ laborare penuria. Aut eñ plerięꝫ omnes loquunť,vt ait propheta,placẽtia:aut cũ laruis luctantes,& aera verberantes,in Papam & episcopos absentes,nescio quæ grandia detonant,aut paradoxa,nescio quæ,certe nõ satis catholica,nec ipsis satis cognita,crepant de fide & eius generis alia. Quãdo de vitijs & virtutibus,quæ fidei sunt argumẽta,dicunt,ita ieiune agunt,vt circulatoribus q̃ concionatoribus longe sint similiores,nõ vel audẽtes vel nolentes. Quandoquidẽ nec vulgus audit eos,qui contendunt hulcus tangere. Ipsi vero magnates vbi audiunt eos dilacerare canonẽ Missæ, ipsamqꝫ Missam vocare abominationẽ,mox putãt eos concionãdo referre Petrũ & Paulum,quũ magis testenť se esse Antichristos,a qbus,secundũ Danielẽ,sit auferendũ Missæ sacrificium ob peccata nostra. Id quod & secundũ eundem certissimũ signum est interitus & finis huius seculi. Cęterũ vbi audiunt istos inuehi cõtra eorũ vanam gloriã,auaritiã,luxuriam,adulteriũ,inuidiã,blasphemiam,crapulã,tyrannidẽ, rapinam,& iuris negligentiam, & id genus vitia, mox aiunt ipsos esse vel scandalosos vel seditiosos.

Danie.11

Similiter quoqꝫ plebs ipsa,quũ audit concionari contra triplicẽ coronam pontificis,contra dignitatẽ & apicem episcopalẽ,contra pileos Cardinaliũ, cõtra plattas & cappas,sal & oleũ,& quũ audit omnes catholicæ ecclesiæ cæremonias & cultus dei,cõsuetudinesqꝫ damnari:quũqꝫ audit nullã traditionem,nisi quæ in scriptura exprimať,esse probandã:mox eiusmodi concionatorẽ censet esse euangelicũ & apostolicũ,quũ tamen nihil minus sit. Sin audit obedientiam,humilitatẽ,castitatem,moderationẽ,sobrietatẽ,temperantiam, & alias virtutes doceri,suaqꝫ vitia reprobari,mox indignabunda cedit loco: nimirũ vsqueadeo adest modo tempus illud nouissimũ, de quo Paulus ait:in quo prædixit ille futuros,qui sanã doctrinã non essent accepturi, sed essent coaceruaturi ad sua desideria sibi magistros, auribus prurientes, auersuri auditum a veritate,ad fabulas autẽ conuersuri. Ab ijs omnibus, vt ait propheta,furor domini non est auersus,sed adhuc manus eius extenta,in quam, sane Paulus aiebat esse horrendum, incidere.

2.Tim.4

Baruch.1 Heb.10

Tertio,si priuatũ in nos peccatum fuerit,ipsum peccantẽ ex Christi præcepto priuatim,hoc est,inter nos & ipm corripiamus:q̃s si nõ audierit, adhibeamus nobiscũ vnũ vel duos,vt in ore duorũ vel triũ testiũ stet omne verbũ, q̃ si adhuc nõ audierit,dicam' ecclesiæ. Quã si nec ipsam audierit,sit nobis vt ethnicus & publicanus. Atqꝫ hoc nimirũ pacto deus in hoc suo pcepto vult, ne cuiq̃ male obloquamur,etiã si ille reus sit mali, & hoc nobis cõstet: longe minus,si nobis de eius malo nihil certi cõstat,sed ex auditu dũtaxat habem'.

Matth.18 Deut.17 l. vbi. ff. de testib.

Sed inquis:Nunqd nõ dicam qd verũ est? Imo dicas,sed corã ordinario iudice. Sed ais:haud possum,qd scio,testificari palã,timẽs ne perperam mihi cedat,si quod asseuero,non probauero. Atqꝫ ideo,inquam ego,si non poteris, vt iuris est, coram ordinarijs personis probare malum, cuius aliquem

accu

accusas,fac digito compescas labellum. Sin scis,pro te scias,non pro alijs. Etsi em̃ latius dixeris,tamẽ vti mendax habeberis,quia verũ ipsum facere nequis: imo facis vt malignus homo,quũ nulli debeat bonũ nomẽ auferri,nisi prius alicui palam sit ac ordinarie ablatũ. Ita nimirum dici modo solet falsum testimonium,quicquid nõ possumus, vti cõuenit,testificari. Propterea quicquid sufficienti testimonio manifestum non est,nemo debet nec manifestare,nec pro veritate reuelare. Et quidẽ summatim,quicquid occultum est,dimitti debet occultum, vel ad minus occultim corripi. Ideocq; quisquis sis,noli(vt ait scriptura) linguã nequam & detrahentẽ audire:sed sepi aures tuas spinis, & increpa detrahentẽ,qui deo odibilis est,vt verecundet,& labia contineat: qui alioqui proximũ diffamabit, nec ex infamia facile liberabit ipsum. Cito quidem eripitur alicui mentiendo,vel etiam vere dicendo,bona fama:sed nõ vsque adeo cito restitui potest,qua tamen vir bonus post vitam nihil habere potest nec melius,nec charius,nec vtilius.

Gala.5

Iam vero,licet detractore,hominibusq; male obloquẽte nihil sit perniciosius,mirum tamen est,q; plericq; omnes malint de proximo male,q̃ bene,dicere & audire. Atq; licet ipsimet adeo simus mali,vt minime pati queamus,vt quispiam de nobis aliquid mali dicat,sed velimus plericq; omẽs,vt totus mũdus de nobis optime sentiret ac loqueretur:pati tamen nequimus,vt optime sentiatur & dicatur de alijs. Quàm ergo rectius fecerimus,vt si forte fortuna detractoris conuicia in proximum audiremus,consilium sequeremur sapientis, quum dicit: Audisti verbum aduersus proximum tuum: commoriatur in te, fidens quoniam te non dirumpet. Hactenus de priuato mendacio,nunc de publico.

Sap.7

Publicum mendacium siue solenne est,quod fit in iudicio publico,solennitatibus adhibitis & ritibus consuetis. Id quod proprie falsum dici solet testimonium,quod fuit peculiare quodammodo Iudæis,contra quos singulariter latum est hoc a domino præceptum octauum. Fit autem & datur falsum testimonium multis sane modis:

Primo quidem falsus est testis,qui proximum falso defert, & ad tribunal sistit: quales erant duo seniores isti,qui falso mendaciterq; detulerunt Susannam.

Danie.13

Secundo,qui plane secus q̃ res habet,cõtra quempiam testificatur,hoc est, falso dicit:quales fuerunt,qui malitiose testati sunt contra Naboth.

3.Reg.21

Tertio,qui celat veritatem:quum non modo proditor sit veritatis,qui facit hoc,sed & qui non libere pronunciat veritatem, vel dicere tergiuersatur, quum vnusquisq; tenetur ad veritatem dicendam defendendamq;, maxime in iudicio,vt inde iudex informari,reus & actor iustificari, concordia & pax instaurari,sopiriq; possit omnis lis,discordia & inimicitia,quũ alioqui veritatem dicendã tacens, vel eam dicere tergiuersans & recusans, deum, qui veritas est, contemnit & negat coram hominibus, iudicem fallit, & proximum lædit,& multorum malorum instaurator,& bonorum est impeditor, vtpote pacis,amicitiæ, concordiæq;.

Heb.6
Iohã.14

Quarto,

Quarto, qui verũ testimonium vendit, etsi testis alioqui sit verax, quia tamen mercede verũ dicit, q̃d sine præmio non proferret, pro falso teste habet: veritatẽ de falso suspectam faciens. Id quod neq; iudex facere debet, docente ad Macedonium Augustino: Gratis eñi quod verũ est, dici proferriq; debet.

Eheu si contra octauum dei præceptũ peccat, qui verũ testimonium & iudicium vendit, q̃ putes grauiter peccet in idem præceptũ testis, qui testimonium: iudex, qui sententiam: aduocatus, qui patrocinium: procurator, qui adminiculũ: notarius, qui ministerium, vel quiuis alius præsidium, aut in iudicijs aut alibi contra veritatem & iustitiam, contra propriæ conscientiæ dictamen, contraq; rectæ rationis suffragiũ quoquo modo tulerit ac dederit: prout a mundo condito frequentius, q̃ alibi, fieri solet in iudicijs & concilijs Cæsarum, regũ, principum, & id genus satraparũ, & quidẽ potissimũ tripliciter:

Num. 23 Primo, propter munera, xenia & dona, quæ (scriptura teste) maxime excæ Eccle. 20 cant prudentes, subuertũtq; verba iustorum & iudicum, qui propterea maxime prohibẽtur accipere munera. Quorũ acceptoribus ipse dominus serio minitatur væ, dicens: Væ qui iustificatis impium pro muneribus, & iustitiã iu- Esa. 5 sti aufertis ab eo. Et quale væ? nimirũ perditionis. Ignis eñi, dicente scriptu- Iob. 15 ra, deuorabit tabernacula eorũ, qui munera libenter accipiunt. Etsi q̃q; vi- Prou. 17 ctoriam & honorem acquirit, qui dat munera: tamen animam accipientium Prou. 22 auferet. ait alia scriptura: Qui aũt odit munera, viuet. Et rursus ait dñs: Male Deut. 27 Num. 23 dictus qui accipit munera, vt percutiat animam sanguinis innocentis: quinimo non accipietis precium ab eo, qui reus est sanguinis.

Id quod fecisse tradit scriptura filios Samuelis, qui declinauerunt post aua 1. Reg. 8 ritiam, acceperuntq; munera, & peruerterunt iudiciũ. Qui excutit manus su- Esa. 33 as ab omni munere, iste (vt propheta dicit) in excelsis habitabit. Sed proh dolor, audio hoc ipsum, licet grauissimũ, peccatũ tam frequens esse, vt pene nemo possit aliquam habere iustissimæ etiam sententiæ executionem, quantũuis iustam & commissam a superiore, nisi qui largitur munera. Cuius causa oportet, vt pauperes opprimantur, quia largiri non possunt: quorũ deinde oppressio clamat ad cœlũ pro vindicta, quam certo facturus est dñs vel in ipso Psal. 139 Luc. 18 actore, vel in eius hærede. Videãt igit̃ qui se muneribus sinunt corrumpi pro iniquitate facienda, quàm nec pro vero & æquo quicquam sit accipiendũ: peccetq; grauiter, qui quod ex officio tenetur facere, non autem facit ipsum, nisi dato munere.

Secundo corrumpunt̃ iudices, consiliarij, testes &c. propter acceptionem personarũ, cp videlicet respectũ habent, an sint vel nobiles vel ignobiles, diuites vel pauperes, potentes vel impotentes, amici vel inimici &c. quum tamen hoc sane casu nulla debeat esse personarũ ratio, quũ non sit hominis iudiciũ, Deut. 1 sed dei optimi, qui quũ non sit personarũ acceptor, nec eius vicarius esse de- Roma. 2 bet, sed sine personarũ acceptione iudicare. Hinc Iacobus ait: Si personam ac- Galat. 2 Acto. 10 cipitis, peccatum operamini, redarguti a lege, quasi transgressores. Siquidem 1. Pet. 1 lex dicit: Nulla erit distantia personarum. ita paruum audietis vt magnum, Iaco. 2 Deut. 1 nec accipietis cuiusquam personam, quia dei iudicium est. Quod scriptura

dein

deinde declarans, ait: Nolite despicere hominem iustum pauperem, & nolite magnificare virum peccatorem diuitem. Eccl.42

Atque hoc quoque (proh dolor) tam modo frequens esse fertur peccatum, vt mox desperetur de vera sententia, vel commissione, vel consultatione, vbi intelligitur acceptio personarum esse in catena quam vocant.

Vt autē tam grande peccatum & scelus, in ipsis iudicibus & consiliarijs & testibus & alijs caueatur, necessaria sunt aliqua factu:

Primo, vt illi iuxta consilium Iethro, quod Mosi dedit, sint viri sapientes & timentes deū, in quibus sit veritas, & qui oderunt auaritiam, quique sint fortes & imperterriti. Quales non fuerunt filij Samuelis, ideoque noluit eos populus habere in iudices Israel. Qui eñ volunt recte, vt debent, iudicare & testificari, & per ipsam sententiam & testificationē veram penetrare: necessum habent, vt aliquoties amicos, sororios, vicinos, consanguineos, diuites & potentes, qui possunt ipsis multum vel prodesse vel obesse, commoueant. Ideoque oportet, vt omnino cæci fiant, aures claudant, vt nec videant nec audiant: sed recta procedere, viaque regia proficisci, nec in alteram declinare partem affectionis causa: sed quicquid proponitur, recte iudicare & cōcludere, ita vt semper deum, non hominem, præ oculis habeant, qui retributor est & iustitiæ & iniustitiæ. Exo.18 1.Reg.8 Deut.5.16 Deut.17

Secundo, vt iudices a testibus non tam cito iuramēta postulent, nec temere, nec statim quoslibet ad testificandum admittant. Debent eñ ipsi de re testificanda prius diligenter percontari, qualesque sint testes, explorare. Sunt eñ q nō admitti debēt in quacūque re vel causa, prout eos recenset hoc distichon:

Aetas, conditio, sexus, discretio, fama,
Et fortuna, fides: in testibus ista requires.

Siquidem testes sunt dubij, mulier, puer, seruus, nimia laborans inopia, mente captus, infamis, Iudæus, hæreticus, & apostata.

Atque hoc est, qd etsi dñs deus olim certissime sciret peccata Sodomitarū, tñ dixit: Clamor Sodomorum multiplicatus est, & peccatū eorū aggrauatū est nimis. Descendam, & videbo vtrum clamorē q venit ad me, opere compleuerint. Sed quur deus descendens voluit videre, quod vidit, nisi vt daret iudicibus exemplum, vt ante iudicium causam diligenter discutiant, ne quouis modo falsum dicatur testimoniū contra dei præceptum, quo prohibet omnē linguæ abusum, atque omne mendacium? Gene.18

Primo autē peccati falsi testimonij grauitas elucescit ex hoc, q dicere falsum testimonium, est vnum ex sex istis, quæ deus secundum scripturam singulariter odit & abominatur. Pro.6

Secundo, q scriptura speciatim dicat, testem falsum non manere impunitum, & mendacem omnino peniturū, & quidem bifariam. Prou.19 Prou.21

Primo quidem temporaliter, quoniam falsus testis, quia iudicem mentiendo fefellit, & proximum læsit, fit infamis: & restituere debet fratri, cui incommodauit: & quidē talionem ferre, vel certe puniri iuxta legem, quemadmodum lapidati sunt, qui Susannam detulerunt de adulterio, propter quod fu- Danie.13

Ioh.8 erat ipsa occidenda.

Psal.118 Secundo æternaliter,quia deum æternum & eius veritatem,quæ manens in æternum,æterna est,contempsit.

Est igitur falsus testis itemq; calumniator,vsq; adeo coram deo abominabilis,vt a doctoribus nō modo Iudæ Ischarioti cōferatur,nec solū Antichristo,qui veritatis est hostis:sed & ipsi diabolo,qui pater est mendaciorū, propterea; calumniator dici cœptus. Hinc & scriptura vocat eos,qui dederunt falsum testimonium contra Naboth,filios Belial. Vere proinde dixit Christus,Iudam & Iudæos,qui falso tradiderant ipsum,maiorem habere culpam, q̄ vel Pilatum,vel milites qui crucifixerunt ipsum.

Ioh.8 3.Reg.21 Ioh.19

Caueamus itaq; modis oībus,ne falsum testimoniū cōtra proximū loquamur. i.ne noceamus illi lingua nr̄a,nec aīo,nec consilio,nec auxilio:ne deferamus eū,nec obloquamur illi,nec quicq̄ mali q̄d clam est,de ipso apud alios loquamur,siue sit illud verū,siue falsū:nec pc̄tā illius dilatem⁹,nec manifestem⁹: nec eius verba vel opa,q̄ media sunt,in peiorē,sed ī meliorē partē vertamus, nec vt alij faciant cōcedamus,sed ei vero testimonio cōtra quoscunq; calumniatores & susurrones adsimus:sic fiet,vt eum amemus veluti nosipsos.

DE NONO PRAECEPTO. Cap. XVI.

Non concupisces rem proximi tui,Exod.xx.

HOc sane loco repetitum volo,quod initio declarationis octaui præcepti paucis omnino præfatus sum. Etsi enim hoc nonum dei præceptum,in Exodo & Deuteronomio sub ijsce verbis sit expressum,Non concupisces domum proximi tui: subdanturq; deinde res aliæ,quæ pertinent ad domum, cuius appellatione lex ipsa non solum ædificium,quod domus appellatur,intelligit:sed & agros, prata, areas,hortos,& denique omnem substantiam & rem,quæ ad domum & eius sustentationem pertinet:tamen hactenus ita expressum est,Non concupisces rem proximi tui.

Exo.20 Deut.5

Atq; nimirū maiores isti nr̄i recte prorsus vsi sunt,pro vocabulo domus, vocabulo res: q̄m res sit vox,q̄ domus, in significatione sua longe fusior & generalior,oīa siue corporalia,siue incorporalia, Paulo iurecōsulto teste,cōprehendēs. Cuius etiā causa a dialecticis appellari cōsueuit terminus transcendens,sub se cōtinens nō modo quicquid ad domum & eius sustentationē pertinet,sed & omnem substantiam,qualitatem,& actionem. Quæ quidē oīa, si proximo fuerint,dominus in hoc suo præcepto cōcupiscere prohibet.

Tametsi aūt hoc p̄ceptū poterat intelligi sub septimo p̄cepto de nō furando,q̄ prohibet oīs iniusta quarūlibet rerū acquisitio,possessio,retētio & vsurpatio,facileq; possit cōstare,eum qui malū facinus prohibet, simul etiā prohibere malā voluntatē & cōcupiscentiam cordis,vnde mala facta & facinora procedūt:ipsum tamē nō modo p̄cedētis,de nō furādo,p̄cepti, declaratoriū est,verumetiā speciale & quidē per se,vt ita dixerim,p̄ceptum est,quo dn̄s de us etiā qualēcunq; cupiditatē & conatum furandi prohibet:& hoc quidem potissimum contra Iudæos olim. Licet enim isti,legem duntaxat sequentes

Mat.15

huma-

humanã,quæ dũtaxat oris & operis peccata cohibet(quoniã homines solũ, quæ foris apparent,vidẽt:deus aũt intuetur cor)ex ipsis passim prophetis sci re poterant,non tantũ opus externũ atq; etiam conatũ ipsum,sed etiã malum cogitationũ ab oculis diuinis auferri debere,quandoquidẽ peruersæ quoque cogitationes a deo separant:vsq; adeo tamen incircuncisi fuere cordis,rudis & duri,vt arbitrarentur ipsum duntaxat opus malũ,non autẽ voluntatẽ ad ipsum malum perficiendũ, esse peccatũ. Atq; ita putabant furtũ modo,non autẽ cogitatũ & consensum furti,esse peccatũ, prout ex ipso Iosepho,illustri alioqui doctoq; Iudeo,nõ obscure patet. Cum ẽm Polybius homo ethnicus, Antiochum Illustrẽ misere perijsse testaretẽ,ob id solum,q; voluerit tantum ac destinarit spoliare templum Dianæ,Iosephus ipse repræhẽdit eundem Po lybium, q; sic absurde sentiat, illum propter malam duntaxat voluntatem perijsse,quum is nullatenus peccauerit,nulloq; reatu teneretur,qui tantum peccare cogitauerit. Quo sane casu Iosephus,vtcunq; Iudæus alioqui præcla rus, ethnico Polybio longe fuit non modo crassior, sed & magis impius,q; post hanc de non concupiscenda re aliena latam legem,non credidit etiam malas concupiscentias & cogitationes peruersas a deo damnari puniriq;,si modo consensus accedat,prout sole clarius intelligimus ex hoc nono domini præcepto,sic habente:Non concupisces rem proximi tui,siue(vt est in Exo do)Non concupisces domum proximi tui,non seruum,non ancillam,nõ bo uem,non asinum,nec omnia quæ sunt illius.

1.Reg.15
Psal.36
Esa.1
Hiere.4
2.Mach.9
Exo.20
Deut.5

Quod autem dominus deus post aliquot enumerata particularia, conne ctit hoc vniuersale,Nec omnia quæ illius sunt: aperto vult, vt appellatione domus,& genus & familiam & famulitiũ & statum & ordinẽ & opes & fa cultates,& breuiter omnẽ hominis possessionẽ,intelligamus, quemadmodũ & in scripturis significari solet,vtcunq; rarius. Nam si strictius accipiatur vo cabulum domus,tantum significat familiam,non etiam seruos & ancillas ac reliquas res. Cuius causa legislator diserte subiunxit, non seruũ,non ancillã, non bouem,non asinum,nec omnia quæ illius sunt.

Hoc igitur nono suo pręcepto dñs non modo prohibet maleficium,sed & vitiosum affectũ & conatũ ad ipsum maleficium,dicens:Non cõcupisces rem proximi tui:videlicet eo animo,vt velis ipsum proximũ tuũ nudare suis facul tatibus,iniustis quibusq; rationibus,vijs, medijs,& adinuentionibus malis.

Primo proinde peccat in hoc pceptũ speciatim,nõ solum qui rem alterius quãuis iniustis,sed etiã qui permissis apud hoĩes rationibus,&(vti dici con sueuit)sub iustis colore, nancisci appetit, idq; cum incommodo & proximi iactura. Neque enim talis tam fauet proximo,vt certe debet,q̃ sibi,oblitus p̃ cepti apostolici,non quæ sua sunt considerans, sed ea quæ sunt aliorum: qui sibi bene consultum esse vult,licet interim male consultum sit proximo: qui ad iuris rigorem omnia exigit, penitus æquitatis oblitus,idq; sui commodi gratia:qui occasionem damni dat,& qui damno proximi non perinde atque suo afficitur. Id quod certe Christus haud fecit,qui quod docuit fecit,dicens: Amen dico vobis,q̃ diu fecistis vni de ijs fratribus meis minimis,mihi feci

Deut.6
Matt.22
Marc.12
Matt.25

Act.9 ftis. Hinc quod Saulus Christianis male fecit, hoc sibi Christus fieri censuit, inquiens: Saule Saule, quid me persequeris?

Secundo peccat in hoc ipsum nonum præceptum emptor & venditor, itidemque percontator, qui in cōtrahendo decipit, licet intra iusti precij dimidiū, quanuis lex ciuilis ob id contractum non rescindat. Sed est in hac & alia parte, nō fori, sed poli lex potius attendenda & seruanda. Quæ, sicut naturæ lex, Matt.7 Luc.6 Tob.4 p̄cipit: Quod tibi nō vis fieri, alteri ne feceris. Ideoque siue quis sit vēditor, siue emptor, omnem dolum detegere, ac proximum de rei æstimatione ac precio admonere debet, nec abuti in suum commodum emptoris vel ætate, vel ruditate, vel incuria, vel necessitate.

Tertio peccat in hoc præceptum domini, qui pactum reemptionis sic adstringit, vt euoluto certo tempore, res nunquā ad venditorē (qui eam distrahere coactus est) redeat, etsi id lex ciuilis permittat.

Quarto peccat tutor & curator, & quisque cui vel persona, vel res aliorum sunt commissæ, quum sinit eum, cuius tutelam gerit, genio indulgere, siue in omnem malitiam ruere, vt ipse tandem eius bona ad se pertrahere possit: aut qui negligentius in eius rebus, q̄ in suis agit.

Quinto peccat in hoc præceptum, qui corrogandis opibus plus nimio vel Esa.5 auarius indulget, oblitus huius prophetæ, dicētis: Væ qui coniungitis domū ad domum, & agrum agro copulatis vsque ad terminum loci.

Sexto peccat in hoc p̄ceptū, qui operū misericordiæ tam sp̄ualium q̄ corporalium, vt vocāt, obliuiscitur: quādo scilicet opem ipsius, proximi calamitas & miseria expectat: quā si negauerit, fraternæ charitatis nō meminisse cul 1.Ioh.3 petur. Atque ideo Iohannes ait: Qui habet substantiā huius mundi, & viderit fratrē suū necesse habere, & clauserit viscera sua ab eo, quō charitas dei manet in eo? Siquidē hoc in p̄cepto maxime p̄cipit̄ in proximū charitas, q̄ est, vt adeo etiā diligamus proximū, vt nihil plane rei, q̄d eius est, cū istius incōmodo concupiscamus, nedum nobis iniuste vel violenter vsurpemus.

Sed ne quispiā hoc in p̄cepto impingat, sciendū est, hoc, q̄d diximus, de nō cōcupiscenda re proximi, sic intelligi: vt tunc quis committere in hoc ipsum p̄ceptum dicatur, quū eo animo rem proximi cōcupiscit, vt in ea suū commodum quærat, incurius interim, num hinc proximo cōmodet vel incōmodet. Nam qui iubetur in oībus proximi vtilitatē quærere, suū vero cōmodū pro ximi vtilitatibus posthabere, ac proximū (q̄d in ipso est) iuuare, reus indubie erit coram deo, si suā duntaxat vtilitatem, nō proximi, spectet. Cæterū si proximus sua sponte rem suam distrahere cupiat, facturus ex precio maiorem, q̄ ex re ipsa, fructum: ipseque bona fide & mente syncera ab illo eam sibi comparet, nullius peccati reus est.

Ipsum em̄ euangelion legitimos contractus, qui descendunt ex iure gentium, quod est pars iuris naturalis, haud quaquā abrogauit. Hæc em̄ vel maxime solum in omnibus contractibus & actionibus nostris ipse dominus noster requirit, vt animus erga fratrem noster sit syncerus, vt oculus simplex, vt intentio recta sit, vt proximo suos successus, perinde atque nobis nostros, gratulemur:

tulemur:vt ipsi diuitias ac sua cõmoda faueamus:vt nostra sorte cõtenti esse discamus:vt nostrã vocationẽ haud aspernemur:vt proximi conditionẽ non desideremus præ nostra:vt illius res non ambiamus cũ illius iactura.

Summatim,vt voluntatẽ nunquã nocendi,sed semper cõmodandi proximo habeamus:ita quidẽ,vt interea nobis liceat(modo hãc rectã intentionẽ cõseruemus)iusto labore ac etiam contractibus facultates nobis parare, si sic paremus,vt illis bene vtamur,ac egenti proximo,sicubi necessitas exegerit, succurrere sponte velimus: quando summa omnium decẽ dei optimi præceptorũ illuc tendat,vt ipsum deum optimũ præ omnibus & super omnia modisq; omnibus diligamus,& proximũ nostrũ sicut nosmetipsos.Id q̃d facile faciemus,si fecerimus quod hucusq; paucis docuimus,& posthac quoq;,quatenus operæprecium fuerit,docturi sumus.

Deut.6 Mat.22

DE DECIMO PRAECEPTO. Cap. XVII.

Non concupisces vxorem proximi tui, Exod.xx.

QVod in superioribus diximus,hoc ipsum quoq; dicimus in præsentia. Licet em̃ nonum præceptũ de re proximi nõ concupiscenda,poterat intelligi per septimum præceptũ,de non furando:deus tamen ipse optimus non modo voluit ipsum nonũ de re proximi non concupiscenda,septimi pręcepti de non furando esse declaratorium,sed & per se habendũ esse præceptũ,quo præcipiat concupiscentiam & voluntatẽ ad furandum rem proximi,sub pœna vitandã,velut in alio prohibet opus ipsum furti.

Sic etiamnũ,licet hoc decimũ de nõ cõcupiscenda vxore proximi,facile poterat intelligi per præceptũ sextũ, Non mœchaberis:ipse tamen deus Opt. Max.hoc de nõ concupiscenda vxore proximi,non solũ voluit sexti,de non mœchando,præcepti esse declaratoriũ,sed & per se habendũ esse præceptũ, quo præcipiat,submouendã etiã esse concupiscentiã ad mœchandũ,sicut in sexto p̃cipit omnino ne mœchia ipso facto cõmittatur:q̃d ipsi quondã Iudæi duntaxat esse prohibitũ credebant,non autẽ voluntatẽ ad mœchandũ esse prohibitã:credentes nec bonas voluntates nec concupiscentias ad bonũ aliquod,esse appræmiandas,nec malas esse puniendas: quũ magnopere grauiterq; toto cœlo deerrauerint,quãdo rem secus habere nõ modo potuerint ex ĥisce postremis duobus secundæ tabulæ p̃ceptis,quibus ipsa etiã concupiscentia prohibet̃,intelligere,verumetiã ex prioribus scripturis & prophetis,vt pote hoc vbiq; dei iussu requirentibus,q̃ non tantum externum opus & ipse conatus attendatur apud deum,sed & cor ipsum,adeoq; voluntas ipsa,secundum quã,quicquid agimus,iudicari solet,prout intelligimus a Christo, dicẽte:Quæ procedunt de ore,de corde exeunt:& ea coinquinant hominem. De corde em̃ exeunt cogitationes malæ,homicidia,adulteria,fornicationes, furta,falsa testimonia,blasphemiæ.Hæc sunt quæ coinquinant hominẽ. Atque hoc est quod dñs ait per prophetam:Lauamini,mundi estote,auferte malum cogitationum vestrarum ab oculis meis.

Mat.15

Esa.1

Non igitur deus maximus opera duntaxat mala,sed & ipsas cogitatiões,

cõcupiſcentias & voluntates ad ea mala perficienda, prohibet, prout aperto facit in hoc poſtremo ſuo præcepto, dicẽs: Nõ cõcupiſces vxorẽ proximi tui.

Cuius ſane decimi præcepti, ſicut & aliorum omnium, vim nullibi melius & clarius & certius diſcimus, q̃ ex Chriſto ipſo: qui æternum dei verbum, vt eſt legiſlator, ita nimirum eſt eiuſdem optimus interpres. Quod em̃. lex Moſaica dixit, Non mœchaberis: intellexit Iudæus, prohiberi tantum externum adulterium. Christus vero interpretatus eſt, nõ tantũ hoc vetitum, ſed omnẽ etiam mœchandi affectum, dicẽs in ſuo euangelio: Audiſtis quia dictum eſt antiquis, Nõ mœchaberis. Ego autẽ dico vobis, quia omnis qui viderit mulierem ad cõcupiſcẽdam eam, iam mœchatus eſt eam in corde ſuo. Quod vero dicit ipſe dñs Ieſus, Audiſtis quia dictũ eſt antiquis: nõ eſt intelligẽdum, ꝙ ipſa lex antiqua dicat, ſolũ opere nõ eſſe mœchãdum, ſed quia ipſi quondam priſci Iudæi ſic intelligebant & dicebãt: quãdoquidem lex ipſa dixerat, Non concupiſces vxorem proximi tui.

Mat.5

Quo quidem verbo dñs nõ modo ipſum mœchatum, ſed & cõcupiſcentiam mœchatus prohibet. Cuius quidẽ cauſa dicebat ad ſuos ipſe dñs diſcipulos, & ad nos omnes: Amẽ dico vobis, niſi abundauerit iuſtitia veſtra plus q̃ ſcribarũ & phariſæorũ, nõ intrabitis in regnũ cœlorũ. Audiſtis quia dictũ eſt antiquis, Nõ occides: qui aũt occiderit, reus erit iudicio. Ego aũt dico vobis, quia omnis qui iraſcitur fratri ſuo, reus erit iudicio. Siquidẽ ipſi phariſæi & ſcribæ putauerunt ſe ſatis eſſe iuſtos, ꝙ ſibi cauerent a malis exterioribus operibus, & ſi non cauerẽt a malis cogitationibus & voluntatibus: vtpote, ꝙ putarẽt dei p̃cepta, prohibitiua eſſe ſolũ operũ exteriorũ, quibus vnus alteri nocet ipſo facto, nõ etiã actuũ interiorũ, vtpote rancorũ, odiorũ, malarũ voluntatum, & deſideriorũ nocẽdi: queadmodũ quoq; credebant, ſolũ eſſe prohibitum externũ adulterium, quãdo lex diceret: Non mœchaberis. Ne proinde quoquo modo ſe excuſare poſſent, ſi concupiſcerent mœchari, non autẽ perficerent mœchatum, dominus addit hoc decimum præceptum: Non concupiſces vxorem proximi tui.

Ibidẽ

Primo proinde peccat in hoc decimũ dei optimi p̃ceptũ, qui proximi vxorẽ deſiderat animo cũ ea mœchãdi, prout etiã Chriſtus ait: Omnis qui viderit mulierẽ ad concupiſcendum eam, iam mœchatus eſt eam in corde ſuo.

Math.5

Secundo peccat in hoc ip̃m p̃ceptũ, qui inuidet proximo, ꝙ talẽ coniugẽ nactus ſit, quã ipſe ſibi, ſi detur vlla occaſio, vxorẽ eſſe velit, etiã cũ proximi incõmodo. Quod quidẽ vitiũ apud Iudæos, q̃bus repudiũ cõceſſum erat, & frequẽtius & euidẽtius erat: vtpote qui permiſſione legis abutentes, aliorum vxores ſolicitarent, vt vel moroſitate, vel alia quapiam ratione, diuortij cauſam marito præſtarent, quo iſti, ſoluto matrimonio, eis potirentur. Quod ſane peccatum erat grauiſſimum.

Deut.24
Mat.5.19
Mar.10

Tertio peccat in hoc præceptum, qui deſponſatam alteri abſtrahit & abalienat, quanuis id prætextu iuris faciat, quo declaratur, matrimonium per verba (quæ vocant) de præſenti contractum, ſponſalia prius inita dirimere.

Quarto peccat in idem præceptum, qui virum aliquem præſtantem, principi

cipi vel reipublicæ,cui non sine magno commodo seruit,subducere molitur.

Quinto quoque peccat in ipsum, qui vel famulos vel mercenarios suis dominis ac heris immorigeros facit, quive eos abducit: atque adeo, qui non monet ac hortatur, vt apud dominos suos(qui eorum opera libenter vtuntur)maneant,ac suo officio fideliter fungantur. Alia tamen ratio est, si vel famuli vel famulæ nolint diutius in huius aut illius famulitio manere, vel quia domini mali sunt, vel quia mercedem denegant, vel victum necessarium non suppeditant, vel aliam iustam ob causam. Siquidem tum est licitum alteri, eorum operam conducere, quando id non faciat animo incommodandi proximo: quemadmodum soluto matrimonio, licet in vxorem ducere alterius vxorem, cuius solam pudicitiam ac honestatem quis amauit,quum adhuc alteri nupta esset.

Summatim peccat in hæc ipsa postrema duo præcepta, qui non abstinet ab omnibus appetitionibus, concupiscentijs,& affectionibus, cum lege dei simpliciter repugnantibus:quales sunt,res alienas aut coniugem aut pueros aut famulos cum incommodo proximi appetere,suos alijs successus ac dei beneficia inuidere, & id genus aliæ concupiscentiæ. Quandoquidem hæc ipsa nouissima præcepta duo,prorsus e mentibus nostris sui nostriq; amorem profligatum esse velint,summamq; animi nostri puritatem desiderant, immunditiamq; detestantur, quum dominus ipse cor mundum requirat,& solos eos qui mundo sunt corde,beatos pronunciet. Mundum vero cor est, quod totum in dei & proximi amorem est effusum: quod non sua quærit, sed ea tantum, quæ dei sunt & proximi: quod proximum diligit propter deum,non propter vllum temporale commodum: quod fratri consulit,non quòd hinc aliquid emolumenti sibi rediturum est,sed quia proximus est, & propter deum. Sin vero temporale duntaxat commodum spectet, sibi duplex cor facit,quo prohibetur a videndo deo,in cuius sola visione sita est beatitudo certa ac perpetua.

Mat.5

Primo proinde colligimus ex ijs omnibus,quę dicta sunt hactenus, ad impletionē perfectā mandatorum dei nō opus esse solum,vt verbis & operibus exterioribus seruentur, sed & ipsis quoq; voluntatibus & cogitationibus, quas oportet esse mundas,quas ipse quoq; deus maximus in iudiciū,teste scriptura,ducit, quę &,si malæ sunt,a deo separant.

Esa.1
Sap.1

Secundo colligimus,tum nos damnari per malas cogitationes & cōcupiscentias, quū nos sponte nostra delectandi causa prouocamus eas in mente nostra,vel quando nos eis consentimus. Sine quidē consensu nostro peccatum mortale fieri nequit,vt accipimus ex Iacobo,dicente:Vnusquisq; tentatur,a concupiscentia sua abstractus & illectus. Deinde concupiscentia cum conceperit,parit peccatum:peccatū vero, quū consummatum fuerit, generat mortē. Quibus vtiq; verbis Apostolus satis aperto subindicat,in fidelibus cōcupiscētiā nō antea esse pctm̄,nisi cū cōceperit &pepererit. Cōcipit aūt suggestiōe &delectatiōe,&parit assensu. Suggestio fieri solet vel p memoriā,vel p corporis sensus,quū videlicet aliquid videmus, vel audimus,vel olfacimus,

Iaco.1

 vel

vel gustamus, vel tangimus. Delectatio subinde sequit̃, si fruendi appetitus assurgere incipiat: si t̃n adhuc & suggestioni & delectationi nõ cõsentimus, sed eã iure rõnis dominãtis coercemus & cohibemus, peccatũ nõ cõmittim⁹. Sin vero cõsentimus, plenũ peccatũ erit, deo quidẽ Opt. Max. notũ in corde, q̃ cor purũ requirit, licet ipso facto nõ innotescat hoĩbus. Id q̃d in ipso proto plasto facile cognoscit̃. Cõsidera eñ, quo fiat illic pacto suggestio a serpẽte, & quædã ab ipso suasio: in ipso autẽ appetitu carnali, tanq̃ in Eua, delectatio suboriat̃: in ratione vero, tanq̃ in viro, cõsensio. Qui homo demũ, cõsumma to p̃ctõ, tanq̃ exul de paradiso, hoc est, de beatissima luce iustitiæ, in mortem expellit̃: idq; prorsus iustissime. Qui eñ suadet, nõ cogit: q̃n constet, tum demum naturas omniũ suã seruare pulchritudinẽ, si in suo ordine gradibus suis consistant, vt cõsequens sit, de superioribus, in quibus rationalis animus ordinatus est, ad inferiora non esse declinandum.

Gene.3

Nec quisquã hoc facere cogitur: & ideo si fecerit, sine iusta defensione punitur. Non eñ hoc committit inuitus, prout dñs ait ad Cain: Quare iratus es, & quur concidit facies tua? Nõne si bene egeris, recipies? Si autẽ male, statim in foribus peccatũ tuũ aderit? Sed sub te erit appetitus eius, & tu dominaberis illius. Quum proinde ratio in sua sede consistit, nec declinat ad peccatũ, immunis est homo, quanq̃ fomes ebulliat. Atq; hoc est q̃d Paulus ait, nihil esse dãnationis in ĳs, q̃ sunt in Christo Iesu, modo abstineãt a consensu, & nõ secundum carnẽ ambulent. Qui propterea dicit: Nõ regnet peccatum in vestro mortali corpore, vt obediatis concupiscentĳs eius. Id quod videtur desumpsisse ex scriptura, dicente: Post concupiscentias tuas ne abeas. Abit autem post concupiscentiam, qui suggestioni locum præbet.

Gene.4 Roma.7 Roma.6 Eccle.18

Ex ĳs modo sequit̃, eos vehemẽter errare & peccare, q̃ dicunt nobis deum p̃cepisse impossibilia: nec esse, quãtumuis renatum, qui nõ cogat̃ cõcupiscentiæ succumbere. In quo sunt iniurĳ deo optimo, & in ipsum mentiunt̃ impie. Is eñ qui mentiri nequit, quum sit veritas ipsa, de seipso dicit: Mandatũ hoc, quod ego p̃cipio tibi hodie, non supra te est, neq; procul positum, nec in cœlo situm: vt possis dicere, quis nostrum valet ad cœlum adscẽdere, vt deferat illud ad nos, vt audiamus atq; opere compleamus: neq; trans mare positum, vt causeris & dicas, quis e nobis poterit mare transfretare, & illud ad nos vsq; deferre, vt possimus audire & facere quod præceptum est? sed iuxta te est sermo valde, in ore tuo, & in corde tuo, vt facias illum. Quod si censuerint dictum de veteri testamento, cuius iugum Petrus existimauit importabile, propter seueritatem & multitudinem cæremonialium & iudicialium, quæ cessarunt in nouo testamento: quanto magis verum erit in nouo testamento, quũ cessauerint in ipso illa, in quo dominus & ipsa veritas ait: Iugum meum suaue est, & onus meum leue? Vnde & Iohãnes inquit: Hæc est charitas dei, vt eius mandata custodiamus: & mandata eius grauia non sunt.

Deut.30 Acto.15 Mat.11 1. Iohã.5

Primo proinde, qui dicit nobis dominum præcepisse impossibilia, accusat ipsum contra veritatem mendacĳ, cuius adeo est immunis, vt impossibile sit q̃ mentiatur: cuius verborum principium, veritas est.

Num.23 Hebr.6

Secun-

Secũdo blasphemat eum & iniustitiæ accusat, qui iustissimus est. Iniustus quidẽ esset, si nos vel puniret, vel damnaret propter transgressionẽ sui pcepti, quod nobis esset seruatu impossibile. Quod nemo sensit nec dixit vnquã pio rum, sed bene quotquot fuere pij, contrarium censuerunt.

Tertio offendit infirmos, quorum nõnulli propterea sic securi redduntur, vt existiment se frustra gratiã dei ambire, ac conari vt præceptum adimpleant, quod non possit adimpleri: satis quidem esse, vt credant Christum adimplesse legem, atq; hanc adimpletionem ipsis, vtcunq; de adimpletione incurijs, imputandam fore, si tamen in Christum vere credant: quorum nonnulli de dei iudicio magis metuentes exanimant, ac in deum murmurantes faciunt, quasi scilicet is, quæ impossibilia sunt vt faciamus, præceperit. Id quod falsissimum est. Siquidem quæ nobis dñs præcepit, nõ modo non sunt impossibilia, sed & plane facilia seruatu.

Sed inquiunt isti: Tamen dñs alibi dicit, arctam esse viam quæ ducit ad vitam: sed via hæc nõ est alia, q̃ præceptorum adimpletio, iuxta scripturam dicentem: Si vis ad vitam ingredi, serua mandata. Respondeo quidẽ, esse aliud arctum & graue, q̃ impossibile: quãuis nullum deus dedit pceptum, q̃d sua pte natura graue sit. Quid eñ, quæso, difficile præcipit ille, qui præcipit vitare omne malum desiderium, quod perturbat: omneq; peccatum, q̃d grauat? Adde q nec quo ad nos, aliquod graue præceptum est seruatu, si curauerimus habere & facere, quæ & habere & facere debemus. Matt.7 Matt.19

Primo quidem diligamus deum & proximum nostrum vere & ex animo: quãdoquidem diligenti vere, nihil est neq; durum, neq; difficile, quum charitas omnia suffert, & quidem dulciter & suauiter. Diligamus, & faciamus q̃d volumus. Siue taceamus, dilectione taceamus: siue clamemus, dilectione clamemus: siue irascimur, dilectione irascamur: siue corrigamus siue parcamus, dilectione corrigamus & parcamus. In summa, sit in nobis intus radix dilectionis, & nõ potest de illa dilectione malum procedere. 1.Cor.13

Atq; hoc est q̃d Paulus ait: Qui diligit proximũ, nõ adulteratur, nõ occidit, nõ furatur, nõ falsum testimoniũ dicit, nõ cõcupiscit: & si quod est aliud mandatum, in hoc verbo instauratur: Diliges proximũ tuũ sicut teipsum. Id q̃d facile fecerimus, si cogitabimus eũ, vnũ nobiscũ habere deũ patrẽ, vnũ redemptorẽ eius vnigenitũ, eumq; vni nobiscũ esse fortunæ obnoxiũ, & vti nos, mortalẽ & fragilẽ esse: nec nos, q̃ ipsum, minus eẽ malos, cui propter eius & nostrã infirmitatem, libenter remittere debemus, Apostolo dicente: Fratres, si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui spiritales estis, eiusmodi instruite in spiritu lenitatis, considerans teipsum, ne & tu tenteris. Alter alterius onera portate, & sic adimplebitis legem Christi. Roma.13 Gala.6

Secundo resistamus fortiter tribus hostibus, qui nobis suggerunt malum, & ad ipsum modis omnibus pellicere moliuntur: nempe cacodæmoni, mundo, & carni, quæ sensualitas alioqui dici solet. Hæc eñ tametsi semper aduersetur spiritui & rationi, & ipsi ad eam simus inclinati; quia tamen spiritus Gala.5 Gene.8

semper

Mat.26 Mar.14 semper est promptus, ipsa vero caro infirma, superior tamen vnā cum ratione est ipsa carne & sensualitate, si homo voluerit.

Tunc autem illis repugnamus, quum suggestionibus eorum consentire nolumus. Resistere vero istis debemus, vt apostoli docent, scuto fidei & gladio spiritus, quod est verbum dei. Ephes.6 1.Pet.5 1.Iohā.5

Tertio deuitemus omnem ad peccandum occasionem, & tempore quoque primo, monente Paulo: Nolite locum dare diabolo. Cuius contrarium facimus, quando non ilico ipsius suggestioni repugnamus. Lubricus enim est serpens ille antiquus, qui nisi capite teneatur, totus elabitur. Fieri enim nequit, quin delectationem diuturniorem consensus in peccatum subsequatur. Principijs igitur obstandum est. Ephe.4

Quarto coerceamus sensus quinque nostros, quasi quasdam fenestras, ne per eos occasio peccandi ingrediatur, & consensum nanciscatur.

Visum (qui prima est fenestra) claudamus, ne videat quod non licet concupisci, dicente propheta: Auerte oculos meos ne videant vanitatem. Quod si seruasset idem propheta pridem, propter visam Bersabeę elegantiam, cum homicidio adulterium non copulasset. Quod si Eua oculos suos repressisset a pomi pulchritudine, concupiscentia ad animum non irrepsisset. Psal.118 2.Reg.11 Gene.3

Auditum pariter obseremus vti secundā fenestram, ne audiat quod ad malum prouocare possit: cuiusmodi sunt turpes cantilenæ, fabulæ, facetiæ, colloquutionesque carnales, a quibus abstinendum est, Salomone dicente: Fili, si inuitauerint te peccatores, ne audias. Et Ecclesiasticus: Sepi, inquit, aures tuas spinis, ne audias linguā nequā. Hinc Christus admonet, vt simus prudentes sicut serpētes, vtpote qui obsurdescunt, ne audiant vocem incantantis. Prou.1 Eccl.29 Matt.10

Odoratum, sicut tertiam fenestram, coerceamus, ne varijs odoribus ad ea quæ carnis sunt & vanitatis, prouocetur. Id quod detestantur & Salomon & Esaias. Prou.27 Esa.3

Gustum quoque, vti quartam fenestram, constringamus, ne cor nō tam ad saturitatem q̃ crapulā vehatur. Id q̃d Euæ cōtigit, gustui pomi nimiū tribuens. Hinc Sapiens tēperantiā suadēs, ait: Noli auidus esse in omni epulatiōe, nec te effundas super omnē escā. Et ipse q̃q; dn̄s noster de diuite epulone loquens, satis innuit, q̃ nos perdere queat immoderatus gustus. Gene.3 Eccle.37 Lucæ.16

Tactum denique diligenter obseruemus. Qui enim, inquit Salomon, ingreditur ad mulierem proximi sui, non erit mundus cum tetigerit eam. Qui quoque tangit picem, inquinabitur ab illa. Froue.6 Eccle.13

Sic, charissimi, sensus nostri sunt coercendi & regendi, si voluerimus implere dei præcepta. Quod facile faciemus, vbi omne prophanum vitauerimus, ac semper ad bene operandum steterimus: quandoquidem ocia dant vitia, desideriaque occidunt pigrum. Quare dominus præcipit, vt nostros lumbos præcingamus, & lucernas ardentes in manibus nostris habeamus, similes hominibus expectantibus dn̄m, quando reuertať a nuptijs. Debemus proinde semper aliquid boni operari sensibus nostris, ne nos cacodæmon ociosos inueniat, vtpote qui capiat discinctos & supinos, nō eos q̃ sancto vacāt ocio. Prou.21 Lucæ.12

Hæc

Hæc quidem media, quæ recensuimus hucusque, si diligenter seruauerimus, spes est vt dei præcepta facile simus seruaturi: præsertim quum considerauerimus, quanta nos maneat hic & alibi propter eorum conseruationem merces, & propter eorum transgressionem mulcta & pœna: Sin videbimus ac sentiemus, nos cacodæmonis, carnis & mundi suggestionibus, insidijs & tentationibus esse pares non posse, profuerit efficaciter tandem, vt cum Paulo curramus & deuota prece clamemus ad dominum, dicentes: Et ne nos inducas in tentationem, sed libera nos a malo. prout alias quoque nos hortatur, inquiens: Vigilate & orate, ne intretis in tentationem. Qui dubio procul sic vera in ipsum fide rogatus, non sinet nos apprehendere nisi humanam tentationem: quandoquidem dominus ipse, Paulo teste, fidelis est, nec patietur non solum nos nō tentari supra id quod possumus, sed faciet etiam cnm tentatione prouentum, vt possimus resistere. 2.Cor.12 Matth.6 Mat.26 1.Cor.10

Qui denique, si nō suffecerimus adimplere viribus nostris sua præcepta, dabit ipse nō solum vt eius gratia suffragante compleamus, in qua nihil nō possumus: (etsi enim vsque adeo legem perfecte implere nō poterimus, tamē hæc ipsa imperfectio, modo nō præbuerimus cōsensum suggestionibus, ab ipso dño nō imputabitur nobis renatis in peccatū mortis) verumetiam ipse, qui solus legem perfectissime suppleuit, in cuius corpus veluti viua mēbra insiti sumus, perfectiōe sua nostrā imperfectionē complebit: cuius causa factus quoque homo est, vt accipimus ex Paulo, quū dicit: Nam quod impossibile erat legi, in quo infirmabatur per carnē, deus filium suū mittens in similitudinē carnis peccati, & de peccato damnauit peccatum in carne, vt iustificatio legis impleretur in nobis, qui non secundum carnē ambulamus, sed secundum spiritum. Matth.5 Roma.8

Superest igitur, vt toto pectore conemur dei præcepta, quantumuis vel grauia vel leuia seruare, repugnātibusque hostibus & nos alio vocātibus, viriliter resistere: memores, nō coronatum iri nos, nisi legitime certauerimus: nec esse vitam nostrā hoc in seculo aliud, quam militiam cōtra diabolū, mundū & carnē, tres videlicet hostes insidiosissimos, semper molientes, vt nos trahere possint in cōsensum concupiscentiæ, post baptismum vel ideo manentis & relictæ, vt ipsa nobis haud ad culpam, sed ad meritum cedat, præstetque cōtra prædictos hostes ansam ad capessendam victoriam, quemadmodum olim Chananæi in Israel a deo relicti sunt, nō in subuersionem, sed in exercitium. 2.Tim.2 Iob.7 Iosue.16

Iam enim quomodo certabimus, quomodo coronabimur, si non adsit hostis? Qui quamlibet sit magnus, ipsum tamen & eius vires ita Christus debilitauit, vt nobis ab eo non sit valde timendum, modo vere maneamus in ipso Christo per veram fidem, & eius virtute suffulti viriliter resistamus, non dubitantes, quin Christo suffragante futuri simus omnibus inimicis nostris superiores.

Qui propterea nos consolans, ait: Cōfidite, ego vici mundum. Q.d. In me saltem credite fide vera per charitatē operante, nec aberit victoria. Et recte nimirū, quādo hæc sit victoria, quæ vincit mundū, fides nostra. In qua quidē fide quotquot fuerūt pij patriarchæ, prophetæ, apostoli, martyres & cōfessores, Ioh.16 1.Ioh.5 Hebr.11

nihil

nihil non contra se malorum superarunt. Id quod & nos dei gratia posse non addubitemus, quum fuerint illi, non secus atque nos, caro & sanguis, id est, homines infirmitate circundati.

Et hæc hactenus in catholicum catechismum decalogi, id est, decem præceptorũ dei Opt. Max. quibus ille summã diuinę suę volũtatis breuibus, hoc est, decẽ, verbis compræhendit & proposuit, & ab initio humanæ menti inscripsit & insculpsit. Quã deinde, quando ipsa per lapsum Adæ, ac succrescentem postmodum hominũ malitiam obliterata pene esset, ac indigne negligeretur, fideli illi & electo populo tabulis inscriptam mirabiliter impartijt, ac per fidelem ministrũ ecclesiæ, qualis est vnusquisque catholicus Ecclesiastes, proponi mandauit, prout accipimus ex verbis Mosi, dicentis: Hæc verba loquutus est dominus ad omnem multitudinẽ vestram in monte, de medio ignis & nubis & caliginis, voce magna, nihil addens amplius, & scripsit ea in duabus tabulis lapideis, quas tradidit mihi, nimirũ vobis Israelitis promulganda. Et rursus: Eruntque verba hæc, quæ ego præcipio hodie tibi, in corde tuo, & narrabis ea filijs tuis, & meditaberis sedens in domo tua, & ambulans in itinere: dormiens atque consurgens. Et ligabis ea quasi signum in manu tua, eruntque & mouebuntur inter oculos tuos, scribesque ea in limine & ostijs domus tuæ.

(Gene. 3. 6; Exo. 20; Exo. 32; Exo. 34; Deut. 6; Deu. 9. 10; Deute 4; Deut. 6; Exo. 20; Deut. 11)

Sed quare (obsecro) tantopere dñs deus voluit a nobis audiri, sciri, notari, fierique demum hæc ipsa sua decem præcepta? Respondeo, quia suam diuinam continent voluntatem, quã sicut noster deus, creator, rex & imperator, merito vult a nobis adamussim seruari & custodiri: quã propterea fieri petimus a nobis in terra, sicut fieri solet ab ijs qui sunt in cœlo.

(Mat 6; Luc. 11)

Est igitur salus nostra & vita nostra posita in obseruatione præceptorũ dei, & in eorũ transgressione mors & perditio æterna, prout scriptura dicit: Deus ab initio constituit hominẽ, & reliquit illum in manu consilij sui. Adiecit mandata & præcepta sua. Si volueris mandata cõseruare, cõseruabunt te. Q. d. Si nolueris conseruare, perdis te.

(Eccle. 15)

Atque hoc est, quod Moses olim decem præcepta populo traditurus, ex iussu domini dicebat: En propono in conspectu vestro hodie benedictionẽ & maledictionem: Benedictionem, si obedieritis mãdatis domini dei vestri, quæ ego hodie præcipio vobis: Maledictionem, si non obedieritis mandatis domini dei vestri. Quia proinde tanti sunt mometi decẽ dei præcepta, suntque ipsa vsque adeo succincta & in verbis breuia, vt ea Moses duntaxat decẽ verba nominauerit: ac nihilominus interim propter sensum & intellectũ eorum multiplicẽ variumque, vsque adeo longa, prolixa, magna & lata, vt quispiã merito possit de eis dicere, q̃d diuus ille idemque barbatus Hieronymus dixit de Apocalypsi Iohannis euangelistæ, esse videlicet tot inibi mysteria, quot verba: factum est, vt nos ea paulo fusius per sacras scripturas declarauerimus, necessitate & vtilitate vestri omnium sic volente & compellente.

(Deut. 11; Exo. 34; Deu. 4. 10)

Cæterũ vt hæc ipsa vobis omnibus intelligibiliora fiant, memoriæque tenacius inhæreant, conabor ea subinde, quo potero breuius, quadam perinde epitome & exegesi repetere in hunc, qui sequitur, modum.

EPITOME DECALOGI. Caput XVIII.

QVũ deus Opt. Max. a principio creator eſſet ac pater, idẽq; dñs & cõſeruator hoĩs, idẽq; ſemp futurus, pfecto nihil æqus, nihilq; iuſtius erat, q̃ vt ipſe homo, pſertim creatus ad imaginẽ dei, perpetuo cum eo felix & beat⁹ ſummo cũ gaudio viueret, diuinæ illi⁹ maieſtati modis oĩbus obediret in vniuerſis eius mãdatis, q̃ vnica conſtabant lege timoris filialis & amoris, dicẽte ipſo: Filius honorat patrẽ, & ſeruus dñm ſuum. Si ergo pater ego ſum, vbi eſt honor meus? Et ſi dñs ego ſum, vbi eſt timor meus? Cæterũ ne homo primũ creat⁹, excuſare ſe poſſet ignorãtiæ, ac dicere, ſe neſcire dei, creatoris, patris & dñi ſui voluntatẽ, nec ſcire in q̃bus eiuſdẽ volũtatis pceptis obedire deberet: ipſe dñs deus iuſtiſſ. & opt. mox illi & eius mẽti ſic legẽ de ſui cognitiõe ſuaq; volũtate indidit, vt q̃ſi innata moneret eũ, qd ppter deũ & eius voluntatem deberet vel facere vel obmittere, eius vel hoĩs pximi cauſa. Quæ quidem lex ppterea diuina, naturalis, et nõ ſcripta noĩari ſolet in ſcriptura, nos de notitia dei, deq; eius volũtate docẽs, & reqrens in nobis plenã & perfectã obediẽtiã erga deũ, q̃ nos totos ſubmittam⁹ diuinæ volũntati: damnãs eos, q nõ pſtant pfectã diuinæ volũtati (a q̃, qdqd ſumus & habem⁹, pẽdet) obediẽtiã. Quod admodũ grauiter oſtendit ſcriptura, dicẽs: Deus ab initio cõſtituit hoĩem, & reliqt illũ in manu cõſilij ſui. Adiecit mãdata & pcepta ſua. Si volueris mãdata cõſeruare, cõſeruabũt te. Appoſuit tibi aquam & ignẽ: ad q̃d volueris, porrige manũ tuã. Ante hoĩem vita et mors, bonũ & malũ. qd placuerit ei, dabiť illi &c. Quæ ſane naturæ lex, tum menti hoĩs duntaxat inſita eſt, quũ poſt lapſum & peccatũ Adæ ſic cœpiſſet obſcurari & obtenebrari, vt nõnulli eo demẽtiæ plaberent, vt deũ eſſe negarẽt, teſte ppheta: nõnulli vero, licet eũ eſſe crederẽt & cognoſcerẽt, nõ tñ ſicut deũ glorificarẽt, ſed ſupſtitiõibus dediti, vanos deos, opa manuũ ſuarũ, ac vanos ritus ſibi fingerẽt: nõnulli aũt, licet & ipſi vnũ deũ agnoſcerẽt, cui & obedientiã deberi cẽſerẽt, & q̃ lex naturę veluti bona ſuggereret, ſequẽda: q̃ viciſſim mala, reſpuẽda eſſe putarẽt: & interea tñ in pprias vires & opera, & nõ in dei virtutẽ ac bonitatẽ reſpicerent, ſeq; ipſos miſere deciperẽt, atq; id pſus dei opt. maieſtati derogaret, & cõtra eius voluntatẽ tẽderet: factũ eſt, vt ad oẽm ignorãtiæ excuſationẽ remouendã, deus opt. max. legẽ, quã prius mẽtibus dũtaxat hoĩm indiderat ſine ſcripto, mox in duabus tabulis lapideis inſcriptã, Moſi duci ſingulariter ad hoc delecto, tradidit, vt eã populo Iſraelitico, primo tũ ſuper terrã populo, promulgaret, & ſub pœna etiã mortis & tẽporariæ & æternæ, ſeruandã pciperet. Quæ quidẽ lex etſi tum peculiariter populo Iſraelitico traderetur, ipſe tñ dñs deus ad oẽs hoĩes eã pertinere voluit: nec fore temporaneã & mutabilẽ, ſed perpetuã & immutabilẽ, quũ lex eſſet immutabilis dei & naturę, regulaq; foret bene viuẽdi, in q̃ cerneret homo opa, q̃ deo placerẽt, ac imitareť: faceret, quę requireret deus quo ad ſe, & quo ad hominem ab ipſo creatum.

Mala. 1.

Eccl. 15.

Psal. 13.

Cæterũ, ne poſſet homo de legis ipſius vel difficultate, vel partiũ multiplicitate cõqueri vel murmurare, deus idẽ opt. & miſericordiſſ. volẽs oẽs hoĩes ſaluos fieri: nullũ vero, q̃tenus in ſe eſt, pire: dedit eã ſane legẽ, q̃ ſolius eſt dile

ctiõis, & duabus dũtaxat partib⁹ cõstat, ad quas vsq; adeo vniuersa dei pcepta reducunt, vt Chrs dei fili⁹, oĩm saluator, dicere de ipsis nõ dubitauerit, In eisdẽ duabus diuinę legis partib. vniuersam legẽ pẽdere & pphetas. Prima q dem pars sic habet: Diliges dñm deũ tuũ ex toto corde tuo, & ĩ tota aĩa tua, & in tota mẽte tua, totisq; viribus tuis. Secũda pars ita habet: Diliges proximum tuũ sicut teipsum. Atq; vere nimirũ dixit ipsa Vitas Chrs, in ĳs duabus diuinę legis partibus vniuersam legẽ & pphetas pẽdere. Quidqd em̃ cõtinetur vel figuralit, vel moraliter in lege, qdq; monitorie, vel cõmonitorie, vel cõdictiue, vel reprobatiue in pphetis, totũ tẽdit ad hoc, vt introducat charitas, q̃ diligat deus & pximus. Quidqd etiã hoĩ promisit, quidqd pcepit, qdquid prohibuit, ad hoc fecit totũ, vt diligeret super oĩa deũ. Atq; ideo sic oĩa alia pcepta in illis duab⁹ cõclusa sunt partib. vt in earũ impletiõe, qdquid alioq; legis est, impleat: cuius causa Paulus ait, dilectionẽ esse legis plenitudinẽ.

Matt.22. Marc.12. Luc.10. Rom.13.

Porro, ne deniq; homo nesciret, q̃ pertinerẽt in primis ad impletionẽ primæ partis diuinæ legis, qua deus vult se sup oĩa modisq; oĩbus amari, quæq; pertinerent ad impletionẽ posterioris partis eiusdẽ legis, qua vult vt homo diligat proximũ vti seipsum: statim deus dissecuit primã legis suę partẽ, quã tradidit in prima tabula lapidea, in tria: secundã vero, quã tradidit in secũda tabula lapidea, in septẽ pcepta, dicẽs: Maledictus q nõ permãserit in oĩbus ĳs, quæ scripta sunt in libro legis. queãdmodũ susius disseruim⁹ in principio huius libri.

Deut. 6. et 27.

Primo pcipit in prima tabula, dicens: Nõ habebis deos alienos corã me, id est, in me solũ credas & cõfidas, meq; solũ adores, diligas & honores, vt tuũ tuarũq; rerũ & viriũ oĩm creatorẽ, datorẽ & cõseruatorẽ: nõ autẽ cõfidas & honorẽ cõferas in aliquã creaturã, quasi in tuæ salutis autorẽ, nec in tuã ipsius virtutẽ & prudentiã, nec in aliqua tuæ in me fidei parte diffidas, nec in rebus tuis psperis mihi sis ingratus, nec in oratiõe tua sine deuotiõe, nec quidq̃ rem q̃libet preciosam, diligẽdo mihi pponas, sed propter me posthabebis oĩa.

Secũdo pcipit, dicẽs: Nõ assumes nomẽ dñi dei tui in vanum. id est, ipsum constãter cõfitearis, honores, pdices, ac inuoces: nõ aũt in quacũq; etiã tribulatiõe vel voluptate neges, vituperes, blasphemes, vel male viuẽdo, vel male dicẽdo, vel male optãdo, vel temere vel falso vel impie ac iniuste iurãdo, multoq; magis peierãdo, vel iusta vota deo pstita infringẽdo, vel quis alio modo dehonestãdo, vtpote praua cõsuetudine, siue sine necessitate p deũ, p mortẽ, per passionem, peiq; animæ salutem deierãdo, & interim quoq; execrãdo, & quidquid est sacræ scripturæ abutendo.

Tertio pcipit, dicẽs: Memẽto vt sabbati diẽ sanctifices. i. in die festa singulariter orãdo, pœnitẽdoq; diluas, q̃d alio tempore peccasti: veniã preceris, neglectis oĩb⁹, vbũ dei audias in ecclesia & liturgiã, dñicæ p te passiõis & mortis exhibitę memoriã recolas: grãs pea, pq; ceteris tibi collatis bñficĳs agas: in pximũ opa misericordiæ cõferas: & dñm tuis deniq; cogitatibus, vbis & opibus laudes, magnifices & extollas. Nihil aũt ea die laboris mechanici siue seruilis, sine legitima causa & necessitate, exerceas, q̃d a diuino cultu te possit auocare & retrahere: lõge minus vane ludas, nec spectacula, nec saltatiões, nec cho

nec choreas, nec cõessationes, nec turpes cãtilenas, nec quidquã id genus leuitatis, vanitatis & peccati, maxime vel in templo, vel sub diuinis officijs etiam extra templum, die festa committas aut frequentes.

Quarto pcipit in II. tabula, dicẽs: Honora patrẽ tuũ & matrẽ tuã. i. vtrosq; parẽtes tuos, nõ solũ carnales, sed & spũales, vtpote tuos superiores, sacerdotes, pceptores, & seniores, ex animo honorifices, ac eis verbo & facto amorẽ, obedientiã & reuerentiã deferas: exigenteq; necessitate, illis pro virili tua quibusq; rebus subuenias: nec eos quoquo modo contemnas, rideas, affligas, nec eis esto quouis modo rebellis & contumax.

Quinto pcipit, dicens: Nõ occidas. i. neminẽ mortaliũ, nec etiã teipsum, tua autoritate vel occidas, vel in corpore mutiles vel lædas: nec tale qd in ipsum cõmittere coneris: nec cõsulas, nec vt cõmittat, adiuues: nec teipsum cõtra pximũ vindices, sed iræ da locũ: prsusq; oẽm ex corde submoueas cõtra proximum rãcorẽ, odiũ, irã & inuidiã: sed qdqd in te mali cõmissum fuerit, noĩe & amore dei patiẽter sustineto: nec ipse deniq; iuris autoritate quenq innocẽter & ex odio corripias, aut etiã occidas: nec infames vbis, scriptis & opibus pximũ, quũ calũniator, sycophanta, criminator, boniq; nois detractor, spũalis sit occisor, vtẽs lingua p gladio: nec occidas pximũ egentẽ caritstia, siue qcunq; alio modo nõ sis alterius morti innocẽti occasio, siue crapula, siue ebrietate, si

Sexto pcipit, dicẽs: Nõ mœchaberis. i. rẽ nõ habeas, nec (ue etiã abortiuo. libidineris, nisi cũ sola tua legitima vxore, nec aliter q via cõcessa & naturali, nec nisi necessario & ex causa, propter quã institutum est matrimonium: quia omnis fornicator, adulter, mollis, incestuosus, & id genus scortator & libidinator, a dei gratia & eius regno secluditur, quisq; vel sibi vel alij quocũq; modo ad libidinandum & fornicandum occasionem præbet.

Septimo pcipit, dicẽs: Nõ furtũ facias. i. nemini qd eius est, siue clam siue palam, cõtra ius & equũ, quocunq; modo surripias, vsurpes, aut qd tuũ nõ est, vel male acquisitum, vtpote decipiendo, ludendo, corrodẽdo, spoliãdo, vsurãdo, falso & inique vendẽdo, emẽdo, & cõtrahẽdo, & modo quouis hoc genus penes te retineas: quũ male vel ablatũ, vel acqsitũ, nõ dimittat, nisi (quũ fieri potest) pœnitẽdo restituat. nec dabis alicui ad furãdũ vel cõsiliũ, vel auxiliũ, vel occasionẽ, vel cõsensum: qnquidẽ faciẽs & cõsentiẽs, æque rei sunt.

Octauo pcipit, dicẽs: Nõ falsum testimoniũ dices. i. nullo modo cõtra proximũ tuũ, siue extra iudiciũ, siue in iudicio, mẽtiaris: nec etiã siue iocose, siue officiose, siue necessario falsum dicas: nec fallas ope, nec vbo, nec gestu: nec aliter loqris, q sentias ĩ corde: nec aliqd vane de te dicas & glorieris, qd ĩ te nõ est: nec vane simules, nec dissimules: sed aptus esto, ideoq; syncer9, nihil ficte agẽs.

Nono pcipit, dicẽs: Nõ cõcupisces rẽ pximi tui. i. nõ modo qdq a pximo tuo, siue clã siue palã, cõtra ius & æqtatẽ recipias, sed ne velis qdẽ hoc ipsum facere: nec qd eius est, qcunq; via cũ ipsius iactura desiderare, nec illi bñficia dei, siue spũalia siue corporalia dona, siue animi, siue corporis, siue fortunę bona, successusve psperos ĩuidere: nec qdq qd ei9 est, etiã medijs a lege cõcessis, nec colorato qdẽ iure, ad te ptrahere: sed velis illi oĩno fieri, qd tibi fieri velis:

semperq; velle ei cōmodare, nō aūt incōmodare, q̄ vere diligas eū sicut teipsū.

Decimo p̄cipit, dicēs: Nō cōcupisces vxorē p̄ximi tui. i. nō modo nō mœchaberis ipso actu, nec rē nisi cū tua legitima vxore, & cū legitimo marito tuo habeas: sed ne velis q̄dē, nec cogites mœchari, & extra matrimoniū tuū habere rem: sed vel manere virginē, vel cœlibē, vel ducere, vel nubere, tuoq; cōtentus esse thoro, nec solicites virginē, nec vxorē alterius siue gestibus, siue verbis, siue literis, siue cātilenis, siue id genus modis alijs, ad libidinandū: nec q̄q̄ modo des occasionē abalienādi p̄ximo tuo siue filiā, siue vxorē, siue famulū, siue famulā: sed vnicuiq; faueas q̄d ei' est, donec iure diuino tuū sit futurū: vt plane semp diligas proximū tuū sicut teipsum, & sup oīa deū tuum.

Hic est epilog' eorū oīm, q̄ hacten' ex sacris literis retulim' ad vere intellectū decē dei opt. max. p̄ceptorū, q̄ cōplectunt̄ breui q̄dā cōpendio, q̄dq̄d est bonarū legū naturę & moraliū p̄ceptorū, siue in p̄phetis, siue in euāgelicis siue ap̄licis literis cōtentū: euidēter docētia q̄ deo placēt, & q̄ displicēt illi, q̄b' ille q̄dā fieri p̄cipit, quędā fieri p̄hibet. Si fecerim' q̄ fieri p̄cipit, nec fecerimus q̄ fieri p̄hibet, bñdictionē: sin nō fecerimus q̄ fieri p̄cipit, sed fecerimus q̄ p̄hibet, maledictionē temporaneā & æternā (quā misericorditer auertat ipse) sumus habituri. Quæ p̄pterea Moses iussu dei, tāti habuit & ab oībus haberi voluit; vt ea nō solū, q̄ nō trāsgrederent̄ in vllo, cēsuerit p̄ signo in manibus suspēdēda, & inter oculos nr̄os collocāda, cōscribēdaq; sup postes, ianuas & parietes nr̄æ dom': sed & in animis nr̄is & cordib' ita ponēda, vt ea cū filijs et familijs nr̄is semp & vbiq; meditaremur & exequeremur, q̄ nobis esset & alibi bñ futurū. Quapropter & a nobis illa nō sec' atq; aurea v̄ba, q̄nimo q̄ pluris sunt q̄ aurea, vtpote plane diuina, nō in tabulis lapideis, sed ī tabulis cordis: nō atramēto vel q̄libet precioso, sed sp̄ū dei indelebiliter cōscribēda sunt: nō autē modo cōscribēda, sed & re ipsa faciēda: vtpote q̄bus nihil est, nec excogitari potest post deū opt. iusti', nec sancti', nec salubri'. quid eñ, obsecro, iusti' esse possit, q̄ q̄ homo trib. priorib. p̄ceptis ipsum dñm deū sup oīa diligat, timeat, honorificet ac inuocet, a q̄ ad ei' imaginē ex sola gratuita eius bonitate cōditus est ad ęternā vitā, salutē & beatitudinē: q nec vnq̄ vult, vt ipse homo, q̄tūuis peccator, p̄eat, sed vt pœnitēdo a peccato cōuertat̄, ac saluus fiat, q mortis habet & vitę tā tēporarię q̄ ęterr ę potestatē? Quid deiñ, q̄so, possit aut sancti', aut salutarius vel dici vel excogitari, q̄ vt homo septē posterioribus II. tabulę p̄ceptis, p̄ximum suū p̄pter deū sine peruersa cōcupiscētia diligat, quū ipse dn̄s deus oēs hoīes in vno, & ex vno hoīe vel ob id creauerit, vt ipsum in cōcordi pacificaq; societate collaudarēt & glorificarēt, vt tandē cū eo in summa alibi beatitudine simul omnes viuerent & gauderent?

Cuius sane volūtatis vt cōpotes efficiamur, oportet vt nostrā voluntatē illius volūtati cōformē efficiamus. Id q̄d faciemus, vbi iuxta ipsius & eius ecclesiæ statutū, ex aīo pœniteam', cōterēdo, cōfitēdo, & satisfaciēdo p̄ eo, q̄d forsassis obmisimus, q̄d nos ī primis q̄tuor p̄ceptis facere p̄cepit: vel cōmisimus, q̄d ne faceremus, in sex alijs p̄ceptis vetuit. Nec eñ pœnitēs solū debet attendere, q̄d in singulis istis p̄ceptis p̄cipiat̄ vt fiat, sed & q̄d velit interim nō fieri.

nec

nec solum quid a nobis fieri prohibeatur, sed & quid a cõtrario deus facere nos velit, quãuis hoc ipsum verbis haud exprimat, vt seruetur illud prophetæ, dicẽtis: Declina a malo, & fac bonum. Cuius equidem causa, hoc vt plurimum docendi modo in ijs diuinis præceptis declarandis vsus sum, vt primum declarauerim verborum vim & virtutem, & quid singula a nobis præcepta requirant & exigant: deinde, quibusnam modis in singula peccet homo sub amissione salutis & vitæ sempiternę: quam nobis tribuat ipse deus optimus conseruatione suorum præceptorum, qui vera salus est & vera vita, cui laus sit & gloria per secula seculorum.

Psal. 36.

AMEN.

FRIDERICI NAVSEAE BLANCICAMPIANI, EPISCOPI VIENNENSIS, INVICTISS. CAESARIS &c. FERDINANDI A SACRIS STVDIIS ET CONSILIIS, DE CATHOLICIS ECCLESIAE PRECATIONIB. ET ORATIONIB. LIBER QVINTVS.

AD REVERENDISS. IN CHRISTO PATREM AC DOMINVM, DN. HIERONYMVM VERALLVM, EPISCOPVM CASSARTANENS. S. D. N. PAVLI III. PONT. MAX. APVD INVICTISS. CAESAREM &c. FERDINANDVM, ADEOQVE PER GERMANIAM ORATOREM DIGNISS. ET GRAVISSIMVM,

FRIDERICI Nauſeæ Blancicāpiani, Epiſcopi Vienneñ. in V. librum Catholici Catechiſmi de Catholicis in Eccleſia Precationibus,

PRAEFATIO.

ABSIT ſuſpiceris, abſit, Reuerēdiſſ. Pater ac obſeruandiſſime domine, quaſi paulo ſuperbior aut (q̄d verius diceres, atq; ego quidem æquiore animo ferrem) inciuilior, aut inofficioſior, aut arrogātior, te minus obſeruem, minusq; diligam, quia te minus frequenter, ſed admodum rarenter, donec nobiſcū ſacroſanctæ Sedis Apoſtolicæ orator fuiſti, numeris omnibus abſolutiſſimum inuiſerim, coramq; more cęterorum ſalutauerim: verum domi nunquam ferme non inſtar anachoretæ vel eremitæ cuiuſpiam in ſolitudine ſolus degerim & delituerim, perinde pertæſus ſatraparum conſortia, commercia & conuiuia. Ad hunc enim modum ſi paulo ſuſpicacior fueris, certe multo & rectius & iuſtius ſecundum alios ſummæ dignitatis & authoritatis & id gen⁹ principes tui ordinis viros, de me ſuſpicabitur Sereniſſimus Romanorum, Hungariæ, Bohemiæq; rex FERDINANDVS, idēq; Cæſar inclytiſſimus, dominus meus longe clementiſſimus: apud cuius ego ſacratiſſimæ Maieſtatis menſam, præter aulicorum morem, toto hoc tempore quo illi a ſacris fui ſtudijs & conſilijs, niſi ſemel viſus haud ſum. Nec ab eodem tempore, quod annos nunc VIII. complet, in illius conſpectu, quantumuis erga me perq̄ hilari ſerenoq;, niſi vel clementer accerſitus, vel ſerio vocatus, comparui cominus vnquam. Id quod ſane factum nō eſt, quod mihi fuerit illius ſacratiſſima Maieſtas (quod equidē ſciam) aut parum propicia, aut quàm par fuerit auſterior vnquam, quæ mihi ſemper etiamnum fuit vſque ad multorum inuidiam tam benigna quàm gratioſa: nec quia minus illā obſeruauerim & coluerim, qui fui ſacratiſſimæ Maieſtatis ipſius, a me nondum de facie notæ, tam obſeruans, pauloq; pariter religioſior cultor, q̄ qui maxime: nimirum nulli mortalium in erga ipſam obſeruantia ſynceraq; dilectione cedens, nec ceſſurus vnquā. Quod tibi quoq; de me erga

ga

ga te non debeat esse non persuasissimum. Qui enim (quæso) te non ardenter amem & colam, qui tot modis a me non diligi solum, sed & vehementer amari, reuererer & coli dignus es? Siquidem natura propemodum sic a puero erga sacrosanctā Sedē Apostolicā semp affectus fui, vt illi me nihil non honoris, obseruātiæ, venerationis & reuerētiæ non tantum debere fatear, verum me quoque illi debere supra modum læter & gaudeā. Quod quum vero propemodum verius sit, qui (obsecro) fieri posset, quia te vel eiusdem sanctæ Sedis Apostolicę gratia non modis omnibus & amarem & obseruarem, quū tu sedis istius Apostolicę apud nos oratorem agas vel ideo longe absolutissimum, quod tanta pietate, fide, diligentia, solicitudine & dexteritate quouis loco & tempore cuncta negocia, quæ ad illius dignitatem, amplitudinem & maiestatem pertinent geris, vt maiore nō possis? Addo quia sic multarum rerum cognitionem, variarumq; disciplinarum scientiam, cum vitæ sanctitate pariterq; grauitate coniunctam habes, vt non solum eidem sacrosanctæ Sedi Apostolicę summo sis decori et ornamento, sed & a q̃ omes nostrates exēplar omnium virtutū habere, formāq; sibi petere possint ac debeant.
Præterea, quomodo te non summa etiam animi gratitudine diligā & colā, qui tātopere pro virili tua mihi semper beneficus esse satagis? quanquam quia talis haud semper esse possis, non in causa es ipse, sed in culpa plane sunt vel harpyiæ, per quas mihi fortasse non licet benefacere. Siquidem tot adsunt passim, quib⁹ alioqui nihil est negocij, vultures, qui multis etiam mensibus cadauer futurum præsentiunt, vt mei meminisse nequeas: vel (quod multo veri⁹ crediderim) ipsemet in culpa sum mihi, cui non tam defuit fortuna, q̃ ipse fortunę defui: homo (quod norunt, q me penitius norūt) sic a communibus negocijs abhorrēs, sic alienus ab omī ambitione, imo sic socors, vt plane Timothei fortuna mihi sit opus, quæ dormientis retibus felicitatem implicet. Itaq; tam nihil debeo, nec possum te virum certe benignissimum, de neglecto in me beneficio incusare, vt æque tantum tibi me, atq; sacrosanctæ Sedi Apostolicę loco gratiarum actionis debere meapte fatear. Absit igitur Reuerendiss. Pater, vt vel tantillum de meo in te animo sinistri suspiceris, qui vsq; adeo tuus sum per omnia, vt me rebusq; meis omnibus ad arbitrium tuum possis vti, & (si visum fuerit) abuti. Quod autem rarius q̃ fortasse par videatur, coram compareo, in causa tu ipse nosti tot tamq; molestas esse curas, solicitudines, vigilias, consultationes, lucubrationes, calamitates, aduersitates, angustias & tribulationes, qbus hoc sane turbulentissimo simul atq; periculosissimo tempore, non tam propter priuatas q̃ publicas pro sancta religione nostra res, plus omībus (vt cum venia dixerim) qui mei sunt ordinis, diu noctuq; non occupor solum, sed ita etiam frequēter obruor, vti vix vel hiscere vel respirare detur: sileo quod aliquo modo mihi possit ad frequentes patronorum & amicorum salutationes extra domum vacare. Transeo autē domesticas occupationes, quæ vel solæ hac

iniqua tempestate vnũ aut alterũ requirerent Herculẽ. Hinc facile cognoscis, ꝙ solus ipse semper domi sim, qui tam solus sum nunꝙ, vt æque dicere queam, quod olim dixisse traditur Aphricanus ille maior: Nunquã videlicet se minus ociosum esse, ꝙ quum ociosus esset: nec minus solum, ꝙ quũ solus esset. Quod vero repræhendis, quia ceu eremita domi me continens, satraparũ palatia ac eorum aulica consortia fugiam, profecto hac tu parte non æque me atq; Stridoneñ. illum Hieronymum repræhendis, vtpote quem dicere solitũ ferunt, oppida & vrbes videri sibi tetros carceres, solitudinem paradisum, seq; retorridum Syriæ solũ, scorpionibus & feris infestũ, Romanis præferre delicijs. Ita quoq; si me propterea censueris arrogantẽ, quia non ita frequenter cõuersor conuiuoq; cũ alijs, certe non potuit non arrogans fuisse Iohannes episcopus ille Cõstantinopolitanus, cognomẽto, propter auream ipsius eloquentiã, Chrysostomus. Sed quid multa? Tam fui quoad vixi, ab omni superbia & arrogantia semper alienus, vt mihi mea fuerit simplicitas & humilitas, paulo submissior, vitio sæpenumero versa.

Absit igitur, absit reuerendissime præsul, quicquã sinistri suspiceris, quasi tibi nõ ex animo faueam, qui te semper nõ ardenter amo solũ, sed & ob virtutes tuas illas insignes, & ob sanctæ sedis apostolicę dignitatẽ, vehementer obseruo. In cuius dilectionis in te meæ, religiosæq; cuiusdã obseruantiæ signum, adeoq; pignus nunꝙ redimendum, accipe hunc quintum nostri catholici Catechismi librum de catholicis in ecclesia catholica precationibus & orationibus, tuo a me celeberrimo nomini vel ideo potissimũ diebus ijsce dedicatum, quia te vno vix alius sit in orando deum aut frequentior, aut deuotior, aut constantior. Nec mirũ, quandoquidem non ignores, haud opus in ecclesia catholica esse aliud, quo pijssimi quiq; frequentius & religiosius in cunctis & singulis aduersitatibus, & quidem efficacius, vsi sunt. Extant eñ tam multa ꝙ varia deuotæ precationis & ipsius præsentissimæ virtutis exempla, vt in nulla sui parte plus se mireẽ humana pietas. Siquidẽ Mose precante, vniuersa Aegyptus varijs est cladibus affecta: rursus eo deprecante, a malis est leuata, & gens vna veræ pietatis cultrix, in libertatẽ adserta. Illo deniq; precante, gens Israelitica victorijs & triumphis contra hostes est potita. Helia precante, tres annos & menses sex e cœlo non cecidit pluuia: rursus, orante ipso, illa est reddita. Apud Hierichontem lœthiferæ fons aquæ, Heliseo precante, salubris est factus, sterilitas in feracitatem versa, ferrea securis in Iordane fluitauit, defunctus reuixit. Iosue precibus sol & luna præter ordinẽ cursus immobiliter steterunt. Ezechiæ precibus CLXXX. millia Assyriorum vna sunt nocte in Sennacherib castris diuinitus percussa. Iona precante, ex beluæ marinæ visceribus est receptus ac deinde seruatus. Ipso Iuda Machabæo cœli numen inuocante, feliciter a suis cõtra truculentiss. hostes pugnatum & triumphatum est. Cæterum quid plura, & quidem veteriora, de virtute precatiõis ad deum optimũ exempla

pla confector,quum & recentiora sint exempla non fidei minoris? Quis enim,quæso,vel apostolorum.vel martyrum,vel eorum omnium q̃ sunt in diuorum relati numerum, qui non vel virtute precũ cæcos videre, sur dos audire,mutos loqui,leprosos mundari,claudos ire,mortuos resurge re,& id genus alia fieri fecerit? Argumento nimirum,cœli numen in nul la re alia indulgentius humanam fouere pietatem solere,nec piorum san ctitatẽ esse pariter ac meritum, quàm in precibus ad ipsum pie profusis, magis illustratũ.Id q̃d,vti bene cõfido, locupletius & fusius ex hoc qn- to de Catholicis Ecclesiæ Catholicæ precationibus libro patefiet. Quẽ sinas,oro,veluti quoddam monumẽtum pignusq; mei erga te amo- ris,aut certe perexiguum gratitudinis in te meæ argumentũ apud te perpetuo repositum iri,suscepturus quãdoque quiddam ma ius.Interea felicissime valeas opto. Viennæ Austriæ,du odecimo die Decembris.Anno post CHRI- STVM natum Millesimo quingen tesimo quadragesimosecundo.

QVID ORATIO SIVE PRECATIO SIT.

CAPVT I.

IAM vero quia nihil est oratione nec præstantius,nec fructu- osius,nec magis necessariũ,vt qua oĩs sacrificatio,oĩs benedi- ctio,omẽ sacramentũ,& deniq; omĩno q̃dquid in cultu diui- næ honorificẽtiæ agitur,pfici soleat: in rem plane videtur,vt primum dicã,quid sit oratio,& q̃ multiplex,qualis & ipsa,& de,proq; q̃ bus rebus esse debeat.Quanuis autẽ non ignorem,varias a varijs orati- oni accommodari definitiones, nec indecoras, ipse tamẽ ex omĩbus eli- gens,hanc vnicã subscribã,dicens: Oratio est ad deum vel personam illi gratã loquutio,qua nobis vel bonũ præstari, vel malum submoueri pe- timus.Est autẽ oratio duplex, vtpote Mentalis:& est, qua quis sine vo- ce & mente sola,quasi interiore quadã loquutione,deo colloquitur,opta ta obtinere ex animo desiderans. Qua perfectiores & contẽplationi ma gis dediti, minusq; soliciti de rebus alienis,frequẽtius vtuntur: cuiusmo di fuit Tobias ille senior,qui cum lachrymis animo orans,gratiose exau ditus est. Nec dubium,quin & Susanna illa longe castissima & innocẽ tissima,falso a senioribus delata,sic primum,s. mente, nõ voce, orauerit, quæ & exaudita fuit. Vocalis est,qua quis voce optata a deo petit, nihil plane proficiens,nisi simul & mente fiat. Vnde Apostolus:Orabo,inq̃t, spiritu,orabo & mente. Qua sane oratione Christus vnà cum suis disci pulis plerunq; semper vsus est. Quem recte(vt in alijs omnibus) seque- mur in hac orandi formula,multis quidem modis:

1.Tim.4.
Tob.12.
Daniel.13.
1.Co.14.
Mat.26.
Iohann.17.
Matth.11.
Luc.23.

Primo quidem,vt quemadmodum deo cordis & operis, ita & oris ob

ſequium impendamus. Siquidem triplex deo ſacrificium debemus, cordis ſcilicet, oris, & operis.

Secundo, vt ſic ad memoriam reuocemus q̃d petere debemus, ſimulq; a pigritia excitemur, qui alioqui ſemper in ſilentio orãtes, facile obdormiremus, obliuiſcentes quod peteremus.

Tertio, vt ſic proximum inſtruamus, ad conſimile opus inuitantes. Haud igitur audiendos cenſuerim nonnullos hac tempeſtate ſchiſmaticos, contendentes magis expedire, vt oremus mentaliter & ſpiritualiter tãtum, quàm ſimul & vocaliter, vt qui ad hunc modum breui eſſent ſuppreſſuri omnem deuotionem. Nec eſt quod allegant poſt Chriſtum hoc Eſaiæ: Populus hic labijs me honorat, cor autem eorum longe eſt a me. Siquidem Chriſtus illic non repræhendit vocalem orationem, ſed eam quæ eſt ſine deuotione mentis, murmure, non etiam pondere, conſtans: vbi nõ amor, ſed clamor reſonat: cuiuſmodi & ego orationem plane vanam reputauerim, quum nõ procedat de corde, quod vel ſolum reſpicit deus, cuius vel ſolus ipſe eſt inſpector & exauditor: proinde nõ clamoſa voce pulſandus, ſed recta cordis conſcientia placandus. Non eſt ergo vocalis oratio ſine deuotione cordis, momenti alicuius: Tam vero magni momenti eſt ipſa cum cordis deuotione, vt Apoſtolus eam laudis hoſtiam vocet, qua promereatur deus. Atque hoc eſt, quod ad orandum præceptis admonemur vtriuſq; teſtamenti, tam Euangelicis quàm Apoſtolicis literis, exemplis præterea Chriſti & omnium ſanctorum. Hinc in neceſſitatibus conſtituti, ad ſolam conſugimus orationem, veluti ſacram quandam ancoram, dicente Ioſaphat: Quum ignoremus q̃d agere debeamus, hoc ſolum habemus reſidui, vt oculos noſtros dirigamus ad te: haud ſane dubium, quin in oratiõe. Ipſius vero orationis eſt, ſicut ex eius definitione pateſcit, q; immediate (vt ſic dixerim) ad deum dirigatur, vtpote in cuius ditione cuncta ſunt poſita, a quo patre luminum omne datum optimum, & omne donum perfectum deſcendit, qui vel ſolus gloriam donat & gratiam per ſe.

Matth. 15. Eſai. 29. 1. Reg. 16. Pſal. 43. Heb. 13. Tob. 4. Luc. 17. 1. Theſſ. 5. 2. Pa. 20. Iudith. 9. Iacob. 1. Pſal. 83.

DIVOS IN COELIS ET TERRA POSSE orari & implorari. Caput II.

Nihilominus & mediate nonnunquam dirigi ſolet oratio ad ſanctos ipſius propter ipſum, non tanquam ad præcipuos petitorum datores & autores, quales non ſunt: verum ceu ad mediatores, quorũ meritis & intuitu nobis deus cõfert, quæ ex noſtris demeritis accipere ſumus indigni, illi vero in perfecta nunc charitate digni: qui & non poſſunt pro nobis non orare, a nobis vt confratres implorati, veluti in lib. Diuorũ, Catholicorum, Homiliarumq;, plusquàm abunde teſtati ſumus, contra nonnullos hæreticos & ſchiſmaticos, quorum in contrarium tela ſacris ſagittis pro virili repulimus. Ideoque non impie noſtram ex imitatione Catholicæ Eccleſię orationem pro loco & tempore dirigimus ad dei electos, tanquam ad eos qui ſuis deinde precibus nos apud deum adiuuãt.

Nec

Nec interim vllam Deo irrogamus iniuriam, qui secũdum temporis or dinem sanctos ante inuocamus, quàm Deum: quinimo ingẽtem illi gloriam afferimus in eo ipso opere, & quoddam humilitatis præ nobis ferimus insigne, reuerentiæq; in deum: ijdemq; prius sanctos accedimus, nõ vt in eis sistamus venerationis metam, sed vt per eos demum proueha mur in Deum, quem vtique inuocatione sanctorum debita, sanctis suis multo maxime maiorem fatemur: nempe eum, qui solus habeat principa litatem potestatis petita concedendi, vt qui primum sit omnium principiũ, omnia producens, omnia gubernans, omnia administrans, sine quo nihil, cum quo omnia possumus & habemus. Alioqui, si propterea deo iniurij erimus, qui temporis ordine aliquando humilitatis causa prius ad ipsius electos, quàm ad ipsum deum oramus, haud dubie Paulus deo fu it iniurius, quum prius a Romanis pro se fieri petiuit orationem: quiq; idem prius ab Hebręis patrocinium, quàm a deo, efflagitauerit. Hester quoque regina illa Persarum nobilissima, deo fuit iniuria, quod nõ con tinuo ad ipsum, sed ad Mardochęi & Iudæorum confugerit patrociniũ. Quid? Nonne & ipsemet deus alioqui fuisset sibi iniurius, qui ipse olim amicos ipsius Iob, misit ad implorandũm beati Iob orationem, & Abimelech regem Gerarę, ad exposcendam Abrahę viri sancti precem? Cer te neq; ipse sibi, nec quispiam sanctorum illi propterea fuit iniurius, quũ non possit inuocatione sanctorum non ipse deus vt summus author reputari, honorari, & inuocari. Quanquam enim Catholica Ecclesia non absq; causa, in publicis suis orationibus raronter vel nunquam suas orationes prius ad sanctos, sed ad deum dirigat, nõ tamen errat debito mo do orans: In omni tribulatione & angustia nostra, succurre nobis beatissima virgo Maria. Nec est dicere, vel ideo male orari, quoniam orans petat sibi succurrere Mariam, quæ id non possit, sed solus deus. Respon deo, nos non petere, vt ea nobis ex se, sed medio IESV CHRISTO, cui non potest esse non gratissima, succurrat. Id quod vbi suis precibus virtute dilecti filij fecerit, quodam certo modo vel ipsa fecisse, id est, succurrisse, creditur. Cuiusmodi est, quum constituti in periculo, hominem quempiam inuocantes, dicimus: Mi frater, adiuua me: quum tamen ipse nihil, sed deus ipse possit. Nihilo minus si illius suffragio liberati sum⁹, dicere solemus illum nos liberasse, vtcunque deus præcipue nos liberauerit. Quid multis, quum hoc dicendi modo plerique omnes vtuntur, nec impie, quando quidem scriptura nec eo vacet? Nõne solus deus est, qui mirabilia sua virtute facit, & ipse tamen illud facere non impie asseri bit discipulis suis, dicens: Amen amen dico vobis, qui credit in me, opera quæ ego facio & ipse faciet, & maiora horum faciet. Ad hũc sane mo dum sancti quoq; (quanuis improprie) bonorum dici possunt datores, ac ea nos ab eis petere possumus, dicẽtes: Date nobis sanitatẽ corporis, scilicet vestra intercessione. Hinc ad apostolos Ecclesia orat:

Iohan.15. | Rom.15. | Hebr.13. | Hest.2. | Iob.42. | Gen.20. | Psal.71. | Iohann.14.

Quo

Quorum præcepto subditur
Salus & languor omnium:
Sanate ægros moribus,
Nos reddentes virtutibus.

Sed hac de re passim in Centurijs, & forte quàm hic, commodius. Suffecerit hoc loco reddidisse diffinitionem & diuisionem orationis. Cuiusmodi autem conditiones oratio exaudibilis habere, & de quibus rebus esse debeat: nemo pulchrius, nemo breuius, nemo explanatius, nemo denique melius, quàm Christus doctor summus, tam præcepto q̃ exemplo suo perdocuit, vt subsequitur.

VBI ORANDVM SIT. Caput III.

Tu autem cum oraueris, intra in cubiculum tuum: et clauso ostio, ora patrem tuum in abscondito: et pater tuus qui videt in abscondito, reddet tibi.

POstquam dehortatus est ab orandi modo, quo hypocritæ vsi sunt, dominus ilico subijcit cõditiones, quas velit habere nostras ad Deum preces.

Prima quidem conditio est, vt nostra oratio sit secreta, atque in secreto fiat. Id quod per ingressum cubiculi, ostiumq; clausum, intelligitur. Quo quidem modo orauit Heliseus, vt qui puerum a morte suscitaturus, demum est ingressus: & clauso ostio, orauit ad dominum. Sic Daniel in cœnaculo suo clauso ter quotidie statis horis genua demittens, cœli numen adorauit. & Christus alibi dimissa turba, adscẽdit in montẽ solus orãs. Et rursus idẽ diluculo valde surgens, egressus abijt in desertum locum, ibiq; orauit. Ideq; in olíueto, dimissis discipulis, oraturus ad patrem, paulo latius secessit: nimirũ suo ostendens exemplo, quod hic præcipit, vt oraturi petamus secretum locum, vtpote oratiõibus aptiorem.

4. Reg. 4. Daniel. 6. Matth. 14. Marc. 1. Mat. 26. Mar. 14. Luc. 22.

Nolim tamen ignores, quod hic dominus de cubiculo dicit, non tam ad locum, quàm ad propositum orantis, referri: & frequentius spiritualiter, quàm corporaliter intelligi deberi. Ipsamq; sinistram & dextram, adeoq; cubiculi secretum, non in rebus, sed in affectibus esse: orareq; illum vere in cubiculo suo, & clauso eiusdem ostio, qui non aliud præter deum & eius gloriam orans respicit, nec alio cogitans: verum ea synceritate mentis deum alloquens, quasi nullus hominum se videret, nec aliud cupiens q̃ exaudiri. Ad quem vtique modum quis bonum opus, vel in conuentu, vel in ecclesia, vel in plateis, vel alibi locorũ faciens, in abscondito facere dicitur: quippe faciens non vt ab hominibus, sed vt solum a deo videri desideret.

E di-

E diuerso q in absconditо facit, cupiens videri, & laudē ex hoc & gloriā quærens, nō in abscōdito, sed ī publico facere dicit: qm̄ q̄d facit, haud vult abscōditū esse: tātumq; ipsi valet, acsi gloriose in publico faceret. Siquidem potest aliquis (vt publicanus faciebat) bene operari corā hominibus, nec tn̄ ideo facere, vt illud oculis hominū ostentet: & aliquis nō corā hominibus, eo tamen animo, vt se id facientē videri peroptet. Atq; hinc est, q ipse dn̄s non factum ipsum sed voluntatē vel coronat, vel punit: nec fini operis, sed voluntati operantis, mercedem damnumve decernit. Luc. 18.

Est ergo spiritualiter hoc loco cubiculum nihil aliud, q̄ cordis secretum, & mens a vanis cogitationibus aliena, vt est in psalmo: Quæ dicitis in cordibus vestris, & in cubilibus vestris compungimini. Nec ostium est aliud, q̄ carnalis sensus, qui claudendus est, vt totus & solus spiritus oret, quasi secretus, id est, a carnali sensu remotus ad deum, qui & in secreto, id est, sine iactatiōe redditurus est. Id quod sufficere debuerit, vt ille solus noscat oratiōem nostram, qui omium cordium nouit occulta, idem inspector & exauditor, se ipsum nobis debitorem constituens: quoniam, Reddet, non, Gratis dabit, hoc loco ait dominus. Vnde constat Psal. 4. Hebr. 4. Acto. 1.

Primo, errare eos, qui nolunt hominem sic posse bonis suis operibus aliquid mereri, vt ideo deus ei quidquam debeat, qui nulli quidquam debet, sed nos illi omnia: quoniam (dicentes) cum fecerimus omnia quæ præcepta sunt nobis, adhuc dicere debemus: Serui inutiles sumus: quia q̄d debuimus facere, fecimus. Responderim: etsi homo ex sola suorū operum dignitate & natura nihil mereaē, atq; illi deus nihil debeat: meretur tamen, ac ei dn̄s retributionem pro ipsius operibus debet ex sua liberali & gratuita promissiōe, qua se nobis pro bonis operibus mercedem retributurum pollicitus est, non mētiens, quū sit summa veritas, dicens: Erit merces operibus vestris. vt qui, propheta teste, reddet vnicuique secundum opera sua: recepturusq; est vnusquisque mercedem secundum laborem suum, scilicet ex liberalissima dei promittentis promissione, quæ vsq; adeo cadit in debitum, vt ex eius obligatione Moses & Azarias in fornace dominū pro retributione hortari non dubitarint, qui & exauditi sunt. Quanq̄ nolim sic quenquā superbire, vt deum velit sibi quicquā ob opera sua bona daturum, quanuis ille pro eis debeat. Luc. 17. 2. Par. 15. Psal. 61. 1. Cor. 3. Exo. 32. Dan. 3.

Secundo cōstat, etiānum errare eos, qui volunt nullibi, præterq̄ in solitario atq; cōcluso loco, orādum, & maxime omnem orandi vsum e templis hac nimirum parte per Christum tolli. Id quod perperā sentiunt: quandoquidem nullum hic locum dominus prohibet, sed omnem tollit in orādo ostentationem. Nec enim locus nocet, sed modus & intentio. Nec vult aliud (vt diximus) hoc loco, q̄ vt orans, se in cor suum colligat, omnesq; suos sensus occludat: seclusoq; omni alio cogitatu, ad solum deum respiciat, qui solus adorandus est. Id enim προσευχή (id est, oratio) significat, quandam scilicet in cordis secreto intentam in deum eleuationem. Et qui sic orat, vbicunque orat, intrat in cubiculum suum: & clauso ostio, orat patrem in abscondito, maxime qui orat corde & oratiōe interiore & spirituali, quæ nihil est aliud, quàm in omni

re cordis ad deũ eleuatiõ, diuinæ opis ꝓ se uel aliis imploratio, dei laudatio, gratiarum actio. Cuiusmodi orationi, necnon & alij, nullus plane locus, neq; publicus, neq; priuatus, neq; vici, neq; plateæ, neq; forũ, neq; vrbs, neq; villa, neq; cãpus prohibetur, iuxta Paulum dicentẽ: Semper gaudete, sine intermissione orate, in om̃ibus gratias agite. Quod si ita habet, minime qs negauerit in templo orãdum, quum alioqui dñs ipse sibi contrarius esset, qui vsq; adeo censuit in templo orandum, vt illud peculiariter domũ orationis vocauerit, ac esse voluerit. Adde & alioqui perperã egisse Annã illã viduã, quę de templo non discessit, vtpote semper inibi orãs. Sed tãtum absfuit, vt male propterea orauerit, vt etiam proinde ab Euangelista summopere commendetur. Quinimo alioqui male fecissent sancti apostoli, q simul cum deipara virgine post Christi adscẽsionem vnanimiter in templo perseuerãtes orarũt. Atq; interim male fecissent Petrus & Iohannes, qui ad horam orationis nonã in templum adscẽderunt. Orari proinde potest vbiq; ad deum, qui vbiq; est secundum vniuscuiusq; deuotionem & spiritussancti suggestionem.

1.Thes. 5. Hier. 7. Matt. 21. Marci 11. Luc. 19. Ioh. 2. Esa. 56. Luc. 2. Acto. 2. Act. 3. Psal. 102. 1. Tim. 2.

Tertio cõstat errare & eos, qui hoc ex loco velint om̃es circa orationem nostram cæremonias tolli, cuiusmodi sunt, capitis detectio, genu flexio, pectoris percussio, & hoc genus cæterę. Quandoquidem dixerim nec hoc Christum velle, qui alioqui male nos suo docuisset exemplo, quod voluit imitãdum, vt qui huiusmodi cęremonias haud indiligenter obseruauit, qui nunc orãs in faciẽ procidit, nunc oculos in cœlum leuauit, nũc flexis genibus patrem adorauit. Qui deniq; visus est laudare publicanum, q in templo a longe steterit, q oculis infixis in terram viderit, q suum pectus percusserit.

Iohã. 13. Mat. 26. Iohã. 11. Luc. 18.

VARIOS ESSE ORANDI MODOS. Cap. IIII.

SVperest igitur, vt credamus vbiq; deum posse orari, & nullo non modo: nec posse vnã esse speciem & vnã orantium formam, vt quæ tam possit esse varia, q̃ multipliciter variet anima orans. In qua & in eius oratione tãta est varietas, vt, nisi speciali spiritussancti illuminatione, compręhẽdi non possit. Aliter enim quispiam supplicat, quum alacer est: aliter, quum tristitiæ vel desperationis pondere prægrauatur. aliter, quum spiritalibus successibus viget: aliter, quum impugnationũ mole deprimitur. aliter, quum veniam peccatorum: aliter, quum acquisitionem gratiæ seu cuiuslibet virtutis exposcit, vel certe extinctionem cuiuslibet vitij deprecatur. aliter, quum consideratione gehennæ ac futuri iudicij timore compungitur: aliter, quum spe futurorũ bonorum desiderioq; inflammatur. aliter, quum in necessitatib⁹ & periculis: aliter, quum in securitate & tranquillitate versatur, &c. Quid multa? Sic quisq; orat, vt digne habet spiritum: qui prout dedit vnicuique apostolo loqui, ita loquutus est. Sic quemadmodum ille adest oranti, ita is orat. Siquidem spiritus est, qui nostram adiuuat vbiq; infirmitatem, solus sciens quomodo orare oporteat: q & ipse postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Hic proinde ab vnoquoque oraturo deuote est inuocandus, vt suggerat, quid, quomodoq; orare conueniat. Hactenus de prima orationis conditione, quæ est, vt secreto fiat, id est, sine ostentatione & hypocrisi.

Iohã. 4. 1. Tim. 2. 1. Cor. 11. Acto. 2. Rom. 8. Ibidem

Vtrum

VTRVM MAGIS EXPEDIAT ORARE PVblicitus, an secreto. Caput V.

IAm vero in quęstionem venit, vtrum magis in publico, an in priuato loco orare expediat, quādo quidem vtrobiq; cōueniat sine hypocrisi orare. Respōderim, magis expedire in secretiore loco, & ob nōnullas quidē rationes.

Prima earū est, qm̄ sic orare magis cōueniat fidei, vt ita sciamus dn̄m vbiq; esse præsentē, & maiestatis suæ plenitudine cœlū & terrā complere, & vt ipse per Hieremiā dicit, occulta penetrare, vt in Cēturijs abūde disseruimus. Secunda, vt sic mens citius meliusq; eleuetur in deū, vtpote a tumultu separata.

Psal. 108. Hie. 23.

Tertia, quo facilius euitetur appetitus vanę gloriæ, quę vtiq;, q̄ in priuato, facilius irrepit in publico. Atq; hinc est, q dn̄s sæpius in templo docuisse, q̄ orasse: & oraturus, secessisse in secretū legatur: quanq̄ neutrobiq; orare ꝓhibeat, & maxime, ꝓpter certas etiā causas, in tēplo, modo qs malit tacito corde, q̄ clamosa voce orare. Id quod certis quibusdā rationibus debet.

Prima, quoniā deus nō clamosa voce pulsandus est, sed recta cōscientia placādus, q est cordis auditor. Secunda, qm̄ secretas orationes nostras nō oporteat alterū, sed nos & deum dūtaxat scire. Tertia, qm̄ clamose orās, aliquoties alterum penes se orare non permittit. Quāto proinde rectius, oraturi, intrabimus in cubiculū nostrum, & clauso ostio, orabimus patrem nostrum in abscōdito: & pater noster q videt in abscōdito, reddet nobis.

Act. 1.

QVOMODO ORANDVM SIT. Caput VI.

Orātes autem, nolite multum loqui, sicut ethnici faciunt. Putāt enim q in multiloquio suo exaudiātur. Nolite ergo assimilari eis. Scit em̄ pater vester, quid opus sit vobis, antequam petatis eum.

Matt. 6.

SEcūda est orationis cōditio, vt ipsa nō sit multiloqua, id est, battologica. Siquidē Græcus cōtextus hic habet: μὴ βαττολογήσητε, id est, Ne sitis battologi. Est aūt battologia, quędā ꝓcipitata & talis verborum multitudo, quæ nō modo minus intelligibilē vocē, sed & fastidiū sua verborū superfluitate generat: q̄ties loquēs, ob precipitationē resumit quędā, nūc quędā intercipit, veluti plerūq; nōnulli in ecclesia sacrificuli, orationū multitudinē pertæsi, perperā faciūt, sic ꝓcipitāter canētes & legētes, vt potius balbutire cū graculis inarticulate, q̄ vel orare, vel legere videanť: nēpe similimi ethnicis olim. Illi qppe eiusmodi loquacitate nunq̄ non vtebātur, nimirū credētes (vt hic ex Christi verbis accipimus) se non aliter q̄ multiloquio exaudiri posse a suis dijs, qui alioqui nec scirent nec intelligerēt, quo sibi petentibus esset opus. Id quod etsi de istorum dijs verum fuit, vtpote qui, cum essent vel dęmonia, vel simulacra ex argento & auro, opera manuum hominū, non audierunt, vtcunq; aures haberent: nec, nisi deo vero permittēte, quicquā senserunt: tamen haud verū est de nostro deo opt. max. patre cœlesti, vt qui, antecq; petimus, dudum nouit, quo nobis sit opus, quidve velit aut dare nolit, omnia non secus atq; corā palāq; præsentia noscens, cordium & cogitatuū scrutator & penetrator, de se per ꝓphetā dicens: Ego sum deus, & non est vltra me deus, nec est similis mei, annunciās ab exordio nouissimum, & ab initio, quę necdum facta sunt, dicens.

Psal. 113. Eccl. 42. Acto. 1. Heb. 4. Esa. 46.

Ea-

Eapropter Christus non vult nos orare multiloquio deum patrem, quasi minus scientem & intelligentem, quum plane necdum petitus, norit quo facto sit opus.

Hinc errant, qui volunt per Christum hac parte simpliciter tolli omnes orationes prolixas, quum eas solum carpat, quæ eam ob causam sunt longæ, ob quam longæ fuerant ethnicis: nostras vero orationes recte sinit esse prolixas, modo non eiusmodi sint, quæ sua multitudine & prolixitate vel fastidiât, vel mentem distrahant, vel illius deuotionem impediant. Cuiusmodi vereor in primis esse quorũdam in ecclesia sacerdotum, qui sic plerunque cum multipliciter tum præcipitanter orant & canunt, vt seipsos non intelligant, vt quos nec deum arbitrarer intelligere, nisi is esset, qui ex se citra doctorem omnia intelligeret: quem tamen fastidiosis nostris prolixisq; cantilenis & preculis magis putem ad indignationem, quàm ad gratiam prouocari, quum sic potius irrideri, quàm vel orari vel laudari dignoscatur, rite ad ita orantem dicere valens: Hypocritæ, bene prophetauit de vobis Esaias, dicens: Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longe est a me. Sine causa aũt colunt me, &c. Nec mirum. Qui enim vel coram quolibet rege terreno quippiam petiturus, balbutire inciperet, non continuo ab illo vnà cum petitione sua repelleretur? Quanto magis coram eo, qui est rex regum et dominus dominantium? quem si rogauerimus pietate, nõ opus erit verbositate, vt qui plus gemitibus, quàm sermonibus: plusq; fletibus, quàm affatu flecti queat, non amans multam loquutionem, sed multam precationem, hic dicens: Orantes, nolite multum loqui, &c. haud quaquam tamen prolixam prohibens orationem, sed prolixam & indecentem. Quinimo prolixa cum deuotione oratio, nos excitare solet, vt non mente solum, sed & corpore per vocem ad deum excitemur, quo dicere possimus cum propheta: Cor meum & caro mea exultauerunt in deum viuum. Atque hoc est, quòd dominus in horto prolixius orauerit, & aliquoties in orando pernoctauerit: & ipsi quoque apostoli post adsumptionem domini, cum Maria & alijs in oratione perseuerauerint: ac idem quoque dominus noster dixerit: Oportet semper orare, & non deficere: Et Paulus, orantes omni tempore: itemq;, Sine intermissione orate: Et alias Ecclesia pro diuo Petro incarcerato, sine intermissione ad deum orauerit. Nonne quoque propheta regius prolixis aliquando precibus vsus est, vt in ipsius psalmodijs apto videmus? Haud est proinde, vt quispiã prorsus censeat sublatas quascunq; lõgas orationes, quũ eas dũtaxat dominus prohibuerit, quæ sua inani loquacitate & multiplicitate vel præcipitant, vel deuotionem distrahunt. Quod vbi nobis accidere senserimus, profuerit magis breuiter quàm prolixe orare: quando quidem satius sit, pauca cum decoro, quàm plurima cum battologia & balbutie orare: sitq; crebro potius orandum, quàm diu: & intente magis, q̃ prolixe: & animo quidem magis, quàm voce: nec præscriptis verbis, quasi velimus dominum a nouo quidquam vel docere, vel certiorem reddere de eo, quo nobis opus sit. Siquidẽ ille, ipso domino teste, nouit quo indigemus antequam petamus.

Esa. 29. Mat. 15. Apo. 16. 1. Tim. 6. Psal. 83. Luc. 22. Luc. 6. Matt. 14. Act. 1. Luc. 18. Ephe. 6. 1. Thes. 5. Acto. 12. Matt. 6.

Cur deus oretur & inuocetur, quum ipse sciat omnia. Caput VII.

VErum enimuero sunt, qui hac in parte, post nõnullos hæreticos quærũt: Quid ergo frustra deo loquimur & supplicamus, quum nõ solum prius sciat quo indigeamus, sed velit etiam, vt benignissimus pater, dare? Respon deo, non ideo nos orare deum, vt eum qui cũcta nouit vel secretissima, instru amus, verum nonnullas ob causas.

Prima earum est, vt fidem nostram augeamus ad ipsum clamando, creden tes & confitentes eo pacto, ipsum esse qui solus om̃ia possit, in quo viuamus, moueamur & simus, sine quo nihil possimus, a quo sint, quibus indigemus, vniuersa. Acto.17 Ioh 15 Iaco. 1.

Secũda, vt orando recordemur, q̃ simus pauperculi plerique omnes peccatores, q̃que nobis sine deo optimo maximo plane non sufficiamus: adeo nimirũ, vt insufficientes simus aliquid a nobis quasi ex nobis cogitare, verum om̃is nostra sufficientia sit ex deo: possecque propterea nos recte cum Iosaphat dicere: Domine deus, deus in cælo & terra, in cuius manu fortitudo est & potẽtia, in nobis autem minime: quum ignoremus quid agere debeamus, hoc solũ ha bemus residui, vt oculos nostros dirigamus ad te. 2.Co.3 2.Par.20

Tertia, vt nostræ orationis intentio cor nostrum serenet ac purget, capaci usque efficiat ad excipienda diuina munera, quæ spiritualiter nobis infundun tur. Siquidem deus non ambitione precum exaudit, qui suam semper lucem dare paratus est: verum nos haud semper parati sumus accipere, cum inclina mur in alia. Orabimus proinde, vt quæ deus dare dignatur, ad accipiendum digni reddamur, ne alioqui sit dicturus: Nuptiæ quidem paratæ sunt: sed qui inuitati erant, non fuerunt digni. Matt.22.

Quarta, vt orantes, quod vel datur, vel dandum speramus, magni æstimemus: non autẽ, q̃d a deo datur, vile habeamus, vnde futura sit ingratitudo & accepti beneficij obliuio, sed vt eo ipso amplius eum diligamus & laudemus.

Quum vero discipuli proculdubio intellexissent orationis vtilitatem & ne cessitatem, vtpote qua impetremus oportet salutariter a deo, quæ sunt nobis ad animæ corporisque salutem necessaria: simulque rescirẽt, orationem nihil aliud esse, quàm cum deo colloquium, quod oporteret omnino esse bene compositum, omnique ex parte perfectum, quandoquidem plane foret quiddã magni, coram diuina maiestate loqui: insuper quoque quum audijssent, ipsam ora tionem debere esse sic breuiloquam, vt tamen nihil in ea deficeret: quum quoque solus interim spiritus sciret, quid & q̃modo esset orandum: veriti ne oran do errarent, petierunt sibi a domino datum iri formam precandi, dicentes, vt scribit Lucas: Domine, doce nos orare, sicut docuit Iohãnes discipulos suos. Id est, Domine, quoniam orare est loqui in conspectu angelorum cum deo, q cum decenter est loquẽdum, quum sit dominus dominantium & rex regum, propheta dicẽte: Psallite deo nostro, psallite: psallite regi nostro, psallite: Quo niam rex omnis terræ deus, psallite sapiẽter. Et, Quoniam dominus excelsus, terribilis, rex magnus super omnem terram. Ne proinde vel longitudine, vel breuitate erremus, & contra deum totius creaturæ dominum peccemus, alia Roma.8 Luc.11. Apoc.19 Psal. 46. Ibidem. Iudith.9

quærentes pro aliis, vel deo adsistentes in oratione non eo, quo expedit, modo, tuque solus sis a deo ipso magister: te rogamus, vt nobis aliquã orandi præscribas regulam & formulam, veluti suis Iohannes discipulis præscripsit. Qui bus ipse dominus respõdens, ait: Cum oratis, dicite: Pater noster. Quo quidẽ verbo in primis retundũtur, qui prorsus negligũt orationem vocalem, quum tamen dominus de ea solum nobis formam præscripserit, inquiens, Dicite. Id quod est, verbis, non cogitationibus tantum, loqui. & hoc propter aliquas rationes, ob quas & ipse dominus vna cum discipulis frequentius vocaliter orauit, nosque sic orare perdocuit, dicens: Pater noster &c.

Ioh 3.
Luc. 11.

De summa orationis dominicæ dignitate & excellentia.
Caput VIII.

Qvæ nimirũ oratio, quam a domino ipsius autore, recte vulgo dominicã appellamus, talis suis vbique est numeris ac tanta, qualem & quãtam nullus vnquam rhetorum docuit, nec docere potuit: nec tali aut tanta vnque vsus est vel Demosthenes, vel Cicero, vel si quis fuit illis vnquam doctior aut disertior. Atque nimirum hæc ipsa orandi formula, omnium est commendatissima & laudatissima, multas ob causas: quarum inter alias, quas hic transeo,

Prima est, quia omniũ dignissima, quia a Christo doctore & magistro longe dignissimo & doctissimo edocta & edita sit, vtpote q solus est a deo magister, adeoque deus ipse, solus omnes docens, qui nunquam ab aliquo didicit, in quo omnes sunt thesauri & scientiæ & sapientiæ, cuius ipse deus pater orationẽm refutare haud quaquam potest, quum ipse sit mediator inter ipsum & nos peccatores, sitque filius patris vnigenitus, in quo sibi ille bene complacuit, quem a nobis audiri præcipit, dicens: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui: ipsum audite. Iam vero quæ possit oratio esse spiritualior, quã quæ nobis a Christo data est, a q̃ & nobis spũssanctus missus est? Quæ apud patrẽ precatio exaudibilior, q̃ quæ ab ore filii, qui veritas est, prolata est? An non merito exaudiamur, loquentes apud patrem oratione & prece, quã filius docuit, maxime cum ipse filius dixerit: Si quid petieritis patrem in noĩe meo, dabit vobis? Per quid autem magis nomine Iesu petere poterimus, nisi per orationem, quam nobis ille orãdam docuit, in qua procul dubio solum ea posuit, quæ a nobis digna sunt peti, & digna ab eo dari? Qui enim venit nos a peccatis saluare, deoque patri nos reconciliare: non potuit nos nisi salutaria & vtilia docere, quum alioqui pater haud dixisset, Ipsum audite.

Ioh. 3.
Col. 2.
1. Tim. 2.
Mat. 3. 17
Marci 1.
Io 3. 14. et 15.
Actor. 2.
Ioh. 16.
1. Tim. 1.
Mat. 17.
Marci 9.
Luc. 9.

Secunda, quoniam breuissima, & quidem singularis breuitatis: quandoquidem sic breuis est, vt tamen nihil prorsus in ea deficiat: quę suo magisterio mirabiliter omnem precem nostrã vno quidem sermone sic breuiauit, vt merito possit credi sermo ille abbreuiatus, quo de ꝓpheta inqt: Sermonẽ abbreuiatũ faciet dñs in toto orbe terræ. Ideo aũt dñs hanc nobis breuẽ fecit orationem:

Roma. 9.
Esa. 10.

Primo, vt nobis esset fiducia cito annuẽdi, qui breuiter vult rogari.

Secundo, ne in doctrina cœlesti discẽtium memoria laboraret, sed quod esset simpliciter necessarium, velociter disceret.

Tertio, vt nullus se de ipsius ignorantia excusare posset, interimque pruden-

tia

tia ingenioſorum, profunditatem in ea myſteriorum admiraretur, eamq́ diuinam plane crederet.

Quarto, vt ſine faſtidio, ſed maiore attẽtione ac deuotiõe ſæpius repeteret.

Quinto, vt ſic in deuotione mentis, non in multiplicatione verborum inutilium, virtus orationis oſtenderetur, quum deus ſit corde placandus, non clamore afficiendus: veluti paulo ſupra, ſatis ſuperq́ oſtendimus.

Tertia vero ratio, quur laudatiſſima ſit hæc oratio: eſt, quia omĩum fœcundiſſima, quum ſic magna & multa breuiter colligit, vt nihil in ea obmiſſum ſit, quod non in precibus & orationibus noſtræ cœleſtis doctrinæ compẽdio comprehendatur. Atq́ hoc ipſum in eius petitionum numero non obſcure conſtat, quando quidem hæc ipſa ſeptem cõtineat petitiones. Iam vero, quia liquet, ſeptenarium numerum eſſe numerum vniuerſitatis, perſpicuũ ſit, hiſce ſeptem petitionibus vniuerſa contineri, quæ a domino licite poſſunt deſiderari & poſtulari, extraq́ illas plane nihil recte peti: nec aliud nos petere poſſe, q̃ quod in oratione poſitum eſt dominica. Atque ſane ſi omnium ſanctarũ precationum verba diſcurras, quantum æſtimo, inquit Auguſtinus, non inuenies, quod iſta oratio dominica non includat.

Hæc autem excellentiſſima vereq́ dominica oratio, in exordium partitur & petitionem, more orationum oratoriarum. Siquidem ſolent humani oratores quippiam ab aliquo impetrare volentes, a laudibus eius, quem rogare conſtituunt, ſuam exordiri orationem, vt eo quidem pacto reddant ipſum beneuolum & attentum. Sic etiam diuini, ĳdemq́ ſancti oratores factitare conſueuerunt. Moſes enim dominum rogaturus, vt ducatum populo Iſraelitico præberet in deſerto, dei laudes ſuæ petitioni præmiſit, dicens: Dominator domine, deus miſericors & clemens, patiens & multæ miſerationis, & verax. Et continuo petitionem ſubiunxit: Si inueni gratiam in conſpectu tuo domine, obſecro vt gradiaris nobiſcum. Iudith quoque vidua venerabilis, quum pro conterendis hoſtibus Hebræorum dominum rogare propoſuiſſet, a dei laudibus ita cepit initium: Deus cœlorum, creator aquarum, & dominus totius creaturæ, exaudi me miſeram deprecantem, & de tua miſericordia præſumentem. Hanc profecto formam precandi ſcriptura teſtatur obſeruaſſe perq̃plurimos patres & prophetas, adeoq́ ſummum magiſtrũ noſtrum Ieſum Chriſtum, pro infinita ipſius ſapientia & ſummo magiſterio, qui & nos hanc orandi formulam numeris ſuis longe conſummatiſſimã docuit, inquiens:

Exo. 34. Iudith 9.

De exordio orationis dominicæ. Caput IX.

Sic ergo vos orabitis: Pater noſter qui es in cœlis.

Exordium eſt orationis dominicæ, quo oraturi captamus (non tamen oratorio prorſus modo) beneuolẽtiam, non quia ipſum flectamus, quum eius in ſe ſit voluntas immutabilis: nec vt eius beneuolentiam præueniamus, quum ipſe prior dilexerit nos: ſed vt in nobis ipſis de ſua beneuolẽtia certam fiduciam excitemus.

1. Ioh 4.

Primo quidem, ex cõſideratiõe charitatis, quia noſtrum bonum vult, quia

pater, atque nos eius filij, quos ille non potest non diligere, nec eis denegare quicquam, ipse autem noster est pater:

Mal. 2. Primo, per creationem, dicente propheta: Nunquid non pater vnus omniũ nostrum? Nunquid non vnus deus creauit nos? Et alias ad vnumquenque Deut. 32. scriptura: Nonne ipse est pater tuus, qui possedit te, & fecit, & creauit te?

Esa. 63. Secundo, per redemptionem. Tu autem, inquit propheta, pater noster & redemptor noster, a seculo nomen tuum.

Titi 3. Tertio, per regenerationem sacramentalem, qua nos sibi filios fecit. Vnde 1. Pet. 1. Petrus: Benedictus, inquit, deus paterq; domini nostri Iesu Christi, qui regenerauit nos in spem viuam.

Iacob. 3. Quarto, per fidei instructionem, Voluntarie enim, inquit Iacobus, id est, sine meritis nostris, regenerauit nos in verbo veritatis, id est, fidei. Dedit quiJoh. 1. dem, ait Iohãnes, eis potestatẽ filios dei fieri, ijs q credũt in nomine eius.

Roma. 8. Quinto, per gratiæ adoptionem. Accepistis enim, inquit Apostolus, spiritũ filiorum, in quo clamamus, Abba pater. Itaque iam non est seruus, sed filius. Q, si filius, & heres per deum, id est, per opera dei.

Hisce nimirum & alijs quoque modis, scilicet cura, defensione, hæreditatis preparatione noster est pater, imo & predestinatione, qua nos in adoptionem filiorum prædestinauit.

O quãta fiducia, & fiducialis audacia, quod factura factorẽ, creatura creatorẽ, homo deum, patrem audeat nuncupare? Quis vnquam ausus erat in veteri lege talia præsumere? Nemo certe. Siquidem nunquam præceptum legitur populo Israel, vt diceret, Pater noster. verum eis insinuatus est tanquã dominus seruis, nobis vero pater, cui non timore, sed amore, seruimus, vtpote per sanguinem domini nostri Iesu Christi, filij adoptionis effecti, confidenterq; clamãtes: Abba pater. Quo (quæso) nomine quid charius? Quid enim filijs charius esse potest aut debet, q̃ pater? Aut quomodo dubitemus petita impetrare? Quid enim non det filijs petentibus, quum hoc ipse ante dederit, vt sui filij essent? Quomodo eos derelinquat, quos, vt essent, creauit: vt bene essent, redemit & adoptauit? Sane q̃d natura ipsa docet in patre naturali, hoc ipsum fides nostra adstruit in patre spirituali, qualis est nobis deus optimus. Iam vero tam diligit pater naturalis filios suos, q̃ seipsum: quia caro sua, quam odio Ephe. 5. habere nequit. quinimo paterna appellatio ipsum mouet ad preces filiorum, id quod alias ostendit mater, de cuius filio defuncto Salomon ille sapientissi 3. Reg. 3. mus erat iudicaturus. Cur non id ipsum in patre spirituali cõstet, gratiam potiorem esse q̃ naturam? Hinc quum filij essemus spirituales dei secundum regenerationem per Christi mortem, vocauit nos in hereditatem æternam, vbi Esa. 64. nobis preparauit bona, que nec oculus vidit, nec auris audiuit, & quæ in cor 1. Co. 2. hominis minime adscenderunt. Docemur autem hic, quoniam deus dignetur nobis esse pater, vt nos eo dignos faciamus, id quod fit bonis operib⁹: meminisse nos debemus & scire, quod quando deum patrem dicimus, vt & quasi fiMatt. 5. lij dei operemur, vt scilicet simus pij & misericordes, sicut & pater noster qui

in

in cœlis est. Alioqui ipse pater a nobis appellatus, dicturus est ad nos, quod olim ad Iudæos, deo operibus cõtrarios, dicebat: Vos ex patre diabolo estis. Si Abrahæ filij estis, opera Abrahę facite. Sane decet filios, a bono patre moribus & operibus haudquaquam degenerare. Ioh.8.

Secundo ex hoc exordio captamus nobis fiduciam, & deum commendamus, ex consideratione largitatis suæ ac diffusione, quia noster. Magna vtique nostra fiducia & dei est dignatio, quod se non solum patrem constituit in cœlo angelorum, & aliorum alibi electorum, nec solum excellentissimorum in vera religiositate eminẽtium, sed & nostri generaliter omnium, quos imaginis suæ similitudine insigniuit, quosq; omnes paterno respicit adfectu, adeo vt non sit homo in terra viuens, qui se abscondat a calore eius. Gene.1. Psal.18.

Ideoque ille nostri est omnium pater æqualis, qui generat, pascit, nutrit, corripit, instruit, aliaq; communis patris officia circa nos nõ desinit exercere, nullos secludens, quos omnes, qui ipsum sequuntur, saluos vult fieri. Proinde vere noster, quem confidenter orare possumus. Hinc ad nos diuus Petrus ait: Omnem solicitudinem in eum proijcientes, quoniam ipsi cura est de vobis. 1.Tim.2. 1.Pet.5.

Docemur autem hic, mutuam nos debere seruare charitatem & fraternitatem, nec vnum contra alium quasi alio maiorem, superbire, verum honore inuicem præuenire. Confitentes enim orando vnum nostrum patrem, confitemur quoque nos omnes esse fratres, & filios vnius patris: tenacius nos mutuo diligamus, efficacius iuuemus, & compatiamur propter illud commune, quod ęque ab vno patre communicamus. Alioqui frustra orabimus patrem, si discordes & inuidentes filij fuerimus. Eapropter alibi Abrahamus ad Loth aiebat: Ne, quæso, sit iurgium inter me & te, & inter pastores meos & pastores tuos. Fratres enim sumus. Et ideo propheta dixit, bonum esse & iucundum, vt fratres habitent in vnum. Quare? Quia orantes, apud patrem exaudiuntur. Rom.12. Gene.13. Psal.132.

Discant igitur hoc loco diuites, potentes, & genere nobiles, non superbire aduersum pauperes & ignobiles, quoniam omnes simul dicunt, Pater noster: imo potius, quia dicunt omnes pariter, Pater noster, sibi mutuo tanquam fratres debent subuenire, vtpotè diues pauperi, sanus ægrotanti, sapiens ignoranti, potens impotenti. Alioqui infructuose dicent, Pater noster, si iussa patris haud impleant, si obedientiam filialem transscendant, & fraternum amorem in se inuicem non exerceant. Sed proh dolor nunc inter Christianos ferme peius agitur, quàm vel olim inter ethnicos, vel adhuc inter Turcas, quũ superior opprimat inferiorem, fortior debiliorem, diues inopem, miles ciuem, ciuis sacerdotem. Contra quos efficax est remedium, recordari, nos esse fratres, ex hoc Euangelij loco, quo vsus est olim Boethius ille Seuerinus, in hæc verba perq; docte canens:

Omne hominum genus in terris,
Simili surgit ab ortu. Metro 6. libri 3.

Vnus enim rerum pater est,
Vnus cuncta ministrat.
Mortales igitur cunctos
Edit nobile germen.
Quid genus & proauos strepitis?
Si primordia vestra,
Autoremq; deum spectes,
Nullus degener extat,
Ni vitijs peiora fouens,
Proprium deserat ortum.

In summa proinde, hac clausula, Pater noster, CHRISTVS erudit communem pro fratribus facere orationem, quum non iubet orandum, Pater meus &c. per quod inimicitiam destruit, elationem comprimit, æmulationem expellit, matrem bonorum vniuersorum amorem inducit, & inæqualitatem humanarum causarum exterminat, & multam monstrat ad pauperem honoris æqualitatem.

Tertio nobis in hoc exordio certam beneuolentiam & fiduciam comparamus, deumq; laudamus consideratione immutabilitatis, qua nos immutabiliter prædestinauit immutabilitate perpetua, quum vere additur, QVI ES. Quod sane complexum, prorsus ostendit diuinitatem semper immutabiliter subsistere, non in tempore vt in mensura, sed in NVNC æternitatis, vtpote quæ in tempore non incipit, cum tempore non definit, in tempore non labitur, nulli temporali mutationi subijcitur: imo quæ sic vel sola vere est, ac per se subsistit, vt in deo duntaxat præsens tempus est inuenire, non autem, nec præteritum, nec futurum, proprie: quum semper sit idem, & immutabilis, immortalisq;. Id quod ipsemet olim Mosi respondens, arguit, dicens: Ego sum qui sum. Sic dices filijs Israel: Quiest, misit me ad vos. Et CHRISTVS: Amē amen dico vobis, antequam Abraham fieret, ego sum. scilicet secundum diuinitatem, quæ tempori non subiacet. Et rursus: Nisi credideritis quia ego sum, moriemini in peccatis vestris. Non dicit, Fui: sed, Sum: ostendens se, vti verum deum, vere esse ac semper esse, non incepisse, nec aliquando desinere. Id quod soli deo conuenit, nulli autem creaturæ, nimirum quæ vanitati subiecta est, nunquam in eodem statu permanens: cuius viuere & esse, est tanquā non esse, quum eius vita sit vmbræ & morti simillima. Hinc ad deum propheta: Dies, inquit, mei sicut vmbra declinauerunt, & ego sicut fœnum arui: tu autem domine in æternum permanes. Et paulo post, Initio tu domine terrā fundasti, & opera manuum tuarum sunt cœli. Ipsi peribunt: tu autem permanes, & omnes sicut vestimentum veterascent. Et sicut opertorium mutabis eos, et mutabuntur: tu autem idem ipse es, & anni tui non deficient.

Exod. 3. Ioh. 8. Roma. 8. Iob 14. Psal. 101. Ibidem

Orantes proinde hac oratione dominica ad deum, certi sumus de exauditione: quia immutabilis est, qui se orari docuit & mandauit, Qui es. Vnde nō obscure sequitur, schismaticos nostro tempore pessime errare, qui hoc complexū,

plexum, Qui es, ex vernacula lingua nescio quam ob causam abstulerunt, ipsum obmittentes, quod tamen Hebraici, Greci & Latini codices hactenus habuerunt. Quod autem iidem in vulgari idiomate, quo nunc paulo peruer sius omnia edunt, dictionem Noster, præposuerint dictioni Pater, non prorsus errarunt, quum vtraque dictio sita sit in casu *vocandi: quanuis inibi minus doctos scandalizarunt, propter nouitatem minus necessariam, introductam, maxime cum nec vetus ordo inibi malus fuerit, verum idem mãserit apud intelligentes sensus ac intellectus.

Quarto nobis captamus cum summa dei maximi laude & gloria, beneuolentiam & fiduciam a sublimitate mansionis excessiuę, qua potentiam & maiestatem eius, qua dare petita potest, protestamur, dicentes: Qui es in cœlis. id est, in secreto tuæ maiestatis, in iustis hominibus, & in cœlesti supra nos regione: quandoquidem cœli sunt nonnulli spiritales, nonnulli vero corporales, & quidem triplices: quoniam tripliciter cœli sumi possunt, in quibus vere deus esse dicitur, idemque creditur.

Primo quidem cœli capiuntur pro ipso ineffabili secreto diuinæ maiestatis, quæ nos adhuc latet, quemadmodum quoque nos adhuc latet hoc, quod supra cœlos est illos visibiles. Nihil enim de iis scimus, nisi quod nobis credẽdum scriptura tradit. Orantes igitur, dicimus: Qui es in cœlis. id est, in abscondito tuæ maiestatis, quæ vtique nos latet, quàm diu viuimus in hoc seculo. Atque ideo ipse deus ab Esaia dicitur abscõditus, quum ait: Vere tu es deus abscon ditus, deus Israel saluator, & absque te non est deus. Idemque alias ad Mosen: Non poteris, inquit, videre faciem meam, & viuere. Nõ enim videbit me homo, & viuet. Et quare? Quoniam, dico, ipse est deus abscõditus, habitans in cœlis, id est, in seipso, & in abscondito diuinæ maiestatis, quam nunc (Apostolo teste) duntaxat fide videmus, quasi per speculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem, vbi videbimus eum sicuti est, teste Iohanne, interim nobis in cœlo, id est, in secreto suæ maiestatis, absconditus.

Esa.45. Exo.33. 1.Co.13. 1.Ioh.3.

Secundo sumũtur cœli pro iustis & sanctis hominibus, in quibus deus optimus quasi in quibusdam cœlis, peculiarius per suam gratiam hic, & alibi per gloriam, esse ac habitare dicitur. Ad quos dicit Apostolus: Vos estis templũ dei viui, & spiritus dei habitat in vobis, nisi reprobi sitis, sicut dicit deus, quoniã inhabitabo in illis &c. Nam & dominus ait: Si quis diligit me, sermonẽ meum seruabit: & pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & mansionẽ apud ipsum faciemus. Atque hinc est, quòd scriptura dicit animam iusti, sedem esse sapientiæ, quæ & se in illam transferat, vtpote cuius deliciæ sunt esse cum filiis hominum, id est, cum iustis. Nam illi sunt cœli, qui vere gloriam dei enarrant, Cœli nimirum metaphoricòs appellati, quoniam cum iis per similitudines quasdam conueniunt. Siquidem in iustis hominibus & dei electis cęlata sunt secreta cœlestia dei. Ex eis enim rutilat sol sapientiæ, lucet luna scientiæ, micant stellæ virtutum, coruscant fulgura signorum, crepant tonitrua prædicationum, & manant pluuiæ scripturarum.

1.Cor.3. 2.Co.6. et 13. Ioh.14. Sap.7.9. Psal.18.

Est præterea in illis sol intellectus, luna fides, astra virtutes & cœlestes ope-

rationes,quibus gloriam dei enarrant. In quibus ob ea ipse deus hic singulariter per gratiam, & alibi per gloriam, non aliter atque in cœlis suis est ac habitat.

Tertio capiuntur cœli pro corporibus illis cœlestibus, quæ supra nos sunt & supra elementarem regionem,quorum magnificentiam & pulchritudinem & stabilitatem soliditatemq́ arguit mirabile firmamentum, & rara adornatum pulchritudine stellarum, astrorum & siderum. Quæ sane corpora, mansio dicuntur dei optimi maximi, quoniam in eis habitare dicitur a scriptura, dicente in persona dei: Cœlum mihi sedes est, & terra scabellum pedum meorum. Hinc ad ipsum *propheta: Qui habitas in in cœlis, miserere nobis. Eos nimirum cœlos vidit olim apertos protomartyr Stephanus, et inibi IESVM stantem ad dexteram dei patris. Ibi quidem domus est dei patris, in qua, dicente domino, multæ sunt mansiones, quas post hanc vitam habendas nunc quærimus, Apostolo dicente: Non habemus hic manentem ciuitatem, sed futuram inquirimus. Scimus enim quoniam si terrestris domus nostra huius habitationis dissoluatur, quòd ædificationem ex deo habemus, domum nō manufactam, sed æternam in cœlis. Ibidem enim deus suis viuis cœlis, id est, iustis hominibus, ea & tanta præparauit bona, quæ & quanta oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis adscenderunt. Recte proinde orare docuit dominus: Pater noster qui es in cœlis.

Esa. 66. Acto. 7. Ioh. 14. Hebr. 13 2. Co. 5. Esa. 64. 1. Co. 2.

Hoc autem loco quæri solet, Quomodo deus est in cœlis? Respondeo, deum non esse alicubi sicut in loco, quo circunscriberetur sicut corpus, aut quo definiretur sicut angelus. Siquidem huiusmodi locabilitas duntaxat conuenit creaturæ, quæ corporea est & finita, cuiusmodi est homo: vel solum finita & non corporea, cuiusmodi est angelus, non autem deus, qui spiritus est substantialis, incorporeus, simplicissimus, impartibilis, immensus et infinitus, qui propterea nullo possit concludi loco, nec circunscribi, nec definiri ceu angelus, qui quum sit spiritus incorporeus, loco circunscribi nequit. Finitus vero quia est, sic a loco definiri potest, vt ei quidem loco ita præsens sit, vt extra illum non sit. Ipse vero deus, quia nec corporeus, nec finitus est, certe non potest nec circunscribi, vt totus sit in loco æquali, & pars in parte sibi commensurabili: nec definiri, siquidem illuminatissime omnem locum & creaturam omnem respicit.

Ioh. 4.

Et hoc est, quod ipse deus a diuo Iob dicitur esse cœlo excelsior, inferno profundior, terra longior, mariq́ latior: nimirum qui sua immensurabili mensura cœlum & terram repleat. Id quod haudquaquam intelligimus, quasi ille sit per spatia locorum diffusus, qui vsque adeo non est finitus, vt vbiq́ esse dicatur & sit, propheta ad eum dicente: Quo ibo a spiritu tuo? & quo a facie tua fugiam? Si adscēdero in cœlum, tu illic es: si descendero ad infernum, ades. &c. Quod nec ipsum debemus corporaliter intelligere, quasi ipse deus corporeis lineamentis extendatur, verum spiritualiter.

Iob 11. Hiere. 23. Psal. 138.

Ille quidem esse dicitur Excelsior cœlo, quoniam incircunscriptione sui spi

ritus

ritus cuncta transcendit: Inferno profundior, quia transcendendo subuehit omnia: Terra longior, quia creaturæ modum perennitate suæ æternitatis excedit: Mari latior, quia rerum temporalium fluctus sic cogens possidet, vt ho sce sub omnimoda potentiæ suæ præstantia coangustando circundet: nimirum manens inter omnia, extra omnia, infra omnia, & super omnia. Superior per potentiam, inferior per sustentationem, exterior per magnitudinem, interior per subtilitatem. Sursum regens, deorsum continens, exterius circundãs, interius penetrans, vt qui sic vbique est & per cuncta diffusus, vt non sit qua litas mundi, sed substantia creatrix mundi, sine labore regens, sine onere con tinens mundum, totus in cœlo & terra, nullo contẽtus loco: sed in seipso vbique totus, nulli parti rerum absens, totus cuilibet parti sic præsens pariter, vt sit vbique totus apud omẽs, quia nulli absens: & totus vbique in seipso, quia non continetur ab eis quibus est præsens, quasi sine eis esse nequeat. Et hoc est quod ad illum ait Salomon: Ergo ne putandum est, quòd vere deus habitet super terram? Si enim cœlum & cœli cœlorum te capere non possunt, quanto magis domus hæc, quam ædificaui tibi? Loquitur autem Salomon de corporali susceptione, qua nihil illum capere potest, qui nec corporaliter vbiq; est, sed spiritualiter, quum ipse spiritus sit, totus vbique & in omnibus creaturis: Per potentiam, quia omnia suæ potentiæ sunt subiecta: per præsentiam, quia cognoscit omnia, non localiter distans: per essentiam, quoniam vniuersa intime penetrat, omnibus rerum interioribus immediatus, omnibus dans vitam & inspirationem, qui omnia fecit, in quo viuunt omnia, sunt & mouentur.

3. Reg. 8. Ioh. 4. Act. 17.

Hactenus, quomodo deus sit in cœlis & vbique. Hæc autem quæ diximus, sic esse necessario credimus: Quomodo vero sic sint, non intelligimus. Quemadmodum enim multa de deo intelligimus, quæ penitus loqui non valemus: ita multa loquimur, quæ intelligere non sumus idonei. Siquidem deum esse vbique, vera fide scimus & dicimus: quomodo autem vbique sit, intellectu non capimus: nec est vt scire studeamus, quum de altioribus sit, quæ nos scire non expedit, scriptura dicente: Altiora te ne quæsieris, & fortiora te ne scrutatus fueris: sed quæ præcepit tibi deus, illa cogita semper, & in pluribus operibus eius ne fueris curiosus. Non est enim tibi necessarium, ea quæ abscondita sunt, videre oculis tuis. plurima enim super sensum hominum ostensa sunt tibi.

Eccl. 3.

Iam vero quæri sentio a nonnullis, quur deus esse in cœlo dicatur, quum sit vbique: quur præterea CHRISTVS noluerit nos ita orare, Pater noster qui es vbique: sed orare docuerit, Pater noster qui es in cœlis.

Respondeo: Quum oratur, Qui es in cœlis: non excludi, quin sit vbique & in omnibus locis, verum sic dici & orari propter causas admodum proficuas. Quarum est

Prima, vt nominantes verbum, in cœlis, cogitemus quantus sit deus ipse, quem oramus. Siquidem dei maximi potentia manifestatur in cœlorum magnitudine & stabilitate. Nihil enim solidius cœlis, Iob dicente: Cœli solidissimi

Iob 37.

ſimi quaſi ære fuſi ſunt. Dei ſapientia, in ipſorum pulchritudine, ordine & ſpe ciositate. ſiquidem ſpiritus dei cœlos ornauit, quorum ſpecies gloria ſtellarũ. Dei bonitas & clemētia, in ipſorum fructu & cauſalitate. A cœlo quidem ſol & pluuia ſuper omnia æqualiter in tempore venit: ita & deus om̄ibus bonus & clemens eſt, æque omnia diligens, nutriens & ſuſtentans, quos omnes vult fieri ſaluos, qui propter hominem produxit omnes creaturas, & cætera bonitatis ſuæ munera impendit.

Iob 26. Matt. 5. 1. Tim. 2. Pſal. 8.

Secunda, quoniam in cœlis maxime reluceat dei gloria, quum ibi locus ſit ſanctorũ, quibus ſe clare facie ad faciem cōtemplandum actu beatifico pbet.

1. Co. 13.

Tertia, vt nominātes deum patrem in cœlis, cogitemus ne petamus caduca & terrena, ſed cœleſtia & permanſura: hoc eſt, cœleſtem & paternam hæreditatem, pro qua filij diligenter laborare debemus. Si enim (inquit Apoſtolus) conſurrexiſtis cum Chriſto, quæ ſurſum ſunt quærite, vbi Chriſtus eſt, in dextera dei ſedens: quæ ſurſum ſunt ſapite, non quæ ſuper terram. Orantes proinde, cœleſtia petamus, & in cœlis hæreditatem filiorum dei cogitemus.

Col 3.

Quarta, vt orātes, in cœlis, cogitemus nos habere patrem cœleſtem, volentem nos habere filios cœleſtes: nec nos debere conſecrari patri terreno, cuiuſmodi eſt, quidquid ſapit vel diabolum, vel carnem, vel mundum. Erubeſcamus proinde nos ſubſtruere terreno patri, terreniſq; rebus, qui patrem habemus in cœlis. Hinc alibi dominus: Nolite, inquit, vobis patrem vocare ſuper terram. vnus eſt enim pater veſter qui in cœlis eſt.

Matt. 23.

Quinta, vt orantes, in cœlis, cogitemus quot & quanta beneficia deus clementiſſimus impendat ibidem in cœlis abunde ſuis electis, quum tot & tanta nobis tam iuſtis q̄ iniuſtis, beneficia ab eorum cœlorum firmamento exteriore per ſolem, lunam, cæteraq; ſidera proueniant, quæ ille haud dubie pro ſua miſericordia ineffabili vniuerſa largitur: quandoquidem, teſte Iacobo, omne datum optimum, & omne donum perfectum, deſurſum eſt, deſcēdens a patre luminum.

Iaco. 1.

Sexta, vt orantes, Pater noſter qui es in cœlis, recordatione tantæ patriæ, exhorreamus hanc vallem miſeriæ, inconſtantem & peregrinam, miſerijs & anguſtijs pleniſſimam, nos a patre noſtro cęleſti ſeparantem, atq; vt hic peregrini, bonis & cœleſtibus operibus ſic ad veram illam noſtram & cœleſtem patriam deſideremus & properemus, vt ex animo ſinguli dicamus cum propheta: Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus eſt, multum incola fuit anima mea. &, Quemadmodum deſiderat ceruus ad fontes aquarum, ita deſiderat anima mea ad te deus. Sitiuit anima mea ad deum fontem viuum: quādo veniam & apparebo ante faciem dei? Sic nimirum Tobias, ſic Simeon, ſic Paulus, ſic multi alij iuſti homines optabant diſſolui ex hac peregrinatiōe, & eſſe in cœlis cum patre cœleſti, illocq; in copia om̄ium bonorum frui, & eius gloria ſaturari. Qui & voti ſui compotes ſunt facti, nunc inibi cum patre cœleſti feliciter viuentes, quoniam cœleſtia hoc in mundo, non terrena, cogitarūt: ac ad cœlos, vbi deus pater eorum theſaurus eſt, adſpirarunt cœleſtibus operibus. Apud quos & ipſi erimus, ſi illorũ faciēdo & orādo imitatores fuerim⁹.

Iob. 7. 14 Heb. 13. Pſal. 119. Pſal. 41. Tobi. 3. Luc. 2. Phil. 1.

Et

Et hæc, quo ad prologum huiusce dominicæ & excellentissimę orationis, a domino edoctæ & promulgatæ: in quo, vt dictum est, beneuolentiam & fiduciam captamus:

Primo, a dei charitate, quia dicimus, Pater: quod est nomen dilectionis, dulcedinis, benignitatis, totius gratiæ & prouidentiæ.

Secũdo, a largitate & bonitate ipsius, quoniam tam liberalis, largus & bonus est, vt seipsum nobis donet, hacq; ratione velit esse noster: nec solum angelorum & iustorũ, sed nostri, qui peccatores sumus, quos æque vult saluos.

Tertio, ab immutabilitate perpetua, quoniam ipse semper est voluntate immutabilis, semper gratia & potentia idem, semper potens dare & volens dare petita, modo vere eius simus per opera bona filij.

Quarto, ab ipsius potentia & sublimitate maiestatis, quia in cœlis omnia creans, omnia regens, omnia largiri potens & cupiens, &c.

Atque hasce ob causas, summam dei maiestatem frequentius in cœlis illis etiam corporalibus esse dicitur, quoniam inibi magis suæ diuinę operationis potestas & virtus reluceat: quãquam alioqui non modo in cœlis, sed & vbique sit ac esse dicatur. Quemadmodum & anima vbique dicitur esse in corpore, intensius tamen in corde & capite: quia inibi nobiles illius operationes magis q̃ alibi apparere videantur.

Orantes igitur, Pater noster qui es in cœlis, vel maxime curemus nos pijs operibus cœlestes reddere, cuius gratia, quondam orantes conuertebant se ad orientem cœli partem, vnde cœlum surgit: non tanquam deus ibi sit, cæteras mundi partes deserens, sed vt admoneretur animus ad naturam excellentiorem se conuertere, id est, ad deum &c.

DE PETITIONE PRIMA. Caput X.

Sanctificetur nomen tuum.

POsito orationis procemio, quo captari cõuenit spes & fiducia petendorũ, subsequitur modo pars orationis altera, quæ continet petendorum tractatum. Qui sane non solum ponit quæ a deo possunt ac debẽt precari ac deprecari, verum etiam quo ordine & modo peti debent. Iam vero, quia in p̃senti oratione preces ad deum optimum maximum, tanquam filij ad patrem dirigimus, sitq; proborum filiorum, vt ante omnia quærant patris honorẽ & gloriam, & illius laudi & decori omnia posthabeant, vt cui honorem & timorẽ debeant, eo ipso ad nos per prophetam dicente: Filius honorat patrem, & seruus dominum suum. Si ergo pater ego sum, vbi est honor meus? Et si dominus ego sum, vbi est timor meus? Ideoq; summus ille doctor a deo, saluator Iesus Christus, ordinate nos docuit ante omnia orare & optare ea, quę spectant ad gloriam & honorem patris. Id quod est prima in hac dominica oratione petitio, qua petimus & optamus, vt dei patris optimi maximi nomen sanctificetur. At quomodo, inquis, petimus nomen dei sanctificari, quod iam antea sanctum sanctorum est, quum ipse sanctus sit sanctorum, propheta dicente: Confiteantur nomini tuo magno, quoniam terribile & sanctum est, quoniam & ipse dominus sanctus? Idem iterum: Sanctum & terribile nomen eius. Nunquid

Exo. 20. Deut. 5.

Mal. 1.

Ioh. 3.

Psal. 98. Psal. 110.

tibus,vt per eorum prædicationem & doctrinam apud omnes gentes inno- tescat sanctitas dei,& vnus verus & æternus deus eis manifestetur,vt sic toto orbe conuerso,fiat vnus pastor & vnum ouile.Id quod Apostolus pro virili præstare conatus est,alias dicens:Et in me clarificabant deum.Sic idem alibi dicit,se orare pro Thessalonicensibus deum,vt is dignetur eos sua vocatione,& velit implere omnem voluntatem bonitatis suæ,& opus fidei in virtute,vt clarificetur nomen domini nostri Iesu Christi in eis,& in illo ipse. Et hoc est,quod ex præcepto domini oramus:Pater noster qui es in cœlis,sanctificetur nomen tuum.Non vtique vt illi aliquid sanctitatis per nostrã sanctificationem accrescat,quod ante secula sanctum est & in æternum,sed vt tã sanctum toto orbe habeatur,q̃ in se sanctum est.

Iohã.10 Gala.1 2.Tness.1

Secundo,orantes,sanctificetur nomen tuum,oramus,vt nos sic sanctos sua gratia reddat & conseruet,quatenus nomen eius per nos indies fiat & sit sanctum,celebre & inclytum,atq; in nobis operetur suæ sanctificationis augmentum.Siquidem sanctificatio filiorum,eius nomini attribuitur,vt videlicet quia nos nimia charitate filiorum suorum nomine honorificauit,efficere dignetur,vt tales simus quales nominamur,scilicet filij dei tam nomine q̃ opere,vita & verbo:vtq; nos pro animi adfectu,ore,opere & gestu,sanctissimum eius nomen honoremus,ipsum semper animo fixum meditantes,ore reuerenter & cum tremore nominantes,atq; cum illud audimus ab alijs nominari,inclinatione,genuflexione,aut alio exteriore signo decenter honorem illi sacratissimo nomini exhibentes.Iam vero orantes,sanctificetur nomen tuum,quod in se & semper sanctum est & venerabile,in nobis(id est,in nostra vita & conuersatione spirituali)sanctum appareat,vt quicquid vel cogitamus,vel loquimur,vel facimus,in eius gloriam cedat,ne ipsum malis aut verbis,aut operibus violemus,aut polluamus,aut blasphememus,aut contemnamus:verũ sic ipsum sanctificemus & glorificemus,vt vere simus nomine & re filij tui,quemadmodum tu nomine & re dignaris esse pater noster,ne per peccatum a filiationis gratia separemur,sed filij tui per gratiam semper maneamus. Atque vtinam,fratres dilectissimi,hodiernis tẽporibus ita tam ore q̃ spiritu deuotissimo deum patrem,quibus(proh dolor)sic passim videmus nomen dei nostris verbis & operibus non tam sanctificari,q̃ blasphemari:sic illud in vanum sumi iurando & peierando,vt non putem illud ab infidelibus tantopere negligi,quantum a nobis cum minoribus tum maioribus negligitur,qui vel hoc nomine audito,nullum penitus illi honorem & reuerentiam impendimus,quod tamen vel dæmones contremiscunt.Hinc non dubitamus,quin nunc adsit tempus,in quo per prophetam merito nobis deus,querendo de nobis,dicere potest:Magnum est nomen meum in gentibus,& vos polluistis illud.Per vos iugiter tota die nomen meum blasphematur.Deberet itaq; potestas in eiusmodi blasphemos gladio animaduertere, memor quia lex quondam diuina iusserit eum educi extra castra,& lapidibus obrui,qui blasphemarat nomen domini,inquiens:Non vsurpabis nomen dei tui frustra,quia non erit impunitus,qui super re vana nomẽ eius ad-

1.Ioh.3 Col.3 Iaco.2 Malach.1 Esa.52 Rom.13 Deut.5

tuum. Quæ nimirum petitio diuersa est ab hac petitione, quam nonnulli voluerunt prioris esse expositiuam: qualis profecto non est, quum hic proprie incipimus petere, quæ nostra intersunt.

Secundum regnum dei, est regnum scripturæ, vbi regnat deus, quasi rex in secreto consilio, de quo Christus ad Iudæos: Auferetur, inquit, a vobis regnum dei, & dabitur genti facienti fructus eius. Hoc dei regnum petimus venire, quum petimus veram scripturæ intelligentiam, ne, vt olim Iudæi & cæteri infideles, ignorantiæ tenebris obruamur, & velut cæci in foueam cæterorum præcipitemur, ne audiamus dici nobis a Christo: Erratis, nescientes scripturas. Id quod non est aliud dicere, quàm, ignorantes scripturas damnabimini. Atque ideo magna est petitio, qua petimus venire regnum dei: quod est eius scripturæ, in qua putatur esse vita: qualis vtique est, si accipitur ad spiritum, qui viuificat.

Mat.21 Mar.12 Iohā.5 Iohā.6

Tertium dei regnum, est regnum eius ecclesiæ, in quo ipse deus haud aliter atque paterfamilias in domo sua, vel rex in exercitu regnat, de quo multæ passim in euangelio parabolæ narrantur: veluti est, Colligent de regno suo omnia scandala. Id regnum petimus, quum petimus ecclesiam dilatari & exaltari & augeri numero & merito, vt videlicet infideles efficiantur fideles, ecclesiæ præceptis cōtra sathanam obedientes, vt vnus tandem fiat pastor & vnum ouile. Quæ nimirum petitio non proprie huc, sed ad primam pertinet petitionem, quæ præcipue concernit gloriam & regimen dei.

Hebr.3 Matt.13 Iohā.10

Quartum dei regnum, est regnum gratiæ diuinæ, qua anima in omnibus mandatis diuinis recte gubernatur & regitur. De quo dominus apud Lucam: Regnum, inquit, dei intra vos est; id est, gratia, quæ vera regni origo est & principium. Hoc sane regnum venire petimus, quum petimus ad nos venire gratiam dei, vt illa in nobis regnet, & destruatur corpus peccati & malitiæ, vt per ipsam pareamus pceptis dei & consiliis, vt ita non solum sit rex noster potentia, sed in nobis regnet & principetur gratum faciente gratia.

Luc.17

Et recte petimus hoc regnum dei venire, quum sine eo non possimus venire ad quintum & vltimum dei regnum.

Vltimum vero regnum dei, est regnum gloriæ & beatitudinis in æterna patria, in quo deus regnat sicut rex in conuiuio, de quo ille: Beatus qui manducabit panem in regno dei.

Luc.14

Id quod hoc proprie loco non aliud intelligimus, q̄ regnum gloriæ & beatitudinis, in quo ipse deus pater haud aliter atque rex regum, regnat in æternum, cuius regni nō erit finis, in quo totius est desiderii satietas, propheta dicente: Satiabor cum apparuerit gloria tua. In quo iusti fulgent quasi sol in splendidissimo diuinoque tabernaculo, quod ineffabiliter ex auro mundo & lapidibus preciosis est extructum, non indigens nec sole, nec luna, vt luceant in eo: nam claritas dei illuminat illud.

Mich.4 Luc.1 Psal. Mat.13 Apo.7.21

Id sane regnum dei, necessum est vt summa deuotione & humilitate petamus ad nos venire, quoniam nos ad ipsum non nostra virtuté naturali, sed solo dei beneficio peruenire valemus: quum nobis idipsum non nostris meritis

ritis & operibus, sed ex sola ipsius misericordi liberalitate debeat deus, vt qui non ex operibus iustitiæ, quæ fecimus nos, sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit. Orabimus igitur ab eo, vt eius ad nos veniat regnum, quod præstituto tempore omnibus perfectis ac dei filijs generaliter est repromissum, ad quod indies a saluatore nostro inuitamur, quum ait: Venite benedicti patris mei, possidete paratum vobis regnum a constitutione mundi.

Tit. 3
Mat. 26
Apo. 19

Petimus autem recto admodum ordine, regnum dei ad nos venire, post primam illam petitionem, qua petiuimus, quod pertinet ad dei honorem & reuerentiam. Iam enim (quod constat) oppido conuenit ordini, vt filij adoptionis, post petitionem eorum quæ ad patris honorem pertinent, tanquam ad hæreditatem dei adsciti, regnum eius petamus tanquam filij. Sicut igitur filij ad hæreditatem vocantur paternam, & in domo patris manent in æternum: ita & nos tanquam filij summi patris, & hæredes dei, cohæredes autem Christi, petimus post huius exilij incolatum, nobis hoc regnum patris aduenire, dicentes: Adueniat regnum tuum. Id est, O pater cœlestis, quoniam pondere peccati & mole corporis prægrauati, non valemus adscendere ad regnũ tuum, quod regnum est omnium seculorum & summæ felicitatis, quod nobis tua bonitate repromisisti, & vnigeniti tui filij Iesu Christi sanguine acquisiuisti: des, quæsumus, vt tua gratia ad nos veniat, vt qui in hac miseriarũ valle tibi vtcunq; seruiuimus, tecum tandem inibi regnante regnemus, non vtique in regno aliquo temporali & terreno, sed in cœlesti tuo regno, scilicet perpetuo & nullo vnquam fine terminando, vt quo tu modo regnas per fidem in nobis, tandem in regno tuo cœlesti regnes in nobis per speciem, & transeat regnum fidei ad regnum speciei, non per translationẽ loci, sed vt fiat nostra habitatio regnum tuum, locus sanctorum, domus patris, in qua constitutæ sunt multæ mansiones lucidissimæ, in quibus requiescunt sanctorum animæ in pulchritudine pacis & requie opulenta: in cuius atrijs melior est dies vna, q̃ alibi decem millia.

Iohan. 8
Roma. 8
Sap. 9
Psal. 144
1. Petri. 1
Apoca. 1
Mich. 4
Lucæ. 1
1. Cor. 13
Iohã. 14
Esa. 32
Psal. 85

DE PETITIONE TERTIA. Cap. XII.

Fiat voluntas tua, sicut in cœlo, & in terra.

QVanuis ipse deus pater sua nimirum bonitate nobis regnum suum repromisit, nosq; ad illud creauit & vocauit, vt quos velit omnes fieri saluos: ad ipsum tamen haud vult nos ingredi, nisi eius voluntatem fecerimus, Christo dicente: Non omnis qui dicit mihi, domine domine, intrabit in regnum cœlorum: sed qui facit voluntatem patris mei qui in cœlis est, ipse intrabit in regnum cœlorum.

Matt. 22
Matt. 25
1. Tim. 6
Matth. 7

Iam vero cõstat, nõ in nostra prorsus esse potestate, facere voluntatẽ dei, sed in dei gratia: quæ, Apostolo teste, vel sola, adeoq; ipse deus operatur pro bona voluntate *nostra velle & perficere in nobis. Spiritui quidem, voluntatem dei facere volenti caro & illius concupiscentia, instigante diabolo, aduersatur, ne quod bene volumus, perficere valeamus, quemadmodum Paulus ad Romanos grauiter disputat, & alias. Quam ob causam summus ille

Phil. 2
Gala. 5
Roma. 7

doctor

doctor nos docuit deum patrem orare, quatenus concedat, vt sua a nobis fiat voluntas: nec quidem simpliciter, sed vt fieri solet in cœlo, id est, ab angelis: sic in terra, id est, ab hominibus, qui de terra sunt, & in terram reuersuri. Angeli quidem sic vsque adeo addicti sunt rectitudini & diuinæ bonitati, vt ab eius voluntate deflecti non possint, vtpote qui ministri multo paratissimi, verbum ipsius dei maximi faciunt & voluntatem eius. Ipsi vero homines, terrestrem adhuc regionem incolentes, haud semper dei voluntatem amplectimur, vt (proh dolor) rerum experientia plusquàm abunde commonstrat, quum sic plerique omnes facti sumus inutiles, vt vix vnus sit qui faciat bonum, contemnentes quæ præcipit ipse deus, facientes quæ prohibet: atque sic eius a nobis voluntas haudquaquam fit, vt sedulo fieri adsolet in cœlo a sanctis spiritibus, & iustis electisque ibidem. Siquidem diabolus, caro & mundus, plerunque sic nos a voluntate dei retrahere conantur, vt nostris plane viribus voluntatem dei facere nequeamus. ideo dominus docet, vt patrem cœlestem, qui solus cuncta potest, dans gratiam & gloriam, petamus, dicentes: Fiat voluntas tua, quemadmodum in cœlo, sic etiam in terra.

Gene.2 Sap..o Psal.102 Psal.13

Qua quidem petitione non petimus, vt deus faciat quod vult, sed vt concedat, quatenus virtute eius facere possimus, quod ipse nos vult scilicet velle & facere: nec ipsius voluntati quoquo modo repugnemus, quum solus ipse sit qui bene vult, nec male possit velle, quum solus sit summum bonum, a quo nihil nisi bonum, cuius voluntas omnium est voluntatum regula & norma. Idcoque recte petimus, vt eius, non nostra, fiat voluntas, quæ multoties praua est & indirecta. Sic Christus in persona cuiuslibet infirmi hominis, vt facien do doceret, orabat: Pater, si fieri potest, transeat calix iste a me. Veruntamen non quod ego volo, sed quod tu. Idem alias: Non descendi, inquit, de cœlo, vt facerem voluntatem meam, sed eius qui me misit. Ita & nos exemplo eius facere debemus, maximeque præceperit, vt oremus ad patrem: Fiat voluntas tua &c. In quo ab ipso patre cœlesti duo præcipue petimus.

Mat.26 Marc.14 Iohan.6

Primo, vt nos faciat velle & facere, quod nobis faciendum velit ac præcipiat: & non velle nec facere, quod ipse prohibet velle & facere, quemadmodum angeli & eius electi in cœlo faciunt quod ipse vult, & dimittunt quod non vult, & suas voluntates diuinæ voluntati conformant. Hoc pacto Dauid orabat, dicens: Doce me facere voluntatem tuam, quia deus meus es tu. Id quod ipsi precamur, dicentes: Fiat voluntas tua, sicut in cœlo, & in terra. Et est sensus: O pater in cœlis, da, quæsumus, vt quemadmodum angeli & electi tui in cœlo sic se tuæ voluntati conformant, vt præceptis tuis vbique & semper, libentique animo obediant, inculpateque seruiant: sic & ipsi homines hac in terra conuersantes, & de terra facti, agamus quæ præcipis, fugiamus quæ prohibes, amemus quæ cõmendas, detestemur quæ odis: & summatim, vt tibi in om̃ibus obedientiã præstemus, qualem p̃stare decet filios probos patri optimo, qualis tu es, cuius voluntas semper optima nõ esse non potest.

Psal.142

Secundo, orantes, Fiat voluntas tua &c. petimus, vt det ipse deus nobis

velle & grata habere, quæcunque nobiscum egit aut agit, vel quamlibet nobis amara & dura, vt quum illa fecit, haud impatienter murmuremus, tanquam quæ minus recte fiant ab ipso, vel quæ minus recte sint facta, quum deus pro sua ineffabili bonitate & sapientia non possit non omnia facere bene, recte & sapienter. Hinc grata quoque habere debemus bella, prælia, incendia, clades, famem, caristiam, pestilentias, paupertates, mortes, & hoc genus aduersa omnia, quæ nimirum non possunt non fieri & permitti voluntate diuina, quæ nil mali veri seu nociui velle potest: verum potens etiam, quæ nobis pessima videri soleant, nobis in bonum conuertere & in suam gloriam. Proinde in id genus aduersis omnibus sic tenemur nostram voluntatem diuinæ conformare voluntati, vt omnia ipsa dum fiunt seu accidunt, nobis placeant: eaque sic fieri velimus, tanquam volita a deo sua rectissima & iustissima voluntate. Ad quod nos hortatur

2.Cor.10 Roma.8

Primo necessitas, quoniam tam nobis est ad patriam cœlestem necessaria impletio voluntatis diuinæ, vt citra ipsam non possimus illuc ingredi, Apostolo dicente: Patientia vobis necessaria est, vt voluntatem dei facientes, reportetis promissionem. Siquidem soli sunt fratres & sorores Christi, qui patris voluntatem faciunt. Ideoque nemo ad patrem venire potest, nisi qui eius facit voluntatem.

Hebr.10 Matt.12 Marc.3

Secundo charitas filialis, quando quidem sic filij charum habere debeant patrem, vt velle debeant, quicquid pater eorum velit, nec contra illius voluntatem quoquo modo reluctari, quanuis durum videatur, quod pater vult aut facit. Memores enim debuerint esse, patrem eos diligere filios, quos & corrigit & flagellat.

Hebr.13 Prou.3

Tertio scriptura, quæ ait: Benedicite domino in omnibus operibus suis. Et dicetis in cõfessione: Opera domini vniuersa bona valde, vtpote cuius omnia opera, exquisita sunt in omnes voluntates eius.

Eccl.39 Psal.110

Quarto exemplum. Nonne & Isaac voluit vel vsque ad mortem, quod pater ipsius voluit Abrahamus? Nonne tres quoque pueri in fornace vsque adeo voluerunt, quod deus voluit, vt etiam læti deo benedixerint hymno? Nonne & Nabuchodonosor gratissimam habuit suam pœnam & ignominiam, quam deus illi infligebat, cuius voluntati suam voluntatem suppliciter conformabat? Nonne & Dauid vbique vsque adeo voluit, quod deus voluit cum eo, vt etiam in summe aduersis canere solitus fuerit: Benedicam domino in omni tempore, semper laus eius in ore meo? Et ipse quoque Iob in maximis suis aduersitatibus dicebat: Dominus dedit, dominus abstulit. sicut domino placuit, ita factum est. sit nomen domini benedictum. Sic Iudas alibi Machabæus contra suos inimicos robustissimos bellaturus, dicebat: Sicut autem fuerit voluntas in cœlo, sic fiat. Ita Christus exemplar omnis sanctæ imitationis, ad patrem aiebat: Non mea, sed tua fiat voluntas. Quod si ille, qui deo patri ad omnia æqualis fuit, sic ad omnia suam voluntatem conformauit voluntati patris: quur nõ & ipsi hoc ipsum faceremus, qui putredo sumus & vermis, maxime quum is voluerit nos suo exemplo facere, qui fecit & docuit?

Gene.22 Danie.3 Danie.4 Psal.33 Iob.1 1.Machab.3 Matt.26 Marc.14 Iohã.13 Acto.1

Quin-

Quinto,ineuitabilitas: quandoquidem fiue volumus,fiue nolumus fieri voluntatem dei,nihilominus tamen ipfa fit:vtpote cui nemo poffit refiftere, contra quam nec valeat confilium,nec fapientia,illo de feipfo dicente:Confilium meum ftabit,& omnis voluntas mea fiet.. Gene.50 Efa.46

Supereft igitur,fratres chariffimi,vt Chrifto doctore,femper oremus ad deum patrem:Fiat voluntas tua &c.Id eft,da vt,quod tu nos vis facere,faciamus:quod tu prohibes,caueamus:quod tu confulis,impleamus:quod tu vis, velimus tam in profperis q̃ in aduerfis: quemadmodum qui tecum in cœlo funt, tibi in omnibus obediunt: fic etiam in omnibus tibi obediamus, qui fumus in terra.

Docet autem,vt orando dicamus, fiat voluntas tua, fcilicet medie & imperfonaliter:nõ autem perfonaliter,Pater,fac voluntatem tuã in nobis:nec,faciamus voluntatem tuam. Ne videlicet illud dei tantũ,aut hoc hominis tantum effe videatur,quũ falfum foret vtrunq;. Sicut em̃ homo nil boni facere poteft,nifi habeat adiutorium dei:fic nec deus bonum operatur in homine,nifi homo velit. Atq; ideo ad operatiõem boni requiritur vtriufq; cooperatio, vt deus inibi habeatur magis adiutor q̃ factor. Hinc alias ad hominem dominus:Si conuerteris,inquit,conuertam te. Hac nimirum caufa dicere folebat Auguftinus ad hominem: Qui creauit te fine te,non faluat te fine te. Id quod eft contra eos,qui perperam negant libertatem arbitrij,falfo dicentes, nil prorfus hominem facere ad fuam falutem. Hiere.15

DE PETITIONE QVARTA. Cap. XIIII.

Panem noftrum fuperfubftantialem da nobis hodie.

QVoniam(quod abunde conftat)ex duabus fumus compofiti fubftantijs,corpore fcilicet & anima,& earum quælibet iuxta naturæ fuæ conditionẽ indiget refectiõe,defenfione,cõferuatione,varijs quoq; adiutorijs & fuftentamẽtis,& pro eis oĩbus deus ipfe,cuius oĩa funt,eft orandus:fitq; fubftantia animæ dignior fubftãtia corporis,admodũ ordinate Chriftus doctor fummus,primo & hactenus docuit nos a deo orare,q̃ pertinẽt ad falutẽ aĩæ, iuxta ipfius verbũ:Primo quærite regnũ dei & iuftitiam eius,&c. cuiufmodi funt, vt in nobis dei nomen fanctificeť, vt nobis regnũ gloriæ adueniat,vt per gratiam noftram diuinæ fuæ voluntati conformemur. Iam vero deinde docet orare,quod pertinet ad falutẽ corporis,cuiufmodi eft panis refectionis, dicens:Panem noftrum fuperfubftantialem da nobis hodie. Hunc quem recte iuffu illius a deo patre cœlefti oramus. Si quidem filij a fuis parentibus cibum, quo indigent, petant: & infantes vbera matris, quibus lactentur, expoftulent; nec ad alienos confugiant, neglectis parentibus, vt ab eis victum emendicent:& ipfi fimus per creationem, fidẽ, gratiã & adoptionẽ filij dei:profecto nõ abfurde cõfugimus ad eũ,petẽtes neceffaria corporis,quæ vt dare poteft, ita proculdubio rogatus paterne largietur. Quòd dare poffit, inde liquet,quoniam ipfe folus fit,qui vt omnia folus creat,ita folus eft,qui dat efcam omni carni; a quo & proinde omnia expectant, vt det illis efcam Gene.2 Matt.6 Pfal.135 Pfal.58

in tempore. Quo dante illis, colligent: quo aperiente manum suam, omnia im plebuntur bonitate. Hinc ad illum propheta: Oculi omnium in te sperant do mine, & tu das illis escam in tempore opportuno. Aperis tu manum tuam, & imples omne animal benedictione. Quod vero nobis rogantibus est datu rus, inde claret: quādoquidem ipse est pater noster, & nos ad eius imaginem creati sumus, quos non potest propterea, vt filios suos & creaturas suas, odi re: vtpote quos creauit vt essent, nō vt perderet: maxime, cp ipse tanquam cre ator optimus, cibum dat illis, quæ propter nos tanquam nobis longe mino ra, creauit. Indubie, si pascit vilia, pascet & preciosa. Iam vero si (quod con stat) ipse deus pater dat iumentis escam ipsorum, & pullis coruorum inuo cantibus eum: sicq; ille pascit volatilia cœli, passeres & coruos, & vestit lilia agri, quæ neque nent, neque metunt, neque congregant in horrea, & ne vnū quidē eorum in obliuione est apud eum: quur homines ipsos, quos longe plu ris habet, necessarij alimenti præsidio destitueret, quos ad imaginem & simi litudinem suam factos, & super opera manuum suarum constitutos, sine ne cessarij victus adminiculo desereret? Haud hoc certe sineret paterna illius be nignitas, immensa bonitas, & exuberantissima in homines beneficia. Quid multa? Nisi pater ille cœlestis dare nobis necessaria posset ac vellet, nunq̄ fi lius vnigenitus, idē cū eo, docuisset ipsa petere ab eo. Nō est igit̄, quin humi lime, q̄ nostro corpori necessaria sunt, ab eo petamus, vt sic eū patrē nostrum recognoscamus, profiteamurq; nos ipsius ꝓuidētia indigere. Qui em̄ ab alio petit, in se indigentiā, & in alio beneuolentiā attestat̄. Atq; hinc est q̄d pro pheta hortat̄: Iacta, inquiens, super dn̄m curam tuā, & ipse te enutriet.

Psal.103 — Gene.2 — Sap.11 — Psal.146 — Psal.135 — Matt.6 — Psal.8 — Psal.54

At inquit quispiam: Quur petimus hæc corporalia, carnalia & tempora lia, quum dominus alibi noluerit nos hæc ipsa petere, dicens: Nolite soliciti esse, dicentes: Quid manducabimus, aut quid bibemus, aut quo operiemur? Et ipse quoq; Apostolus prohibuerit, ne curam ageremus in desiderijs car nis. Respōdeo, dominum illic orationē pro temporalibus & necessarijs haud quaquā, sed superfluam solicitudinē, quasiq; auaritiā & desperationē & ambi tionē temporalium, more infidelium, prohibuisse, vt illic audituri sumꝰ. Nec Apostolū pro tēporalibus orationē, sed voluptuosam curā inhibuisse in re bus corporalibus: atqui dn̄m & Apostolū admisisse moderatā curā & oratio nem deuotā pro eis, q̄bus humani corporis fragilitas ad sui sanitatē & cōser uationē indiget: cuiusmodi sunt cōueniēs cibus, potus, vestitus, habitatio, & id genus reliqua temporalia, q̄bus corporaliter sustētamur, vt ad omne opus bonū paratiores simus, eorumq; adminiculo obsequat̄ corpus animæ, & ani ma deo. Quæ vel ideo sunt a deo opt. creata, Dauide alias testāte. Prohibuit aūt vterq;, tā Christus q̄ Paulus in locis supra memoratis, sine causa curam agere & petere superflua, delicata, & voluptuosa & curiosa, veluti hisce ver bis in p̄sentia pulchre dn̄s & graphice subinsinuat, docēs vt orādo dicamus: Panē nostrum supersubstantialē da nobis hodie.

Mat.6 — Roma.3 — Psal.103

Primo quidem, per panem intelligit duntaxat temporalia fortunæ bona, ad hanc vitam degendam necessaria & sufficientia; cuiusmodi sunt, commu

nia

nia esculenta & poculenta, victus & amictus pro naturali sustentatione, quibus (vt alias Apostolus euidẽter ostẽdit) cõtenti esse debemus. Hæc autẽ homini in hac vita esse necessaria, testatur scriptura, dicẽs: Initium vitæ hominis, aqua & panis, & vestimẽtum, & domus protegens turpitudinẽ. Id quod & ipse hoc loco dn̄s intendit primo, addens, Nostrum. Siquidẽ noster hic est panis, quo cõmode & necessario ad pie viuendum atq; fratribus inseruiendũ alimur: nõ alienum, scilicet deliciosum & splendidum, q̃ ad lasciuiendum, & tã nobis ipsis q̃ alijs pereundum, præter necessitatem luxuriari possemus: qui certe nõ esset panis & victus noster, sed alienorum, hoc est, filiorum diaboli: qualis fuit epulo diues, qui quotidie splendide & opipare vixit. Insuper noster est panis, qui (deo duce) nostris laboribus honestis, nõ rapinis, nõ furtis, non versutijs, & id genus peccatis per nos acquiritur, vt qui potius est aliorum. Nec noster est panis, qui a nobis duntaxat mãducatur, nec pauperibus amore Iesu communicatur: quum quod habemus residuum, æque est pauperum atq; nostrum.

1.Tim.6 Eccle.29 39 Luc.16 Luc.11

Secundo, addens, Supersubstantialem. Siquidem is est panis hoc vocatus nomine, teste Theophylacto, qui substantiæ & constitutioni nostræ sufficit, quasi superadditus substantiæ nostræ ad sustentationem. Hunc Lucas propterea, quasi interpres Matthæi, vocat quotidianum, id est, parabilem, vilem & cõmunem, quo diebus quotidianis, nõ autem festis, hoĩes vti plerunq; solent: quo quidẽ pane dn̄s euidẽter adimit nobis studiũ sumptumq; deliciarũ, quo seculi diuites abutunt̃ in corporis & animæ perniciẽ, nõ dicens, da nobis vel carnes, vel pisces, vel potus preciosos, hoc est, superflua & delicata, quibus voluptuosi, carnales & crapulosi abutunt̃, contra dn̄m alibi dicentem: Attendite vobis, ne forte grauentur corpora vestra in crapula & ebrietate & curis huius vitæ, & superueniat in vos repentina dies illa.

Luc.21

Non igitur, inquiunt nonnulli, licebit petere nec carnes, nec pisces, & id genus preciosiora reliqua, nec ijs vllo modo vesci, sed solummodo ea, quæ ad victum tenuissimum pertinent, petenda sunt? an peccant omnes, qui se lautius & largius reficiunt, q̃ victu tenuissimo, videlicet pane & aqua, quibus natura, ne deficiat, sustentari valeat?

Respondeo, eos haberi hæreticos, qui hoc ipsum adstruunt, & ex numero eorum, qui (Apostolo scribente) p̄cipiunt abstinere a cibis, quos deus creauit ad percipiendũ cum gratiarũ actiõe fidelibus, & ijs qui cognouerũt veritatẽ. Quãuis autem dn̄s hoc loco panẽ duntaxat quotidianum docuerit petẽdum a deo patre, nõ tamen est, quin & alijs quoq; cibis conueniat nobis vesci & vti potibus, q̃ pane & aqua solum. Quãdoquidẽ cõstat ijsce nobis licere vti, qm̄ deus omnẽ creaturam in vtilitatem nostrã creauerit, quum & omnis dei creatura bona sit, nec aliquid reijciendum, quod cum gratiarum actione percipiatur. Sic enim dominus ad Noe post diluuium dixisse legitur: Omnes pisces maris manui vestræ traditi sunt, & omne quod mouetur & viuit, erit vobis in cibũ. Hinc saluator noster pharisæos, qui cibos cæremonialiter discernebant, arguit, dicens: Audite & intelligite: Nõ q̄d intrat in os, coinqnat homi-

1.Cor.4 Gene.9 Matt.15

hominem:quæ autem procedunt de ore,de corde exeunt,& ea coinquinant hominē. Atq; hinc est,quod idem dn̄s ad prædicādum missurus suos discipulos,ait:In quamcuq; domum intraueritis,in eadem manete,edētes & bibentes quæ apud eos sunt. Iam vero nō dubitatur,quin aliquoties recepti sint ab ijs,qui etiam lautos cibos præparauerūt. Nec insuper dubitari potest,quin dominus ipse fecerit,quod alios facere vel docuit,vel iussit,quum(teste Luca)facere cœperit & docere:nec prohibēs nos facere,quod ipse more humano fecit,quum alias dixerit: Exemplum dedi vobis,vt quemadmodum ego feci,ita & vos faciatis. Quòd autem ipse carne & vino,idq; genus meliori victu vsus sit,arguunt mēdacissimi & inuidiosissimi pharisæi & scribæ,illum (vtcunq; falso)voratorem carnium & potatorem vini,polluto ore vocitantes. Præterea,si nō alio victu homines q̄ pane & aqua vti voluisset,nunquā tantopere sua præsentia commēdasset nuptias. In quibus ex more laudabili in honorem sacramēti & cōuiuarum,alimētis & poculētis vti cōuenit gratioribus. Cuius argumēto ipse in nuptijs aquam vertit in vinum,a quo vix abstinuit,quum alijs ministrauerit. Qui etiamnum in deserto ingētem turbam refecit,non modo panem,sed & pisces multiplicauit,quibus & ipse sæpenumero vsus esse legitur. Constat proinde,nos alijs quoque quàm aqua & pane,siue tenuissimo victu,vti posse ex cōcessione beneuolentiæ dei,exemplo Christi & apostolorum.

Luc.10 — Acto.1 — Iohā. 13 — Iohan. 2 — Ibidem. — Iohā. 6

Nec obstat,q; hic Christus doceat orare,panē nostrum quotidianū &c. Siquidem respōderim,aliud esse orare,& aliud vesci:quum vesci liceat eis, quæ nō orauimus. Nōne creditu dignum est,quòd Salomon rex potentissimus delicatioribus aliquādo vsus sit cibarijs,maxime in regijs cōuiuijs,quāuis nō illa,sed in hæc verba orauerit: Mendicitatem & diuitias ne dederis mihi,sed tantum tribue victui meo necessaria,ne forte satiatus illiciar ad negādum,& dicam,quis est dominus? Aut egestate compulsus furer,& periurem nomē dn̄i? Quis dubitat & Abrahamū delicatioribus aliquādo fuisse vsum cibarijs,quum tamē nō illa,sed ita duntaxat orauerit: Si dn̄s dederit mihi panem ad vescēdum,& vestimētum quo operiar,erit mihi dn̄s in deū? Et proculdubio apostoli nōnunq̄ alijs & melioribus alimētis vsi sunt, quū tn̄ dūtaxat ex præcepto dn̄i orarunt,Panē nostrū quotidianū &c. Nec est q̄d quispiam adleget regulam,quæ habet,affirmātem de vno,negare de altero,l. cū præter. ff. de iudicijs. Respondeo,regulam de vere cōtrarijs,quorum duo tantum sunt,intelligi,nec habere quoq; locum,vbi de facto cōstat in cōtrarium, veluti hoc liquet loco,quum & Christus & eius apostoli,alijs quoq; alimētis vsi sint,quàm pane & vino. Præterea,petētes panem,nō solum panem petimus,sed a parte totum,id est,quæcunq; corpori statuiq; nostro necessaria, quæ panis appellatione veniunt,vt in multis scripturæ locis apparet. Quo sane pacto etiam lautiora victualia nōnullis sunt pro loco,tempore & persona percommoda & necessaria,quæ & sub hac dictiōe,panē nostrū &c. licite intelliguntur & petuntur,quibus & ipsi diuersis(vt ita dixerim)sine culpa vti possunt,& vilioribus nō sine reatu cōscientiæ. Siquidē Esau primatum p lenti-

Prou.30 — Gene.28 — Gene.28 — Gene.25

lenticulam perdidit, Helias autem in eremo virtutē corporis carnem edendo seruauit. Insuper quoq; hostis ille antiquus, primum sibi hominem nō carne, sed pomo subdidit: & secundū non carne, sed pane tentauit. 3.Reg.19 Gene.3 Matth.3 Marc.1

Nulla ergo nutrimenta corpori nostro salubria & necessaria, appellatione panis hoc loco Christus excepit, sed tam vilia q̄ preciosa intellexit, modo sint, vt nostra sint. i. nobis tā ad salutē animæ q̄ corporis, cōsentanea esse possint. Vt aūt plerīq; omnes hac in re tā ardua, sciant quid sibi facto sit opus, notandum censuerim, licere victu indiscriminatim vti, sic tamen, vt in dei gloriam & in nostrā salutem cedat, ad quod tria necessaria sunt consideranda.

Primo quidem consideranda est conditio & natura vtentis, vtpote, an sit prælata vel plebeia, ignobilis vel generosa, secularis aut religiosa, docta vel rustica, tenera vel robusta, sana vel infirma. Ad hunc quidem modum Apostolus voluit Timotheū vti modico vino propter stomachum ægrotantē & frequētes illius infirmitates, q̄ alios censuit abstinere ob luxuriā, q̄ est in vino. 1.Tim.5 Ephe.5

Secundo, consuetudo cōuiuentiū: atq; hinc est, q̄ qui sunt in frigida regione, copiosius & conditius vescunt, q̄ qui sunt in calida. Ideoq; viuendum est iuxta morem regionum & conuiuarum, vt vitetur scandalum.

Tertio, intentio vtentiū, quo videlicet animo cibos exquisite sibi p̄parēt: an videlicet propter iactantiā aut inanē gloriā, vt liberales p̄dicent, aut inordinatos in se motus excitent, vt potentes sint in malo, & ita nemini licet vti delicatis, imo nec communibus cibis, sed ad corporis sustentationem, ad sensuum integritatem &c. Non enim vsus, sed abusus reddit malos tam delicatos, q̄ communes cibos.

Per panē ideo quotidianum Christus subindicat nos debere ea petere alimēta, q̄ saluti sunt & ad victū vniuscuiq; necessaria & opportuna, vt ea habentes & quibus tegimur, ijs contēti simus: haud quaq̄ postulantes nec ciborum diuersitates, nec vina odorifera, nec id genus reliqua, quę delectāt guttur, onerant ventrem, & mentem perturbant: veluti gulosi & crapulosi heluones facere solent, cuiusmodi erat diues apud Lucam epulo. Alioqui ratione subsistente, vesci licet omnibus cum moderamine: & ita quidem, vt semper in memoria habeamus quod Apostolus ait: Siue ergo manducatis, siue bibitis, vel aliud quid facitis, omnia in gloriam dei facite. Eapropter inquit Augustinus: Vtantur diuites consuetudine infirmitatis suæ, & doleant se nō aliter posse: vtantur necessarijs, & dent superflua pauperibus, ac illis exhibeant vilia, si vtuntur preciosis. Atq; sic fiat, vt recta intentione orent: Panem nostrum supersubstantialem da nobis hodie. Hodie nimirum, vt intelligamus omni die orandum esse, nō autem solicitudinem habendā esse de crastino, ad quod nescimus an perueniamus, iuxta dominum dicentem: Nolite soliciti esse in crastinum. Crastinus enim dies solicitus erit sibi ipsi. Sufficit diei malitia sua. O igitur sapientia vera & diuina prouidentia, quæ docuit & panē solum petere, & hodie nominare. Hoc eīm dicto & auiditas & auaritia tollit, & humanę vitæ incertū insinuat. Orare eīm ab illa docemur, Panē nostrū quotidianum da nobis hodie. Id est, O pater cœlestis &c. ita nos condidisti, vt agentibus Lucæ.16 1.Cor.10 Matt.6

bus in carne,cibo opus sit: quemadmodum ergo necessarium illum corpori fecisti,sic eum benigne suppedita,sed pro necessitatis portione,vt tantum no stro pane, qui nobis scilicet ex tua constitutione competit,vescamur, & suppedita quotidianum.exquisitas enim delicias non requirimus. Deniq; hodie nobis suppedita.crastino enim die,si viuere tantisper dederis,te rursum orabimus. In diem enim viuendum est,quandoquidem tibi nunquam deest,vnde nos alas,& abunde de necessarijs nobis prospicere possis,quum sis qui imples omne animal benedictione,& das escam omni carni. Quatenus vero liceat nos esse solicitos de futuris,suo dicam loco. Nunc vero sciendum putauerim,per verba hæc Græca, ἄρτον τὸν ἐπιούσιον, non modo intelligi victum illum & panem materialem,quo corpus duntaxat sustentatur, sed & panem anagogicum,id est,spiritualem,quo homo interior(id est,anima)reficitur.

Primo quidem per anagogam & mysterium, panis est eucharistiæ,Iesu Christi corpus,de quo ipse dominus:Ego sum,inquit,panis viuus qui de cœlo descendi. Hic sane est panis,cor hominis confirmans,de cœlo sine labore delatus,habens in se omne delectamentū & omnis saporis suauitatem. Hic sane panis est Iesus Christus,vitalis & viuificus,permanens in vitam æternam. Est & panis noster,quia nobis filijs hominum datus & paratus , nō mittendus vllo modo canibus:tum quia necessarius. Sicut eīm corpus sine suo nutrimento diutius persistere non potest incolume,sic anima quoq; nostra suo destituta edulio,elanguida fit & tota contabescit. Quid autem prodest corpus suo fouere cibo,si anima, quæ plus est q̄ corpus,relinquatur famelica,& macie confecta suprema? Atqui cibus animæ peculiaris , sacratissimum est Christi corpus:& potus eius , preciosus illius sanguis,ipso attestante, quum ait:Caro mea vere est cibus,& sanguis meus vere est potus. Ego sum panis viuus qui de cœlo descendi. Si quis manducauerit ex hoc pane,viuet in æternum,& nō esuriet. Quo de pane in nostris passim Centurijs multa diximus.

Iohan.6 — Sap.16 — Psal.103 — Iohan.6 — Matt.15 — Matt.16 — Iohan.6

Est autem & idem panis noster quotidianus,quoniam ipso quotidie indigemus ad spiritualis vitæ sustētationem. Sicut enim corpus cōtinuo indiget alimēto,ne resoluatur & pereat secūdum esse suum naturale,sic anima eget cibo spirituali,ne deficiat in esse gratiæ. Quapropter hodie.i.omni die,petēdus est a deo,& sumēdus quotidie,si nō sacramētaliter,saltem spiritualiter per fidem & charitatem,quo ad effectus sui cōsecrationem & augmētum gratiæ, quem & quotidie sumimus nos,tāquam corpus ecclesiæ vnum,per sacerdotem in altari communicātem,qui membrum est ecclesiæ, & quasi os omniū: quo mādu cāte panem illum,quotidie māducamus & ipsi omi fide & charitate,māducationisq; pleriq; omes efficimur compotes,iuxta prophetam dicētem:Particeps ego sum omnium timētium te &c. Proinde orabimus patrem cœlestem,vt is nobis hūc det panem nostrum quotidianum & supersubstātialem,omnem excellētissime supereminentem substātiam,scilicet corpus domini nostri Iesu Christi,vtpote panem diuinum & cœlestem,& super omnem cibum corporalem. Dabit autem pater hūc panem quotidie,si petentes sic q̄tidie vixerimus,vt quotidie mereamur accipere. Accipiamus quotidie,vt q̄tidie

1.Cor.12 — Psal.118

tidie proficiamus:ne qui in Christo sumus, & Eucharistiam quotidie ad cibũ salutis accipimus,intercedente aliquo grauiore delicto,non communicantes, a cœlesti pane prohibeamur,& a Christi corpore separemur. Ideoq; petam*, vt det hodie,id est,in die gratiæ,non nocte peccati,ne indigne accipiẽtes, cor poris & sanguinis rei efficiamur, vt illi ad dominum dicebãt: Domine,da no bis semper panem istum. Ad quem & ipsi,deuoto animo quæ dicta sunt recolligentes,oremus :O pater noster, qui es in cœlis, creata omnia conseruans & gubernans,aperiens manum tuam, & implens omne animal benedictiõe, dans escam omni carni:da nobis tuis mancipijs,precioso filij tui sanguine em ptis,panem corporalem nostrum,propter nos a te creatum, quotidianum,nõ neq; superfluũ,neq; paulo delicatiorem,sed q̃tidianũ,hoc est,parabilem,vnicuiq; seruientem pro loco,tempore & persona tibi,qui om̃ia nosti, nota:quo caro nõ lasciuiat,sed moderate sustẽtata,spiritui subseruiat, tibiq; & tuis mãdatis hoc facilius obediat,non prouocetur ad voluptatẽ:daq; nobis tuis mãcipijs ac filijs hodie,id est,sine peccato, non solum panem nostrum corporalem, sed & spiritualem supersubstantialẽq;,s. viuifici tui sacrosancti corporis & sanguinis mysteriũ,sacramentaliter & spiritualiter digne participare,vtiq; nostrum panem,quia nobis paratum,nobis incarnatum,nobis natum, nobis datum,nobis in cruce igne diuini amoris coctum. hunc oramus panem nostrum supersubstantialem sic nobis hodie,id est,in gratia nobis da,vt sit vitę spiritualis nutrimentum,virtutis & gratiæ fomentum, amoris incrementum, morborũ medicamentũ,& totius deniq; perfectionis cõplementũ, trãsitus ex hoc seculo nostri ad montem dei Oreb,scilicet æternæ beatitudinis viaticum.

1.Cor.11 Iohan.6. Psal.88 Psal.103 Acto.1 Heb.4

DE PETITIONE V. Cap. XIIII.

Et dimitte nobis debita nostra,sicut & nos dimittimus debitoribus nostris.

QVum quicquid a deo petimus, sit vel de acquirendis bonis,quæ nobis ab illo dari precamur,vel de remouendis malis,quæ ab eodem deprecamur,vt submoueat,nosq; hactenus ex instituto saluatoris petiuimus bona tã animæ q̃ corporis,quorum nonnulla præcipue pertinuerunt ad dei honorem & reuerentiam,cuiusmodi est diuini nominis sanctificatio : nonnulla vero ad nostram salutem & indigentiam,cuiusmodi est regni diuini aduentus,diuinæ voluntatis exequutio, panisq; quotidiani distributio: subsequens est,vt hac parte ex eiusdem domini nostri instituto deprecemur a deo mala, quibus nisi submotis,haud est vt bona consequamur:quemadmodum agricola nunquã feliciter percepturus est de agro fructus, nisi illũ prius liberet fruticibus. Iam vero & in primis sciendum est,mala,quæ deprecanda sunt, esse triplicia, vtpote maxima,cuiusmodi sunt mala culpæ,nimirũ peccata,quoniam nos a summo bono prorsus separant,Esaia dicente: Peccata vestra diuiserunt inter vos & deum vestrum,& peccata vestra absconderũt faciem eius a vobis. Media, & sunt peccatorũ occasiones, quæ inducũt & præcipitant in mala culpæ,cuiusmodi sunt tentationes cacodæmonis,mundi,& carnis. Minima, & esse pu

Esa.49.

tantur mala pœnæ, quæ vulgo corporis vel animæ afflictiua vocari solēt, veluti dolor & tristitia, ægritudo & paupțas. Atq; hinc est, q; hoc loco dominus admonet, vt oremus initio & ante omnia, quatenus pater cœlestis nos liberet a peccatis tanquã vere malis, & ijs quidem maximis, quũ per ea nomen dei non sanctificetur, sed blasphemetur: nec per ea venire ad nos possit regnũ dei, vt pote quo non intrat aliquid coinquinatũ, aut abominationẽ faciens, nec per ea fit volũtas dei: quinimo illa fiũt contra dei voluntatem, nec per ea man ducamus panem nostrum, sed alienum, scilicet diaboli, nobis haud quaq̃ proficientem. Quum proinde tot ac tanta nobis a deo conferẽda bona, plane peccata impediunt, nec in peccatis, eorũ bonorũ participes esse valemus: recte ac necessario petimus ante omnia, nobis a deo patre remitti peccata nostra, dicẽtes: Et dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Nominantur aũt peccata, nomine singulari debita, alio Euãgelista tanq̃ interprete, dicente: Et dimitte nobis peccata nostra. Et ipsi quoq; peccatores, nominantur debitores ab eodem Euangelista.

Apoc. 21. Luc. 11 Luc. 13

Primo quidem, quoniã peccando soluere debitũ recusamus, quo deo tenemur, scilicet obedientiã & amorem: siquidẽ peccantes, committimus mala & agimus contra diuina præcepta, subtrahentes illi debitam obedientiam & seruitutem. Sic per eũ, qui domino suo debebat decem millia talenta, intelligitur peccator, qui deum peccatis suis offendit, negligens illius decem præcepta, quorum reus est ipse.

Matt. 18. Exod. 20 Deute. 5

Secundo, quoniam nos debitores pœnæ faciunt: quandoquidẽ cõtra deũ peccantes, rei efficimur pœnæ gehennalis, quam soluere & luere tenemur, nisi pœnitentes deũ rogauerimus, vt nobis ea remittat, qui alioqui ad eam sustinendam propter peccata, quibus ipsum deũ patrẽ contempsimus, iuste obligamur, iuxta veritatẽ dicentẽ: Nisi pœnitẽtiam habueritis, omnes similiter peribitis. Ea vero pœnitẽtia ex decreto Ecclesiæ est cõfessio, contritio, castigatio vel satisfactio. Ideoq; hæretici hic errant, negantes quãcunq; satisfactionẽ, sed opus esse nuda duntaxat ad deũ precatione: quũ non modo verbum domini passim, sed & nomen pœnitentiæ, q̃d pœnam sonat, & debitor, imo & exemplum in contrariũ est. Petrus quidẽ ad Simonẽ ait: Pœnitentiam itaq; age ab hac nequitia tua, & roga deũ, si forte remittatur tibi hæc cogitatio cordis tui, &c̃. Cui ille: Precamini vos pro me ad dñm, vt nihil veniat horũ super me, q̃ dixistis. At hac de re passim in Homilijs nostris, & quidem copiose. Nostra quoque, & non neq; diaboli, neque angeli, nec alterius nominantur peccata: non quia ceu temporalia quæpiam a nobis iuste possideretur, sicuti domicilia dicuntur nostra: verũ quia nullã aliam habeant causam, q̃ voluntatẽ nostram: quæ nobis, non alijs imputari possunt, quũ voluntate nostra libere peccam⁹, dño per scripturã dicẽte: Perditio tua Israel ex te, tantummodo in me auxiliũ tuum. Nec res alia adeo in causa est nobis, vt peccemus, q̃ peruersa voluntas nostra: non autem id, ad quod, deo relicto, peruertimur. Id quod hoc nõ obscure potest patere exẽplo: Si duo æque animo & corpore adfecti, videãt vnius corporis pulchritudinẽ: qua visa, vnus illorũ ad illicitum fruendũ moueatur, &

Matt. 26. Luc. 13. Acto. 8 Osee. 13

tur,& alter in voluntate pudica stabilis perseueret: quid (obsecro) putemus esse causæ,vt in illo fiat,in isto nō fiat volūtas mala,pter ipsam?Nō vtiq; cor poris pulchritudo,quæ ambobus æque obijcit.Ideoq; propheta: Auerte,inquit,oculos ne videant vanitatem. Atq; profecto nullius esse possunt peccata,q̃ nostra,vt pote propria & libera volūtate admissa. Quapropter vehemē ter errant hæretici,negantes liberum arbitrium,quādo vel inter alia dominus contra illos dicat ad peccatorem:Sub te erit appetitus eius, & tu dominaberis illius. Et scriptura:Nemini,inquit,mādauit(scilicet deus)impie agere.Ab initio constituit hominem,& reliquit illum in manu consilij sui,&c. Quo de multa in nostris Centurijs. Psal.118 Gene.4 Eccle.15

Secūdo plurimū errāt, q sua peccata vel in deū,vel in fatū reijciunt,impie dicētes,falso sua peccata excusando:Si deus hoc nō vellet,nō faceremus:vel, hoc voluit fatū,vel fortuna:veluti faciūt astrologi,in vim fatorū & astrorū oīa nr̄a opera reijciētes:& impie quidē,vt pote q̃ nostra sunt, id est, ex libera volūtate nostra fiunt.In quorū numero ne esset sanctus alioqui propheta,dominum rogauit,dicens:Non declines cor meum in verba malitię,ad excusandas excusationes in peccatis.Ego dixi,domine miserere mei,sana animā meā, quia peccaui tibi.Ego,inquit,peccaui,non natura,non fortuna,non fatū,non constellatio,non gens tenebrarum me peccare coegit, sed meum arbitriū me peccatorem constituit.Et hoc est,quod quum libere peccamus volūtate nostra, per quam & domini sumus nostrarum operationum,dominus docuit nos orare ad deum patrem quotidie,dimitte nobis debita nostra:nimirum,vt nos humilitate ducti,semper nos peccatores confiteamur,nec mundos coram illius maiestate existimemus:& de mundicia falso gloriātes,magis ac magis peccemus,nempe mendacio pessimo omnino obnoxij: quandoquidem hæc vita mortalis,communi lege vix duci potest absq; peccatis venialibus: nec est iustus qui faciat bonum,qui nō peccet. Vnde discipulus ille,quem diligebat Iesus,cui & ob puritatem mentis & corporis mūditiam, dominus matrē suam commendauit,dicebat:Fratres,si dixerimus quia peccatum nō habemus,nos ipsos seducimus,& veritas in nobis non est. Atq; reuera quęrit sapiens:Quis potest dicere, mundum est cor meum,purus sum a peccato?quum nemo sciat,an odio vel amore dignus sit. Esse fortassis possunt, qui se vt iustos insinuant,atqui se manifestare nequeunt. Tametsi quoq; nobis de peccatis conscij non simus,propterea tamen sine peccatis haud existimus. Siquidē vas electionis dixit,Nihil mihi conscius sum,sed in hoc iustificatus non sum. Vnde stat,hominem suum ignorare peccatum,& deum,ipsum vt peccatorē reprobare. Id quod propheta sanctus resciens,orabat: Ab occultis meis mūda me domine. Q.d.Indulge mihi peccata mea,quæ non video,sed tibi,qui omnia etiam occultissima nosti,plane manifesta. Psal 140 Psal.40 Eccles.7 1.Iohā.1 Prou.20 Eccēs.9 1.Cor.4 Psal.18

Quum proinde dominus ipse nosset ac resciret,nos quotidie peccare, nec esse qui forent sine peccato, vel q̃libet sibi suis in oculis iusti : ideo docuit,vt quotidie dominica oratione cōfiteremur nos peccatores,nostri ipsorum,si iusti effici vellemus,accusatores,proq; nostris peccatis graciā remissionis pete- Prou.18

remus,humilime dicentes:Et dimitte nobis debita nostra.Iam vero si dñs ve ritatis ac omnis sapientiæ magister,docuit orare dominicã orationẽ discipulos suos,illos magnos primos apostolos suos,hoc est,hoïes alioqui perfectissimos,ac eã orationem illis dicendã tradidit,profecto dubium nõ erit,quin nõ sit,q sine quibusq; peccatis vitã istã mortalẽ trãsigat:nec esse,q hac oratiõe, dimitte nobis debita nostra,nõ indigeret.Quinimo etsi oẽs sancti,inquit Augustinus,quotqt sunt vel fuere a primo iusto vsq; ad vltimũ,simul essent,nihil aliud dicerẽt,q̃,dimitte nobis debita nostra:excepta diua virgine,de qua, dũ de peccatis loquimur,nullã prorsus volumus habere mentionem.Ad quã vel solã vere dicit spũs sanctus:Tota pulchra es amica mea,& macula in te nõ est.Et,sicut lilium inter spinas,sic amica mea inter filias Hierusalem.

Cum igit,fratres,pleriq; omnes peccatores simus,q donec in peccatis sumus,regnũ dei possidere nequimus:haud supererit aliud,q̃ vt pœnitentes ea nobis misericorditer remitti petamus.A quo?Nõ vtiq; a creatura, quæ vanitati est subiecta,nec in eã peccatum est pcipue, sed a solo creatore,deo nostro patre,qui in cœlis est:quãdoquidem solus ille,euãgelista teste,peccata dimittit,in quem vel solum a nobis peccatum est, quiq; solus pcipue per peccatum nostrũ læsus est:ideo solus potens est p se illud remittere,& quidem gratis,nõ neq; auro,nec argento,nec lapidibus pciosis,bonorum nostrorum nõ egens, de seipso dicens:Ego sum,ego sum ipse,qui deleo iniquitates vestras propter me.Hinc ad illum regius propheta orabat, dicens:Miserere mei deus secundum magnam misericordiam tuam, & secundum multitudinem miserationum tuarum dele iniquitatem meam &c.Quoniam iniquitatem meam ego cognosco,& peccatum meum cõtra me est semper.Tibi soli peccaui,& malũ coram te feci.Sic & cõuenit nos illum sequi, dominica oratione petentes:Et dimitte nobis debita nostra &c.Sicut em̃ filij,q benignũ offenderunt patrẽ, pœnitudine ducti,ad eius genua supplices prouoluunt, & veniã cõplosis manibus orant:ita & nos,q grauiter offendimus patrẽ cœlestẽ,multisq; debitis sumus adstricti,procumbimus humiles ante soliũ maiestatis eius, nosq; peccasse fatemur,dicẽtes:Pater noster q es in cœlis &c.dimitte nobis debita nostra.Quãdoquidẽ alioqui nõ venit ad nos regnum,q̃d optamus,nisi liberi a peccatis nostris simus.ideo supplciter oramus,vt ea nobis misericorditer remittas.Si em̃ tu dñe iniquitatẽ obseruaueris,quis sustinebit?quũ solus sis,qui potes illa dimittere,quibus iuste irasceris,quẽ solũ offendimus nostris peccatis,quibus vt clementer parcas & indulgeas,dolemus,gemimus & pcamur.

Ad hunc sane modum veraciter si orauerimus,non aberit quin nobis ea sit remissurus,seruata p nos lege remissionis, quã ilico subiungit in hæc verba: Sicut & nos dimittimus debitoribus nr̃is &c.O ineffabilis dei clemẽtia,qua ipse nõ solum nobis formã oratiõis tradidit,qua deus semp sit orãdus pro nostris peccatis,quibus ipm offendimus:sed & legem addidit,qua oratio nostra esse possit apud deum patrem vere fructuosa & vtilis:& quodãmodo potestatem tribuit,qua iudicis nostri nedum sententiam possimus temperare , sed & eundem exemplo nostræ remissiõis ad remissionẽ coarctare,docens orare: Dimit-

Marginal notes: Col.1 · Canti.4 · Cant.2 · Roma.8 · Marc.2 · Esa.52.5 · Psal.15 · Esa.43 · Psal.50 · Psal.50 · Psal.129

Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris: plane sciens impetrari q̃d pro peccatis petimus, haud posse, nisi & ipsi circa debitores nostros paria fecerimus, iuxta scripturam dicentē: Relinque proximo tuo nocēti te, & tunc deprecāti tibi peccata soluent̄. Qui proinde nos orare pro debitis & peccatis docuit, adiunxit legē, certa nos cõditione & sponsione cõstringens, vt sic nobis dimitti petamus debita, secundũ quod & ipsi debitoribus nostris dimittimus. Quibus si ex corde (vt suo loco posthac fusius audituri sumus) quæ cõtra nos fecere, remiserimus: proculdubio & ipse pater cœlestis nostra contra eũ peccata remittet, alioqui minime. Siquidem qua mē sura mensi fuerimus, eadem & nobis mensura remetiet̄. Dimittimus autem nostris debitoribus, quādo malorũ quibus nos offenderũt, ex animo obliuiscimur, nullā vindictā, neq̧ æternā, neq̧ temporalē, propterea desiderātes, sed magis eorũ piam emēdationē & salutē &c. Ad hunc quidē modũ, vbi amore dei nostris debitoribus dimiserimus, nõ dubitemus quin & nostra peccata, q̃bus illũ offendimus, plane clemēter dimittet, nec pro ipsis pœnā æternā exposcet: sed eā vel vnā cũ culpa remittet, vel qualitatē nostræ pœnitētiæ cõmutaturus est in pœnā temporalē, veluti cũ Dauide egit. Nõ em̄ non poterit remittere nobis, q̃ pater est misericordiarũ, cui propriũ est misereri & semp parcere, cuius misericordia est super oĩa opera eius: nõ volens mortē peccatoris, sed magis vt cõuertat̄, & viuat: nec gaudēs in perditione morientiũ, sed in cõuersione peccatorum. Si em̄ remiserimus nostris debitoribus, & nostra peccata (inquit Iohannes) confessi fuerimus, fidelis & iustus est dominus, qui nobis peccata dimittit. Hinc est quod sapientissimus magister hoc loco vtrunq̧ cõplexus est, vt scilicet pro peccatis remittēdis oremus, & de indulgētia eorũ omnino cõfidamus, spe bona dicētes: Et dimitte nobis debita nostra. nisi em̄ deus pater peccata nostra posset & vellet remittere nobis humiliter efflagitātibus, indubie nos orare haudquaq̃ iussisset, dimitte nobis debita nostra &c.

Eccle. 28 · Matth. 7 · Marc. 2 · 2. Cor. 8 · Ezech. 18 · 1. Ioh. 1. 2

Ex ĩjs modo oĩbus perspicuum fit: Primo, errare hæreticos Pelagianos, q̃ audent dicere, hoĩem iustũ in hac vita nullũ habere omnino peccatũ, & in talibus hoĩbus esse iam in præsenti tēpore ecclesiam, nõ habētem maculā aut rugā: cum vtiq̧ veritas æterna cõmonstret plerosq̧ omnes peccatores esse, quũ q̃tidie oẽs orare docuerit ꝓ peccatis, etiā eos, q̃s de mũdo delegit, q̃ tñ de mundo non fuere, nec aduenæ, sed amici eius, & ciues cœlorum, & domestici dei.

Ephe. 5 · Iohā. 15 · Ephe. 2

Secundo, errare hæreticos Nouatianos, qui negarunt remissionē peccatorũ post baptisma: quũ vtiq̧ falsos illos & errātes hic declaret summa veritas, quādo docet fideles & baptizatos suos discipulos petere remissionē suorum peccatorũ. Qui alibi & ad Petrũ dixit de fratre proximo, vtpote baptizato: Non dico tibi, vsq̧ septies, sed, vsq̧ septuagies septies. Id quod & ipse dominus deus subindicat, dicēs: Impietas impĳ non nocebit ei, in quocunq̧ die conuersus fuerit. Siquidem nõ arctatur nec fine aliquo clauditur, nec aliquas habet metas diuina clementia. Sit modo qui inuocet, erit qui exaudiat: sit qui pœniteat, non deerit qui indulgeat.

Matt. 18 · Luc. 17 · Ezech. 33

Tertio, errare eos, qui quoquo modo retinent aduersum suos debitores iram, rancorem & vindictæ cupiditatem, & tamen petunt sibi a deo patre remissum iri sua peccata, sicut ipsi dimittunt suis debitoribus: vtpote qui mentientes, se propria sententia damnant, dicentes, Remittimus, & non remittũt. Atque hinc est, si debitoribus nostris, qui in nos peccant, non dimittimus, ipsi nostra oratione inculpamur, & deum aduersum nos ad iracundiam prouocamus, & supra nos maledictionem inducimus potius quàm benedictionem: & peccata quæ minuere debuimus orando, augemus, apud deum gratiam non obtinentes, sed æternam damnationem nobis postulantes.

Quarto, errare eos, qui orantes orationem dominicam, obmittunt propter rancorem in inimicos, hæc verba, Sicut dimittimus &c. quandoquidem sic obmittendo orantes, non orant vt docuit Christus, nec ipsius sunt discipuli, quos nec pater exaudiet, quum filij sensus & verba negligunt.

Quapropter fratres, oraturi & exaudiri cupientes, ante omnia (monitore domino) remittamus, si quid habemus aduersus aliquem, vt & pater noster qui in cœlis est, remittat nobis peccata nostra, qui misericordiam apud illum non habemus, nisi & proximo nostro misericordes fuerimus, vt vere possimus orare, dicentes: Dimitte nobis &c. Id est, o pater cœlestis, qui solus habes claues vitæ ac mortis, & solus deducis ad inferos & reducis, quoniam ob peccata nostra, quibus te voluntarie offendimus, æterno supplicio sumus obnoxij, & a tuo regno seclusi: ad te proinde solum recurrimus, suppliciter petentes, vt nobis non solum peccata nostra, sed & supplicia, quæ propterea iuste debemus, vel plane relaxa, vel in temporalia clementer commuta: veluti nos quoque dimittimus nostris peccatoribus ea, quæ cõtra nos fecere, &c. quum vtique sis ipse misericordissimus omnium.

1. Reg. 2
Sap. 16

DE PETITIONE SEXTA. Cap. XIIII.

Et ne nos inducas in tentationem.

QVoniam dominus proxima, & quidem quinta secundum ordinem petitione, nos maxima mala, & quidem præterita, cuiusmodi sunt mala culpæ, hoc est, peccata, deprecari docuit: subsequenti nunc ordine docet, quo modo deprecemur mala media, & quidem futura, cuiusmodi sunt tentationes, quæ ad maxima & ad præterita rursum mala prouocant.

Iam vero, tametsi multi, præsertim ex recentioribus huius loci interpretibus, plane multa de tentatione, deque illius speciebus collegerint, & satis docte, nescio tamen, quàm pie omnes coaceruauerint: haud tamen est, vt æque cum ipsis hoc sim loco prolixior, vt qui ex infinitis, quo ad potero, pauca sic, deo duce, de tentatione colligam, vt quæ cæteri varijs longisque ambagibus vix attigerunt, nos ita paucis reddemus, vt nostris ijsce paucis diligens vel auditor, vel lector, illorum infinita (deo dante) sit percepturus.

Eſt proinde(vt a nominis deſcriptione exordiar)tentatio, a tentando vox deriuata, atque re ipſa generatim nihil aliud, quàm diligens &(vt ſic dicam) non ſine moleſtia, ſtudioſa de re aliqua, quid inibi faciundùm ac agendum ſit, vel fieri poſſit aut debeat, exploratio & inquiſitio:per ſe haud quaquam mala, ſed media, vtpote intuitu finis âut cauſa intentionis bona aut mala.

Eſt autem triplex tentatio, ſecundum triplicem eius autor em.

Prima quidem tentatio eſt hominis, qua quiſpiam ſe vel alium ideo in re aliqua, quam non ſatis nouit, explorat, vt ſciat quid ſit factu inibi vel vtile, vel inutile, quid agendum, vel dimittendum.

Ad hunc ſane modum Dauid ſeipſum de robore & agilitate aſſuetudi- neq; armorum tentauit, quando depugnaturus contra Goliam Philiſtæum, accinctus gladio ſuper veſtem ſuam, cœpit experiri, ſi armatus poſſet incede re. Ita quoque regina Auſtri & Saba veniens a finibus terræ, tentauit Salo- monem in ænigmatibus, vt illius admirandam toto orbe ſapientiam explo- raret. Hæc vtique tentatio, quum eſt hominis de homine, eſt iudicanda iu- xta finem & huius intentionem, vtpote bona vel mala: qua de dominus hic non præcipue loquitur, quum plane poſſit eſſe abſque peccato: quando au- tem hominis eſt de deo, prorſus eſt peſſima, & damnationi obnoxia, obq; id ſemper deprecanda. Sic Iſraelitæ quondam in deſerto deum de eius potentia & ſapientia multoties & in ſuam perniciem tentauerunt, & ipſe etiamnum cà codæmon in eremo tentauit Chriſtum: contra quem ſcriptura: Nõ tentabis, inquit, dominum deum tuum. De quibus ad nos Apoſtolus ait: Non tente mus dominum, ſicut quidam eorum tentauerunt, & a ſerpentibus perierunt.

1.Reg.17 4.Reg.10 2.Para.9 Matt.12 Nume.14 Nume.21 Matt.4 Deut.6 1.Cor.10

Secunda eſt tentatio dei Opt. Max. qua ille hominem in re aliqua, vtpote virtute, non vt rem ipſam adeoq; hominis conditionem ignorans, qui omnia antequam fiant, nouit: ſed vt ille ſibi & alijs ea in re notus & probatus fiat & appareat, experitur & tentat. Veluti nonnunquam magiſter tentat diſcipulũ in conſpectũ aliorum de eo, quod nouit diſcipulũ ſcire, vt ſic alijs illius ſcĩetia fiat nota, & idem magis ac magis in eadẽ ſcientia augmentũ ſuſcipiat. Quo nimirũ pacto deus opt. ſuos ſæpenumero tentauit, & adhuc tentat. Etſi eñ il le cõpertũ haberet Abrahami erga ſe fidẽ & obedientiã, nihilominus illũ de fide & obediẽtia tẽtare. i. explorare cœpit, quũ iuberet ſibi illũ immolare filiũ ſuũ: nẽpe vt ſibi & alijs fidelis & obediẽs innoteſceret. Sic quoq; quãuis ille Iobi patientiã reſciret, tñ illũ multis tribulatiõibus de patiẽtia explorauit, tẽ- tauitq;. Id q̃d & cũ Tobia illo ſeniore fecit. Cui vt diuo Iob(inq̃t ſcriptura) ideo eã permiſit dñs euenire, vt poſteris dareť exemplũ patiẽtię eius. Ita etiam etſi deus ipſe noſſet Iſraelitarũ fidem & infidelitatẽ, patientiã & impatientiã, & id genus virtutes & vitia, tamẽ vt ſibi ipſis fierẽt noti, in ſeq; deſcenderẽt, eos de ipſorum patiẽtia & fide, de infidelitate & impatiẽtia multifariã, vtpote nũc fame, nunc ſiti, tentauit. Vnde declaratum fuit, q̃ multi eorum nihil ad- huc fidei in cordibus haberent, & præcepta dei nequaquã obſeruarent, vt a quibus animũ omnino alienum obtinebãt. Ad quos Moſes ipſe: Tentat vos

Math.6 Gene.22 Iob.1. Tob.2

dñs,inquit,deus vester,vt palam fiat,vtrũ diligatis eum,an nõ,ex toto corde vestro. Sic quanq̃ Christus nosset quid de ipso sentiret Philippus,sciretq́ꝫ qd facturus esset,cupiens tamẽ illũ sibi & alijs,q̃ fidelis esset, innotescere, ait ad ipsum,inquit euangelista,quærens: Vnde ememus panes,vt manducent hi?

Deut.13 Iohã.6

Huius aũt tentatiõis vt proprie dñs est ductor & tentator p se vel medio q̃dã,sic rogatus a nobis,inductor nõ est,vtpote q(vt Paulus testat̃)fidelis ẽ, qui nõ pati ẽ nos tentari supra id quod possumus, nec sinet nos nisi humana tentatione apprehensum iri. Est aũt hic,duci ad tentationẽ,nihil aliud,q̃ tentationẽ ipsam facere & permittere experiri & aggredi in bonũ,nõ in malũ. Induci vero in tẽtationẽ,ab ea tentatiõe sic pniciose vinci, superariq́ꝫ & ita succũbere,vt quispiã cedat virtuti,& amplectat̃ vitiũ. Ductus est a deo ad tentationem Iob,sed nõ inductus,vtpote qui vsq́ꝫ adeo nõ cessit in suis tribulationibus,vt factus fuisset impatiẽs,vt etiã ex corde dixerit: Nudus egressus sum de vtero matris meæ, & nudus reuertar illuc. Dñs dedit,dñs abstulit. sicut domino placuit,ita factum est. sit nomen domini benedictum.

1.Cor.10 Iob.1.

Tertia tentatio est diaboli de hoĩe ad malũ,qua iste per se vel medio q̃dã, vtpote seculi & carnis,sic malũ suggerẽdo tentat, vt ipse a malo vinci possit ac induci ad peccatũ. Hoc eĩm modo tentare nihil aliud est,q̃ malum aliquod suggerere, & ad illud diuersis modis nũc per blandã,nũc per aspera sic allicere,vt cedat homo in peccati cõsensum & opus. Tentatio aũt hoc modo nihil aliud est,q̃ ad malũ quoquo modo suggestio,qua in ruinã animæ fiat inductio. Inducere vero in tentationẽ,est hoĩem prauis suggestionibus allicere in consensum peccati, vtiq́ꝫ vt tentationi succumbat, callide efficere. Ita nimirum cacodæmon in paradiso per serpentẽ ad malũ superbiæ, auaritiæ & gulæ Euam, & per Euam tentauit Adamũ, & vtrosq́ꝫ in tentationẽ induxit,id est,sic superauit, vt cõsensum ad p̃dicta vitia p̃buerint. Ita idem tentare cœpit ijsdem vitijs subdole Christũ in deserto,sed eundem nõ induxit: qa ille vitijs,scilicet superbiæ,auaritię & gulæ,cõsensum haudquaq̃ præbuit,sed ita victor inde abijt,vt etiam angeli ad eum accesserint ministraturi. Hoc pacto tentatus est ab eodem per mulierem de impudicitia Ioseph,sed non inductus in tentationem. Sic quoq́ꝫ ab eodem per seniores tentata est libidine Susanna,sed in tentationem non inducta. Sic quoq́ꝫ Ananias ille in actis apostolicis ab eodem per auaritiã pecuniæ est tentatus, & in tentationẽ inductus. Ad quẽ Petrus: Cur tentauit,ait,cor tuũ sathanas,mentiri te spũi sancto, & fraudare de p̃cio agri? De hac qdem tentatione & huius inductione,hoc loco proprie nobis est sermo in oratione dominica: qua dñs orare nos docet,vt orantes ad deum patrem dicamus: Et ne nos inducas in tentationem.

Gene.3 Matt.4 Luc.3 Mar.1 Gene.39 Daniel.13 Acto.5

Quibus quidem verbis ipse magister & doctor omnium docet: Primo, deum Opt. Max. nõ esse proprie nec tentatorẽ,nec inductorẽ in tentationẽ: quandoquidẽ ipse optimus est,idemq́ꝫ pater omnium,q quũ nolit mortẽ impij,sed vt is conuersus viuat: quanto magis haud vult mortis illius esse per tẽtationem vel autor, vel causa,quum ait: Ex te Israel perditio tua,ex me tantummo-

Col.1 Iohã.3 Ezech.18 Osee.13

tummodo auxilium tuū, nempe volens omnes homines saluos fieri? Atque nimirum qui fieri possit, vt ipse efficeret nostri inductionem in tentationem, vtque id ageret, quo in tentationem induceremur, quū ipse sit summe bonus, nec in eo, nec ab eo sit vllum malū, nec alicuius autor mali? Hinc est quod vere Iacobus ait: Deus neminem tentat, scilicet tentatione ad malū: nam intentator malorū est. Hæc ille. Siquidē omnis mali est autor diabolus, adeo, vt a scriptura nominetur ὁ πειράζων, id est, tentans vel tentator, & sathanas, quòd per ipsum, tam cum praua suadeat, vt olim protoplastis & Christo: q̄ quum aduersis adfligat, vt Iobum & Tobiam, aliosque adflixit, nobis & alijs, quales sumus, manifestamur. Est enim omnino tentare, vt diximus, periculum de aliquo capere, & experimentum sumere. Solus proinde ad malum tentat diabolus, nunc per se, quemadmodum tentauit Iobum: nunc per carnem, veluti tentauit Paulum, de seipso dicentem: Datus est mihi stimulus carnis meæ, angelus sathanæ, qui me colaphizet: nunc per mundum, id est, per hominē mundanum & malum, veluti per mulierem luxuriosam tētauit Ioseph: vel per id, quod huius est mundi, veluti per diuitias tentat eos, qui diuites fieri volunt, dicente Apostolo: Qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationem & in laqueum diaboli &c. Iam vero quanquā quispiam dicatur a carne vel seculo tentari, tamen proprie tentatio a carne & seculo, est a dæmone, tanquam a fomento primo, quum & seculi & carnis tentatio manauerit ex illius corruptione, qui vt solus proprie est damnationis per peccatum hominis auidus, ita iste solus est tentator & inductor ad malū, circumiēs tanq̄ leo rugiēs, quærēs quē deuoret. Hinc ad Thessaloñ. Paulus: Et ego, inquit, amplius nō sustinēs, nisi ad cognoscendā fidē vestrā, ne forte tentauerit vos is q tentat. Q.d. qui solus est, cuius ꝓprium est tentare. Atque idē ad Corinthios: Nolite, inqt, fraudare inuicē, nisi forte ex cōsensu ad tempus, vt vacetis orationi, & iterum reuertimini in id ipsum, ne tētet vos sathanas propter incontinētiam vestram.

Solus igitur proprie cacodæmon ad malum tentat & inducit, quanuis aliquando caro & homo & mundus sic videantur tentare, hoc tamen haud secus agunt, atque instrumenta cacodæmonis, qui per hæc intendit hominē decipere, & inducere ad peccādum. Nō ēm est nobis (inquit Apostolus) colluctatio, scilicet in tentatione, aduersus carnē & sanguinē, sed aduersus principes & potestates, aduersus mūdi rectores tenebrarū harū, cōtra spūalia nequitiæ in cœlestibus. Ad hūc quidē modū scribit, & ita nimirū est accipiēdus S. Iacobus, inquiēs: Nemo, quū tentat, dicat q̄m a deo tentat. deus ēm intentator est malorum. Ipse autē neminē tentat. Vnusquisque vero tentatur a cōcupiscētia sua abstractus & illectus &c. Quod modo superest, videant isti, qui nuper docuerunt, deum proprie esse tentatorē & inductorē in tentationem, vel (q̄d plus est) malorum, quum nec caro, nec homo ꝓprie sit tentator. Quur etiam dn̄s hoc sane loco doceret, nos debere deum patrē p̄cari, ne nos inducat in tētationē? quur vel ille peccatis irasceret, vel ea puniret, si ad ea adhuc proprie tentaret & hominē induceret? Nec obstat q fortasse scriptura alicubi dicat deum tentare, vel q̄d aliud, q̄d in malā partē sonat, fecisse. Siquidē respōdeo,

1.Tim.2. Matt.19 Marc.10 Luc.18 Iaco.1 Gene.3 Iob 1. Tob.2 Iob.1. 2.Cor.12 Gene.39 1.Timo.6 1.Petr.5 1.Thes.3 1.Cor.7 Ephe.6 Iaco.1 Gene.22

tum eiusmodi verba exponi & accipi per verbum fieri & permittere, esse id loquēdi genus in sacris literis, teste inter alios Damasceno, vsitatissimū, quo deus illa dicitur agere, quę fieri permittit. Est aūt permittere, quasi ad malum (quod dici solet) conniuere, quasicp ex causa plane iusta, vtcūcp nos latēte, co acte facere. Sic Mosen dicit scriptura permisisse libellum repudij Quo vtique pacto deus multa recte permittit, vel maxime mala, quę tamē proprie non facit, vtcunque scriptura modo illum ea facere dicat. Id quod ne ducat lectorem ad absurditatem & impietatem, semper per verbū permittere, vel huius simile, exponendū volunt. Ad hunc quidem modū propheta: Conuertit cor eorum, inquit, vt odirent populum eius, id est, conuerti permisit. Et scriptura ait: Et indurauit dominus cor Pharaonis, id est, permisit vt induraretur, &c. Et Apostolus: Conclusit deus, inquit, omnia sub peccato, id est, permisit cōcludi. Ita idem ait: Propter quod tradidit illos deus in desideria cordis eorum in immunditiam, in passiones ignominiæ, in reprobū sensum &c. id est, tradi pmisit. Ita electi per prophetā dicūt: Tu domine pater noster, redemptor noster, a seculo nomen tuū: Quare errare nos fecisti domine de vijs tuis, indurasti cor nostrum, ne timeremus te? id est, quare permisisti nos errare, & cor nostrum indurari? Quid multa, quū ad hūc modum propheta dicit, non eē malum in ciuitate, quod dominus non fecerit, id est, fieri permiserit? Nisi eñ hoc quidem pacto exposueris & acceperis, deum plane dices, ac cōtra omnem veritatem facies, iniquum, iniustum, & impiū, vt quē facies totius mali culpæ & pœnæ autorem, & inique peccatores punientem, & homini auferentem liberū arbitrium, quod tamen illi multis scripturis & rationibus testantibus relinquerit. Non est igitur nec pietati nec veritati consonum, quod multi nostro tempore, verbo scriptocp docuerunt, apertis scripturæ testimonijs euinci, dominū vere tam tentare q̄ inducere in tentationē, tam suos q̄ reiectitios: nec solū, qua aduersus externos probentur, quæ tentatio peculiaris est sanctis, verum etiā qua errent, peccent, & malis seipsos ac alios inuoluant. Nec enim dominus, vt ipsi falso adseuerant, Dauidem in tētationem induxit, quum Israeli iratus, cor eius incitarit, vt numerari populum præciperet: verum permisit cor illius incitari, & illum superbire, iuxta quorum opinionē, vticp hic domin⁹ orare iussisset, quatenus precemur deum patrem, ne ipse tanquā autor & causa, nos inducat in tentationem. Id quod nequaquam orare docuit, sed in hunc quidē sensum, ne ipse pater cœlestis sinat nos induci in tentationem, neve permittat pertrahi in consensum mali, aut ab ea vinci. Et est huiusmodi sensus: O pater qui es in cœlis &c. ne permittas nos induci in tentationem, & tentari supra id quod possumus ferre, sed fac cū tentatione etiam prouentū, vt possimus sustinere, ne irretiti teneamur, & eius fortitudine superemur. Etsi nos pmittas duci per sensum, vt exercitemur: non tamen permitas induci per consensum, vt succumbamus. Siquidē deus permittit nōnullos induci in tentationem, quādo eos suo consillo & auxilio deserit.

Quare vero illos nō permittat, hosce vero pmittat induci in tētationē, plane nō est a nobis q̄rēdū, nec scitu necessariū est ea videre nr̄is oculis, q̄ abscondita

Matt. 19 Marc. 10 Deut. 24 Psal. 104 Exo. 7 Roma. 9 Roma. 11 Roma. 1 Esa. 63 Amos. 3 2. Reg. 24 1. Para. 21 1. Cor. 10 Eccle. 3

dicta sunt.Ipse quidem is est,qui interroganti vel murmuranti ait:An non licet mihi facere,q̃d volo?Atq; is est ille apud Apostolũ figulus,q habet potestatẽ ex eadem massa facere aliud quidem vas in honorem,aliud vero in contumeliam.Nec est vt dicat figmentum ei,qui se finxit:Quid me fecisti sic?At ei sufficere debuerit patrisfamilias responsio hæc:Amice,non facio tibi iniuriam.Et profecto non conuenit vllo modo,hac in re de permissione murmurare cõtra dominum,nihil plane sine iustiss. & sapientiss.causa facientem, vt qui tametsi mala permittat,malus tamen non est,malum ad bonum & decorem vniuersi noscens optime reformare,iustissime & sapientissime mala tam culpæ q̃ pœnæ permittẽs,iuxta sua occultissima nobis iudicia,& abyssum suæ sapiẽtiæ infinitæ & bonitatis, qua potens est etiam pessima in gloriam suam & vtilitatem nostram conuertere optimam:adeo nimirum,vt vetus fuerit apud nõnullos,nec minus verum dictum,opus dei in peccato bonum esse, rectæ autẽ rationis defectu,nobis esse tanq̃ malum:hoc tamen sic a deo ordinari,vt inde boni aliquid eueniat,vt ne huius quidem causa,deo peccati quiddam adscribi queat,quantumuis ipse sathanæ permittat huc homines incitare.Nonne quia Petrum permisit induci in tentationem,sequuta est illius deinde humilitas,& nostri cautio,ne nobis tanq̃ non errare potentibus, superbiamus,deq; nobis plus æquo præsumamus?Nonne etiamnum permissio crudelitatis olim infidelium tyrannorum, diuina bonitate operata est martyrum patientiam,nobis exemplo?Quod vt in illis,ita & in aliis creditu dignum est fieri permissionibus,vsq; adeo quidem, vt interim credamus deum in eis omnibus vbiq; & semper esse sapientiss.nec quicquam permittere illum sine causa iustissima, vel quamlibet nobis occulta:quam vel tum saltem agnoscemus,vbi deũ,vti est,viderimus.Quo vbi peruenerimus,sane fatebimur nihil iniqui, nihil absurdi vnq̃ esse designatum a deo Opt. Max.qui nunc ratione nostra multo maiori esse solet,ideoq; non mirũ si iudicia illius nunc peruidere nequeamus: quandoquidem sæpenumero(vt videmus) hominum sapientia præcellentiũ consilia,absurda &iniusta videri solent, quorum vbi exitus apparuerit, videmus fuisse consultissima. Profuerit eapropter interim ad ea diuina opera & consilia,quæ vel non intelligimus,vel intelligi non oportet, cũ Apostolo exclamare:O profunditatem diuitiarum sapientiæ & cognitionis dei,q̃ inscrutabilia sunt iudicia eius,& imperuestigabiles viæ eius?

Eccl.3 Matt.20 Roma.9 Matt.20 Roma.8 Matt.26 Marc.14 Lucæ22 Psal.43 Roma.8 1.Cor.13 1.Iohã.3 Roma.11

Secundo docet nos hac sexta petitione dominus, adeo nos tentationẽ nõ debere deprecari,ne videlicet prorsus tentemur, & omnino tentationũ simus immunes,quandoquidem malum sonet hoc ipsum petere.

Primo,quoniam deprecantes omnino tentationẽ,precaremur cõtra conditionem vitæ nostræ,quam deus sic cõstituit,vt nunq̃ esset vacua tentationibus:adeo vt tota vita nostra,quod Iob ait,tẽtatio sit & militia super terrã: in detestationem primi peccati, vnde successit in vitam nostram maledictio iusta ex verbis dei optimi maximi:Maledicta terra in opere tuo. In laboribus comedes ex ea cunctis diebus vitæ tuæ. Spinas & tribulos germinabit tibi,& comedes herbas terræ.In sudore vultus tui vesceris pane tuo,donec reuerta

Iob.7 Gene.3

uertaris in terram, de qua sumptus es: quia puluis es, & in puluerem reuerteris. Non est igitur orandum, vt omnino non tentemur. Id quod esset non modo frustra, sed & contra dei ordinationem orare, cui nemo debet resistere.

Iob. 9
Rom. 13.

Secundo peteremus contra vtilitatem & contra beatitudinem nostram, quam plerique omnes optamus, quo tamen sine tentationibus ingressuri nõ sumus: quoniam, inquiunt Apostoli, per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum dei. Siquidem natura & deo autore naturæ constitutum est, vt nil ardui nilque preciosi, sine arduo labore possit acquiri, cuiusmodi est beatitudo æterna, quo dominus iustitia sic exigente, constituit arctam viam angustamque portam: vbi non vult coronatum iri nisi eum, qui tentationes vincit, quomodo quispiam vincet, nisi qui certat? & quomodo certet, qui inimicos & tentationes non habet? Atque hinc est, inquit Origenes, quod deus Opt. & sapientissimus permittit aduersarias virtutes exire aduersum nos in prælium, vt & nos victoriam capiamus, & illi interitum consequantur: quæ nimirum nec interfici, nec exterminari possent, nisi peccata operarent in nobis, nec prouocarent nos ad peccandum, nec lacesserent ad dimicandum. Sublatis igitur passionibus, per tentationem excitatis, sublata esset nobis materia certaminis pro corona æternæ gloriæ, quæ vincenti & certanti legitime duntaxat dari promissa est. Præterea constat, nostras non aliter animas nos in æterna beatitudine possessuros, quàm per patientiam. Iam vero vbi erit apud nos patientia, si tribulationes per tentationem non habemus, vtpote quam sola tribulatio operatur, quum virtus in infirmitate perficiatur? Atque hinc est, quod ad nos omnes inquit apostolus: Omne gaudium existimate fratres, quum in varias tentationes incideritis, scientes quòd probatio fidei vestræ patientiam operatur. Et ideo gloriamur, inquit Paulus, in tribulationibus, scientes quia tribulatio patientiam operatur, quæ vtique, eodem teste, nobis necessaria est, vt voluntatem dei facientes, reportemus promissionem. Insuper non obscure liquet, non sufficere ad acquisitionẽ æternæ coronæ, vt quis certet & vincat, sed & opus est, vt probatus sit, vtpote in patiẽtiæ constantia tanquàm aurum in fornace. Atqui hæc probatio sine tentatione fieri haud quaquàm potest, nec vllo cõstare modo. Vnde Raphael ad Tobiam ait: Et quia acceptus eras deo, necessum fuit vt tentatio probaret te. Ita quidem deus Opt. suos probauit hactenus, & eos tentauit, tanquàm aurum in fornace, & inuenit eos se dignos. Beatus proinde, inquit Iacobus, qui suffert tentationem: quoniam quum probatus fuerit, accipiet coronam vitæ, quam repromisit deus diligentibus se. Sileo interim perquàm plurimos alios, & eos quidẽ non vulgares fructus, quos in nobis operatur, deo autore, tentatio. Siquidem quum tentamur vitijs, pia dispensatione nobiscum agitur, ne ijs, quibus proficimus, virtutibus extollamur: vtpote quòd vitijs nos tẽtantibus, proficientes virtutes humiliant, qui interim discimus, quid de nobis sentiamus, nempe parum vel omnino nihil. Id quod perspicuum fieri cœpit inter alios in diuo Petro, quem ob id dominus cadere permisit, vt sciret quàm ex se nihil esset, obque id humilis erga se & alios redderetur: & in diuo Paulo, de se ipso dicente: Et ne magnitudo reuelationum extollat me, datus est mihi stimulus

Acto. 14
Matth. 7
Apoca. 2
2. Tim. 2.
Orig. ho. 15. sup. 12 cap. Iesu Naue.
Luc. 21.
2. Cor. 12
Iaco. 1.
Roma. 5.
Heb. 10
Tob. 12
Sap. 3
Iaco. 1
Matt. 26
Marc. 14
2. Cor. 12

mulus carnis meæ angelus sathanæ,q me colaphizet. Sin flagellis & miserijs tentamur & afficimur,haud dubio admonemur,ne mundo blandiente sedu camur,agnoscentes q̃ de hoc mundo fugiamus:quādoquidem flagella dum nos tentāt,surgentes in corde huius mundi voluptates eradicant, nosq́ dei memores esse cogunt.Id quod inter non parum multos videre fuit in diuis Iob & Tobia. proinde operæprecium est,vt donec hac in vita sumus,vitijs tentemur & flagellis. In laboribus enim flagellorum,& in certamine vitio-rum non solum nobis nostra infirmitas innotescit,sed etiam quanta virtute proficiamus,cognoscimus. Nemo enim vires suas in pace cognoscit. Si enim bella desunt,virtutum signa non prodeunt. Improuidus quidem miles est, qui se fortē in pace gloriatur:prosperis enim præsto existentibus, cerni viriū documenta non possunt.

Igitur docet hoc loco Christus,non id a nobis orandum esse,vt non ten-temur,quum tentari malum non sit,sed plane vtile & ad virtutis exercitium, quando illi viriliter resistitur,quum sine ea nemo probari possit nec sibi,nec alijs. Superest eapropter,fratres in domino charissimi,vt tentati,non contra deum nec hominem murmuremus, quasi dilectis dei olim sanctis meliores: imo memores simus,q̃ & vel quamlibet sancti quondam(vt aiebat Iudith) tentati sint, vt probarētur si vere colerent deum suum:memores quoque si-mus,quomodo Abrahamus, Isaacus, Iacob, Moyses, Iob, Tobias, Dauid, hocq́ genus alij patriarchæ,prophetæ,apostoli & martyres,teste Paulo,ten-tati sint & per multas tribulationes probati,& dei amici effecti.Qui deniq́ omnes,in quibus deo bene placuit, per multas tribulationes transierunt fide les.Illi vero qui tentationes haud susceperunt cum timore domini,& impati-entiam suam & improperium murmurationis suæ contra dominum protule-runt, exterminati sunt ab exterminatore, & a serpentibus perierunt. Ideoq́ nos non vlciscamur tentati pro ijs quæ patimur:sed reputantes peccatis no-stris hæc ipsa supplicia minora,flagella domini,quasi serui qui corripimur,ad emendationem,& non ad perditionem nostram euenisse credamus,scientes deum tantæ esse bonitatis & fidelitatis,vt non patiatur nos tentari supra id quod possumus,sed facturus sit etiam cum tentatione prouentum,vt possi-mus sustinere.

Iudith.8

Heb.11

Tertio docet dominus,vt tentati,caueamus ne inducamur in tentationē. Id quod plane horrendum foret,quandoquidem induci in tentationem ni-hil aliud est,q̃ a tentatione superari,& peccato adeoq́ diabolicis contra deū & animæ salutem suggestionibus consensum præbere. Id quod ne faciamus, cauendum hic admonet Christus,sed tentationibus esse pro virili resistendū, veluti dominus in deserto cacodæmonis tentationi fortiter restitit tentatus, sed non inductus, veluti restitit Iob tentatus,sed non inductus,vtpote qui ad illam,ad quam trahebatur,tentatoris voluntatem ore impio blasphemus non intrauerit:veluti Ioseph quoque restitit,qui turpi illecebra tentatus est, sed in tentationem non illatus. Veluti quoque Susanna,quæ tametsi tentata fuerit, non tamen inducta, quoniam tentatori consensum non præbuit.Ita

Matt.4
Marc.1
Lucæ.4
Iob.1
Gene.39
Danie.13

 quoq́

quoque docet nos debere tentationibus resistere, ne tentatores, scilicet caro, mundus & diabolus, contra nos præualeant, ne illis in malo consentiamus, iuxta Petrum dicentem: Sobrij estote & vigilate, quia aduersarius vester diabolus, tanquam leo rugiens circuit, quærens quem deuoret. Cui resistite fortes in fide. Et Paulus: Induite vos, inquit, armaturam dei, vt possitis stare aduersus insidias diaboli. Tentati proinde, vitijs occurramus viriliter contrarijs virtutibus.

1.Pet.5

Ephe.6

Verbi causa, tentatur aliquis a carne & mundo per diabolum peccato fornicationis, ad concupiscẽdum videlicet vxorem proximi: is repugnet

Psal. 118 Primo, fide, quæ dicit: Mortifera est voluptas, auerte oculos ne videant vanitatem.

Heb.13 Secundo, timore dei, qui suggerit, deum iudicaturum fornicantem, qui regnum dei possidere non possit.

1.Cor.2 Esa.64 Tertio, spe, quæ dicit: Quid mihi offers in terra o misera caro vel dæmon, qui expecto tanta in cœlo gaudia? quur delectares momentum, vt inde cruciares æternum?

Quarto, castitate, quæ dicit: In vacuum laboras, puritatem mihi desponsaui. An nescis, quia cum Christo rege matrimonium contraxi?

2.Cor.11

Roma.8 Quinto, fortitudine, dicente: Non timeo ferrum & ignes propter deum superare, & vis me in plumaribus superare?

Sexto, magnanimitate, quæ ait: Quænam es tam pusilla & fœda voluptas, vt me ad te studeas prouocare?

Septimo, iustitia, dicente: Iniquum est, a iustissima dei voluntate ad te peruersissimam voluptatem declinare.

Octauo, sanctitate, quæ inquit: Hæc mulier dei templum est in baptismo consecratum, quod violare non licet.

1.Cor.3

Vltimo, sapientia, quæ dicit: Gaudeo ego sapore mundissimo, exi a me fæculentissima luxuria. Et ita fratres oportet resistere alijs tentationibus quorumcunque vitiorum, considerando cuiuslibet virtutis proprias operationes, effectus, causas & modos ac fines earum, per quæ reperitur quædam in qualibet virtute repugnantia ad quodlibet vitium, quæ tentatori opponi debet, siue mundo, siue carni, siue diabolo.

Potest autem quælibet virtus se contra vitium defendere trifariam.

Primo quidẽ, proprio gladio, contemplans suipsius nobilitatem, preciositatem & vtilitatem, quã, tentans ad vitium, velare nititur & abscondere.

Secundo, alieno gladio, quem sumit ab ipso vitio: nimirum obijciens illi suam horrendam turpitudinem, & considerans omnia nocumenta, quæ idipsum vitium inducere consueuit, tam in rebus exterioribus, quàm interioribus, tam in corporibus, quàm animabus. Verbi gratia: Gula mentem obnubilat, corpus eneruat, ægritudinem adducit, honorem aufert, impudentiam vitiorum omnium fouet, bona temporalia consumit & negligit, nempe bursam euacuans.

Luc.21

Tertio, fugiendo iacula vitiorum, id est, occasiones ad ipsa: quoniam ignis, nisi

nisi subtractis lignis, haud deficit: nec fieri potest, quin coinquinetur a pice, qui illam tangit. Sic a luxuria tentatus, fugiat & vitet aspectus lasciuorum spectaculorum, consortium fœminarum, petulantiam iuuenum, lasciua carmina, vinum & ocium, & id genus reliqua, quæ ad vitia prouocant & pelliciunt, iuxta prophetam dicentem: Declina a malo, & fac bonum. Auerte oculos ne videant vanitatem. Prou.26 Eccle 13 Psal.118

Quarto docet hic dominus, vt interim nos ita tentationibus, ne in eas inducamur, resistentes, patrem cœlestem oremus, ne nos inducat in tentationem: non quidem, ne ipse causa sit & autor inductionis, verum (vt supra exposuimus) ne sinat nos induci in tentationem, neve permittat pertrahi in cōsensum mali, aut a tentatione vinci. Sic Christus hortabatur in monte oliuarum discipulos, dicens: Orate ne intretis in tentationem. Et ipse quoq; Paulus ait, se tentatum, ter rogasse dominum, vt sathanas tentator ab eo discederet: nimirum, ne ab ipso in tentationem induceretur. Matt.24 Marc.14 Luc.22 2.Cor.12

Oportet autem nos pro virili nostra tentationibus, ne in eas inducamur, resistentes, orare deum patrem, ne permittat nos induci in tentationem: quoniam ipse solus potens est aduersum illas, & nostra sufficientia in eo vel solo sita. Nisi enim ille, inquit propheta, ædificauerit domum, in vanum laborauerunt, qui ædificant eam: Nisi ille custodierit ciuitatem, frustra vigilat qui custodit eam. 2.Cor.3 Psal.126

Ipsi vero contra tentationis inductionem, soli sumus insufficientes & impotentes.

Primo, propter propriam nostram fragilitatem. Etsi enim nostra voluntas ita simpliciter sit libera, vt cogi non possit: potest tamen varijs quidem modis ad varia mala inclinari, trahi, & persuaderi: vtpote cuius potentia originali quondam peccato plus nimio & adeo sit vulnerata, vna cum ratione ipsa, vt ad malum pronos ab adolescentia nos faciat: fieriq; demum solet, vt faciles simus ad seducendum, debiles ad operandum, fragiles ad resistendum: discernentes inter bonum & malum, decipimur: tentantes facere bonum, deficimus: conantes resistere malo, superamur. Atque hinc est, quod ad discipulos olim dominus ait: Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma. Et Apostolus: Nam velle, inquit, mihi adiacet: perficere autem bonum non inuenio. Gene.8 Matt.26 Roma.7

Secundo, propter potentiam tentantium, vtpote quæ non vna, sed multiplex est.

Prima quidem est multitudinis, quoniam tres sunt acerrimi hostes, caro scilicet, mundus, & diabolus: contra quos ipsi soli parum possumus, quum ne Hercules quidem contra duos valuisse dicatur.

Secunda est varietatis eorum tentationis, quum non vna tantum, sed multiplici specie tentent. Siquidem caro suggerit voluptatem, mundus vanitatem, diabolus iniquitatem. Caro mollia, mundus inania, diabolus mortifera. Caro infestat per lasciua desideria, mundus per prospera & aduersa, diabolus per turpitudines & vitia.

Tertia falsitatis,, quandoquidem prætextu virtutis & bonitatis tentant, maxime diabolus, qui ob id mille artifex dici cœpit, quoniam multa vitia virtutis specie palliat, transfigurans se in angelum lucis: prætextu prouidentiæ, auaritiam: misericordiæ, remissionem indebitam: iustitiæ, crudelitatem: zeli & rectitudinis, furorem: vtpote fraudulentissimus mercator, vendens fragmenta fictilia pro lapidibus preciosis, vitrum viride pro smaragdo, cuprum pro auro, stannum pro argento, quemadmodum satis abunde probauit in protoplastis. Nec minus falsus est hic mundus, totus in maligno positus, vna cum carne semper falsificante.

2.Cor.11 — Gene.3 — 1.Iohã.5

Quarta assiduitatis & frequentiæ, quandoquidem illi tres tentatores nusquam nec vnquã tentare cessant, nec dormiũt, sed vigilant quẽ deuorent. Quocunque nos vertimus, tentationũ laqueos adcapiẽdum nos inuenimus, vndique & omni tempore istorum bella insurgunt, tela volãt, tentamenta & pericula minantur, in esu & potu, in verbo & opere, in vigilia & somno, in cogitatione & delectatione, in diuitijs & paupertate, in patientia & rigore, & in omni id genus materia occurrente. Siquidem carnem nec fugere, nec fugare possumus: circunferre hanc necessum est, quoniam alligata est nobis. perimere non licet, sustentare cogimur: cum illam impinguamus, hostem aduersus nos nutrimus, quoniam sana nobis aduersatur. Mundus vero per quinque corporis sensus, quasi per portas, sagittis suis vulnerat nos, & mors quasi per fenestras nostras intrat. Diabolus vero, quem videre nequimus, proinde periculosiorem, tetendit arcum suum, & in eo parauit sagittas suas, vt sagittet nos in auro & argento, & in omnibus ijs quibus abutimur, quum illis male delectamur.

1.Petr.5 — Psal.7

Qui proinde sufficeremus tot ac tantarum totidemq; potentiarum tentatoribus, scilicet mundo, carni & diabolo, quum vel hic solus plus quàm contra nos esset validus ad inducendum nos in tentationem, quando, Iob teste, non sit super terram potestas, quæ illi valeat comparari, vtpote cunctis animantibus callidiori? Sola igitur gratia diuina est, quæ nobiscum contra tot tamq; potentes inimicos, & eorum insidias, præualere potest, sine qua & ab ea destituti, tam valemus, quàm valent equi, quibus frenum quo regantur, sublatum est, quos necessum est in præcipitium duci: quàmq; valet nauis, cui remus & gubernaculum, quibus fluctus aquæ compescuntur, ablatum est, quam necessum est in periculum & naufragium induci.

Iob.41 — Gene.3

Insufficientes igitur cũ simus nostris viribus resistere prorsus eiusmodi tentationi nostrorum hostium, non superest aliud, q̃ vt recurramus tentati ad patrem cœlestem, petentes ex doctrina domini, Et ne nos inducas in tentationem: more filiorum, qui, si ipsis imminet periculum discrimenve, nullius quàm patris opem in primis implorant. Ita & nos, iussu Iesu Christi, in medio laqueorum positi inter truculentos hostes, carnem, mundum & dæmonem, ne nos superent tentationibus, initio confugiamus ad patrem nostrum cœlestem, qui solus potentissimus est, imo omnipotens, deuoto humiliq; corde orantes, ne nos inducat in tentationem. Id est, ne permittat, vt deserti eius

gratia

gratia & adiutorio, vel per blanda vel per aspera in tentationem per consensum inducamur, ne alicui tentationi vel consentiamus decepti, vel cedamus adflicti, non sinat contra nos praeualere tentatores, in haec verba dicentes: Et ne nos inducas in tentationem. Id est, Pater noster qui es in coelis, &c. oramus vt nihil contra nos praeualeant aduersae potestates, quarum &si voluntas mala, potestas tamen, nisi quantum tu dederis ad nostri exercitium, penitus est adempta. Et quoniam non expedit, omnino non tentari, oramus vt tentatio ipsa, quam nos ferre disponis, sit peccatorum nostrorum purgatio, sit nostrae infirmitatis certa cognitio, ac per haec vera nostri humiliatio, sit per tui assistentem gratiam meritorum & victoriae cumulatio. Tu enim es fidelis ille dominus & pater, qui non permittis nos supra id quod possumus, tentari. Da ergo, quaesumus, cum tentatione prouentum, vt possimus sustinere. Non est in nobis pater clementissime, vnde tantis oppugnatoribus resistamus, vnde laqueos tam multiplices & latentes deprehendamus & euadamus, nisi te solo duce, qui solus es qui operaris in nobis velle & perficere pro bona voluntate. 1.Cor.10

Ita sane orandum est, fratres, ac ita nos tentatos orare docuit Christus, & quidem ob certas causas.

Prima earum est, vt sic recordemur nostrae infirmitatis & imbecillitatis, vt qui nobis solis nihil sumus, sed quod sumus, gratia dei sumus, sine qua nec digitulum leuare valemus.

Secunda, vt admoneamur, a quo accepimus haec beneficia resistendi tot tentationibus, tamque periculosis insidijs, nimirum a deo patre optimo, cui, praecedente humilitate & submissa confessione, totum dari debet, & quicquid suppliciter petitur, ipsius pietati debere pstari, ac simul dici: Non nobis domine, non nobis, sed nomini tuo da gloriam. Psal.113

Tertia, vt sciamus, contra nos aduersarium nihil posse, nisi deo permittente, voluntateque nostra accedente. Hinc est quod iste ad Christum alibi; Si filius, inquit, dei es, mitte te deorsum, vtpote tentare, non autem praecipitare, nisi Christo volente, potens. Mat.4 Luc.4

Superest proinde, vt saltem tentationibus inimicorum efficiamur, deo adiutore, superiores: extinguamus eius auxilio omnia tela nequissimi ignea, carnem spiritui subigamus, mundum cum sua concupiscentia abijciamus: & ita muniamur diuino praesidio, vt non praeualeat nobis inimicus, neque se victorem glorietur, sed laeti concinamus domino: Qui tribulant nos inimici nostri, ipsi infirmati sunt & ceciderunt. Id quod proculdubio factu ri sumus, vbi vere orauerimus: O noster pater qui es in coelis &c. Ne nos inducas in tentationem, oramus, addas scutum veritatis & patientiae, quatenus spiritu pietatis praeuenti, mansueti ad omnes, in patientia animas nostras possideamus in praesenti, vt terram viuentium possidere mereamur in futuro, & ab omnibus tentationibus perpetuo liberari. Psal.26 Luc.21

DE PETITIONE SEPTIMA. Cap. XV.

Sed libera nos a malo.

SOlent filij, videntes aliquam sibi imminere adflictionem, vtpote morbum,calamitatem,tribulationemve,non nisi ad patrem, cui plane confidunt,confugere, & in eius sinum se totos proijcere: petentes obnixius ab illo,vt ab impendenti illa tribulatione,angustia & calamitate, eius auxilio liberentur. Ita & hac petitione orationis dominicæ septima, docet nos Christus non alio confugere,q̃ ad patrem cœlestẽ,vbi malum imminens plus nimio nobis exitium minetur:quandoquidem ipse solus est adiutor noster & præseruator,malorumq; omnium benignus propulsator, idemq; solus,propheta dicente,nostrum refugium & virtus,adiutor in tribulationibus quæ inuenerũt nos nimis. Qui vbi pie a nobis inuocatus fuerit,nunq̃ nos deseret in die necessitatis. Oculi eñ ipsius super metuentes eũ,& in eis qui sperãt sup misericordia eius,vt eruat a morte animas eorum,& alat eos in fame.

Psal.48

Psal.32

Scitu autẽ hac est parte dignum,malum esse aliquod,quod culpæ dici solet,quod male agendo contrahitur: cuiusmodi est furtum,& homicidium. Atqui id verum est malum, idemq; maximum, quia nos a deo separat. De quo quidẽ malo scriptura: Videns,inquit, deus q multa malitia hominũ esset in terra,& cuncta cogitatio cordis intenta esset ad malum omni tempore,pœnituit eum quòd fecisset hominem. Et alibi Moyses ad dominum: Nosti,inquit,populum istum,quòd pronus sit ad malum. Quibus & in alijs q̃plu ribus locis,malum idem est quod peccatum, de quo hic sermo non est:sed fuit supra in quinta petitiõe,qua petiuimus,vt deus pater dimittat nobis peccata nostra. Est & aliud malũ,quod malum pœnæ dici solet,quod plerũq; deus ob mala commissa immittit,de quo ipse per prophetã deus: Ego,inquit, dominus creans malũ. Et rursus dicit scriptura: Quia dereliquerunt dñm deum suũ,idcirco induxit dñs super eos omne malũ. Quo nimirũ modo, malum dici solet etiam a Latinis scriptoribus omnis vel corporis, vel fortunæ, vel famæ calamitas, vel quæcunq; temporalis miseria, cuiusmodi est ægritudo corporis, despectio personæ, paupertas, fames, & hoc genus malum reliquum, quo plenus est mundus. De quo quidẽ malo hac in parte nobis est sermo,a quo nos a deo patre liberari petimus, recto nimirũ ordine.

Gene.6

Exo. 32

3.Reg.14

Esa.45

3.Reg. 9

Siquidem præcedenti quidem petitione postulauimus, nos eripi a malo culpæ imminentis aut instantis, cuiusmodi est tentatio & occasio ad malum culpæ: nunc præsenti petitione postulauimus, nos liberari a malo pœnæ præsentis vitæ, itidem & futuræ, dicentes: Sed libera nos a malo. Quanta vero, & quàm multa sint huius seculi mala, non tam quis perfecte enarrauerit, quàm quotidiana experientia commonstrat. Hac profecto, inquam, experientia discimus, nihil plane in hoc mundo aliud esse, quàm laborem, dolorem, & spiritus adflictionem, & sic vniuersa hic habere sub sole, vt nihil sit in eis vere iucundum: sed transimus de vna calamitate in aliam, adeo, vt nulla sit calamitas sola: acsi prosiliremus ab aqua

in ignem, & inde rursus in aquam, vtpote quòd neutrum ferre possimus.

Atque solet propterea fieri, vt omnis laboris remedium, alterius laboris initium sit. Tam quoque laboriosa præsens est vita, tamq; falsa in illa omnis voluptas, & nulla gaudij securitas, vt rectè Iob conquestus dixerit: Homo natus de muliere, breui viuens tempore, repletur multis miserijs. Qui quasi flos egreditur & conteritur, & fugit velut vmbra, & nunquam in eodem statu permanet. Imo tam rectè quoque dicit inter alia, quæ breuitatis gratia transeo, Ecclesiastes: Cuncti dies hominis doloribus & ærumnis pleni sunt, nec is per noctem mente requiescit. Vidi cuncta quæ fiunt sub sole, & ecce vniuersa vanitas & adflictio spiritus. Atque hinc est, quod ethnici etiam num considerantes tot tamq; ærumnosa huius mundi mala, censuerint non nasci, optimum, aut quàm ocyssime aboleri. Qui nec impij propterea iudicari debent, quum nihil hac in parte opinati sint, quod dissonum possit esse a pijs. Inter quos pijssimus ille Ecclesiastes ait: Laudaui magis mortuos, quàm viuentes, & feliciorem vtroque iudicaui, qui necdum natus est, nec vidit mala quæ sub sole fiunt. Quid multa? Non defuere, qui putarunt tot ac tantis hanc vitam malis & miserijs repletam, vt comparatione eius, mors remedium esse censeatur, non pœna: quam vel ideo breuem fecerit, vt molestiam eius, quæ prosperitate vinci vel tolli non poterat, temporis exiguitate finiretur. Hinc fuere, qui hoc genus in hoc mundo malo altius paulo animaduertentes, ex animo mori optarunt. Inter quos Dauid: Heu mihi, inquit, quia incolatus meus prolongatus est, multum incola fuit anima mea. Et Tobias ille senior aiebat, orans: Et nunc domine secundum voluntatem tuam fac mecum, & præcipe in pace recipi spiritum meum. Expedit enim mihi mori magis quàm viuere. Et Paulus aiebat: Cupio dissolui & esse cum Christo. Ac idem alias: Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius?

[Margin: Iob.14; Eccles 1.4; Plì lib.7 in prol.; Eccl.4; Psal.119; Tob.3; Phil.1; Roma.7]

Quum proinde tot ac tanta sint in hac vita tam corporalia, quàm spiritualia mala, a quibus nemo possit nos, quàm deus, salutarius & certius liberare: nõ immerito ad ipsum vel solum, vel incessanter, clamare cogamur: Sed libera nos a malo.

Primo non obstat dicere, quòd haud conueniat orare, vt ab ijsce malis nos eripiat, quoniam hæc nostra vita exigit, deo sic sapienter ordinante. Hinc enim quondam in mũdi exordio dixit ad hominem: Maledicta terra in opere tuo. In laboribus comedes ex ea cũctis diebus vitæ tuæ. In sudore vultus tui vesceris pane tuo, donec reuertaris in terram, de qua sumptus es. Atq; ideo Christus ad discipulos: In mundo, inquit, pressuram habetis: sed confidite, Ego vici mundum.

[Margin: Gene.3; Iohã.16]

Secundo nec obstat, quòd hæc mala vniuersa deo volente & faciente fiunt, ipso dicente: Ego sum dominus creans malum. Et propheta: Non est, inquit, malum in ciuitate, quod dominus non facit. Iam vero constat, nos non debere resistere voluntati diuinæ, sed orare, vt hæc fiat in terris vt in cœlis. Ergo

[Margin: Esa 45; Amos.3]

præcipitant suos possessores: ideoq́ minima mala dici cœpta. A quo, scilicet malo iniquitatis, quod per huius seculi mala possit obuenire, si ob nostram orationem a patre cœlesti præseruemur: satis a malo, quod pœnæ istæ inferũt, liberamur, etiam si incessanter nos crucient & infestent. Non enim aliter ora mus liberari ab huius seculi malo, q̃ vt nobis non noceat, & ad malum futuræ pœnæ in alio seculo non deducat. Et erit sensus: Et libera nos a malo, id est, o pater noster qui es in cœlis &c. sciens nos malis & periculis, tribulationibus & flagellis præsentibus subsistere non posse, sed nec futura ex nobis cauere: oramus, libera nos a malo a foris adfligente, intus nos ad malum culpæ propellente, & ad bonum non promouente. tribulationem nostrã sic tua gratia moderare, vt in nullam per eam incidamus impatientiam vel iniquitatem aliam, quo simus deinde in alio seculo liberi a malo gehennæ & pœnæ æternæ.

Ad hunc sane modum sæpenumero dei electi in angustijs constituti, se a malo huius mundi liberari rogarunt, de quibus in hæc verba Dauid: Clamauerunt iusti, & dominus eos exaudiuit, & ex omnibus tribulationibus eorum liberauit eos. Ita nimirum Helias petijt a domino, vt submoueret malum sterilitatis terræ & famis. Et Salomon contra mendicitatem, ne paupertate coactus, furari aut quid mali aliud facere posset. Et Apostolus quoque hoc seculi malo plus nimio adfectum se testatur, dicens: Nullam requiem habuit caro nostra, sed omnem tribulationem passi sumus: foris pugnæ, intus timores, &c. Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Hoc nimirum pacto alibi Salomon euidenter ostendit, nos pie deum orare posse, vt nos ab huius mundi malis liberare dignetur. Vnde catholica ecclesia permota, non incassum instituit Letanias publicas & priuatas orationes ad deum fundendas tempore pestilentiæ, famis & belli, idq́ genus aliorum malorum, vt ab ijs deus ipse optimus & maximus ad modum, quẽ diximus, nos eripere dignetur.

Psal.33 | 3.Re.17.18 | Iaco.5 | Luc.4 | Prou.30 | 2.Cor.7 | Roma.7 | 3.Reg.8

Ex ijs modo vel omnibus non obscure constabit, eos haud omnino exorbitasse, qui hãc particulam, Sed libera nos a malo, discretam fecerunt, & eandem septimam in ordine petitionem: quum sint inter neotericos, qui ipsam velint duntaxat prioris esse petitionis partem, & expositiuam: moti, quoniam huius mundi malum nullo sit pacto a deo deprecandum, quum quoque, Chrysostomo & Theophylacto testibus, per malum hic, vti & in alijs scripturæ locis, cacodæmonem accipere debeamus: quando quidem diabolus, ὁ πονηρὸς, id est, malus & prauus, ob suam excellentem malitiam vocetur. Accedat etiamnum, quòd clausulæ, Et ne nos inducas in tentationem, sequatur τοῦ coniunctio, scilicet aduersatiua. Imo, quod plus sit, Lucam propterea obmittere clausulam hanc, Sed libera nos a malo. Quæ hoc doceat petendum: O pater cœlestis, nõ permittas nos libidini tentatoris, sed prorsus ab ipso malo nos libera, vt nihil omnino in nos iuris habeat. Equidẽ vt in istorũ opinionẽ facile cõcedã, ita nõ difficile eorũ ratiões, quas cõtra expositionem diu ab ecclesia receptã, adducũt, conuinci posse crediderim: cũ q aliquo modo, vt di

1.Ioh.2 | Mat.13 | Ephe.6 | *ἀλλὰ

ctum est, huius mundi malum deprecari possumus: tum quia rarenter Latini autores voculam malus, vt ipsi vsurpant, accipiant sine substantiuo. Atque interim non clam est, coniunctionem sed, non semper esse aduersatiuam: imo etiam aliquando copulatiuam, eandemque inceptiuam, pro atque, vt apud Terentium: Sed Pamphilum video. Nec est quod Lucas particulam, Sed libera nos a malo, obmittit: quum sufficiat, quòd eam Matthæus hac in oratione ponat, &c.

DE SIGNIFICATIONE ET EFFICAcia verbi Amen. Cap. XVI.

AMEN.

HAc sane dictione dominus totam orationem præmissam concludere docet. Est autem Amen, dictiuncula nec Græca, nec Latina, sed Hebraica, tres habens significationes.

Primo quidem quasi nomen, idem est quod verax, vel veritas, veluti Apocalypsis ait: Hæc dicit Amen, testis fidelis & verus. Vtique Amen, id est, veritas. Hoc tamen modo, hanc ipsam voculam rarenter puto vsurpatam. (Apoc. 3)

Secundo, idem est quod Vere & Fideliter, vt sit aduerbialis dictio adfirmandi, iuxta interpretationem Aquilæ, ad verbum ex nomine fidei dictum. Quo in significatu dominus est vsus hac vocula, dicens: Amen dico vobis, quia publicani & meretrices præcedent vos in regno dei. Et iterum: Amen dico vobis, non perdet mercedem suam. Et alibi: Amen dico vobis, quia non præteribit generatio hæc, donec omnia fiant. Et alias: Amen amen dico vobis, si quid petieritis patrem in nomine meo, dabit vobis. Et in perque plurimis alijs scripturæ locis, maxime euangelij. (Mat. 21; Marc. 9; Iohā. 16; Luc. 21)

Tertio, secundum interpretationem septuaginta interpretum, idem est quod verbum, fiat, optandi significationem & vim habens, quo desiderium petentis exprimitur. Siquidem hoc verbo in hunc modum & hac in parte sumpto, orans ex animo optat, vt oratus velit petita sic habere rata & firma, vt impleantur.

Prima vero huiusce verbi efficacia & virtus est, quòd non aliter orationem concludit optando, quâm sigillum, Hieronymo teste, concludit literas. Atque hinc est, quod finitis quondam sacerdotis ad deum precibus, ex animo populus dicere solebat, Amen: optantes, vt deus optimus fieri vellet, quod loco omnium sacerdos petijt ab eo. Quemadmodum & hoc loco compleri perficique petimus, quæ a patre cœlesti dominica oratione supplices oramus. Q. d. O pater cœlestis, vtinam per te fiat ac concedatur, quod tantopere a nobis petitum est. Atque vtinam, o pater, hæc vota nostra, tua bonitas rata velit esse, vt desiderij nostri participes futuri simus. (Deut. 27; Neem. 8; 2. Esdr. 9; Tob. 9)

Secunda virtus est, quod hoc verbo recolligimus intentionem super omnia præcedentia quæ petita sunt. Et si quicquam ex fragilitate humana (vt fieri solet) per distractionem mentis in oratione absque actuali intentione pertransitũ

transitum fuerit,ad intentionem redit,dicendo:Amen. vtpote q hoc verbo, quæ dicta sunt,vere memorentur. Vnde Paulus adserit alibi,cum non posse respondere Amen,qui,quæ dicta sunt,non intelligit. 1.Cor.14

Iam vero,quanuis hæc ipsa vocula Amen,ab interpretibus,tam Græcis quàm Latinis,verti potuisset integra,tamen ab omnibus & in suo quidem natiuo,scilicet Hebræo,idiomate mansit vsque in hæc tempora.

Primo quidem,propter venerandam illius antiquitatem,vtpote qua primum vsus fertur deus Opt. Max. a mundo condito, quum dixit, Fiat,id qd valet in Hebræo,Amē. Est autē ipsa senectus suo veluti iure venerabilis. Gene.1 Sap.4

Secundo,propter eius maiestatem & magnificentiam. Siquidem non est verbum aliud, quo deus magnificentiora operatus sit,quàm per verbum, fiat,id est,Amen. Hoc enim verbo deus maximus cœlum & terram, & quicquid vtrobique clauditur,potentissime creauit,vtpote qui dixit,fiat, & facta sunt. Hoc etiamnum verbo nos ille perditos reparauit,dicente deipara virgine ad angelum Maria:Fiat mihi secundum verbum tuum. Quo prolato,verbum est caro factum. Hoc denique verbo seruator noster Iesus Christus opus nostræ redemptionis consummauit,in horto ad patrem deuotissime dicens: Si non potest transire calix iste,nisi bibam illum,fiat voluntas tua. Gene.1.2 Psal.32 Psal.148 Luc.1 Iohan.1 Mat.26 Marc.14

Tertio,propter confidentiam illius & exauditionis potentiam,vtpote qua voce quoties Christus est vsus,petentes,sui voti certo facti sunt compotes. Quia enim ille dicebat ad centurionem,Fiat tibi sicut credidisti,ilico sanatus est puer eius. Quoniam & ille ad mulierem Cananitidem dicebat,Fiat tibi sicut vis: statim & ex ea quidem hora,filia eius sanata est. Hinc,quod & Rabanus hoc testatur loco,quia hic dominus dixit,Amen:subindicat,indubitanter a deo nobis conferri omnia,quæ rite postulauimus,modo non negligamus seruare pactum conditionis adiectæ, nimirum vt ipsi nostris dimittamus debitoribus. Mat.8 Mat.15

Superest igit̄,fratres dilectissimi,vt si hac oratiōe nostra dominica preces nostras ad deum patrem nostrum cœlestem profuderimus,illas easdem preces ad finem deuotius feruentiusque recolligamus, deuotissime concludendo dicentes:Amen. Et in hunc quidem,vel hoc genus sensum:O pater noster,qui es in cœlis &c.fiat,optamus & quæsumus,quod precati sumus:ratum digneris habere votum nostrum:perfice tu verba & vota nostra,per dominum nostrum Iesum Christum filium tuum vnigenitum dictata, & ori nostro commendata:compleas ea,oramus,& dic,fiat. Siquidem parum est,quod ipsi dixerimus, Amen vel Fiat optando, nisi tu dicas Amen imperando, id est, fiat: quandoquidem dicere tuum, est facere: tuoque iussui & nutui pareant oportet omnia. Esa 46

Hæc hactenus ad hæc vsque verba,toto passim orbe ab vniuersis Christo fidelibus obseruata est a Iesu optimo instituta oratio. Quàm recte vero nonnulli vel Chrysostomi tempore codices reperti,& adhuc a recentioribus *reperti(vt ipsi dicunt)proferantur,in quibus adiecta videntur,quæ paulo post sequuntur verba,subinde videre est.

AN ORATIONI DOMINICAE POSSIT quicquam contra catholicæ ecclesiæ consuetudinem addi. Cap. XVII.

QVia tuum est regnum, & potentia, & gloria in secula seculorum. Hæc verba sic addita, modo reperiri in aliquibus codicibus non improbauerim, nec prorsus probauerim. Quia siue illa addita a domino ipso, siue deinde, quod magis crediderim, a quopiam adiecta fuerint, haud est vt improbē, quoniam plane pia sunt, & iuxta scripturam, nec interim ijs, quæ dicta sunt & perorata, omnino dissona. Ad eam quidem orationem, quæ repulsam ferre non debet, plane requiritur, ꝙ, quem rogamus, dare possit quod ab eo rogatum est, & quidem cum ipsius decoro sine dedecore. Id quod patrem cœlestem facere posse, hisce verbis ostendimus, dicentes: Fiat, quæsumus, domine pater, vt nos a malo liberes, quia idipsum facile potes: quum ipse sis totius regni rex, & tibi sit virtus & potētia, qui ob id nō modo nō habeas formidare, sed & ipse conuictum se abs te fatetur aduersarius, quoniam subiectus est tibi volens nolens, qui nobis insidiatur, tentando vel huius mundi malis, quatenus duntaxat contra nos valens, quatenus tu permittis, solus rex gloriæ, dominus fortis & potens, & in prælio dominus virtutum. Libera proinde nos a malo. nam & hoc ipsum non modo facere potens est, nec nobis vtile tantum est idem, verum gloria liberationis est tua: & hæc ipsa vsque adeo cessura in tuam est gloriam, vt liberati per te, non possimus non dicere: Non nobis domine, non nobis, sed nomini tuo da gloriam: quia solus es tu, qui in nobis omnia operaris, idemq́; operaris bona. sine te nihil possumus, in quo omnis nostra sita est sufficientia. Quæ nimirum veridica a nobis confessio, liberatis per te nobis, tua est gloria: atq; hinc fiet, ꝙ omnia nostra, & vniuersa quæ nostrarum sunt virium, te laudabunt, te prædicabunt, teq́; extollent. Dic ideo vt fiat, quod te supplici animo obtestati sumus, & obtestamur.

Heb.2 | Psal.23 | Psal. 113 | Iohā.14 | 2.Cor.3

Præterea nihil est verborum, quod non congrue possit ad præcedentia necessario referri. Siquidem tuum est regnum, respondet ad illud quod petitū est, Adueniat regnum tuum: ne quis diceret, Deum non habere regnum in terra. Quod vero dicitur, Tua est virtus & potentia: respondere videmus ad id, quod precati sumus, Fiat voluntas tua, sicut in cœlo, & in terra. Ne quis diceret, deum non posse facere quod vult. Quod autem dici solet, & tua est gloria, respondere videtur ad omnia quæ sequuntur, in quibus dei patris gloria apparet. Et videntur hæc nimirum verba prorsus desumpta ex oratione Dauidis, inter cætera in hæc verba orantis: Benedictus dominus deus Israel patris nostri ab æterno in æternum. Tua est domine magnificentia, & potentia, & gloria, atque victoria, & tibi laus. Tuum domine regnum, & tu es super omnes principes. Tuæ diuitiæ, & tua est gloria, tu dominaris omnium.

1.Par.29

Nunc licet hæc verba nihil improbauerim, quādo pia sint & scripturæ cōsona, nō tamen prorsus probauerim, vt ea dominicæ orationi actutum inserantur, vtpote ꝙ suspicemur ea nō a domino, sed a quopiam alio fuisse adiecta:

cta: cum quod non fuerit moris Iesu Christi, sic quæ dicere solitus, de verbo ad verbum transscribere ex scriptura, nisi quum sententiam aliquam scripturis perinde compulsus, approbaturus erat. Deinde, quæ in ijs verbis ad petita referri videntur, haud obscure desumuntur & colliguntur ex auspicio orationis dominicæ, Pater noster qui es in cœlis. Denique, quod in plerisque omnibus codicibus dictiuncula optandi, Amen, præcedat hæc verba, in signum quod illa ad orationem ipsam dominus haud quaquã addiderit, vt quæ iam ea dictione quasi signaculo quodam, clausa & obsignata esset. Postremo, multis ab hinc temporibus nemo Christianorum dominica oratione, hisce adiectis verbis, vsus est, vt quæ nec in om̃ibus libris posita fuerint, nec apud nos in vsu lõgo tẽpore habita. Quo fit, vt facile suspicemur, eiusmodi verba hac in parte non esse domini, vtpote quæ nec necessario voluerit coniunctum iri. Mat.4.11 Luc.4. Matt.22.

Iam vero quis tam dubius & anceps, hoc quidquid est verborum, orãdo intercludat & adijciat, qui serio dictum nouit a deo optimo maximo: Nõ addetis ad verbum quod vobis loquor, nec auferetis ex eo? Tametsi proprie aliqui sit addere, quod domini verbo sit contrarium, vt alias in Catholicis & Homilijs nostris, tum & in Crisi nostra abunde docuimus: tamen non est, quod hoc loco multis morer, maxime quod ex dictis haud obscure appareat, verba præfata a domino prolata non esse, sed a quopiam expositore adiecta, quę nec aliquot ab hinc seculis ab aliquo vel scripta, vel dicta fuere. Id quod euidenter hinc fit perspicuum, quia horum verborum nullam plane faciũt mentionem Thomas Aquinas & Nicolaus Lyranus, Euangeliorum interpretes, vt non omnino veteres, ita veterioribus, quorum legendo studiosissimi fuere, nullo prorsus pacto vel eruditione vel vita inferiores, quorum ille anno post Christum natum M.CC.LXXIIII. sub imperatore Arnolpho obijsse, hic vero post Christum natum anno M.CCC.XXX. claruisse traditur. Vnde facile coniicimus, illorum temporibus verba in dominica oratione prædicta, ne in codice quidem Euangeliorum fuisse posita, quæ nec Chrysostomus adseuerat ad ipsam oratiõem pertinere, præsertim quæ nec stylũ sermonis Iesu Christi seruare conspiciuntur. Nusquam enim in euangelio videre licet clausulã, In secula seculorum, sed vel aliam huic forte non dissimilem. Puto igitur hac in re standum vsui catholicæ ecclesiæ, veritatis columnæ & firmamento. Sin est, qui malit inibi contentiosus esse, haud est quod respõdeam, q̃ quod Apostolus olim Corinthijs: Nos talẽ cõsuetudinẽ nõ habemus, neque Ecclesia dei. Deut.4. Deut.12.28. 1.Tim.3. 1.Cor.11.

PRAEFATIO IN IPSAM ANGELICAM SALVTATIONEM. Caput XVIII.

QVVM superioribus diebus apud non parum multos in quæstionem veniret, propter quodnam potissimũ peccatum Turca, truculentissimus videlicet iste Christiani nominis aduersarius, multis iamolim annis vsque adeo magis ac magis aduersum nos inualesceret, quandoquidem constaret om̃ino, tantam illi cõtra nos tyrannidem a deo maximo, propter enormia nostra in ipsum peccata, serio permissam: me respõ

dere memini, propter horrēdam penecp blasphemā nostram ingratitudinem & iniuriam in gloriosissimam illam,eandemcp modis omībus dignissimā,de iparā virginem Mariam: quæ suam pro nobis hactenus opem apud vnigenitum filiū suum,non solū iure suo negaret ac subtraheret,sed & merito subtractam,cōferret contra nos aduersario Turcæ,qui, pro nobis olim eadē ipsa gloriosiss. virgine, propter nostras ad ipsam corā filio suo Iesu Christo preces intercedente,non secus vinci cœptus esset,atcp nunc,subtrahēte suas illa nobis suppetias propter remissas nostras ad eam preces, ita vinceret,superaret, triūpharet,& inualesceret alter ipse Nabuchodonosor,alter Pharao,alter Antiochus,alter Sēnacherib,aut si quispiā est illis crudelior,vt breui (qđ deus ꝓpicius auertat) toti esset terrarū orbi dominaturus,ita deo ipso maximo nostrā in ipsum,adeocp in eius matrē sane laudatissimā, ingratitudinē & iniuriā iuste seueritercp vindicāte:fiericp propemodū nunc solere,quod factum traderet scriptura,pugnāte quondam cōtra Amalech Israele. q̄diu enim Moses suis ad deum precibus pro Israel intercessisset cōtra Amalech, tam diu Israel vicisse: Mose vero preces paululū remittente,vicissim superasse Amalech.

4.Re.25. Exod.1. 1.Mac.1. 2.Par.32. Tob.1. Esa.36.

Exo.17.

Sane perhibent annales veridici,quum olim Turca,tyrannus (inquā) omnium facile superbissimus, nec aliter a deo propter scelera nostra,q̄ Pharao vel Nabuchodonosor contra nos excitatus,in nostrates ita ferme primum sæuire cœpisset,vt ijs ob hostis inauditam tyrannidem plus q̄ stupefactis & ꝑterritis,esset in fuga suprema pene salus reposita, nec esset qui tāto posset aduersario resistere: cœptum esse tandem ab ipsis contra istum ad gloriosissimam illam cœli terræcp reginā,virginē,inquā,Mariam,nō aliter atcp ad sacrā quandam ancoram,haberi refugium: moxcp pro pia ad eam apud ipsius filium intercessione,toto passim orbe constitui,decretocp mādari,vt bis saltem singulis deinceps diebus illa ab vniuersis Christo fidelibus apud filiū Iesum,nō secus atcp gratiosissima quædā corā ipso mediatrix & interuentrix,implorarēt per sacrosanctā illā Gabrielis archangeli ex Luca salutationem, pulsis ad perpetuā huius institutionis memoriā campanis.factū deinde, vt nostrates eatenus aduersario ꝓualuerint,quatenus illam deuoto syncerocp corde salutauerint,salutādocp implorauerint. Quod hostis ipse, q̄libet alioqui bis irreligiosus & impius,animaduertēs,nihil magis odio tum habere cœpit, q̄ ad eandem salutationē cāpanarum,quas appellāt,pulsationē,nō quia vscp adeo virginem Mariam exosam haberet,verum quia non ignoraret, facto pulsu, illā contra ipsum a Christianis haud sane frustra ꝓ suppetijs implorari: q tamē interea plus fortasse honoris & reuerētiæ,gloriosissimæ illi deiparæ virgini deferat,q̄ nos,qui nescio q̄ vere Christiani volumus & esse & haberi: nempe nō immemor legis Alchoranicæ,in qua Mahometh,antesignanus ille,idemcp ꝓcipuus Turcicæ tyrannidis & impietatis autor, vel coactus ipsam gloriosissimam deiparam virginem Mariam in hæc verba venerari fertur:

Exo.8.9.

Lucæ 1.

> O Maria,deus vticp elegit te,& purificauit te,& prælegit te,claram super mulieres seculorum.

Hæc iste, quantumuis alioqui Christianæ religionis infensissimus hostis.

An

An non fuerunt hactenus ex nostris, Mahumeto longe detestabiliores & execrabiliores, quos sub hæc nouissima tempora non puduit virginem illã, supra q̃ dici potest indigne, redigere in ordinem, quã etiam hostis ille superbissimus, ex omnibus omnium seculorum mulieribus, a deo prælectam fatetur? Sed & plus q̃ perfricta fronte, memoriã illius nunq̃ satis laudatam, nec vnquã intermorituram, vel deo ipso maximo per sacram scripturam reluctante, prorsus extinctam voluerunt, vt qui sane bis terq; impij et ingrati, superbenedictã illam & omnium profecto seculorum memoria dignissimam virginem, per quam nacti sumus quidquid vspiam veræ salutis est, nimirum salutis autorẽ Iesum Christum, benedictum illum ipsius virginei ventris fructũ: nolint nec salutandam, nec implorandam, pulsa etiamnum ad id campana, ea quidem salutatione, cuius initium est: Aue Maria &c. qua non fuit a mundo condito, nec alia vnquam futura, sanctior, nec excellentior, nec gratiosior, nec gloriosior, nec efficacior: vtpote quã deus ille optimus maximus non humano compositam inuento, in summo nimirum cœlo sic ex omni parte perfectam dictauit, vt inibi nihil possit ad ampliorem benedictæ virginis laudem nec addi, nec adimi: qua deinde de cælo ad terras delata, Gabriel non angelus solũ, sed & archãgelus, iussu sacrosanctæ diuinæq; maiestatis, ita serio nouoq; quodã modo gloriosissimã illam virginẽ salutauit, vt virgo alioqui fortissima, propter tam inauditã a seculo salutationis formulam, plane perturbata fuerit. Eccle. 44 Luc. 1.

Quãta vero tãtæ sit salutationis contra malignissimos quosq; hostes, & visibiles & inuisibiles virtus & efficacia, satis superq; fuit argumento prima salutationis illius pro defensiõe cõtra Turcas, institutio: in qua gloriosissima illa virgo per eandẽ salutationẽ veraciter implorata, sic istos deterruit, vt tum rursus approbata fuerit ex scriptura, terribilis vt castrorũ acies ordinata. Can 6.

Quũ proinde salutatio illa cœlestis apud non parũ multos schismaticos & hæreticos ita sit explosa, vt ne eius quidẽ velint haberi memoriã per campanæ pulsum, quẽ prorsus abrogarunt: apud nos vero ipsa sic parũ pensi habeatur, vt ad eius pulsum pinde surdescamus, vt quorũ pauci reperiãtur, q pro more nõ nuper recepto, sub tẽpus eiusdẽ pulsus vel genua flectũt, vel capita nudãt, vel hoc genus alio modo suas ad deũ mẽtes ea salutatione subleuãt, atq; hoc quidẽ pacto benedictissimã illã virginem potius maledicũt, q̃ benedicunt: fieri solet, Iesu Christo, benedicto ventris illius fructu, iuste permittẽte, vt tota quondam nostra per deuotã benedictæ matris ipsius salutationem cõtra Turcas benedictio, nunc cõtra nos pro Turcis versa sit in maledictionem.

Nec mirum quidem. Quum enim deus ipse maximus per Balaam ad populum suũ Israel dixit, Qui benedixerit tibi, erit & ipse benedictus: qui vero maledixerit tibi, in maledictione reputabit: quãto magis ad Mariã matrem suã, ex omnibus electissimã, dicit ab æterno: Qui benedixerit tibi, erit & ipse benedictus: qui maledixerit, in maledictione reputabitur? Dubio procul nõ poterit ille benedictus esse, qui maledicit virginem Mariã, quam dominus ipse tantopere benedixit, vt sit, angelo teste, super omes mulieres benedicta. Quã sane maledicit, qui vel frigide ipsam laudat, quod vituperare est: vel laudan- Nũe 24. Luc. 1.

rum, Paulo prophetãte, insipiẽtia eorũ manifesta fit omnibus. Nõne plus q̃ ridenda hæc est insania istorũ, quia nihil aliud credunt ad deũ & ad ipsius diuos dicendũ, q̃ orationẽ, qua quid petiť? Nõne hoc quidem pacto tollẽda fuerit e medio vniuersa scriptura, qua nõ secus cũ deo loqmur, atq; Scipio quõdam per historias descriptas cum eis, q dudum partim domi, partim bello de cesserãt? Ad quẽ sane modũ Abrahã dicebat ad diuitem apud inferos detentum: Habent Mosen & prophetas, audiãt illos. Nõne præterea plusq̃ ignaua est istorũ insipientia, q; existimẽt nihil esse nec dici posse orationem, præterq̃ illud, in quo contineatur desiderij nostri de eo quod a deo volumus habere, expressio, nec quenquã, nisi quum expresse quicquã petit, orare? quum tamen interea plus q̃ aperto liqueat, Orationem etiam esse diciq; adscensum mentis in deum, per pium & humilẽ affectum, ad quem nõ opus est quibuscuq; verbis in oratione, vti deus instruatur, per quem homo sæpius & citius a deo desiderata cõsequitur, q̃ per expressam petitionem, quando in ipso pietatis affectu omnis sit orandi virtus. Et nisi res ita haberet, ipsa nimirum catholica ecclesia plurimum erraret, quæ multos prophetæ psalmos vsurpat & habet, vti veras ad deum orationes, in quibus tamẽ nec ipsius petitionis verba, nec quæ ad petitionem suã pertinent, continere videnť. Nam quid orat ipsa, quum pro indulgentia peccatorũ legit aut canit psalm. Quare fremuerũt gentes? Deus venerunt gentes, Attendite popule meus, & hoc genus psalmos reliquos?

Quid etiã precabať expresse Susanna vxor Ioachim, dicẽs: Deus æterne, q absccõditorũ es cognitor, q nosti oĩa anteq̃ fiant, tu scis q̃niam falsum testimoniũ tulerũt cõtra me: et ecce morior, quũ nihil eorum fecerim, quæ isti maliti ose cõposuerunt cõtra me? Quid etiã orabat a dño expresse leprosus, ingens: Dñe, si vis, potes me mundare? Quid orabat expresse mulier fluxum patiens sanguinis, quum dixit: Si tetigero tantum vestimentum eius, salua ero?

Quid multa? Nisi res, vti dixim⁹, ita haberet, errarẽt & ipsi schismatici inť primos, suoq; se gladio conficerent, q psalmos vniuersos, nescio q̃ cõposite, in apertas ad deũ petitiões redegerũt, quarũ tñ nulla sit in psalmis expressio.

Quid, inquam, multa? Nonne oratio est, quę nullis etiam verbis fieri solet? Cuiusmodi fuit Annæ vxoris Helcanæ, quæ motis duntaxat labijs ad deum orasse, nec vlla vox ipsius audita esse perhibetur.

Quinimo oĩs iusti operatio quadãtenus oratio dici potest: & diciť (Augustino reste) semper orare, q iustus esse nõ desinit: & omne bonũ ad deũ desideriũ, esse orationẽ, & hanc eatenus esse cõtinuam, quatenus desideriũ est continuum. Quinetiã satis suis fidelibus laboribus iuxta Paulũ minister interpellat apud dñm suum, q̃uis nihil quo indiget, expresse precetur ab illo.

Et profecto nisi res ita haberet, quomodo posset implere quispiã, quod dominus cum suo Apostolo præcipit, inquiẽs: Oportet semper orare, & non deficere: &, Sine intermissione orate?

Ita nimirũ orat, quisqs gloriosissimã virginẽ Mariã pio affectu cum Gabriele salutat, ingens: Aue Maria &c. cum q̃a sine cõtrouersia bene agit, tum q̃a Mariam deiparam & in ea filium Iesum, deum & hominem laudat, & ob ipsius

2.Tim.3. Cicero li. 2.Offic. Luc.16. Psal.2. 78.77. Dan 13. Matth.8. Luc.5. Mat.9. 1.Re.1. Col.1. Ephe.5. Luc.18. 1.Thes.5.

us primum de cœlo euangeliũ, quod continetur in angelica salutatione, cum quadam gratiarũ actione gratulatur, secumq; desiderat & orat, idipsum euãgelium & huius virtutem & salutem in ipso nequaquam frustratum iri, sed fieri foreq; sibi semper aduersus quoscunq; hostes propugnaculum.

Per quod, intercedente apud benedictum sui ventris fructum Iesum Christum, gloriosissima virgine Maria, nõ dubitamus aliquãdo pœnitentibus nobis pro peccatis nostris, victum iri Turcã, vel si quis eo futurus est hostis vnq̃ quispiam crudelior. Vniuersa vero & singula, quæ præfati sumus, ita esse simulq; haberi posse, videamus Homiliaticam ipsius angelicæ salutationis de verbo ad verbum ex sacrosanctis scripturis Apologiam.

DE SALVTATIONE ANGELICA ET INterpretatione nominis Maria. Cap. XIX.

Lucæ 1. QVum proinde Gabriel archangelus a deo missus esset in ciuitatem Nazareth, vt ei nunciaret dei patris æterni decretum & consilium, nempe q̃ ipsa, virginitate illæsa, de spiritusancto conceptura paritura q; esset æterni dei filium, mundi saluatorẽ, Iesum Christum, in lege promissum, figuris præfiguratum, multisq; seculis antea prædictum, ingressus ad eam, cœpit eam salutare, dicens: Aue gratia plena. dominus tecum. benedicta tu in mulieribus.

Hæc prima est huius orationis pars, ab angelo dicta: secundam, q̃ cõstat ijs vbis, Et benedictus fructus ventris tui Iesus Christus, adiecit ecclesia ex vbis Luc. 1. Elizabethæ, q̃bus ipsa visitata diuã virginẽ salutauit. Declarabimus igitũ ambas partes sigillatim p̃ earũ verba, incipiẽtes p̃inde rem a noĩe Maria.

MARIA. Tametsi cõtextus euangelij non habeat, q̃ angelus ad ipsam virginem ingressus, nomen Maria expresserit, tamen legitimis ex causis Ecclesia sancta id nominis angelicæ salutationi subiunxit.

Prima est, quoniã legalis est præsumptio, angelum appellasse virginem nomine proprio, cum quia contextus euangelij prius hoc ipsum noĩs expresserit, quod, cogente sensu, venit per relationem in verbo vocãdi, Aue, repetendũ. nec potest nõ in ipso verbo subintelligi. Nec dubitatur, quin angelus hac ratione nomen Maria exptesserit, quod ob eam certitudinẽ euãgelista non censuit repetendum frustra, quum cõstaret expressum ab angelo: tum q̃ emphasis honoris erga Mariam, postulauerit nominis expressionem.

Secunda causa, quoniam censuerit ea nominis expressione ardentius excitari virginis adfectum ad nos, & ad proniorem impendendæ nobis misericordiæ alacritatem atq; prõptitudinem. Nam quis tantum nomẽ nominãs, non posset ac deberet accendi, recreariq;? quum hoc ipsum sit nouum illud nomẽ, Esai. 62. q̃d, dicẽte p̃pheta, Os dñi noiauit, nec impositũ fortuitu, sed ab euentu futurum, quum plane consonet cum ipsa re, naturã conditionemq; diuæ virginis omnino explicans ex suo ipsius interpretamẽto, q̃d triplex est;

Primo quidẽ Maria idem est, quod illuminata, quoniã vsq; adeo est a deo cunctis spiritussancti donis & reliquis splendidissimis virtutibus & dotibus illuminata, vt credatũ illa miraculosa esse mulier, quam Iohannes in Apocalypsi

psi viderit in cœlo sole amictã, lunã sub pedib⁹, duodecimq; in capite ceu coronã quandã stellas habentẽ, per quas vniuersæ virtutes & eædẽ irradiantissimæ sic intelliguntˀ, vt ad eam scriptura per Salomonẽ dicat: Multę filię cõgregauerunt diuitias, tu supergressa es vniuersas. Est enim hęc ipsa virgo Maria propter omnium virtutũ illuminationẽ speciosior sole, & super omnẽ dispositionẽ stellarũ: ideoq; merito Maria, id est, illuminata dici cœpta. Apo.12. Pro.31. Sapi.7.

Secundo Maria est illuminatrix, quoniã lumine suarũ virtutũ, nõ secus atq; splendidissimis exẽplis homines hoc in mundo illuminet ad eam imitandã. Cui propterea in veritate applicantur verba, quæ quondam figuraliter dicta sunt de sancta virtuosaq; muliere Ruth, ita sonantia: Vt hæc sit exemplũ virtutis in Ephrata, & habeat celebre nomen in Bethlehem. Præterea propter illuminationẽ virtutũ ipsius illustrium, ad eam ecclesia vnã cum choro angelico mirabiliter exclamat, inquiens: Quæ est ista, quæ progreditur quasi aurora cõsurgens, pulchra vt luna, electa vt sol? Sicut enim illa sidera suis radijs illuminant mundũ, & ad hoc singulariter creata sunt, sic virgo Maria suis virtutibus quasi quibusdam radijs illuminat homines in hoc mũdo, vt per eam procedãt ad verã illam lucem, quæ sua gratia illuminat omnem hoĩem venientem in hunc mundũ, quam ipsa virgo Maria felici partu protulit. Ruth 4. Cant.2. Deut.4. Gen.1. Ioh.1.

Tertio Maria idem est, quod stella maris: quoniã vti maris stella ducit nauigantes in pelago, ne periclitentur, sed vnã cum mercibus suis salui perueniant ad portum littusq;: sic quoq; nos miseri peccatores, non secus atq; nautæ in hoc mundo, qui multis ex causis pelago cõparatur, ductu & radio lucidissimæ illius stellæ Mariæ, nostram nauem bonis operibus refertam, ducere possumus saluam & incolumẽ in portum ac stationem beatitudinis æternæ.

Si propterea, peccator, vẽti tentationum insurgũt, nec vis obrui: si incurris in scopulos tribulationum, nec vis deficere: respice illam stellam, voca Mariam, quia non est solum stella maris, sed est & nobilis illa stella ex Iacob, cuius radius illuminat vniuersum mundũ, nempe Iesus sol iustitiæ, potens liberare ab omni tentatione & tribulatione. Nũe 24. Mal.4.

Atq; nimirum virgo Maria recte comparatur sideri, adeoq; stellę: quia sicut sidus emittit radium suum sine sui corruptione, sic virgo Maria sine corruptione virginitatis suæ parturit Iesum radium suum, & solem iustitiæ: quę ideoq; iuste dicta est stella, nimirum maris & matutina, quoniam sequutus sit ipsam ex partu Christus sol iustitiæ.

QVID AVE SIGNIFICET. Caput XX.

AVE, dictio est verbalis, tota simplex, incomposita & primigenia, Latina prorsus, nec cõmixta ex græco & latino, significãs idẽ apud Latinos, q̃d salue, & apud Græcos χαῖρε, a v̄bo neutrali χαίρω, q̃d est, gaudeo & lętor, q̃d latine dicitˀ Aueo, q̃d est, ex animo cupio & opto. Hinc Auere, est ex intimo corde salutẽ, lætitiã & gaudiũ optare & annũciare. Est itaq; Aue, hoc nimirũ loco, salutatiõis verbũ, & idẽ quod salue, gaude, vel lætare, s. o virgo Maria. Cuius etiã salutis, gaudij & lætitię causam, non multo post angelus reddit.

Iam vero tametsi pietas Christiana in hac mirabili salutatiõe alio potuisset

vti salutatiõis verbo, vtpote Salue, Gaude, Lætare, &c. idem significante, tamen videtur hoc ipsum verbũ, Aue, ex arbitrio & ex cõposito prælegisse, videlicet vt per ipsum significaret, gloriosissimã virginem non solum omnes in Eua prima muliere, conditiones imperfectionẽ arguentes, in melius cõmutasse, quas ipsa nõ habuit, sed & ipsum nomẽ Eua, quo ad literarũ ordinem, trãsmutasse in Aue. Siquidẽ Eua & Aue ijsdem literis, sed e diuerso sumptis, scribunt. Si em̃ id nomen Eua, præpostero legas ordine literarũ, a calce incipiendo, cõficitur nomẽ Aue, quod ex arbitraria interpretatiõe significare tradũt tantundẽ atq; sine væ, cp ã, negatiua sit particula: væ autẽ, interiectio maledictionem significãs, quemadmodum dominus Iesus multis in locis, scribis & pharisæis ob eorũ malitiam minatur væ, id est, maledictionẽ & miseriam.

Mat. 11. et 23. Marci 13.

Iam vero sciendum est, Euam primam mulierem, propter peccatum q̃d prima omnium perpetrauit, se tribus væ, id est, tribus maledictionibus & miserijs obnoxiam fecisse, a quibus nulla mulierum propter originale peccatum excẽpta est, præterq̃ vnica virgo Maria, quã de⁹ gratiose p̃seruauit ab om̃i originali peccato, & ab om̃i huius maledictione, quã quælibet alia mulier ferre cogit̃ iuxta verbũ dñi, dicentis ad Euã: Multiplicabo ærũnas tuas & conceptus tuos. In dolore paries filios, & sub viri potestate eris, & ipse dñabit̃ tui.

Gen. 3.

Primo quidem mulier concipit cum væ pudoris virginei, sine cuius corruptione non fit fœcunda. Ipsa vero gloriosa virgo, fœcunda est facta citra pudoris corruptionem, quæ cum a spiritusancto sine virili semine concepit, virgo mãsit ante partum, in partu, & post partum inuiolata, nec vnquam a quopiam corrupta, vtpote quæ virgo permanserit perpetua, quum fuerit dudum certoq; præfigurata per portam Ezechielis, per quam clausam solus ingressus est deus Israel, cui perpetuo clausa mansit, nec per ipsam transire debuit vir alius vnquam. Et hoc est quod dudum prædixit Esaias: Ecce, inquiens, virgo cõcipiet & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emanuel. Hinc ecclesia exclamat, dicens: Erubescat Iudæus infelix, qui dicit Christum ex Ioseph semine esse natum. gaudeatq; Maria, quæ deum & hominem pariens, post partũ virgo inuiolata permansit.

Matt. 1. Luc. 1. Eze. 44. Esai. 7. Luc. 1.

Secundo quidẽ mulier ex conceptu fit grauida, & grauatur multis sane modis, planeq; debilis fit, in varias plerunq; ægritudines ob conceptum in vtero cadẽs: ipsa vero virgo Maria sine grauamine fuit grauida. Quæ mox vbi concepit, surgens abijt in montana, visitans & salutans Elizabetham, manẽs cum ea quasi mensibus tribus, vtpote ministrans illi citra grauamen aliquod, quod non habuit, cui filius non fuit onerosus.

Luc. 1.

Tertio quidem mulier summo cum dolore parit, domino alibi dicente: Mulier quum parit, tristitiam habet, quia venit hora eius. Hinc Tobias senior filium hortat̃, vt matri suæ habeat semper honorẽ, memor, quæ & quãta pericula passa sit propter ipsum in vtero suo. Ipsa vero virgo Maria peperit vsq; adeo sine omni dolore, vt nulla etiam vsa fuisse legatur obstetrice: quæ tametsi grauida esset & iam vicina partui, nõ tamẽ grauabatur ex hoc in corpore, qn iret de prouincia in prouinciam: nimirum a Nazareth vsq; in Hierusalem, di

Ioh. 16. Tob. 4.

stan

ſtantem trigintaquinq; miliaribus, quum deinde in decliuio montis Hieruſalem verſus meridiem, ſita ſit Bethlehem, diſtans ab Hieruſalem per quinq; miliaria, vbi tempore edicti Cæſaris peperit ipſa virgo Maria primogenitum ſuum Ieſum Chriſtũ, & reclinauit eum in præſepio, pannis illigans, non habẽs obſtetricem, qua non indiguit, vti cæteræ mulieres, quam & ipſi magi ſolam cum puero Ieſu inuenerunt.

Luc. 2.

Matth. 2.

Ex ijs ſane patet, eum libellũ, qui de ſaluatoris infantia inſcribitur, eſſe apocryphum, qui dicit Mariam habuiſſe obſtetrices, quibus haud eſt opus, niſi propter afflictionem matris in partu, quę non habuit locum in virgine puerpera, quam ſalutans angelus, adfirmauit eam eſſe abſq; omni væ, id eſt, muliebri miſeria & maledictione, quæ triplex eſt, pudoris ſcilicet, laboris, & doloris: a qua vel ſola Maria fuit exempta, quæ propterea dicitur mutaſſe nomen Euæ, id eſt, maledictionis, in Aue, id eſt, benedictionẽ: ſ. quæ nedum mutaſſe fertur ſimplex ipſum nomen Euæ, quo ad ſeipſam per exemptionem triplicis maledictionis, ſed & omnem in Eua conditionem imperfectam, quando maledictio Euæ illata, mutetur in benedictionem per Mariã. Siquidem Eua dolorem & mortem nobis intulit, Maria vero gaudium & vitã ſempiternã attulit. Eua, exilij & expulſionis a regno cœleſti, cauſa fuit: Maria vero, reuocationis in antiquã patriã, & introitus in paradiſum, præbuit beneficium.

Et in ſumma, quicquid boni per Euam amiſimus, idem per Mariã reinuenimus & recuperauimus. quæ propterea merito dicitur mutaſſe nomen Euæ in Aue, quod ſonat, ab omni væ: a quo ſingulariter ipſa exempta, etiam nos exemit ſuo partu. Cuius cauſa precatur ad eam catholica eccleſia:

Aue maris ſtella,
Dei mater alma,
Atque ſemper virgo,
Felix cœli porta.
Sumens illud Aue
Gabrielis ore,
Funda nos in pace,
Mutans nomen Euæ.
Monſtra te eſſe matrem.
Sumat per te preces,
Qui pro nobis natus,
Tulit eſſe tuus.

Cæterum, quia puto nominis Aue interpretatiõem, modo quo dixi, eſſe arbitrariam atq; commentitiam, nec a probato adſignatam autore, neque ſatis cum ratione cõſtantem: cenſendum eſt, mutationem illam nominis Euæ, a diua virgine potius eſſe accipiendam, ſecundum conditionem & ſortem ipſius Euæ, omnino mutatam in oppoſitas proprietates per ipſam benedictam virginem, quã tamen merito ſalutauit angelus, inquiens: Aue: id eſt, ſalue & gaude, quia meruiſti eſſe abſq; omni miſeria, qua fuit Eua cum ſuis maledicta.

QVOMODO MARIA SIT GRATIA PLENA. Cap. xxi.

GRA

GRATIA PLENA. Hactenus ipſa glorioſiſſima virgo Maria ſuarum gratiarum & dotium cõmendata eſt ab angelo, ex interpretamẽto nominis Maria,& verbi Aue. Vnde non eſt obſcure intelligere, ꝙ digniſſima ſit omnium creaturarum virgo Maria, vt quæ ſic fuerit omnibus ſpiritusſancti donis illuminata & virtutibus, vt etiam illuminauerit alios, quos & vt ſtella maris in hoc periculoſo pelago mundi nauigantes,ſplendore ſui partus, ſcilicet Ieſu ſolis iuſtitiæ,perducit ad portum beatitudinis æternæ.

Prima vero,eademq́ꝫ præcipua & expreſſa diuæ virginis Mariæ commendatio,nunc illi datur ab angelo,dicente:Gratia plena.Quod Græce ſic habetur,κεχαριτωμένη.id quod Hieronymus tranſtulit, Gratia plena. quãuis inter neotericos haud defuerunt,qui reddiderunt,Gratioſa, quod eiuſdem propemodum ſenſus eſt,quũ eiuſmodi nomina in oſus,plenitudinẽ ſignificant & abundantiam,teſtibus grammaticis:quanquã ego malim reddi & dici, Gratia plena, ꝙ Gratioſa:cum, quoniam Gratioſa non tantam ſeruat in vernacula lingua grauitatem,quantam continet,Gratia plena: imo quoniam ſunt ex hæreticis,qui dictionẽ, Gratioſam,ꝓrſus amatorie vertũt,dicẽtes,Holdſelig/ quũ interpretari debuerint, Voller huld,oder gnaden vol:tum, quia Gratia plena,expreſſius & ſimplici⁹ eſt:tum quia Gratia plena,per om̃es huc uſq́ꝫ catholicos tranſlatum & lectum eſt,quod nec myſterio vacat. Sane noua fuit hæc formula commendationis & benedictionis, nec vſquã ante lecta, nec cõperta,ſed ſoli Mariæ reſeruata. Nam etſi deus optim⁹ ab exordio mundi plures vtriuſq́ꝫ ſexus gratia cõpleuerit,vti de diuo Stephano ſcribitur,nullam tamen vnquã creaturam ſic impleuit gratia,veluti Mariam,vt pote cui ſe totam infudit gratiæ plenitudo, quum cæteris per partes præſtetur gratia.

Luc. 1.

Acto. 6.

Atque vt hæc clauſula, Gratia plena,rite poſſit ab omnibus intelligi,ſcitu dignum eſt,duplicem eſſe gratiam.

Prima eſt gratia gratum faciens,quæ eſt habitus ſupernaturalis,mentem in eſſe deiformi & ad promerendum idoneo ponens,alioqui charitas infuſa dici cœpta,homini ad ſuam ipſius vtilitatem præcipue collata,ſine qua nemo deo acceptus eſt,quæ inter omnia dona a deo creata, eſt excellẽtiſſimum donum. Qua quidem gratia gratum faciente ſic plena fuit virgo MARIA, vt omnẽ vitam ſuam ab omni culpa veniali & mortali cuſtodierit,ad quam propterea dicit ſpiritusſanctus:Tota pulchra es amica mea,& macula nõ eſt in te. Quæ propterea,doctoribus catholicis teſtibus,tranſcendit merita omnium mortalium & angelorum.

1.Co. 13.

Can. 4.

Secunda gratia,eſt gratia gratis ſine aliqua præparatione præuia data,quæ gratis a deo datur,& ad aliorum præcipue vtilitatem,non omnes deo gratificans,quum etiã peſſimi hanc gratiã habeant,& multi ea abutentes damnentur:veluti eſt gratia propheticandi,prædicandi,miracula faciẽdi,& id genus gratiæ aliæ,quæ tam ſunt bonæ,q̃ bene quis vtitur illis.

1.Cor. 12.

Matth. 7.

Ioh. 11.

Nũe. 24.

Iam vero quum dicit angelus,Mariam eſſe gratia plenam,vult eam nõ modo abundãter habere gratiã gratum facientem,ſed & gratis datã gratiã. Et q̃

mo-

modo non possit ipsa om̃is esse gratiæ plena, quæ mater gratiæ, ipsum fontẽ om̃is gratiæ habuit,&,autorẽ & largitorem totius gratię suo virginali porta uit vtero,& huic mũdo ꝓtulit,per quẽ facta est gratia & veritas,per quẽ ipsa non solũ habuit omnẽ gratiã,sed & alijs impetrat, quũ de ipsius gratiæ pleni tudine post filiũ eius accipiamus omnes gratiam, quam ipsa mater gratię in fi lios suos liberaliter distribuat. Hinc Ecclesia non immerito precatur: Maria mater gratiæ,mat misericordię,tu nos ab hoste ꝓtege,& hora mortis suscipe. Ioh.1.

Et quid multa? Nonne plena gratiæ fuit Maria, quæ tantæ fuit ex vtero pu ritatis,vt nullam peccati vnquã,nec originalis, nec venialis,nec mortalis,ma culam senserit aut cõtraxerit? Nonne plena fuit gratiæ,quæ spiritu sancto fœ cundata,verũ deum deiq; filiũ,eundẽq; verum hominẽ,castis concepit visce ribus,& seruato virginitatis honore,huic mũdo saluatorẽ edidit? Nõne fuit gratiæ plena virgo Maria,q; transacto huius vitæ decursu, adsumpta in cœ lum sup om̃es choros angelorũ & ordines sanctorũ fuerit, glorificato corpo re & anima? qualis gratia nulli adhuc cõtigit, præterq̃ Mariæ & eius filio, q̃ merito singulariter est ac dicit̃ plena gratia,q̃a gratiã apud deum inuenit.

QVO PACTO DOMINVS SIT AC FVERIT cum virgine Maria. Caput XXII.

DOMINVS TECVM. Hæc est secunda dignitatis & excellentiæ Ma riæ commendatio. qua commẽdatur ab angelo salutante,qm̃ cum ea sit dñs. Atq; licet olim quoq; Gedeon ita fuerit ab angelo salutat⁹, & cum ipso dominus esse dictus,non tamen ita fuit cum Gedeone dominus,vti cum Ma ria,quæ non Israelis solum,sed toti mũdo edidit saluatorẽ:& quæ non de ma nu Madian,sed de potestate sathanæ asseruit genus omne mortalium. Iudic.6.

Adde,q; hæc clausula,Dominus tecum,non tam salutationis est forma, q̃ clausulæ pręcedentis, Gratia plena, confirmatio, quasiq; maioris laudis & di gnitatis commendatio,qua sibi singulariter angelus vti cœlestis legatus,be neuolentiam reconciliat,dicens:Dominus tecum. Q.dicat:O Maria,salue,lę tare & gaude,quoniã non solum singulari dei dono ab omni muliebri væ & maledictione exempta es,sed & ita gratiam inuenisti apud dominum,vt ple na sis gratia singulariter,quia dominus totius gratię fons & autor,tecum tan to singularius est, quanto gratiosior es ipsa, qui paulo post tecum erit in vte ro tuo,qui modo tecum est in animo,ventrem adimpleturus, qui tuam nunc mentem adimplet longe mundissimam.

Ad pleniorem tamẽ intellectum huius clausulæ,scitu dignum duxerim,do minum deum varie esse cum homine.

Primo,cum homine deus est per essentiam,potẽtiam & præsentiam:quo sa ne modo fuit etiam cum gloriosissima virgine Maria,quum sic in om̃ibus sit creaturis,etiam minimis,quia prorsus vbiq;,tam in cælis q̃ in terris & inferis, iuxta prophetam dicentem:Quo ibo a spiritu tuo? & quo a facie tua fugiam? Si adscendero in cœlum,tu illic es:si descendero ad infernum,ades. Si sumpse ro pennas meas diluculo, & habitauero in extremis maris. Etenim illuc ma nus tua deducet me,& tenebit me dextera tua. Psal.138.

Atq;

tas sit donum & verbum, quod non omnes capiunt, vsque adeo positũ a deo in arbitrio, vt Paulus haud dubitauerit dicere, se non habere præceptum de virginibus, & melius esse nubere q̃ vri. Matt.19 1.Cor.7

Et nisi cum ea singulariter fuisset dominus, quomodo potuisset tantæ esse fidei, vt prius mente dominum quàm carne conciperet, dicens: Ecce ancilla domini, Fiat mihi secundum verbum tuum? nempe credens, quod a seculo nunquam fuerat auditum, vtpote, quòd ex se virgine citra virile semen deus nasceretur homo. Luc.1

In quo longe præstitit Zachariæ, qui nõ censuit esse possibile, vt sibi filius ex sterili muliere nasceretur, petẽs propterea signum. Ibidem

Et nisi dominus cum ea singulariter fuisset, quomodo potuisset tantæ mentis esse fortitudinis, vt vel sola steterit inter inimicos inermis iuxta crucem intrepide, quum discipuli, qui erant viri, defecerint & aufugerint omnes scandalizati? In quo quidem casu præstitit ipsa etiam virgo Maria Petro, quantumuis animoso & forti, ad quem dominus dixerat: Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam. Qui & dicebat deinde, se non scandalizatum iri in domino, etiamsi cæteri omnes scandalizarentur. Iohã.19 Matt.16 Mat.26 Mar.14. Luc.22

Vere igitur dixit angelus ad ipsam, dominus tecum, scilicet singulariter, quum ipsa alioqui non potuisset ex se tantum habere virium, cum qua dominus fecit potentiam in brachio suo, vsque adeo, vt ipsa recte credatur esse virga Iessæa, quæ vti acies castrorum ordinata, sit terribilis cacodæmoni serpentiq; antiquo, cuius ipsa caput & potestatem contriuit per semen, id est, per filium suum & dominum Iesum Christum, qui singulariter semperq; cum ea fuit. Esa 11 Cant.6 Gene.3

QVOMODO VIRGO MARIA SIT AC FVerit non solum inter mulieres, sed & inter omnes creaturas benedicta. Cap. XXIII.

Benedicta tu in mulieribus.

TErtia est gloriosissimæ virginis Mariæ dignitatis & excellentiæ commendatio, quæ illi non solum ex dei commissione datur ab archangelo, qui salutat eam, sed & virtute spiritus sancti ab ipsa sanctissima Elisabetha, quæ Mariam visitantem resalutans, ait: Benedicta tu inter mulieres, vt ostenderetur, virginem Mariam merito benedictam esse in mulieribus, quæ veneranda est & angelis, imo nedum angelis & hominibus venerãda, sed & omnibus fœminis præferenda, imo vt & omnis creatura mirando agnosceret ac attestaretur, eam esse benedictam & exaltatam super omnem creaturam tam cœlestem quàm terrestrem. Lucæ.1

Porro vt hæc benedictionis clausula paulo rectius accipiatur, sciendum erit, benedicere hoc loco non aliud esse, quàm, deum alicui homini suam di-

uinam gratiam infundere,sua beneficia conferre,æterna præmia promittere. Sicut enim ros cœlestis herbas germinare facit & virere,sic diuina gratia animam facit in præsentia per fructus bonorum operum germinare,& fructificare per gloriam in futuro. Sic de viro iusto dicit propheta:Hic accipiet benedictionem a domino,& misericordiam a deo salutari suo. Sic angelus ad Mariam salutando dicit:Benedicta tu in mulieribus. Q.d.O virgo Maria, salue,gaude & lætare,vel ideo,quoniam tu benedicta es non solũ inter omẽs mulieres,sed & inter benedictas maiori benedictione insignis: quoniam tantam tibi deus gratiam,misericordiam & beneficentiam contulit,quantã nulli vnquam mulieri.

Psal.48

Id quod verum est. Nam etsi benedictæ sint ab homine Iahel & Iudith inter mulieres,illa,quia Sisaram: hæc,quia Holophernem occidit:& illa,quoniam casta coniunx Aber:hæc vero,quia casta fuerit per dei gratiam vidua: longe tamen magis benedicta est virgo Maria,quæ non hominem tyrannũ vicit, sed principem huius mundi, principem tenebrarum, cui potestas est aeris caliginosi, diabolum, iuxta dominum ad ipsum de virgine Maria loquentem:Inimicitias ponam inter te & mulierem, & inter semen tuum & semen illius. ipsa conteret caput tuum.

Iudic.5 Iudith.15 Ephe.2.6 Gene.3

Insuper ipsa gloriosissima virgo Maria non vnius, sed vtriusque status, vtpote coniugij & viduitatis,excellentissime sibi meritum vendicat,sed non modo duorum statuum, coniugij videlicet & viduitatis, sed & ijs duobus præcellentioris status virginitatis:quæ quicquid est boni,quicquid est meriti,in triplici statu abundantissime habet: quicquid mali siue imperfectionis statibus ijs inest, nesciuit.

1.Cor.7

Virginitas magnum meritum habet carnis integritatem,sed imperfectior est statu coniugij,quia prole caret. Libertas sui,conditionem viduitatis commendat,sed solitudo consortij deprimit,extenuatq;. In coniugio bonum est prolis fœcunditas,defectio vero,carnis est corruptio.

Magis itaque virgo Maria benedicta est,non solum Iahele & Juditha,sed & omnibus mulieribus & virginibus & coniugibus & viduis, quarum ipsa decus est & gloria singularum & vniuersarum, quia virgo fuit perpetua & quidem fœcunda, vidua fuit sine solitudine, coniugata & incorrupta, quum aliæ gloria duntaxat fuerint in suo statu,nec quidem sine defectu.

Nonne, quæso, merito prædicatur virgo Maria benedicta præ cæteris omnibus mulieribus, quæ nulli fuit vnquam maledictioni obnoxia, velut aliæ mulieres? Siquidem omnis mulier subiacet maledictioni vel dei vel legis. Corrupta quidem,maledictioni dei,dicentis:In dolore paries. Virgo,maledictioni legis,dicentis:Maledicta sterilis in Israel. Ipsa vero benedictissima virgo Maria,vtrunque maledictum vitauit:Dei, quia virgo peperit: legis, quia filium habuit.

Gene.3 Exo.23 Deut.7

Est proinde virgo Maria super omnes mulieres benedicta,quæ maledictum Euæ non sensit, vti cæteræ mulieres,sed totam illius maledictionem

abstu-

abstulit,& toti mundo attulit benedictionem,quæ & propterea super omes viros post filium est benedicta, quoniam vniuerso generi humano benedictionis gratiam meruit. Ad quam proinde non immerito conclamat ecclesia catholica,dicens: Multæ filiæ congregauerunt diuitias,tu supergressa es vniuersas. Quæ & propterea de se ipsa præ gaudio suæ a deo benedictionis,ait: Ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes. Prou.31 Luc.1

Absit igitur,charissimi,vt cum perfidis Mariæ mastigibus, tam gloriosæ & superbenedictæ virgini simus ingrati,propter redemptionem nobis per illam, vti instrumentum, exhibitam, ei vel tantillum derogantes, quæ omni laude est dignissima,teste catholica ecclesia:cui magis quàm cunctis a condito mundo schismaticis & hæreticis est adhibeda fides,quum sit columna & firmamentum veritatis. 1.Tim3

QVOMODO DOMINVS IESVS, FRVctus ventris Mariæ sit ac fuerit & benedictus. Cap. XXIIII.

Et bendictus fructus ventris tui.

AVdiuimus ex ordine tres singulares,adeoq; maximas summæ dignitatis & excellentiæ virginis Mariæ commendationes,nempe quia gratiæ plena sit,& cum ea dominus,& super omnes mulieres singulariter benedicta, quas ex dei Opt. Max. commissione Gabriel archangelus ei de cœlo tulit ac tribuit,quarum nunc ecclesia per verba sanctissimæ Elisabethæ, spiritu sancto repletæ,reddit rationem,dicens: Et benedictus fructus ventris tui.

Non enim hæc verba dixit angelus,sed Elisabetha spiritus sancti suggestu protulit,quæ catholica ecclesia recte superaddit,per ea rationem reddes, quur vsque adeo sit gratiæ plena,& super omnes mulieres insigniter benedicta,quoniam Iesus Christus fructus ventris ipsius, sit benedictus. Luc.1

Etsi em vocula,Et,esse fortasse possit hac etiã parte coniunctionis particula,græcæ per inuersionẽ κ cõsona,quę copulat dictionem dictioni & sensum sensui,quasi catenula, tamen rectius duxerim eam hoc loco habendam pro coniunctione causali vel rationali,vtpote quæ reddat dicti præcedentis rationem & causam,vt valeat idem, quod valet, Quia, Quoniam, & id genus aliud. Quo in sensu non solum prophani scriptores vsi sunt,sed & sacri & ecclesiastici. Siquidem Vergilius cecinit: Audieras,& fama fuit, id est,quia fama fuit. Et Quintilianus: Primum puer conabitur imitando verba effingere,& natura tenacissimi sumus eorum, quæ mollibus animis percipimus, id est,quia natura sumus &c. Sic orat Latinus interpres versum in psalmo Dauidis: Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum. Quare? &,id est, Quia in peccatis concepit me mater mea. Sic & alias. I falso

Dic igitur Elisabetha spiritu sancto acta, Quare Maria virgo super omes est mulieres benedicta? Respondet, Et,quia Iesus Christus (quam clausulam adiecit ecclesia,pro declaratione fructus Mariani vẽtris)fructus ventris ipsius est benedictus,id est,gratijs plenus & propterea laudatus,gloriosus & in-

 clytus,

clytus, de quo quidem benedicto fructu, Iesu Christo, loquutus est ipse deus ad regem Dauid, promittens ei Christum ex stirpe eius nasciturũ: De fructu ventris tui ponam super sedem tuã. De quo deinde rex ipse Dauid vaticinatus est, inquiens: Benedictus qui venit in nomine dñi, deus dñs & illuxit nobis. Quod deinde repetiuit gens Hebræa, clamans de eo: Benedictus q̃ venit in nomine dñi. Certe qui venit in nomine & voluntate dñi, scilicet patris, nõ alius est q̃ Iesus Christus, fructus benedictus ventris Mariæ, quia filius ipsius secundũ humanitatem naturalis, sicut est filius secundũ diuinitatẽ dei patris naturalis, nimirum deus & homo verus. Qui propterea bifariam benedictus est, id est, propter gratiarũ omnium abundantiam gloriosus & inclytus.

Psal. 131 | Psal. 117 | Matt. 21 | Marc. 11 | Luc. 19 | Iohã. 12 | Iohã. 19

Primo quidẽ, quia verus homo, benedictus est abundanter benedictione omnis gratiæ, quippe plenus dono omniũ charismatũ, cui, prout euangelista testatᷓ, deus pater dedit spm̃ nõ ad mensurã, sicut alijs hoĩbus, qui plenitudinem gratię mox ab instanti cõceptionis habuit, qui & propterea puer adhuc quadraginta dies natus, appellatus est ab euangelista plenus gratia.

Iohan. 3 | Luc. 2

Secundo, benedictus, quia deus, plenitudine benedictionis totius gratiæ & gloriæ, secundũ quam est ipse, Paulo teste, benedictus super omnia deus in secula, benedictione omnis gloriæ & gratiæ.

Roma. 9

Est aũt hic benedictus fructus vẽtris Mariæ, omnino oppositus & cõtrarius fructui arboris vetitæ in paradiso, quẽ primi parẽtes, male suadẽti cacodæmoni creduli, mãducarũt. Quãdoquidẽ fructus iste maledictionẽ toti mũdo & mortẽ intulit, hic vero fructus ita nobis adfert bñdictionẽ, vt mãducãtibus adferat vitã æternã, de se dicẽs: Qui mãducat me, viuet propter me.

Gene. 3 | Iohan. 6

Tanta est igitur plenitudo benedictionis huiusce fructus ventris Mariæ, vt ab eius plenitudine nos omnes accipiamus, vtpote qui nõ solum in se habuit omnis benedictiõis plenitudinẽ, sed & benedictionẽ amplissimã in oẽs hoĩes transfundit, vt fons suos riuulos, & ex ipso in totũ genus humanũ, imo & in suam matrem benedictam æternæ benedictionis munus processit, quẽadmodum longe antea de ipso prædixit propheta: Et benedicentur, inquiẽs, in ipso omnes tribus & cognationes terrę, omnes gentes magnificabũt eum. Id quod & deus pater olim promiserat Abrahæ, prędicẽs: In semine tuo benedicentur omnes tribus & cognationes terræ.

Ioh. 1 | Psal. 72 | Gene. 22

Sed quis semen illud Abrahæ, nisi Iesus Christus, benedictus fructus ventris Mariæ, per quam ille descendit ex stirpe Abrahæ? Quod ipsa virgo Maria spiritu sancto cõfirmauit completum esse in fructu suo benedicto, Christo Iesu, inquiẽs: Dominus recordatus est misericordiæ suæ, Sicut loquutus est ad patres nostros, Abraham & semini eius. Quod etiam cõfirmauit Zacharias, ex spiritu sancto prædicẽs: Iusiurandum, quod iurauit ad Abraham patrem nostrũ, daturum se nobis. Quod fuit dei patris iusiurandũ, quod Abrahæ fecit? Nimirum ꝙ omnes gentes essent recepturi benedictionem in semine ipsius Abrahæ, quod erat Iesus Christus, benedictus fructus ventris Mariæ, Paulo manifeste sic interpretante, quum ait: Non dicit, seminibus, quasi in multis, sed quasi in vno, Et semini tuo, qui est Christus.

Matth. 1 | Luc. 1 | Ibidem | Gala. 3

Est

Est igitur & virgo Maria propterea super omnes mulieres, imo super vniuersas creaturas, mirabiliter benedicta, quoniam Iesus Christus fructus sui ventris, est ineffabiliter benedictus: non ipse benedictus, quoniam ipsa sit benedicta, sed quia fructus ipsius eam præuenit in benedictionibus dulcedinis, proinde benedicta est ipsa. Atque ideo benedicta est arbor, quia benedictus est fructus arboris, quæ est Maria, cuius ventris generosi fructus est ipse Iesus Christus benedictus in secula, a quo venit quicqd in se habuit virgo Maria benedictionis & gloriæ. Psal.20

Primo proinde errant vt impij hæretici, qui negant tantopere laudãdam & benedicendam virginem Mariam, quum constet, omnem eius laudem & benedictionem referri in fructum ventris sui, propter quem ipsa est laudabilis & benedicta: qua laudata, vere præcipueq; laudatur eius fructus benedictus Iesus Christus: cui detrahitur, quicquid honoris detrahitur eius arbori, Mariæ virgini matri.

Secundo errant impie hæretici, negantes Christũ esse verũ hominem, vtpote eiusdem cum Maria, quæ certe homo fuit, esse naturæ, quum plus q̃ certo liqueat, fructum eiusdem esse cum planta & arbore, naturæ.

Tertio, dicentes Christum habuisse corpus phantasticum, quũ verus ipse fuerit partus matris Mariæ, quum fructus ipse procedat ex vera substantia arboris.

Quarto, dicentes ipsum non incarnatum in ventre virginis Mariæ, sed cũ per ipsam trãsijsse quasi per aquæductum, quum audimus, qa sit fructus ventris, id est, inde nõ aliter cõceptus & natus de spiritu sancto, q̃ fructus in substantia arboris concipitur & nascitur.

Quinto errant plus q̃ impie cum Iudæis, q dicunt ipsum conceptum ex semine Ioseph, & ex Maria virginitate læsa prodijsse, quum Elisabetha per spiritum sanctum edocta, dicat eum, Christum, esse benedictum fructum ventris: quoniam sicut fructus arboris ex ipsa arboris substantia formatur & producitur, sine vlla tamen arboris fractione, diruptione aut diuulsione, ita Iesus benedictus, verus deus & homo, humanam carnem vere sumpsit ex substantia sanctissimæ suæ matris Mariæ, citra tamen ipsius virginitatis læsionem & corruptionem, vt quæ, iuxta figuram portæ Ezechielis, ante partum, in partu, & post partum virgo permansit inuiolata. Ezech.44

Cuius proinde, non Ioseph, Christus Iesus esse fructus adseritur ab ipsa Elisabetha. Quod & Matthæus insinuans, & describens Iesu Christi genealogiam, dicit: Iacob autem genuit Ioseph, virum Mariæ, de qua natus est Iesus, qui vocatur Christus. plane commonstrans Iesum de nullius viri semine esse conceptum, nec alicuius viri substantialem filium & fructum, nisi solius virginis Mariæ, quum alioqui, qui semen sumpserunt ex patribus, eorum patrum fructus existunt & dicuntur. ipse vero Iesus Christus fructus duntaxat benedictus virginis Mariæ, qui solus matrem in terra, non autem patrem, & solus in cœlo patrem, non autem matrem habet. Matt.1

DE SANCTITATE AC SIGNIFICATIONE nominum, Iesus, & Christus. Cap. XXV.

IESVS CHRISTVS.

DVo sunt nomina omnium longe propter significationem & virtutem eorum sanctissima, dignissima & fortissima, & ab ipsa ecclesia quoque salutationi angelicæ vel ideo recte subiuncta, quoniam declarant prædictam sententiam, & explicant, quisnam sit ille fructus benedictus virginei ventris, nimirum Iesus Christus. Sane tam sanctum, tamq; terribile reuerendumq; est hoc Iesus, nostri saluatoris nomen proprium, vt in eo flectatur omne genu cœlestium, terrestrium & infernorum, quod primum omnium nominauit os domini quasi plane nouum, de cœlo detulit angelus, virgini Mariæ insinuauit, circuncidentes imposuerunt: in quo vel solo fieri nos oportet saluos. Id quod ipsum nomen sua significatione arguit, quoniã Iesus tantundem est, quod saluator: quoniam ipse non vnius tantum populi vel nationis, vt olim Moyses & Iosue & Ioseph, suo aduentu, sed totius humani generis, nec quidem temporariam & corporalem, sed æternam, cœlestem & spiritualem salutem adduxit, iuxta prædictionem angeli, ad Ioseph virum Mariæ, dicentis: Pariet autem filium, & vocabis nomen eius Iesum. Ipse enim saluum faciet populum suum a peccatis eorũ. Id quod completũ est in natiuitate Iesu, dicente angelo ad pastores: Ecce euangelizo vobis gaudium magnũ, quod erit omni populo, quia natus est vobis hodie saluator, qui est Christus dominus.

Phil.2 Esa.62 Luc.1 Luc.2 Acto.4 Exo.14 Iosue.3 Gene.41 Matth.1 Luc.2

Est autem Christus, nostri saluatoris commune nomen, & nomen in ipso completi sacramenti, sicut proprium ipsius nomen est & gratiæ Iesus. Et sane quantum discriminis est inter gratiam & gloriam, tantum est differentiæ inter Christus & Iesus. Et sicut hic per gratiam baptismalem dicimur a Christo Christiani, ita dicemur, ipso cõcedente, a Iesu in cœlesti gloria Iesuitæ, id est, a saluatore saluati. Valet aũt Christus Græce tantundẽ atq; vnctus Latine, & Hebraice Messias dicitur. Quo quidem nomine designatur ipse dominus noster Iesus esse verus Messias, in lege & prophetis longe antea promissus, quàm veniret ad mundi redemptionem, Christus vero recte dici cœptus, quoniam fuerit vnctus oleo spirituali, scilicet charismatibus spiritus sancti præ consortibus ipsius, non aliter atque verus idemq; cœlestis rex & sacerdos in æternum, qualis certe est, sicut in veteri lege põtifices & reges inuncti fuerunt oleo materiali in sua institutione & consecratione.

Acto.11 Iohã.4 Psal.44 Danie.9 Psal.109 1.Reg.15 2.Reg.12

Quapropter plerunq; semper nomini Iesu subiungit̃ & additur Christus. cũ em̃ angelus dixisset, Quia natus est vobis hodie saluator; subiunxit, qui est Christus dominus. Ita Pilatus dicebat: Quẽ vultis dimittam vobis? Barrabam, an Iesum, qui dicitur Christus? ad differẽtiam eorum, qui vocati sunt olim singulariter Iesus, qui tamen Christi, hoc est, vncti reges, pontifices & Messiæ non fuerunt, vti est dominus noster Iesus, fructus benedictus ventris Mariæ &c.

Luc.2 Matt.27 Marc.15 Luc.23

DE

DE SIGNIFICATO ET EFFICACIA voculæ Amen. Cap. XXVI.

AMEN.

HAec dictio bifariam accipitur,quum Hebraica sit,partis aduerbij. Vno quidẽ modo particula est adfirmãdi,idemq́ʒ valet propemodũ, quod vere,certe,profecto,qua solemus,quod diximus,quasi iuramento quodam confirmare. Qua in significatione sæpenumero vtitur ipse dominus, quum quid omnino notatu necessarium dicit, ac ipsum prorsus esse verum confirmat, dicens: Amen dico vobis, quoniam cœlum & terram &c. Ad hanc sane significationem ad finem salutationis angelicæ subiungi potest secundum eos,qui volunt ipsam non esse orationem, sed simplicem laudationem virginis Mariæ,vt sit sensus:Benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui Iesus Christus, Amen. Hoc est, certe ita est:quãdoquidem hæc ipsa dictio secundum hanc significationem adfirmat totum, quod contentum sit in ipsa salutatione angelica,esse verum.

Matt.11 Mat.24 Mar.14 Luc.14 Ioh.3 Ioh.6

Secundo autem modo,Amen particula est optationis, tantundemq́ʒ valet atque,fiat:in qua quidem significatione nos vti oportet hac ipsa vocula, secundum Paulum,in fine orationum, quòd per eam optamus ex animo nobis concedi fieriq́ʒ,quod orauimus & petiuimus in ipsis orationibus nostris. Ita quoque Christus vsus est hac particula secundum hanc significationem in oratione sua dominica, nobisq́ʒ sic vtendum voluit in fine nostrarum orationum.

1.Cor.14 Neem.8 3.Esd.9 Matth.6 Luc.11

Reliquerunt autem interpretes hanc dictiunculam in Hebræo, nec eam transtulerunt in Græcum nec in Latinum idioma,ob reuerẽtiam saluatoris, qui sæpenumero vsus est ea ad confirmandam veritatem,& ad optandum nobis ea,quæ volumus & petimus nomine ipsius a patre. Habet autem hæc vocula triplicem efficaciam:

Prima est,ꝙ orationem non secus atq́ʒ sigillum scripturam, claudit.

Secunda, ꝙ intentionem recolligit.quum enim dicitur,Amen, intentio summatim fertur super omnia præcedentia:& si aliquid ex fragilitate humana per distractionem mentis in oratione absq́ʒ actuali intentione pertransitũ fuerit,ad id intentio redit,dicendo, Amen.

Tertia, quod impetrat exauditionem, quum sit signum & nota exauditionis,quando per ipsum omnino optet homo fieri a deo quod petitum est: per quod & Christus plerunque contulit,q̃d ab ipso petitum est,dicens: Fiat sicut petisti,sicut vis,sicut credidisti. Est proinde magnificum sane & efficacissimum verbum,Amen,id est,Fiat,per quod in principio in verbo coæterno pater æternus creauit omnia,dicens:Et facta sunt. Quo etiamnum verbo deus ipse omnipotens nos omnino perditos reparauit,dicente illa sanctissima reparatrice nostra,virgine,inquam,gloriosissima Maria,ad angelum:Fiat mihi secundum verbum tuum.

Mat.8 Matt.15 Gene.1 Psal.32 Psal.148 Luc.1

Quo

Quo propterea verbo recte concludemus mirabilem hanc salutationem, illi ab angelo factam, & quotidie ab ecclesia fieri solitam, dicentes: Amen, non modo quia per ipsum confirmamus esse verum, quicquid inibi laudis gloriosæ illi virgini dedimus, sed & quia peroptamus fieri verum & nobis indubitato conferri, quod per mentis eleuationem desideramus, nobis videlicet misericorditer gratioseq; communicari salutem, quam nobis Iesus Christus fructus ille benedictus ventris Marię, sua humanitate, quam Gabriel illi in eiusmodi sua salutatiōe annunciauit ex ea futurā, impetrauit & acquisiuit, ne nostris illam peccatis frustra exhibitam & amissam sentiamus.

Siquidem oratio non solum est expressa necessariorum petitio, sed & sola quandoque mentis ad deum eleuatio, sed & adscensio mentis ipsius ad deum per pium & humilem adfectum, in qua non est opus quibuscunque verbis, vt instruatur deus, qui nouit, quo nobis opus est, antequam petimus, vti paulo fusius hanc rem prosequuti sumus in præfatione huius Apologiæ.

Mat. 6

REVERENDISS. PATRI, ILLVSTRISS. PRINCIPI AC DOMINO, DN. ALBERTO S. R. E. TT. S. PETRI AD VINCVLA CARDINALI, MOGVNTINEN. AC MAGDEBVRGEN. ARCHIEPISCOPO, PRINCIPI ELECTORI, PRIMATI ETC. ADMINISTRATORI HALBERSTATENSI, MARCHIoni Brandenburgeñ. &c. domino suo obseruandiss. FRIDERICVS Nausea Episcopus Vienneñ. S. P. D.

QVI MVLTIS iam annis Reuerendissime Pater, Illustrissime princeps ac ac domine colediss. cunctas vsqꝫ adeo funditus e medio cæremonias,quãtumuis etiam pias & catholicas, ex Ecclesia IESV CHRISTI sublatas volunt,vt totis in hoc ipsum viribus clam palamqꝫ machinẽtur ac conentur: idem sane mihi moliri videtur,q̃d moliũtur, ciuitatẽ quampiam oppugnaturi. Ciuitatem eñ aliquã(quatenus animaduerti) paulo citius & facilius oppugnaturi,non eam ciuitatis oppugnandæ partem,quæ firmior est ac munitior, sed quæ sic infirmior minusqꝫ tam natura quàm arte munita est,ideoqꝫ non tanti periñ de momenti,neglecta iacens,primum aggrediuntur,vt tamen ea per ipsos expugnata, non dubitent facile totam deinde ciuitatem expugnatum occupatumqꝫ iri.Id quod vsu multoties euenisse quibusdam cõiecturis accepimus, imo quod testes pariter oculati sæpenumero conspeximus.

Ita nimirum factitant, quotquot hactenus vniuersam quasi Christianam religionem radicitus euersam,q̃ reparatam malle videntur.Etsi enim ipsi cæremonias esse sacrosanctæ nostræ religionis haud aliter atqꝫ cuiusdam ciuitatis ecclesiasticæ partem non ignorent,quia tamen compertum habent,eam q̃dem partem a nescio quibus Episcopis,parochis,ecclesiastis,& id genus sacerdotibus & pastoribus,quasi non tanti precij,vel negligi vel(quod potius crediderim)prorsus ignorari,vel nullis per ipsos scripturis, nec earum ratiõibus obfirmari communiriqꝫ,nihil æque propemodum quod Christianæ religiõis est,atqꝫ cæremonias ipsas oppugnant:quippe nõ addubitantes,illis expugnatis & abrogatis,se,quidquid deinde supersit pietatis & religionis,nulla difficultate subuersuros & expugnaturos.

Id quod vti filij seculi,qui filijs sunt lucis in sua generatione prudẽtiores,in partes suas haud imprudenter cogitant,ita magna nimirum ex parte alicubi sunt voto non citra pœnitendum totius apud nõ parum multos Christianismi dispendium potiti:nempe non nescij,se hoc quidem pacto nõ multo post vniuersam facile religionem Christianam prorsus abrogaturos. Id quod sua misericordia deus optimus auertat; quoniam ipso propter peccata nostra per

mittēte,suorum isti conatuum non difficile cōpotes alioqui essent per omnia futuri. Sublatis enim catholicis e catholica ecclesia cæremonijs,haud multo post ex ea ipsa videremus omnem sublatam pietatem, deuotionem, vniuersamadeoq; religionem, quæ cæremonijs & ritibus eiusmodi fouetur, nutritur & conseruatur. Rem ita habere, non obscure fuerit (arbitror) intelligere ex sexto in nostrum catholicum catechismum libro.

In quo sic cæremoniarum catholicarum rationem,modum & vsum tracto, vt plane putem,me hoc ipsum de catholicis in ecclesia catholica cæremonijs, laboris & operæ post Isidorum Hispalensem episcopū,Rabanū Maurum archiepiscopum Moguntineñ.Innocentium Papam III. qui antea Lotharius, Gulielmum Durandum episcopum Mimatensem,& reliquos ecclesiasticarū cæremoniarum scriptores,haud vitæ sanctimonia minus,quàm sacrarum literarum peritia præclaros & insignes,non frustra,sed vtiliter simul & necessario suscepisse.

Nonne,quæso,simul vtile censemus,valdeq; necessarium,vt quotquot nostrum sumus,officij nostri rationem teneamus,ne sacerdotes & Leuitæ cum filijs Caath,mysteriorum onera prorsus obtecta feramus,sed euolutam potius Christi gratiam in figurarum tegumētis dispiciamus,scopum videlicet Christianę religionis ex animo sciamus,panes propositiones,quos ad domini mensam ferimus,adeoq; genus id diuinis sane signis atq; mysterijs omnino plena, cœlestiq; quadam dulcedine referta videamus & intelligamus, & virtutib⁹ præterea,quæ per ipsa repræsentantur & significantur,ita fulgeamus, vt luce nostrā cæteros illuminari faciamus,non autem vt cæci duces cæcorum existamus? Quales quia multi nostrum, quod vereor, haud ita pridem eramus,toto passim orbe male prorsus audiebamus. Atque id nō vere minus quàm merito. Nam quotusquisq; fuerit,putas,sacerdotum,episcoporum, archiepiscoporum,& hoc genus ecclesiæ catholicę ministrorum & antistitum,qui quid suæ tam variæ quàm multiplices vestes & indumenta,quid diuina cum suis cæremonijs in templo officia,quid pallia,quid horum denique similia, quib⁹ sub mysterio quodam ex officio quilibet eorum vti solet,omnino quid significent,sciat,quidve faciat,quave ratione hoc aut illud agat,saltem ruditer intelligat?

Iam vero quum plerique omnes prophanarum etiam artium professores, eorum quæ profitentur, causas & rationes scrutari, rimariq; satagunt, & ipsi quoque pictores & opifices, quamlibet mechanici,suorum operum rationes & causas,saltem verisimiles,reddere student,atque sæpenumero velut in manu digitos plane notas habēt,& ipsis etiamnum viris patritijs, vt est apud iurisconsultum,causas tractātibus,turpe sit admodum, ius in q̄ versantur, ignorare:quàm putamus clerico cuilibet turpe sit,ac toti populo perniciosum(sicut enim populus,teste propheta,sic & sacerdos)eorum quę passim in ecclesia catholica geruntur & aguntur,causas & rationes omnino nescire,& eum pręsertim, cuius est alios ex officio docere?

Hinc equidem arbitror fieri vsuq; venire,quod tam multi passim ex ꝓphanis

nis,haud solum nesciant morales mysticasq́ catholicarum cæremoniarum significationes,rationes & causas,verumetiam aliquoties earum,quoniã quid sibi velint, ignorãt,cõtemptores sunt & subsannatores:siquidem multi sunt etiam sacerdotes & sacris initiati,qui sint earum prorsus expertes. Quod vbi mecum multoties expenderem,quantumq́ propterea iacturæ toti Christianismo hactenus accidisset, anxie cogitarem,non potui sane vel ob munus, quo fungor in catholica dei ecclesia,quamlibet indignus, committere,quo minus,quatenus per innumeras alias,& eas quidem non omnino vulgares,occupationes licuit,declarandarum catholicarum in ecclesia catholica cæremoniarum onus & laborem certo quodam modo susciperem,quemadmodum non suscepi solum deo auspice,sed & eodem authore, vtcunq́ compleui.

In primis eñ (sicuti multis videtur) absque exemplo catholicas,id est,communiores & generaliores cæremonias,toto quidem anno statis diebus,horis, & locis in ecclesia catholica seruari solitas,& tam laicis,quos appellant, q̃ clericis scitu magnopere necessarias & vtiles recensui. Deinde rationes earum & causas,quidquid sibi velint illæ,quurq́ sint institutæ, citatis ad hoc idoneis, & nõ retortis sanctæ scripturæ locis,ita commonstraui,vt ipsarum quasi nullæ citra scripturas & desumptas ex eis rationes,institutæ videri queant,vtpote,quas omnes ferme sacris literis,exemplis & causis obfirmauerim & tutatus fuerim. Quanuis interim nõ me transeat,iurisconsultum dicere,non omnium, quæ tradita sunt a maioribus,reddi posse rationem:& ipsum quoq́ Aureliũ Augustinum decantatissimum catholicæ ecclesiæ doctorem,& ecclesiasticarum constitutionum & cæremoniarum longe obseruantissimum, existimare, plerasq́ diuersorum locorum cæremonias sic innumerabiliter pene variare, vti vix aut nunquam causæ,quas in eis constituẽdis homines sequuti sunt,inueniri possint: quãdo dubio procul earum nõ paucæ sint, quæ nec ad moralem nec ad mysticum ex institutione referantur intellectum,sed aliquot ipsarum propter necessitatem,aliquot propter cõgruitatem,aliquot propter veteris & nouæ legis differẽtiam,aliquot propter earum affinitatem,aliquot propter maiorem ipsorum officiorum celebritatem & reuerẽtiam,quasi per manus a nascẽte propemodum ecclesia in assuetudinem susceptæ sint. Insuper eas ita pro loco & tempore tractaui,vt fidelis & prudens Ecclesiastes vno eodẽq́ labore & ipsas per euangelion,q̃d tum ex ecclesiastica institutione legi solet, & idem per illas in nõ vulgarem auditorum vtilitatem declarare valeat, & salutares deniq́ suas subinde colligere doctrinas,ad vnitatem ecclesiæ plurimũ proficuas. Demum, non omnino tacitus subinsinuaui,cæremonias in ecclesia, quæ vel ex scripturis acceptæ,vel apostolica traditione sine scripturis per successores cõfirmatæ,vel vera cõsuetudine roboratæ,& per vsum legitimũ cõprobatæ sunt,vsqueadeo nõ esse pro cõseruanda religione nec superuacaneas,nec inutiles,vt merito credi possint præcipua quædam secretiorum mysteriorum pædagogia, Christianæ pietatis fulcimenta,totius virtutis admonitoria,& diuinæ denique deuotionis incitamẽta.

Postremo docui,cæremonias haud ita tamen abutẽdum esse,vt quis inibi

proram & puppim sanctimoniæ collocare, vel eis plus tribuere, quàm ijs quæ spiritus sunt, & in eis, quasi perfectam contineant pietatem, cõquiescere velit, sed vt ab ijs, quo possit ad perfectiora proficere, potius assuefiat. Nec interea ferendas esse cæremonias censui, quæ non solum ceu superuacaneę, vel ineptæ, vel superstitiosæ videri solẽt, sed & quæ vel ad quæstum vel ambitionem, nõ autem ad pietatem, obseruantur, omnino submouendas admonui.

An vero, Reuerẽdissime pater & Illustrissime princeps, qui ante nos de cęremonijs ecclesiæ differuerunt, hunc in docendo modum & ordinem pro loco & tempore, quem ipse, quoad fieri potuit, præstiti, sic vtiliter & cõmuniter, compendiariaq́ via præstiterint, vti post eos hoc laboris in ipsas catholicæ ecclesiæ cæremonias, abs re frustraq́ suscepisse videri queam: facile iudicabit & discernet, qui nostra cum illorũ scriptis hac de re, secũdum temporis & loci adeoq́ personæ circunstantias, diligenter & synceriter contulerit.

Quidquid autem huius nostri operis est, quur tibi inter tot tantosq́ meos patronos ex iustiore parte dedicauerim, & nunc quoq́ dedicem & offeram, duę potissimum inter alias in promptu sunt rationes. In primis enim quia tam strenuus, hac dubia præsertim tempestate, Christianarum apud nos cæremoniarum fueris adsertor & obseruator, quàm vix strenuus Iudaicarũ apud suos cęremoniarum Moses fuisse credi possit. Deinde, quod ipsemet in diuinis Ecclesiæ officijs, quando de more sacris operaris, ita deuote, gnauiter, diligẽter, decenter et grauiter, vt decet magnum pontificem, cum religiosa quadam omniũ admiratione, cæremonias easdem in te ipso pręstas & refers, vt astans, mihi nõ alium ferme quàm quempiam Aaronem vel Hesdram (vel si quis vnquam fuit illis cæremoniarum quondam diuinarum inter summos sacerdotes & archiepiscopos diligentior aut obseruantior) videre videar.

Addo q́ & olim mihi (nisi fallor omnino) visus sis optare, vt si quid de catholicis cæremonijs, quę passim impugnarentur, conceptum haberem, paulo maturius ederem, tibiq́ primitus exhibere non grauarer. Sileo interim quod mihi peculiaris etiam fuerit ratio, vt hunc meum laborem Illustrissimæ Amplitudini tuæ præ cæteris dicauerim: quandoquidem hoc calamitoso tempore non potuerim alio modo testari animum memorẽ eius in me officiorum, quæ ipsa mihi, suo videlicet pridem in ecclesia metropolitana Moguntiæ concionatori, largiter impendit, ostensura dubio procul & aliquo argumento, hoc quidquid est operæ sibi gratum esse. Quam Deus optimus reipublicę suæ Christianæ iuuandæ feliciter seruet incolumẽ. Viennæ Austriæ.
Nonis Decembr. Anno
post Christum natũ
M. D. XLII.

FRIDE-

FRIDERICI NAVSEAE

BLANCICAMPIANI EPISCOPI VIENNENSIS, IN CATHOLICVM DE CATHOLICIS IN ECCLESIA CAEREMONIIS CATECHISMVM, LIBER SEXTVS,

Duas habens partes, De Tempore videlicet & Sanctis, & in earum primam

PRAEFATIO.

ADMIRANTVR haud parum multi, quidnam causæ sit, quia tametsi vix vllo loco & tempore (quod nonnulli, nescio q̃ vere, iactitant) Euangelium, dei verbũ, adeoq́ȝ sancta scriptura frequẽtius & dilucidius, q̃ hoc nouissimo quidem tempore ĩ Germania nr̃a p̃dicetur, vix tamen vllo tempore & loco minus euangelicorum fructuum appareat, q̃ hoc tempore, & in Germania prę sertim nostra: Quando quidem hoc apud nos tẽpore non minus fere apud catholicos q̃ schismaticos & hæreticos, neglecta iaceat & desierit pene om̃is erga deum & hominem fides, spes, charitas, omnis religio, deuotio, timor denique dei oĩs, itemq́ȝ obedientia, disciplina, honestas, & ita virtus demum om̃is, vt non desint inter nomine Christianos, quibus etiam meliores olim fuerunt ethnici: nempe quorum vita demonstret eos nec æternam posthac, nec cœlestem vitam credere, nec esse deum, vel si est, ipsum habere nullam nec virtutis nec vitij rationem, nec fortassis aliquam rerum humanarum curam. Id q̃d esset contra om̃em & naturam & rationem & scripturam, sicut multis etiam ocularibus experimur coniecturis & argumentis.

Iam vero, quũ rem paulo penitius introspexerim⁹, fateamur oportet, huius nr̃ę incredulitatis vitæq́ȝ dissolutæ non postremã esse causam, ecclesiasticarũ cæremoniarum, & eorum diuinorum, in quibus illis potissimum vtimur, officiorum neglectum, quando hoc ipsum sint illæ respectu concionum & auditionum earundem de fide, precibus, præceptis diuinis, sacramentis, quod sunt pericula & mustræ, quas appellant, respectu exhortationum & informationũ belli moderatorum siue capitaneorum.

Vt igitur non modo doceamus, sed & proficiamus & ædificemus, vt etiam quæ dicta sunt a nobis hactenus de duodecim sacrosanctæ fidei nostræ articulis, de orationis dominicę partibus, de septem sacramentis, deq́ȝ decem dei optimi maximi præceptis, & de hoc genus alijs ad salutem pertinentibus, nõ solum in ipsorum credẽtium, orantium, sacramentisq́ȝ vtentium & obedientium cordibus efficacius, ordinatius & viuacius inhæreant, accipiãtur, seruentur & cooperentur, verumetiam apud eos, qui credentes, orantes, sacramẽtis

vtentes,ac diuinis præceptis obediẽtes,vel audiunt vel vident in seipsis, vna proficiant,verumq; deniq; reddatur,ad quod dominus hortatur,dicens:Sic luceat lux vestra coram hominibus,vt videant opera vestra bona,& glorificent patrem vestrum qui in cœlis est:conabimur in hoc vltimo nostri catechismi libro nonnihil ex sacrosancta scriptura de catholicis in ecclesia ceremoniis(de singulis enim singularum ecclesiarum cæremonijs,non est, vt frustra dicamus)colligere,q; eædem sunt quasi quædam credentium, orantium, operantiumq; nunc signa,nunc documenta,nunc admonitoria,nunc figuratiua, tam non in diuinis passim officijs,vt impia vel prorsus inutilia cõtemnenda, vt ea dominus deus in veteri testamento non solum pari propemodum tramite cum suis præceptis & mandatis obseruari voluerit,sed & in nouo testamento(quanuis diuersa ratione) per suos apostolos pro loco & tempore docenda custodiendaq; censuerit,velut procedẽte tempore & ordine, deo bene fauente,scripturis,rationibus & exemplis euidenter commonstraturi sumus, descripturi primum cæremonias.

Matt.5.

QVID SINT CAEREMONIAE, ET VNDE dici cœperint. Caput I.

QVãuis q̃d cæremoniæ sint,ad finẽ earundẽ tractatũ,nec antea pfecte cognosci possit,vt tñ sciat,q̃ de sumus hoc libro dissertaturi, fortassis operæprecium fuerit,hac primum parte subijcere descriptionem cæremoniarum. Sunt itaq; ceremoniæ,prout de ipsis in presentia loquimur, quædam exteriores & tam in verbo q̃ in facto & habitu hominis ĩ diuino cultu & officio singulares,nec sine quadam religione actiones & exercitationes,ipsum hominẽ non secus atq; figure & notæ quedam,vel ad fidem vel pietatem vel deuotionem in corde habendam prouocantes;vel eius, quod vel quo ad religionem vel fidem,vel quo ad hoc genus aliud in ecclesia militante gestum est, vel in triumphante, quo ad æternam gloriam & beatitudinem, geritur aut gerendum est,admonentes, & quidquid tandem eorum est, quasi exempla quæpiam docentes, secundum tempora, loca, res, personasq; distinctæ. Siquidem cæremoniæ primitus ab ecclesia vel potissimum sunt institute propter paulo simpliciores,rudiores & duriores,quibus vt plurimum lacte, nõ autem(teste Paulo)solido opus est cibo,quousque perfectiores,pro consuetudine exercitatiores habituri sunt sensus ad boni maliq; discretionem, quousq; decurrãt plerique omnes in vnitatem fidei & agnitionem filij dei,in virum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi.Id quod perfecte tandẽ fiet,vbi ipse Christus dominus sub nouissimum huius seculi diem reuersurus est e celo,viuos & mortuos iudicaturus, vti scripturæ habent.

Hebr.5. Ephe.4. Actor.1. Phil.3. 1.Thess.5.

Iam vero,tametsi non dubitemus, Iudæos tanquam omnium populorũ vetustissimos & primos,fuisse primum cæremõijs vsos, quas & ipsi ante legem & sub lege traditas a deo primi receperint & habuerint, quas & in suo idiomate Minhag appellant,ipsæ tamen(quod sciamus) a nulla re Iudaicæ nationis suum nomen obtinuerunt,sed eas fuisse dici cœptas Ceremonias vel a Cerere,quæ dea gentilis & apud ethnicos inuentrix frugum prima fertur

tur apud eos parua quædam mysteria celebrandi diuinum cultum mõstrasse,proindeq; postea quemlibet diuini cultus apud illos ritum,fuisse ceremonias in ipsius honorem nominari cœptas:vel vtiq; cæremõiarum causam & appellationem natas fuisse,deriuasseq; a Cærete oppido Thusciæ in Italia, quoniam ipsum benigne receperit,vrbe Roma a Gallis capta, Vestales virgines, quæ simulacra Romanorum ab hostibus eripientes,illucq; conuenientes,inibi cum ipsis deorum simulacris & idolis hospitatæ liberaliter mansere, donec a Gallis vrbs ipsa per Camillum liberata fuit. In cuius oppidi Cæretis beneficij memorialem gratitudinem,Romani deinde mũdi monarchæ,orbisq; domini,præstiterunt,vt omnis apud eos diuinus cultus & huius ritus,vulgo cœperit appellari cæremoniæ,teste Tito Liuio, quem deinde repetit Valerius Maximus. Quæ quidem appellatio recepta fuit & a Christianis, & apud nos in hanc vsque diem seruata,quoniam deriuauerit ab ea vrbe,quæ deinde caput orbis Christiani,sicut antea Gentilis orbis,DEO sic ordinante,cœpit haberi & esse,quemadmodum sacrosancta illius Ecclesia, quam Romanam dicimus,ita dicitur ac est mater aliarum ecclesiarum, quæ CHRISTO nomina dederũt,vt eius appellatione venire censeamus Catholicam Ecclesiam, quia vniuersus idemq; Christianus orbis, eius fidem & religionem suscepe rit,sequutusq; fuerit,quam illa suscepit ac didicit a Petro & Paulo principibus apostolis, & ab illo tanquam vniuersali vicario IESV CHRISTI in vniuersali eademq; catholica. Cuius quidem fides & religio sic hactenus immobilis, constans, incolumis,& firma perseuerauit, vt contra ipsam nullæ portæ inferorum,id est,nulli nec tyranni,nec hæretici, nec schismatici præualere potuerint,aut eius fidem & religionem infringere, vtpote cuius, adeoq; ipsius Petri successio,iuxta CHRISTI promissum semper manserit immobilis,non autem neq; Pauli,neq; Iohannis,neq; Iacobi,neq; aliorum apostolorum:nẽpe quorum ecclesiæ magna ex parte,maxime per Mahometanos, a vera CHRISTI fide & religione defecerint & apostatauerint.

T. Liuius lib. 5.

Matt. 16.

Matt. 16.

Quum proinde hoc in libro disputaturi sumus de cæremonijs catholicis, non autem de singulis & singularibus singularum ecclesiarum, (quod ob earum varietatem & multitudinem fieri nequit) sitq; ipsa Romana Ecclesia & huius fides & religio,ad quam pertinet causa cęremoniarum,non secus atque vera matrix &(Cypriano teste)radix Ecclesiæ catholicæ,cuiusq; fides,Apostolo prædicante,laudata,ab Apostolorum etiam tempore inconcussa viguerit: visum est, pro virili disserere de cæremonijs,quas vt plurimum pro loco & tempore in se & in suis filiabus ecclesijs,quales sunt,quæ manẽt in eius vnitate,Romana obseruat ecclesia. De quibus ita tractaturi sumus,vt quaten⁹ fieri queat,(nec enim omnium quæ sunt a maioribus non impie constituta, ratio reddi potest)doceamus,quibus scripturis & harum rationibus,exemplis, fundamentis & vtilitatibus illæ primum fuerint institutæ,itemq; quid significent,singulatim declaremus,nec interim taceamus abusus,si qui,vt & in aliis rebus quamlibet laudatis,fieri solet,irrepserunt,ita commõstraturi,quo modo cõmode possent tolli submouerìq;,vt plane possis eos accusare,qui hacte

Roma. 1.

nus generatim voluerint omnes e medio sublatas cæremonias vt impias, modo finem tractatus expectes, minime, nisi altera quoque parte audita, sententiam ex affectione sinisteriore pronunciaturus.

QVID IN VNIVERSVM VENIAT APPELlatione cæremoniarum. Caput II.

QVid cæremoniæ, quas Hebræi primum a Deo receperunt & habuerũt, easque in suo idiomate ,id est, Minhag appellant, ac vnde vocatæ sint, paucis docuimus. Superest vt breuiter doceamus, quid generatim veniat appellatione cæremoniarum: quandoquidem illæ nunc arctius, nunc largius accipi solent. Sciendum proinde volumus, per cęremonias ecclesię Christianę catholicas hoc loco intelligi omnem corporeum exterioremque in diuinis cultibus & officijs in templo vel alias celebrari fierique solitis, ordinẽ, modum, vsum, habitum & ritum, nõnihil singularis religionis & mysterij præ se ferentẽ. Cæremoniæ fuerunt, quando Moses, pugnante Israel contra Amalech, expassis ad cœlum manibus, deum pro victoria precatus est: Quãdo Dauid septies in die deum laudib⁹ extulit, quãdo coram archa citharam magna cum deuotione & religione pulsauit, accinctus ephod lineo, ducente omĩ Israele ipsam archam testamenti domini in iubilo & clangore buccinę: Quando Daniel vir desideriorum, ex cœnaculo fenestris ea parte patentibus, qua Hierosolymis erat obuersum, ter quotidie statis horis genua demittẽs, numẽrauit: Quãdo dominus Iesus Christus cæcum alibi sanaturus, in terram exspuit, & ex terra madefacta lutum fecit, oculos illius obliniuit, & cęcum denique ad piscinam Siloę dimisit, vt se lauaret inibi: Quando idem sacrosanctam Eucharistiam consecraturus, facta prius iuxta Iudęorum legem cœna, primum a mensa surrexit, vestimenta deposuit, linteo se præcinxit, aquam in peluim fudit, pedes discipulorum lauit, deinde illos linteo quo pcinctus fuit, extersit: ac deinde readsumptis vestibus, recubuit, docuitque: præmissisque doctrinis, accepit panem, benedixit ac fregit, deditque discipulis suis, & ait: Accipite & mãducate: hoc est corpus meum &c. Quando Lazarum resuscitaturus, primum suspexit in cœlum, gratias patri egit, infremuit spiritu, seque ipsum turbauit, plorauit, lapidẽ a sepulchro tolli iussit, clamauit voce magna: Lazare, veni foras. quem deinde ligatum discipulos soluere præcepit: Quando denique cœlos adscensurus, eleuatis manibus, benedixit discipulis suis ac matri suæ &c. ij proinde diuini cultus, & hoc genus alij modi, ritus, ordinationes, habitus in orando, cantando, benedicendo, ieiunando, recte dici solent cæremoniæ, quũ præstent quod earum definitio supiore loco præscribit.

Exo. 17. Psal. 118. 2. Reg. 6. 1. Par. 15. Dani. 6. Iohan. 9. Iohan. 13. Mat. 26. Mar. 14. Luc. 22. 1. Corint. 11. Iohan. 11. Mar. 16. Luc. 24.

ERRARE EOS, QVI CONTENDVNT CAEremonias in nouo testamento, quasi impias, magna saltem ex parte tollendas. Caput III.

EX ijs igitur, quæ recensuimus huc usque, non obscure colligimus, eos q̃ contendunt cęremonias in nouo testamẽto, quasi impias, debere prorsus abrogari, propter certas nonnullas rationes, vehementer errare.

Prima est, qm̃ quum deus ille opt. max. in hoc orbe primus, vt audiuimus,

ꝓtoplastis cęremonias tulerit, atq; idē quum solus & summe bonus, oīa valde bona cōdiderit, ita ꝓrsus sub sole vniuersa (teste scriptura) in mēsura, nūero & pōdere sapiēter & suauiter disposuerit, vt nemo iuste possit nec debeat interrogare, Quare sic facis, aut Quur ita fecisti? vtpote ꝙ is sit, q̄ omnia quæ vult, facit: ꝑfecto non modo non fas est dicere, sed ne cogitare quidem, malas esse & impias cæremonias, atq; ꝓinde tollendas, quarum deus, autor omnium bonorum, primus fuit institutor. Genē.4. Matt.19. Mar.10. Luc.18. Gene.1. Sapiē.11. Iob.9. Eccēs.8. Psal.1.5. Iacob.1.

Secunda, q̄m Christus suo ꝑinde exēplo cæremonias aliquot instituit, vt q̄ nobis in exēplum ipsis vsus est in docendo, operando, & orando, ꝓut nuperrime ꝓbauimus, ꝓbaturi suo deinde loco & tēpore multo fusius. Quē & eius discipuli deinceps sequuti sunt, vsi nō solū (veluti pariter ꝑ loco & tempore audiemus) ipsis cęremonijs, verum quarum nōnullas etiā instituerunt illi. Nonne cæremoniale fuit, quod Petrus ipsam Thabitam mortuā (quę Dorcas interpretatur) resuscitatur⁹, in genua lapsus est, precatusq; & ad illius corpus conuersus, ait: Thabita, surge, eiectis antea foras oībus hominibus? Nonne etiam, quęso, cæremoniale fuit, ꝙ Paulus ꝓ Christianorum tribulationibus genua sua flexerit ad deum patrem? Nōne etiamnū cæremoniale fuit, q̄d idem docuit, viros debere leuatis manibus aptoq; capite, mulieres vero velatis capitibus orare, ponens rationem, quur ita fieri debeat, quemadmodum rationes habent omnes cæremoniæ, vtcunq; non omnibus cognitas. Iam vero quis nō vtał eis rebus in cultu diuino, quibus tam accurate Christ⁹ vna cum discipulis vsus est, quasq; fieri ꝑcepit? Acto.9. Ephe.3. 1.Cor.11.

Tertia vero ratio est, q̄m necessarię sunt cęremonię ecclesiasticę multifariā. Primo, quia ꝑ eas deo opt. maximo seruim⁹, & grās agimus ꝓ corpore, quod nobis dedit, ꝓq; omnibus quæ corporis sunt. Quia enim tria nobis ḡnatim ex gratuita meraq; liberalitate contulit, animam videlicet, corpus & substantiam, & bona quæ sunt animæ, corporis & substantię, quę alias appellant bona fortunę: ꝓinde cōuenit ac oportet, vt de ijs bonis homo creatori datoriq; deo suo seruiat, & grās agat & referat, ꝓ aīa cum cordiali deuotione & dilectione, ꝓ substantia cum decimatione substantiæ & eleemosyna, ꝓ corpore cum corporeis cęremonijs in orando, legendo, canendo, ieiunādo, geniculando, & in id genus rebus exterioribus & corporeis omnino consistentibus. Et hoc est quod Dauid ex corde quærit, inquiens: Quid retribuam domino pro omnibus quę retribuit mihi? Qui & deinde dicit: Tua sunt oīa dn̄e, & quæ de manu tua accepimus, dedimus tibi, quęq; tibi debemus. Et hoc etiam est quod Paulus ait: Domino gratias agentes semper ꝓ omnibus in nomine domini nostri IESV Christi. Atqui cæremonijs corporeis potissimum ꝓ corpore, proq; ijs quæ corporis sunt, gratias agimus & seruimus deo. Atq; hinc est ꝙ quemadmodum nulla fuit gens vnquam sine deo, sineq; aliqua vel q̄libet vana & supstitiosa religione, sic etiam nulla fuit gens vnquam sine vsu cæremoniarum, quibus deum suum non coluisset quasi cultu quodā exteriore. Deut.6. Mat.22. Luc.10. Mala.3. Tob.4. Psal.115. 1.Par.19. Ephe.5.

Secūdo, quia ꝑ eas peruenimus ad ea q̄ fidei sunt, quæq; alioqui nec videri, nec facile cognosci possunt, maxime a paulo rudioribus & infirmioribus, Hebr.11.

Hebræ.5 quibus iuxta Paulum,non solido cibo,sed opus est lacte.Id quod vsqueadeo verum est,vt idem Paulus cēsuerit ethnicos olim nequaquam excusandos in- Roma. 2 fidelitatis,quanuis nullam de deo,deq; rebus diuinis & inuisibilibus,nisi naturæ legem habuerint,quum per ea,quæ exteriora sunt & mūdi visibilia,conspicere & intelligere potuerint,quæ inuisibilia sunt & æterna,adeoq; dei virtutem & diuinitatē. Atq; hinc est,quod quū olim Iudæi primi essent populi in orbe,& ad cœlestia diuinaq; ,præsertim de deo, deq; eius vnigenito Iesu Christo,quandoq; nasciturо,credēda prorsus omninoq; rudes & difficiles,fa- Exo. 18. ctum est,vt deus tot ac tantas illis per Mosen tradiderit cæremonias,& eas Leu.9.10 æque sicut decalogi præcepta custodiendas voluerit:quippe,vt per ipsas tanq̄ Num.1 15 Deut.4. per signa,figuras,specula peruenirent ad cognitionem dei,& illius fidei,quæ 3. Reg.2 rerum est non apparentium. Et hoc est quod Apostolus dicit,in vno quidem Hebr.11 sensu,illis omnia contigisse in figuris.

1.Cor.10 Tertio,quia per eas aperto forisq;,nec solum corde,sed & ore & opere deū Roma.10 confitemur:id quod necessarium est,quum,teste Paulo,corde credatur ad iustitiam,ore autē confessio fiat ad salutem. Hinc Christus vult,vt ipsum non Matt.10 modo in spū,sed & in corpore forinsecus cōfiteamur,inquiens:Omnis qui cō Marc.8. fitebitur me coram hominibus,cōfitebor & ego eum coram patre meo,qui in Luc.9. & 12. cœlis est.Et qui negauerit me coram hominibus,negabo & ego eum corā patre meo qui in cœlis est.Iam vero quomodo Christianus hoc ipsum perficiet, nisi Christianis cæremonijs? Aut quomodo,vel a Iudæis,vel a Turcis,vel ab id genus infidelibus discernetur forinsecus,nisi Christianis cæremonijs,quasi quibusdā tesseris & symbolis & signis militaribus,vti minister alicuius satrapæ dinoscit aliquādo vestibus & certis earundē coloribus,quēadmodū serui Apoc.7. dei,q̄s in Apocalypsi sua se vidisse fatet euāgelista,signati tradunt in fronti- Apoca.9 1.Cor.14 bus eorū? Id q̄d totū videt innuere Paulus,de cæremonijs apud Corinthios agens. Quarta ratio, non tollendarum vt impiarum cæremoniarum,est, quod eæ sint valde proficuæ.

Primo,quoniam nos non solum ducunt ad agnitionem fidei,& quæ fidei sunt ac operū fidei,nec solum nos prouocāt ad deuotionē,religionē,pietatēq; vehemētius,sed & fidē,& quę fidei sunt,vt paulo superius diximus,quasi quędam manuductiones exemplares instruunt,& eorū, quæ fieri debent in corde monent,vti sic fiant,maxime rudiores,cuiusmodi sunt pueri, senes,qui bis Ibidem. sunt pueri,& qui sunt paulo carnaliores & rarenter diuina officia frequentant,quibus lacte , non solido cibo,opus esse Paulus ait, cuiusmodi fuerunt Heb 5 1.Cor. 3. Corinthij,quibus ita dicebat idem Paulus : Et ego fratres , non potui vobis loqui quasi spiritualibus,sed quasi carnalibus: tanquam paruulis in Christo lac vobis potum dedi,non escam.Nondum enim poteratis,sed ne nunc quidem potestis . Adhuc enim carnales estis. Secundo , quoniam manutenent cæremoniæ catholicæ in ecclesia, adeoq; in ipso diuino cultu ordinem, quo nihil ad vnitatem,concordiam & pacem conducibilius & pulchrius,sine quo nihil sibi cōstat,sed omia sunt tanq; chaos cōfusum,horroreq; plena. Quapropter quū Paulus de cęremonijs aliqua Corinthijs tradidisset,tādē cō

cludens

cludens sermonem, dixit: Itaque fratres, omnia honeste & secundum ordinem fiant in vobis. 1.Cor.14

Hinc videmus, q̄ agantur omnia confuse discorditerq̧ apud hæreticos & schismaticos, qui propria temeritate sustulerunt cæremonias catholicas, quarum tamen magnam partem volentes nolentes readsumere compulsi sunt, quum alioqui populus eorum tanquam oues sine pastore, non secus atque bestiæ confusim degissent, prout nec in hunc vsque diem vllus est apud eos ordo, sibi cum vera deuotione constans.

Tertio, quoniam cæremonię non modo conducunt & vtiles sunt ad deuotionem, pietatem, religionem, fidemq̧ in cordibus suscitandam in eis ipsis, qui vtuntur illis, sed & eis, qui vident vel audiunt, vtentes ipsis, vtpote quod & ipsi perinde exemplis quibusdam, & hortamentis ad eandem deuotionem, pietatem, religionem & fidem prouocantur, deumq̧ patrem, qui in cœlis est, glorificant. Ad quod sane exemplum in aliorum salutem plerique omnes obligamur, domino dicente: Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrū qui in cœlis est. Et quid multa de magnis & multis vtilitatibus catholicarum in ecclesia cæremoniarum? quando eædem tam sunt virtute, potentia, fructuq̧ plenæ, vt qui eas tanquā mysteria & cœlestia & diuina quædam signa fideliter pieq̧ frequentāt, quanuis eorum causas scire non omnino possint, non tamen sine fructu sint: nimirum diuinitus institutæ, vt miro quodam modo dei secreta, quæ possunt a paucis intelligi, pene possint ab omnibus agi. fitq̧ hoc ipsum in eis, quod in oculis & cæteris membris fieri solet. Etsi enim soli oculi vident in operando, cætera tamen membra, quæ non vident, & tamen operantur, non sunt sine fructu, singula suam dignitatem habentia, quanquam oculi, qui cætera ducunt & dirigunt, præemineant. Matth.5 1.Cor.12.

Ex ijs proinde omnibus, quæ dicta sunt hactenus, aperto colligimus, quàm non modo turpiter errant, sed & in primis simpliciores in tot tantisq̧ bonis scandalizant, qui vel cæremonias in ecclesia catholicas tollunt vel negligunt, vel eis vtentes subsannant & derident, quum vtique tam ex præcepto, quàm ex præcepti transgressionis supplicio obligentur alios quocunq̧ modo in bonis operibus ad fidem, ad religionem, ad pietatem, ad spem & charitatem, &c. ædificare, non autem scandalizare. Cuius causa Paulus de cæremonijs & traditionibus humanis pie latis, loquens ad nos omnes, ait: Prouideamus bona non solum coram deo, sed & coram hominibus, sed hoc magis iudicate, ne ponatis offendiculum fratri vel scādalum. Quæ pacis sunt sectemur, & quæ ædificationis sunt, inuicem custodiamus. Debemus nos firmiores sustinere imbecillitates infirmorum, & nō nobis placere. Vnusquisq̧ vestrū proximo suo placeat ad ædificationē. Hæc Paulus, q̄ vsqueadeo abstinuit a scādalizādo, vt nec facere vellet, q̄ sibi liceret, qm̄ nō ædificaret: nempe nō immemor eius, quod dominus ait: Væ homini per quē venit scandalū. Expedit em̄ ei, vt suspendatur mola asinaria in collo eius, & demergatur in profundum maris. Væ proinde ijs, qui vel tollunt vel negligunt cęremonias, 2.Cor.8 Roma.12 Roma.14 Roma.15 1.Cor.6.10 Matt.18.

quum

quum prorsus agãt,q̃d nec eis licet,nec alijs expedit,sed obest plurimũ aliorũ saluti & dei cultui,scandalizando seipsos,damnantes & alios,quos scandalizant,si fiunt vel mali,vel q̃ fuerunt antea peiores.

CONFVTARI SCRIPTVRIS ET EARVM rationibus,quæ hæretici & schismatici contra vsum cæremoniarum catholicarum falso peruerseq; citãt. Cap. IIII

NEc est,quod ex hæreticis & schismaticis nonnulli, nescio quæ apud rudiorem populum cõtra cæremonias ecclesiæ citant,quum ea prorsus esse cõficta & falsa ex ijs,& id genus alijs,q̃ proximo capite diximus,nemo nõ pius intelligit,intellecturus paulo etiamnum clarius ex ijs,quibus istorum allegata plus quàm aperto confutantur & redarguuntur. Primo enim quia dicunt,cæremonias esse Iudæorum,quæ quũ fuerunt figuræ,plane cessauerint, ne seruantes eas,videamur iudaizare,breuiter respõdemus bifariam: Primo, nos hac parte & in Christianismo tractare & seruare cæremonias ecclesiæ catholicas:quo quidẽ verbo secludimus nõ modo Iudæorũ,gẽtiliũ,hæreticorũ & schismaticorũ ceremonias, sed & singulares singulariũ ecclesiarum ceremonias.Quũ em̃ ceremoniæ earũ sint rerũ,in q̃bus vnusquisq; in suo sensu abundare potest,fieri potest,vt singulæ ecclesiæ singulas cæremonias, & eas quidẽ varias habere queãt,(quũ & ipsa triumphãs ecclesia varietate sit circundata) [Psal. 44] quarum nõnullæ sunt ex scripturis acceptæ,nõnullæ sine scripturis apostolica traditione per successores cõfirmatæ:nõnullæ,quarum etiã institutio ignoratur,cõsuetudine non impia corroboratę sunt,quas singulatim recensere, sit & impossibile & superuacaneum.Quum proinde(vt diximus)eas duntaxat prosequemur ceremonias hoc in libro,quas in vniuersum seruat vel in seipsa, vel in suis filiabus,quæ sequuntur eius fidem & religionem, Romana ecclesia, & eius appellatione non sine causa,quam superius expressimus, veniat ecclesia catholica:fieri solet,vti nostras,de q̃bus differemus,ceremonias ecclesiæ catholicas appellemus,fusq; deq; habentes omnium eorũ ceremonias,qui sunt extra catholicam ecclesiam.

Secundo respondemus,ceremonias Iudæorum vtiq; legales in nouo testamẽto sublatas,nec vllo pacto seruãdas esse,vtpote quæ fuerint figurę de Christo Iesu Messia vẽturo,deq; fide de ipso,adeoq; veritate,q̃ cum per Christũ [Iohã. 1.] facta sit,diesq; aduenerit,& lux ipsa processerit,merito cessauit figura:nox & [Coloss. 2] vmbra quoq; fugere coactæ sunt,nec vlterius obseruãdæ ceremonię Iudæo- [Heb. 8.10] rum,q̃ quoq̃ modo derogare possunt vel Christo,q dudũ venit,vel in ipsum fidei,q̃ nunc veritate patefacta,cõpleta est:quę vero apud Iudæos ceremonię fuerunt,deuotiõis solũ & pietatis,adeoq; admonitrices rerũ diuinarũ & cœlestium,informatricesq; honestatis,pacis & cõcordiæ,adeoq; id genus virtutum,bonorumq; operum,ab ecclesia sunt merito vel receptæ,vel earum similes institutæ,quum quę morum sunt virtuosorum,nullam recipiant mutationem,veluti diximus in libro decalogi,dicturi clarius,vbi deuenerimus ad singularem ceremoniarum expositionem.

Secundo

Secundo vero, quia dicunt aduersarij, nos Christianos omnino non indigere cæremonijs, cum quia simus iam per fidem perfecti satisq; instructi, tum quia nos deum in spiritu tantum intus, non autem foris adorare oporteat, domino dicente: Spiritus est deus, & eos qui adorant eum, in spiritu & veritate oportet adorare: Respõdemus primũ, nos optare magnopere vt verum esset, Christianos sic oẽs esse pfectos, vt p cæremonias nõ indigerent ad deuotionem, pietatẽ, fidem, religionẽ prouocatione, nec rerum cœlestium & diuinarũ admonitione, nec earum informatione. sed quum secus longe habere rem videmus, profecto cęremonijs oportet æque vtamur atq; aliæ gentes, quũ inter nos sint non parum multi pueri, partim ętate, partim moribus & senio, partim rudes ac stupidi natura: & tales propemodum plerique omes, hac quidem vana tempestate cæremonijs indigent: quales fuere quondam Hebręi, ad quos scribit Apls, q recte posset nunc ad nos dicere: Etẽ quũ deberetis magistri esse ,ppter tẽpus, rursum indigetis vt vos doceamini q̃ sint elemẽta exordij sermonũ dei, et facti estis qbus lacte sit opus, nõ solido cibo. pfectorum enim est solidus cibus, eorũ qui pro cõsuetudine exercitatos habent sensus ad discretionẽ boni & mali. Iam vero quia pleriq; oẽs cœlestia p speculũ in ęnigmate videmus, ac fide doceri magis ac magis possumus, sintq; inter nos vsq; ad consummationẽ seculi nõnulli pueri, nonnulli paulo seniores & rudiores, oportet sane cæremonijs doceamur, admoneamur, & ,puocemur, vsq; ad finẽ seculi, donec occurramus oẽs in vnitatẽ fidei & agnitiõis filij dei. Cuius quidẽ causa dñs, Aplo teste, quosdã dedit apostolos, quosdã prophetas, quosdã Euãgelistas, quosdã pastores & doctores. Deinde quia dicunt deũ esse adorandum in spũ & veritate, nõ negamus: sed inficiamur, illi nõ etiã rebus esse corporeis inseruiendũ, nec illum deposcere cultũ exteriorem: quinimo deus ipse viribus aię, corporis & substãtiæ colẽdus est, vti paulo supius docuimus. Insup cæremonię nõ sunt impedimẽto spũali cultui & adoratiõi, quũ magis ipsam ,pmoueãt & spũm excitẽt. Quũ eñ spũalis ideq; interior cultus dei, cõstet ac fundetur in fide, spe & charitate, atq; eæ tres virtutes nec perfecte haberi nec cognosci possint, nisi p exteriorem cultũ bonorũ operũ et fructuũ, qbus homo forinsecus se exerceat, vtpote ieiunijs, vigilijs, oratiõibus, & in id genus corporalis exercitij cæremonijs, tum etiã moribus grauib⁹, honestate, exemplari vita bonorũ operũ, in obediẽtia humili, in pfectione corporeæ legis & ecclesiæ traditionũ: ,pfecto cõstabit, ipsum hoĩem nõ nisi summa difficultate deũ in spũ adorare posse, nisi ille hoĩem ipsum exteriorẽ prius exercitio cęremoniarum & bonorum operum pparet ac disponat, & in eo carnales cõcupiscentias supprimat, vt ipse fiat cõgruum organum & instrumentum hominis interioris, adeoq; spiritus ipsius, qui alioquin a carnalibus desiderijs & in ocio sine vsu cæremoniarum (nisi sic cicuretur ac castigetur exterior homo) prorsus sit indispositus ad seruiendum deo, adq; ipsum vere adorandum: quandoquidem corp⁹ quod corrũpitur, inquit Salomon, aggrauat animã, & terrena inhabitatio deprimit sensum multa cogitantem. Oportet ,pinde, si spũs vere libereq; debet adorare & colere deũ, vt caro ipsa adeoq; corporalis sẽsualitas,

Iohan.4.
Hebr.5.
1.Cor.13.
Ephe.4.
Iohan.4.
Sapien.9.

quam vocamus hominem exteriorem, prius refrenetur ac dometur vsu & exercitio cęremoniarum & aliorum exteriorum operum bonorum, quemadmodum Paulus fecit, de seipso dicens: Castigo corpus meum, & in seruitutem redigo. Et quare? nimirum, vt eo libentius in ipso spiritus deo seruiret, & ne forsasse reprobus efficeretur, qui prædicaret alijs, vt corpus bonis operibus, qualia sunt etiam cęremoniæ, spiritui subditum redderent. Ita nimirum oportet, vt primo corpus per exteriora opera exerceatur, vt fiat spiritui instrumentum bene dispositum & congruum. Cuius etiam argumẽtum deus optimus in creatione hominis reliquit, quum primo corpus creauerit, illicq; deinde spiritum infuderit, scriptura dicente: Formauit dominus deus hominem de limo terrę, & inspirauit in faciem eius spiraculũ vitæ, & factus est homo in animam viuentẽ. Hunc sane spũs & corporis ordinẽ Paulus in dicendo sequit᷑, dicẽs: Factus est primus homo Adam in animã viuentem, nouissimus Adam in spiritum viuificãtem. Sed non prius q̃d spũale est, sed q̃d aĩale, deinde q̃d spũale. Hinc est, q̄ qa hęretici nr̃o tẽpore plane carnales aĩalesq;, pperam inuertẽtes hunc naturæ ordinem, duntaxat spiritum vane sonuerint, spũaliaq; iactitauerint apud populũ & magnalia, corporales vero ritus & vsus cæremoniarum exteriores neglexerint, & reiectis explosisq; bonis operibus ventosam plebẽ, quæ alias natura ad malum prona est, fitq; licẽtia semper deterior, ad nudam mortuamq; fidem tanquam ad perfectam iustitiam trahere moliti fuerint: cœperunt plerique nunc omnes, adeo esse sine dei timore & obedientia, tamq; p omnia sine conscientia bestiales, animales & carnales, vt plane nihil sapiant nec faciant quod est spiritus, sed omnia quæ carnis sunt & mundi, perpetrant, de quibus Apostoli seniores, vt & Iudas ille Thaddæus etiã meminit, ita certo prædixerunt, vt credas eorum tempore victitasse, quum dicunt: In nouissimis temporibus venient illusores secundum desideria sua ambulantes in impietatibus. Hi sunt qui segregant semetipsos, animales, spiritum non habentes. Nec mirũ, quum sint inuerso ordine trahi cœpti ad ipsum spiritum, nec secus spiritualibus & rebus ijs altioribus, quę fidei sunt inuisibilis, suffocati, atq; suffocarentur infantes, si traderetur eis primum panis, caro, & hoc gen⁹ cibus solidus, non autem lac. Id quod maiores nostri, Christum & eius apostolos sequentes, non fecerunt, vtpote qui primo populum carnalem certis qbusdam cęremonijs exterioribusq; operibus domare frenareq; sategerunt, vnde cœperunt deinde viuere in timore domini, bonam cõscientiam habere & ad deum deuotionẽ: qui virtutes amabant, odio autem vitia habebant. Errant proinde falso dicentes, cæremonias exteriores illas impedimento esse, quo minus homo deum in spiritu & veritate adoret, quum illæ multo magis hominem disponant, vt spiritu possit deum & colere & adorare liberius.

1.Cor.9. Gene.1. Sap.10. 1.Cor.15. Gene.8. Iudæ.1. 2.Timo.4. 2.Tim.3. 2.Pet.3. 1.Cor.3.

Tertio autem, quia dicunt aduersarij, cęremonias Ecclesiæ sibi stultas videri, peneq; superstitiosas: respondemus, hoc ipsum esse prorsus & quidem certissimũ argumentum, quod cæremoniæ catholicæ sint ꝓ fide Christiana, adeoq; ꝓ rebus diuinis, ad quas tendit ipsa fides nostra, quę vtiq; p omnes suos articulos vsq; adeo stulta videtur ac est ijs qui pereunt, vt etiam quondã habiti

biti sint fatui, qui prædicarunt eam, quum tamen coram deo fuerint vere sapi entes. Sane deo sic visum est, per stultitiam prędicationis saluos facere creden tes, qui stultam huius mundi fecit sapientiā. Et hoc est quod Paulus ait: Nos autē prædicamus Christum crucifixū, Iudæis quidē scandalum, gentibus au tem stultitiā, ipsis autem vocatis Iudæis & Gręcis, Christū dei virtutē & dei sapientiā. Præterea cur cęremonię nō haberentur stultæ a derisoribus earum, quando sint ipsæ rerum diuinarum, cœlestiū & spiritualiū promotrices, quarum isti sunt expertes oīno, quas nec (teste Paulo) possunt intelligere, quū sint hoīes animales & carnales, q nō percipiunt quæ sunt spiritus dei, quę sunt eis stultitia, quoniā sibi videntur sapiētes, quum sint vere corā deo stulti: quorum ipse propterea sapiētiam perdet, & prudentiam reprobabit.

1. Cor. 1. 1. Cor. 2. Esaię. 33. Esai. 29. Abdiæ. 1.

Sinamus igitur istis cæremonias haberi stultitiam, & qui vtuntur eis, simpliciores & imbecilliores, haberi stultos, modo sinant eos esse eiusmodi stultos per Christum, quos deus elegit, quorum illi simplicitas stulta sic prę sapientia mundi placet ac grata est, vt suam esse velit sermocinationem cum simplicibus, qui ꝓculdubio bene ambulant, quum simpliciter ambulāt. Etsi enī iustorum simplicitas deridetur, ipsam tamen deus diligit.

Iob. 12. 1. Par. 29.

Quarto, quia dicunt aduersarij, cæremonias præ se ferre hypocrisim: respōdemus, cæremonias nequaquam esse hypocrisim, quum nō sint nuper inuētæ, nec ab vno, sed longe dudum receptæ, sicq; a multis & vniuersis hominibus Christianis toto terrarū orbe per aliquot secula seruatæ, vt propterea catholicæ dici cœperint: nec institutæ ideo, vt vtentes eis, debeāt videri velle, sed tales esse, quales vt sint, illę monent. Cęremonialis enim homo, sicut vir bonus, est, qui bonus esse vult, videri autem non laborat. Hypocrita esse quidem bonus & sanctus non laborat, videri autem vult. Quum itaque cæremoniæ nō sint nouæ, nec vnus duntaxat homo eis vtatur, sed in vniuersum plerīq; oēs, nō video, quomodo hypocritæ quoquo modo sint aut esse possint, qui secundum ecclesię consuetudinē cęremonijs vtuntur, maxime quū hypocrisis simulatio sit, in corde sedem suam habens, cuius est solus deus, non autem homo, scrutator. Quo nimirum pacto frequentius & verius esse potest, ac plerunq; est, hypocrita, qui prorsus nullis vtitur cæremonijs, nihilq; agit forinsecus, in mente tamen videri cupit, ac cęteris se meliorem censet, vti patet in duobus illis, qui simul adscenderunt in templum, vt orarēt, vnus pharisæus, & alter publicanus: quorū ille, q nullis vtebatur cæremonijs, sed stans duntaxat apud se orabat, dicēs: Deꝰ, gr̄as ago tibi &c. verꝰ fuit hypocrita, minimeq; fuit iustificatus, qm̄ iustus videri voluit in mēte: hic vero, s. publicanꝰ, q cęremonijs vtebatur in orando, (vtpote qui stabat a longe, oculos ad terrā figebat, pectusq; suum percutiebat, dicēs: Deus, propicius esto mihi peccatori) nō fuit hypocrita, ꝓindeq; iustificatus, quū nō voluerit, sicut alter, videri nec deuotus, nec iustus, seipsum cognoscens. Quem plerique omnes peccatores sequi debemus, minime iactanter videri cupiētes. Id q̄d dominus ꝓhibet, inquiēs: Attendite ne iustitiā vestrā faciatis corā hoībus, vt videamini ab eis &c. dūtaxat hypocrisim

1. Par. 28. Rom. 8. Psal. 7. Hier. 17. Acto. 1. Luc. 18. Mat. 6.

Matt.5. crisim prohibens,non autem opus ipsum exterius,quod vtique cęteris debet in exemplum videri & prælucere,volens nostra verba & opera quęcunq; exteriora cum corde debere cōcordare,quę nullius sint alioqui momenti,nisi adsit spiritus atq; cor,id est,nisi corde quoq; fiant, quæ foris repræsentantur ad dei gloriam:quippe quæ eatenus sint salutaria, quatenus cor intus accesserit, cuius potissimū causa cæremoniæ catholicæ sunt institutæ.Hinc est q dn̄s in Esai.29. Matt.15. Esaia dicit: Populus hic labijs me honorat, cor autem eorum longe est a me. Sine causa autem colunt me,docentes doctrinas & mādata hominum. Q. d. Nihil ad salutem faciunt homini traditiones humanæ,vel quamlibet sanctę appareāt,nisi sub ijs cor sit syncerū & pium,quod soli deo faciat quod foris significatur in exemplū cæteris,vt q̄d per se bonū est,fieri videntes,incipiant & Matt.5. ipsi benefacere & deum glorificare. Perspicuum fit itaq;,eum qui iudicat alterum hypocriseos,quū sibi velit iustus videri,plerunq; maiorem esse hypocritam eo quem iudicat,id quod facere non deberet,iuxta dominum dicentem: Mat. 7. Lucæ.6. Nolite iudicare,& non iudicabimini.Iudicat autem,qui per se bonum in sinistram partem interpretatur,contra proximi charitatem,quæ vertit in meliorē 1.Cor.13. partem omnia. Hinc grauiter peccant, qui deridēt cæremonias ecclesiæ catholicas,quę ne speciem quidē hypocrisis habent.

Quinto,quia dicūt aduersarij vel ideo saltē maiorē cęremoniarū partē tolli debere,quoniā parū sint vtiles,quū non aliud sint q̄ corporalis quędā exercitatio,quę(teste Paulo)ad modicū vtilis est:resp̄ōdemus,q̄d vtile est ad modicū,nō est inutile,ideo nō proijciendū,maxime quū tale sit modicū,sine quo 1.Tim.4. multa & magna fieri nequeant,nec sine ipso ad ardua peruenire quimus,quale si cōtemneret homo,teste Salomone,pedetentim casurus esset.Parua nimirum res est,Alphabetū,si q̄s vlterius nō vtitur:sed maxima res respectu orationis,quæ sine eo cōstitui nequit.Res quoq; parua est frenum,si quis ipsum p se iudicat:sed res vtiq; maxima respectu equi,qui nequit sine ipso domari. Ita nimirum cæremonię(quanuis Paulus de eis in allegato loco non disserat,sed 1.Tim.4. de abstinentia)res eis parua modicaq; censetur, qui putant eas duntaxat esse quandam corporalem exercitationē,sed vtiq; eædem sunt res maximæ,quando videmus sine ipsis deum non posse, nisi summa cum difficultate, nec coli nec adorari:quinimo maximæ sunt,maximiq; momenti, vbi multiplicem earum paulo superius enarratam præcellentiam,vtilitatem & necessitatem considerauerimus

Sexto,quia cōtendunt cæremonias esse tollendas,quod varij sint circa eas abusus,vtpote superstitiones,in quibus aliquot ita suam fidem et spem collocent,vt credant se per ipsas iustificari: Respondemus,res plerasque omnes,vel quamlibet bonas,esse tollendas,si tollenda sunt omnia,quibus adsunt abusus,quum nulla sit res vsqueadeo bona, quæ non incipiat haberi mala, si quis perperam abutatur ea, præsertim quod nihil sit omni ex parte beatum,quando nec aurum ex toto purum sit,nec argentea vasa careant semper ære,nec rosæ spinis,nec area domini siue ecclesia paleis vnquam vacarit, quum mox ab initio quoque inimicus homo superseminauerit zizania & lolia in medio boni

ni seminis, adeoq; tritici ipsi⁹, dño alibi, ipsomet videlicet seminatore boni seminis, teste, qui & eo in loco non propterea vult triticum e medio tollẽdum, quia mixtas habeat zizanias, sed potius vtraq; simul crescere, si semen bonũ simul sit tollendũ. Cui⁹ sane verbi si aduersarij vel memores essent, vel ipsum intelligerent, profecto discerent ac scirent, ita tollendos esse abusus in religione, vt ipsa maneret interim religio, nec destrueretur ipsa substantia propter accidens ipsius aliquod malum. Ita nimirum Paulus communionem venerabilis ac sacrosanctæ Eucharistiæ nequaquam sustulit, quia pleriq; abuterentur ea per ebrietatem, perq; hęresim & contentionem, sed abusus corripuit, & nouas instituit cæremonias circa eandem communionem, daturus & alias, si quandoq; venturus sit ad illos, dicens: Cætera autem, cum venero, disponã. Nec dubiũ, quin quod pollicitus est, seruauerit, ac eis præscripserit, a quibus, quo tempore, quo cultu, quo ritu, quibus verbis consecrari sumiq; debuerit. Nec item dubium, quin quod præscripsit, Ecclesia iam inde seruarit, quæ veritatis est columna & firmamẽtum. In cuius sane cæremonias catholicas si qui, quod mirandum non est, abusus irrepserunt, a nobis pro loco & tempore deinceps ita submouebunt, vt nemo pius eas sit accusaturus aut impietatis, aut superstitionis, quemadmodum nouissimis istis temporibus pleriq; hæreticorum & schismaticorum factitarunt, bis iniustitum quia quas ipsi nouas instituerunt alicubi contra catholicæ ecclesiæ consuetudinem, ordinationes & cęremoniæ longe pluribus scateant, quàm nostrę, abusionibus, vtcunque centies nostris recentiores, proinde merito corripiẽdi verbo hoc domini: Quid vides festucam in oculo fratris tui, & trabem in oculo tuo non vides? Hypocrita, eijce primum trabem de oculo tuo, & tunc videbis eijcere festucam de oculo fratris tui. Ad quorũ singulos ait Apostolus: Propter q̃d inexcusabilis es o homo om̃is qui iudicas. in quo eñ alterũ iudicas, teipsum cõdemnas. Eadẽ eñ agis q̃ iudicas. Tum quia multa dicũt, pauca vero ꝓbant, nullã ostendentes impietatẽ, cuius accusant cæremonias ecclesiæ catholicas: ipsamq; catholicam ecclesiã falso calumniantes, q; mendaciter cauillantur, eius filios iustificationẽ, fidem & spem ponere in cæremonias. Id quod nullũ ex catholicis vnquam nec scripsisse, nec fecisse scimus, sed plerosq; om̃es ex suæ matris decreto iuxta Pauli sententiam tenere, deum solum fide per charitatem bona opera producente, nos iustificare: cæremoniasq; ipsas hoc potissimum duntaxat facere, vt fidem & spem habeamus, & vere teneamus, ac ipsam bonis operib⁹ adornem⁹ & viuificemus, vti i nobis & (queadmodum sensit Abrahã olim) fides cooperetur opibus nostris, & ex ipsis operibus fides consummetur.

Atq; licet deinde non negemus fieri posse, vt nonnulli paulo sint supstitiosiores (quanq̃ quales & quæ sint istæ supstitiões, a nullo satis expressæ sint) circa cęremõias ecclesię, nemo tamen eis cæremonijs iuxta ecclesiæ consuetudinẽ vtens, facile sit (arbitramur) arguẽdus supstitionis, quę, sicut hypocrisis, suã pręcipue sedem habet in corde, cuius solus deus, scriptura teste, scrutator est. Quod vbi rectum fuerit, totũ quod foris sine scãdalo agitur, rectũ est, nõ autem superstitiosum, domino dicente: Si oculus tuus fuerit simplex, totum

Mat. 13. 1. Cor. 11. 1. Tim. 3. Mat. 7. Lucæ. 6. Rom. 2. Gal. 5. Gen. 15. Iaco. 2. Hier. 17. Mat. 6. Luc. 11.

corpus tuum lucidum erit. Si autem oculus tuus fuerit nequã, totum corpus tuum tenebrosum erit. Insuper demus, aliquã nõnullos in cæremonijs ecclesiasticis cõmittere superstitionẽ, eam tamen ita putamus coarguendam, vt q̃d medium est, ac in bonã & malam partem verti potest, semper in meliorẽ partẽ vertamus, maxime hac in parte, vbi, quod ipsi superstitionẽ vocant, esse possit pius ac simplex affectus, qui deo nõ queat esse nõ gratus, quũ nõ ex superstitione, sed ex abundãtia potius quadã dilectionis & deuotionis erga deum & eius sanctos prodire credi debeat, quẽadmodũ nõ ingratã habuit cæremonialẽ vnctionẽ Mariæ Magdalenæ, sed cõtra Iudam, qui illam vanam & fortasse superstitiosam censuit, magnopere cõmendauit ipse dñs, inquiens: Quid molesti estis huic mulieri? Opus em̃ bonũ operata est in me. Mittens em̃ hæc vnguentũ hoc in corpus meum, ad sepeliendum me fecit. Amen dico vobis, vbicunq; prædicatũ fuerit hoc euangelion in toto mundo, dicẽt & q̃ hæc fecit in memoriã eius. Quinimo nec ipse censuit mulierẽ illã superstitiosam, quæ fluxũ sanguinis duodecim annis passa, retro accesserit, & tetigerit fimbriã vestimẽti eius, dicens intra se: Si tetigero tantũ vestimentũ eius, salua ero. Quam sane mulierem aliquãto rectius accusassent superstitionis, p̃sertim quum nulla fuerit in ipsa veste diuina virtus p̃cipue, sed in ipso Christo, dicente aliàs euangelista: Quia virtus de illo exibat, & sanabat omnes. A qua quidem virtute cœpit & habere vestis ipsa virtutem, quã & dñs nõ modo suorũ vestimentis, sed & vmbris ac eorũ reliquijs p̃digiose cõcessit: quã vtiq; mulierẽ aduersarij (prout dixi) rectius accusassent superstitionis, quia rem nouã facientẽ: sed errassent, q̃a nõ superstitio fuit, sed eximia pietas & deuotio, qua suã præcellentem in dñm fidẽ & charitatẽ publicitus testata est, dño testãte, quũ ait: Confide filia, fides tua te saluã fecit &c. Superest igit̃, vt ipsæ catholicæ cæremoniæ, portis etiã inferorũ inuitis, in ecclesia maneant, quũ sint aduersus oĩa friuola, vana, temerariaq; schismaticorũ & hæreticorũ argumenta diuinitus institutæ, diuinitus exercitatæ, necessariæ, salutaresq;: quas vel ideo in hoc libro declarandas suscepimus, vt ab omnibus intelligantur, & exerceantur ab omnibus vtiliter, ex eis pro virili repurgaturi, si qui olim tot seculis irrepserunt abusus, & initium declarationis earundem proximo capite sumpturi.

Matt. 26 / Mar. 14 / Luc. 7 / Iohã. 12 / Matt. 26 / Mar. 14. / Iohã. 12. / Mat. 9 / Marc. 5 / Luc. 8 / Luc. 6

DE CAEREMONIALI TEMPLO, QVOD vulgo vocant ecclesiam. Cap. V.

QVandoquidem dicturi sumus in hoc libro de catholicis cæremonijs ecclesiæ, quam vulgo quoq; templum vocamus, haud sane citra rem fecerimus, arbitramur, si primum quid & quotuplex sit ecclesia, & quibus hæc ipsa cæremonijs primum ædificari, construiq; soleat, dixerimus, vti deinceps quæ fiunt in ipsa cæremoniæ, facilius ac rectius accipiantur. In primis proinde sciendum est, vocabulo ecclesiæ triplicem venire ecclesiam, deq; earũ qualibet nostram de cæremonijs esse doctrinam.

Prima ecclesia est sp̃ualis, cuius olim figura fuit synagoga, & est ordinata fidelium & renatorũ in Christo cõgregatio, per fidẽ Christo in baptismo dedicata

Iohan. 3.

dicata, duas sane cōtinens partes, quarū vna vocatur triumphās, & est eorū fidelium, qui corporibus exuti, nunc sunt in cœlo triumphātes, quia fide & bonis operibus fide per charitatē factis, cōtra diabolū, carnē & mundū victores, & diademate iustitiæ coronati, triumphāt æterno gaudio in cœlesti patria, q̄s propterea S. Iohānes euāgelista in sua Apocalypsi vidit habere palmas in manibus eorū in victoriæ signū, quia palma semper resistit oneri imposito, vincere studens. De qua quidem ecclesiæ parte nobis haud erit p̄cipue in hoc libro dissertatio, nisi per significationis declarationem.

Apo. 7
A. Gel. li. 3. ca. 6

Altera vero eiusdē ecclesiæ sp̄ualis pars vocatur militās, & est omniū Christifidelium, qui adhuc in terra viuentes, ita cōtinuo fide & bonis ex fide per charitatem operibus cōtra diabolum, carnē & mundū diu noctuq̄ militāt, vt eorū vita recte cœperit a diuo Iobo vocari militia, p̄ quā nanciscunt̄ coronā æternæ gloriæ, dicēte ad vnumquenq̄ dn̄o: Esto fidelis vsq̄ ad mortē, & dabo tibi coronā vitæ. Cuius causa Iacobus ait: Beatus vir qui suffert tentationem, q̄m quū probatus fuerit, accipiet coronā vitæ, quā repromisit deus diligentibus se. Cui cōsentit & Paulus, inquiens: Ego iam delibor, & tēpus resolutionis meæ instat. Bonū certamen certaui, cursum cōsummaui, fidē seruaui: in reliquo reposita est mihi corona iustitiæ, quā reddet mihi dn̄s in illa die iustus iudex: nō solum aūt mihi, sed & ijs qui diligunt aduentū eius. Id q̄d quia seruauit eis, qui nunc sunt in cœlo, in parte ecclesiæ triumphātis, dubio procul seruabit hoc ipsum & nobis, qui sumus adhuc in parte ecclesiæ militantis, si modo legitime certauerimus.

Galat. 5.
Iob. 7
Apo. 2.
Iaco. 1.
2. Tim. 4
2. Timo. 2

De qua quidē parte potissimū noster futurus est sermo, sic per charitatē, cū altera parte quasi in vno corpore, cuius caput est Christus, cōiūcta, vt in symbolo apostolorū, credimus ecclesiam sanctā catholicā, cōmunionē sanctorū, vtpote eorū, qui sunt & in terra & in cœlo, communicātes nobiscū in oībus, q̄ sunt charitatis, quæ nunq̄ excidit vsqueadeo, vt cū angelis de nostris calamitatibus mœreant, de prosperitatibus vero nostris gaudeāt, deumq̄ pro nobis orent, cuius causa Dauid dicebat: Particeps ego sum oīm timentium te &c.

Ephe. 1. 5.
Col. 1.
1. Cor. 13
Psal. 118

Altera ecclesia est cœlestis, & est cōgregatio omnium beatorū angelorū & spirituū, & iustorū, qui sine fine viuunt in cœlo cū deo, q̄ peculiariter in eo est tanq̄ rex regum & dn̄s dominantium in throno suo, Dauide dicēte: Dn̄s in templo sancto suo, dn̄s in cœlo sedes eius. Quam sane sedē cœlestē Paulus propterea vocat domū, dicens: Scimus q̄m si terrestris domus nostra huius habitationis dissoluat̄, q̄ ędificationem ex deo habemus, domū nō manufactā, sed æternam in cœlis. De hac ecclesia nec noster est potissimū sermo, sed duntaxat in declaratione significationis & repræsentationis ipsius.

Apo. 19
Psal. 10.
2. Cor. 5

Tertia ecclesia est corporalis, adeoq̄ materialis, ex lignis & lapidibus, & hoc genus alijs materijs extructa, sic appellari cœpta, quod inibi collecta sit ecclesia sp̄ualis, id est, congregatio Christifidelium, per ministros conuocata, & in vnum congregata ab eo, qui vnanimes habitare facit in domo. Quæ proprie dicitur dei domus ab ipso saluatore nostro, prout & quondam Iacob patriarcha de vnaquaq̄ materiali ecclesia dixit: Vere dominus est in loco isto,

Psal. 67.
Iohan. 2
Gene. 28

& ego nesciebam: Terribilis est locus iste: non est hic aliud, nisi domus dei & porta cœli. Quæ quidem ecclesia materialis, quæ & templum, & alijs quoque nominibus appellari solet, usqueadeo aliarum duarum ecclesiarum, spiritualis & cœlestis scilicet, tanquam signans signati, & continens cōtenti cum suis partibus & cæremonijs, quæ fiunt in ea, repræsentatiua est, vt & vtraque pariter dei domus & templum dici consueuit, quod deus aliquo modo vel per maiestatem, vel per gloriam, vel per fidem, vel per gratiam conuersetur in ea, sicut dominus in domo sua propria, quemadmodum Paulus ait de ecclesia spirituali, quæ nos sumus: Christus tanquam filius in domo sua, quæ domus sumus nos, si fiduciam & gloriam spei vsque ad finem firmam retineamus. Nec hoc quidem pacto solum ipsa multorum fidelium congregatio dicitur ac est ecclesia & domus, templumque dei, sed vnusquisque fidelis homo, nimirum domus illa euangelica, quæ scopis, hoc est, operibus pœnitentiæ per fidem factis, mundata est, in qua dominus vult habitare, ipso dicēte: Si quis diligit me, sermonem meum seruabit, & pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus.

Hebr. 3 · Luc. 11. · Iohan. 2 · Ioh. 14

Hinc quibus ipsa materialis ecclesia partibus materialibus ædificatur, quibusque corporeis intus cæremonijs adornatur, ijsdem partibus quoque spiritualibus ipsa spiritualis ecclesia, quales sunt singuli fideles, construitur, ijsdemque cæremonijs intus spiritualibus adornari debet, prout in sequentibus capitibus dicturi sumus.

DE CAEREMONIALIBVS ECCLESIAE materialibus partibus. Cap. VI.

VSqueadeo materialis ecclesia suis & partibus & cæremonijs ecclesiam ipsam spiritualem, quæ nosipsi sumus, in quibus dominus deus verius quam in ecclesia materiali, quæ man usfacta est, habitat, repræsentat & figurat, vt æque putem dicere, dominum deum de ipsa, quod olim dixit de idea siue exemplari ipsius tabernaculi siue templi, quod ei Moses construere debebat. Quum enim ipse dominus olim filios Israel, deuoto, seduloque eorum precatu misericordia motus, ex Aegyptiaca captiuitate liberasset, atque eos, præcedente Mose, tanquam illorum duce, qualis erat electione diuina, in terram promissionis ducturus esset per desertum, in quo quadraginta annis ob incredulitatem commorati sunt, vt deinde suam rescirent voluntatem in omnibus agendis & non agendis, illamque seruarent, ne rursus eiusmodi captiuitate vel maiori etiamnum mulctarentur, vocauit ad se Mosen in montem Sinai, ac illi per quadraginta dies & noctes decem præcepta, cum certis quibusdam cæremonijs, quas illi erant obseruaturi, præscripsit, vt se per ea sanctificarent, & fierent quasi peculiaris synagoga, quæ nūc est ecclesia, in qua deinde sua gratia nō secus atque aliquis in domo sua esset habitaturus. Atque vt eius, adeoque eorum omnium, quæ ipsis præcipiebat, non obliuiscerentur, mandauit simul, vt sibi ædificarent tabernaculum iuxta formam, quam eis præscriberet, inter

Hebr. 3. · Acto. 17 · Exo. 19 · 24. 25. 26 · Num. 14 · Num. 32 · Deu. 29. · Hebr. 8. · Psal. 94. · Hebr. 3.

alia dicens: Facientq; mihi sanctuarium, & habitabo in medio eorum, iuxta omnem similitudinem tabernaculi, quod ostendam tibi &c. Quo dicto cœpit ipse ex ordine tabernaculi formam enarrare Mosi, cui postea de monte descendenti, vt dictorum nequaquam immemor esset, denuo dixit: Inspice, scilicet ideam tabernaculi, & fac secundum exemplar, quod tibi in monte monstratum est.

Iam vero, quum sciamus hæc & horum similia, ipsis Iudæis in figura partim, & in veritate partim contigisse, & nobis ad doctrinam esse conscripta, q̃ certam quandam rem non aliter atq; vmbra solem præfigurarent, voluisseq; dominum, vt ipsi filij Israel fierent ei peculiaris synagoga siue domus, & qualis esse deberet, formam viderent & acciperent ex ipsa materiali synagoga, siue tabernaculo: quur non in veritate nobis ipsum dominum deum censeamus loquutum esse, qui per fidem videntes ipsum, verius q̃ illi, sumus Israelitæ, in quibus ipse singulariter non secus atq; in sua spirituali ecclesia domoq; inhabitaturus esset, testante Paulo, quũ ait: Vos estis templum dei viui, sicut dicit deus: Quoniam inhabitabo in illis, & inambulabo inter eos, & ero illorũ deus, & ipsi erunt mihi populus? Et quur etiam non censeamus nobis ab ipso mandatum, ædificari synagogam, hoc est, ecclesiam materialem, quæ esset in se suisq; cæremonijs quasi exemplar & monitorium nostri, qui sumus vera, eademq; spiritualis ecclesia, in qua ipse dominus hic sua gratia, & alibi per gloriam inhabitare cupit, volens, vt nos ædificemus & ornemus ad similitudinẽ ecclesiæ materialis, ad vnumquenq;, sicut ad Mosen, dicens: Inspice, & fac secundum exemplar, quod tibi in monte mõstratum est? Quale exemplar? Vtique quælibet ecclesia materialis, iuxta cuius exemplar, nos construi fieriq; spiritualiter debemus.

1.Cor.10. Roma.15 Roma.9 2.Cor.6 Leui.26. Esa.52. Iohã.14 Exo.25. Exo.26 Hebr.8

Rem sic habere, argumento est mirabili, quod ipsi quondam priores Christiani suas materiales ecclesias ita construxerunt, vt suis partibus & sitibus nõ modo differrent ab omnibus omnium gentium templis, sed & ipsos Christianos inspectione & cogitatione, quales esse deberent, quidq; facere deberent, si vellent esse spiritualis ecclesia saluatoris nostri, monerent: nempe vsque adeo diligentes Christum, vt eius etiam exteriorem imaginem semper sibi sub oculos obuersari cuperent, vt hoc magis ipsum sequi possent in omnibus & vnũ esse cum ipso, quemadmodum ipse vnum esse nobiscum cupit. Iam vero si ecclesiam ipsam materialem inspexerimus, profecto videbimus præcipue quatuor partes, qbus ipsa rationabiliter extructa est & materialiter, & nos quatuor admonẽt, q̃ spiritualiter habere debemus, si volumus esse veri Christiani, fierig; dño spiritualis ecclesia, in qua sit ipse habitaturus.

Iohã.17.

Prima pars ecclesiæ materialis, est ipsum fundamentum angulari constans lapide, monens nos nostræ in Christum fidei, primæ partis Christiani hominis, quippe vt is ante omnia credat in Christũ vnicum suũ redemptorem, deũ & hominẽ, mediatorẽ dei & hominũ. Sicut eñi fundamentũ id est ac dicitur, quod ita fundat cetera, vt ipsum nulli innitatur, sic Christus, in quẽ credi oportet, est ille cui omnia innituntur, in quẽ ita credere debemus, vt sine ipso nihil

1.Tim.2 Iohan.15

 possu-

Heb.11. possumus,nec nobis posse sine fide in ipsum prodesse quicquã, nec quoquo
Psal.117. modo nos deo placere posse. Ipse quidem verus est lapis ille, qui reprobatus
Matt.21. olim ab ædificantibus,in caput anguli factus est,& fundamentum suæ spiri-
Marc.12 tualis domus,id est,ecclesiæ spiritualis bene fundatæ super firmam petrã,pro-
Acto.14 Matth.7 ut ipsum vocat Apostolus,qui & de ipso ait:Fundamentũ aliud nemo potest
1.Cor.10 ponere,præter id quod positum est,quod est Christus Iesus.
1.Cor.3 Quod ipsi catholici vsqueadeo crediderunt,vt in huius suæ fidei perpe-
tuũ testimonium pleraſq; oẽs suas ecclesias materiales(quatenus fieri potuit)
construi curarunt ad modum crucifixi hominis,expassi brachijs cruribusq;.
Ipse quidem chorus orienti obiectus,ipsum caput:fenestræ,oculos:cancellus,
collũ:latera duo ex vtraq; parte,manus & brachia:reliqua vero pars ab occi
dente:quidquid corpori superesse videtur, repræsentare fertur.

Homo proinde hanc templi formã inspiciens,recordet Iesu crucifixi pro se,
& ei pro gratitudine sic se cõformet,vt seipsum quoq; bonis operibus mũdo
Mat.16. crucifigat,ipso dño monẽte,quũ ait:Qui vult venire post me,abneget semet
ipsum,& tollat crucem suã,& sequat me. Quod nisi quis fecerit,Christianus
Gala.5. nõ est,quũ,teste Paulo,ij duntaxat ipsius sint Christi,qui carnẽ suã crucifixe-
runt cũ vitijs & concupiscẽtijs,queadmodũ Paulus ipse fecit,de se dicẽs:Mi-
Gala.6. hi aũt absit gloriari,nisi in cruce dñi nostri Iesu Chri,per quẽ mihi mũdus cru
cifixus est,& ego mũdo. Ego em̃ stigmata dñi Iesu in corpore meo porto.

Secunda pars ecclesiæ materialis,est paries, admonẽs nos nostræ propter fi
dem spei,secundæ partis hominis Christiani:quoniã sicut per parietẽ a lateri-
bus protegimur,ne quid aduersi ingrediatur,& de fundamẽto amoueat inha
bitantes:ita spes ipsa,q̃ est expectatio de adeptione certa beatitudinis æternæ
propter fidẽ,secludit & remouet tribulationũ & aduersitatũ impetus,ne casu-
ri simus a fundamento nr̃æ fidei,q̃d est Chrs Iesus. Debet aũt hæc spes certo
cõsequẽdæ beatitudinis æternæ prorsus certa,nec vllo modo dubia esse,quũ,
Roma.5 Paulo teste,nõ cõfundat,qualem ipse dubio procul Paulus habuit,inquiens:
2.Tim.1. Scio cui credidi,& certus sum,q̃a potẽs est depositũ meũ seruare in illũ diem.

Iã vero sicut paries ecclesiæ materialis habet quatuor partes suæ qualitatis
& quãtitatis,q̃bus in esse cõseruat,ne vacillet,& sunt lõgitudo videlicet,lati
tudo,altitudo,profunditas:ita oportet spem nostrã habere quatuor partes.i.
quatuor cõsideratiões,si volumus eã spem nostrã de consequẽda beatitudine
Tit.1. semp esse foreq; firmã. Prima cõsideratio est diuinæ p̃missionis, q̃m deus,
Hebr.6. 1.Ioh.2. q nõ mẽtit,promisit eã,Iohãne dicẽte:Hæc est repromissio,quã ipse pollicitus
1.Ioh.4. est nobis vitã æternã. Secũda cõsideratio est diuinæ ordinatiõis,q̃m deus,
Io.3.6.11 Num.23 qui nõ mutat in sua ordinatiõe,ab æterno ordinauit se daturũ credẽtibus in
Mal.3. eius vnigenitũ,in vita æterna beatitudinẽ,ipso eius vnigenito dicẽte:Nolite
Luc.12. timere pusillus grex,q̃a cõplacuit patri vestro dare vobis regnũ. Hinc idẽ di-
Matt.25 cturus est olim ad beatificãdos:Venite bñdicti patris mei, possidete paratum
Gen.13.15 vobis regnũ a cõstitutiõe mũdi. Tertia cõsid. est diuinæ omnipotẽtiæ,q̃m
Gene.17 q illã promisit & ordinauit dare,tã est oĩpotẽs,ut etiã lõge maiora dare possit.
Rom.4. Ephe.3. Hinc de Abrahami fide Paulus differẽs,ait:Sciẽs q̃a quæcũq; promisit deus,
potens

potẽs est & facere. Quarta cõs. est diuinæ misericordiæ, q̃m qui ꝓmisit no bis credẽtibus æternã vitã, tã misericors est, vt nõ possit aliquẽ dãnare, quãtũ in ipso est, sed q velit oẽs hoĩes saluos fieri, nolẽs mortẽ peccatoris, sed vt conuertat̃ & viuat. Hæ igit̃ quatuor cõsiderationes sunt, quas Paulus Ephesijs a deo petijt, genua flectẽs, vt possent in spe per fidẽ perseuerare. Et ꝑfecto, q tenuerit eas, habebit firmũ parietem spei suæ de æterna beatitudine ꝓpter fidẽ cõsequendã. Tertia pars ecclesiæ materialis, est ipsum tectũ duarũ partiũ, anterioris videlicet & posterioris, admonens nos charitatis duplicis in deũ & proximũ, tertiæ partis ecclesiæ sp̃ualis, siue Christiani hoĩs: q̃m sicuti tectum nos ab imbribus & vẽtis ac reliquis immĩnẽtibus tẽpestatibus defendit, vt in ecclesia facere possimus, q̃ facienda sunt, nosq; tegit & oĩa nr̃a, sic ipsa charitas ab impedimẽtis defendit, suffertq; oĩa, vt per fidẽ possimus operari bona opera, sine qbus ipsa fides esset mortua, cooperiens tandem multitudinẽ peccatorum, ne nobis officiant.

1.Tim.2 Psal.144 1.Tim.2 Ezec.18. Ephe.3. Matt.22 Marc.12 Luc.10. 1.Cor.13 Galat.5. Iaco.2 Iaco.5.

Quarta pars ecclesiæ materialis, est ipsa turris, admonẽs nos ipsius p̃dicatoris, quartæ partis ecclesiæ sp̃ualis .i. Christiani hoĩs, qui sine p̃dicatore esse nequit, quũ fides, qua opus est, nõ possit nisi ꝑ verbum haberi, nec verbum nisi per p̃dicatorẽ audiri. Quomodo eñ, inquit Paulus, audient, s. verbũ Christi, sine p̃dicãte? Merito aũt per turrim significat̃ p̃dicator, q̃m quæ materialiter habet templi turris, ea debet fidelis habere p̃dicator, vel certe cõditiones eorundem. Primo quidem habet ipsa turris altiorem ipso templo altitudinẽ, significãs prædicatorem debere altiorem q̃ cæteros habere vitã & doctrinã, ne quum alios doceat, ipse reprobus efficiatur, vt Paulus scribit, summus p̃dicator, quemlibet p̃dicatorem in persona Timothei monens, ac dicens: Exemplũ esto fidelium in verbo, in cõuersatiõe, in fide, in charitate & castitate. Attende tibi & doctrinæ, insta in illis. Hoc eñ faciens, & teipsum saluum facies, & eos qui te audiunt.

1. Petr.4 1. Roma.10. 1. Cor.9. 1.Tim.4.

Secundo turris habet campanã, sicut olim in veteri test. habuit tubã argenteam, habentem interius plectrum ex vtraq; parte feriens ac sonum reddens, significãtem sonorosam vocẽ, qua (sicut campana foris populũ ad audiendũ cõuocat) intus ipse p̃dicator populum conuocare debet, ac illi nihil aliud ex vtroq; testamento, quod per ferrum ex vtraq; parte feriens, significatur, sonare debet, quàm priores tres partes ecclesiæ spiritualis, s. fidem, spem & charitatem, in quibus pendent prophetæ & tota lex: ad quas omnia reducuntur, quę nos credere & facere oportet. Hinc Paulus ait: Nunc autẽ manent fides, spes, charitas. Atque hoc est, quod magnus ille pœnitentiæ prędicator, Iohannes Baptista, nominet se duntaxat vocem clamãtis in deserto. Et ipse quoq; supremus p̃dicator Iesus Christus, verbum appellatur, q̃ vti verbũ, patris voluntatem toti mundo sonuit. Et ipse etiam p̃cellens Ecclesiastes Paulus Tarsensis inquit: Factus sum velut æs sonãs, aut cymbalum tinniens. Et ipsi quoque cæteri apostoli eiusmodi campanam, quasi spirituales turres, habuerunt, quãdo, Paulo post prophetam dicente, sonus eorum de euangelio Christi exiuit in omnem terram, & in fines orbis terræ verba eorum.

Num.10 Matt.22. Marc.12. Luc.10 1.Cor.13. Iohã.1. Ibidem. 1.Cor.13 Psal.18 Rom.10.

Tertio,turris habet in summitate gallum,in virga per modū crucis sedentē, significantē,quid prædicator in altitudine suggesti facere debet.

In primis em̄(sicut gallus facit)se percutiendo,a somno peccati excitet ꝑ deuotam pœnitentiam & orationem,prius ipse faciens ea,quę deinde docturus est alios,sequens principem prædicatorem Christum Iesum,qui,teste Luca, cœpit facere & docere.

Act.1

Deinde debet ipse prædicator (vti gallus profundæ noctis peruigil,horas eius cantu diuidit,& dormientes excitat)distinctim ꝑdicando,dormientes in peccatis excitare,vt abijciāt opera tenebrarū & noctis,per quā significat̄ hoc seculū,&dicere cū Paulo:Fratres,sciētes qa hora est iā nos de somno surgere. Abijciam⁹ ergo opa tenebrarū, & induamur arma lucis,sic,vt in die honeste ambulemus. Postea debet ipse ꝑdicator(sicut gallus suo cātu diem appropinquantē præcinit)diem iudicij futuræq; gloriæ prædicere,nunc minis scripturarum,& nunc promissionibus earundem,& dicere cum Paulo:Dum tēpus habemus,operemur bonū ad omnes.Et reddere ratione̅ per verba Christi,dicentis:Venit nox ,quandó nemo potest operari.Et,Venit hora,in qua omnes qui in monumētis sunt ,audient vocē filij dei:& procedent qui bona fecerunt,in resurrectionē vitæ:qui vero mala egerūt,in resurrectionē iudicij.

Roma.13 Galat.6. Luc.16. Ioh.9 Ioh.5

Insuper debet ipse fortis cōtra rebelliū peccata(sicut gallus cōtra ventū se vertit)stare,sic increpādo & arguendo,ne lupo veniente fugisse arguat̄,dn̄o iubente,quū ait:Clama,ne cesses:quasi tuba exalta vocem tuam,& annuncia populo meo scelera eorū,& domui Iacob peccata eorū.Vnde Paulus hortat̄: Prædica verbum,insta opportune,importune,argue,obsecra,increpa in om̄i patientia & doctrina. Postremo,debet(vti gallus recte sedet in virga ferrea)recto sermone ꝑdicare verbū crucis,nō loqui ex spū hominis,sed dei,dicēte Petro:Si quis loquit̄,quasi sermones dei:debet em̄ ipse,teste Paulo,fabulas ineptas & aniles deuitare,sed sacra scriptura vti,quæ quū diuinitus sit inspirata,vtilis est ad docēdū,ad arguendū,ad corripiendū,ad erudiendū in iustitia, vt ꝑfectus sit homo dei,ad omne opus bonū instructus.Et hacten⁹ de cęremonijs partiū quatuor ecclesiæ materialis, & de mysticis earū significationibus, quo ad ecclesiam spūalem,quæ nos singuli sumus,vti dictum est.

Esa.58 2.Tim.4 1.Pet.4. 1.Tim.1.4 2.Tim.2 2.Tim.3 2.Pet.1.

DE CAEREMONIIS IN ECCLESIA MATERIALI STATIS & CONTINUIS. Cap. VII.

QVoniam priore capite formam & situationem ecclesiæ materialis, vtpote templi,& eam quidem exteriorem & cæremonialem per partes ipsius recensuimus & docuimus,quid eæ ipsæ partes in ipsa ecclesia spirituali,quę nos sumus,habendum & seruandum significent & moneant,exigit nunc ordo,vt ipsam ecclesiam materialem ingrediamur, recensuri & reposituri,quæ pro cæremonijs intus habeantur,& quid nos habere & seruare velint.

Aqua benedicta mox in lebete vel lapide exciso pendens,ad latus plerunque dexterum apparet ingredienti , qua se,ingrediens ecclesiam,aspergens, duo facit:

Primo

Primo meminit, se nō verū eē Christianū nisi baptizatū, Chr̄o dicēte: Nisi quis renatus fuerit ex aqua & sp̄u sancto, nō potest introire in regnū dei, nec se posse post baptismū, cuius lauacrū mox respicit, peccantē secus iterū mūdari, nisi aqua lachrymarū veræ pœnitētiæ, queadmodū Magdalena & Petrus & alij se lauerunt. Qua quidē lotione se lauari petijt propheta regius, dicens: Adsperges me dn̄e hyssopo, & mūdabor: lauabis me, & sup niuē dealbabor.

Iohan.3 Luc.7. Matt.26 Marc.14. Psal.50.

Secūdo, eius aquæ adspersio, per virtutem verbi dei, quo sanctificata est & consecrata, propellit insidias diaboli, quo possit ipse libere deo in ipso templo seruire, cuius causa ipsum ingredit̄, quinimo a venialibus per fidē in deuotione emundat̄, sicut credi par est fieri, nō quidem virtute creaturę, sed creatoris, qui verbo suo p̄stat virtutē, nec finit ipsum abire in vacuum, nec reuerti, teste propheta. Nos igit̄ aqua bn̄dicta in significationē baptismi adspergimus, nō vt rebaptizemur, sed vt pœniteamus, & gratiā diuini nominis cū memoria baptismatis inuocemus, & ita mūdemur a peccatis, & a malis suggestibus diaboli muniamur. In cuius argumentū, nihil pene mundabat̄ sine aqua in veteri lege, prout suo loco de benedictione salis & aquæ dicturus sum.

1.Tim.4. Esa.55

Altare in choro siue in templi capite versus orientē conspicitur, in quo ex institutione Iesu Christi sub specie panis & vini secundum ordinē Melchisedech deo patri in mysterio corpus eius & sanguinē ad mortis ipsius memoriā pro peccatis offert sacerdos, designās ipsum cor hominis, q̄d templum dn̄i est sp̄uale, in quo ipse deo patri cum contritione & humilitate deuotissima filium Christū debet offerre, quasiq; corā ipso statuere, & rogare, vt intuitu eius & ipsius passionis ac mortis, sui suorumq; peccatorū gratiose misereri dignetur. Id quod dubio procul faciet, cum sit ille, de quo dicit: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui, nolens mortem peccatoris, sed magis vt cōuertat̄ & viuat. Altaria reliqua etiā in tēplo cōspiciunt̄, significātq; corda sanctorū nunc cū Chr̄o viuentiū, q̄bus & in quorū piam memoriā dedicata sunt, in q̄bus illi, quū fuerūt adhuc in humanis, idē q̄d nos, deo patri obtulerunt. Fuerūt e̅n̄ & ipsi de numero illorū, ad q̄s Apostolus ait: Nescitis q̄a templū dei estis, & sp̄us dei habitat in vobis? Si quis aūt templum dei violauerit, disperdet illū deus. Templū em̄ dei sanctum est, quod estis vos.

2 Matth.26 Marc.14 Luc.22. 1.Cor.11. Psal.109 Heb.7. Mat.3.17 Mar.1.9 Lucę.9 Ezec.18. 3 1.Cor.3.6

Nec vtiq; dissentaneum est, multa variaq; altaria esse haberiq; in Christianorum ecclesia, quum varia multaq; fuerint per figuram quodam modo in synagoga Iudæorum, & quidem sancti spiritus instinctu a sanctissimis hominibus, vtpote a Noeuo, ab Abrahamo, ab Isaaco, a Iacobo, a Mose, a Salomone &c. cōstructa. Quinimo & ipse Paulus altarium Christianorum mentionem facit. Valeant igitur sacrilegi schismatici, qui nuper alicubi tanta temeritate, imo prorsus impietate altaria demoliti sunt, non dissimiles istorū, aduersum quos Helias interpellat deum, dicens: Domine, prophetas tuos occiderunt, altaria tua suffoderunt. Id quod & a iam olim multis annis faciunt Turcæ, prout propheta regius de ipsis aliquando vaticinatus est.

1.Cor.9. Heb.13. 3.Reg.19 Roma.11

Sacer riscus, q̄d aliàs ciborium vocant, ad dexterā plerunq; summi altaris incisus conspicitur, in quo dominici corporis sacramentum ac oleū sactū pro ægro-

Psal.78 4

ægrotis,chrifma pro baptizandis omni tempore fub claufura referuat̃,coram quo iuge lumen,idemq; incenfum pendere folet:in argumentum fiquidem,illic verũ latere & abfconditum effe manna,idemq; cœlefte,quod dño tefte,de cœlo venit,atq; propterea dignum haberi lumine,quũ coram manna quondam,q̃d huius Chrifti venerabiliffimi corporis figura fuit,luminaria iugiter pependerint.Infuper argumẽto quoq;,illic fub fpecie panis certo effe eum,qui lux eft mundi,illuminãs omnẽ hominẽ venientem in hunc mundũ, de feipfo dicens:Ego fum lux mundi:qui fequit̃ me,nõ ambulat in tenebris, fed habebit lumẽ vitæ(æternæ). Per hoc etiã luminare monemur,venerabile corpus Chrifti nos debere recipere in ciboriũ noftri cordis,illuminati per verã pœnitentiã a peccatis noftris,q̃ cor noftrũ tanq; tenebræ obfcurãt,monẽte Paulo, quũ ait:Eratis eñ aliqñ tenebræ,nunc aũt lux in dño:vt filij lucis ambulate.

Apo.2 Ioh.6. Exo.16 Exo.25. Nume.7 1.Para.13 1.Para.15 Hebr.9 Ioh.1. Ioh.8.9 Ephe.5.

Imagines q̃q; & picturæ vifunt̃ in ecclefia fiue in templo paffim eorũ;qui in vera fide deceſſerunt hinc,quorũ fanctitas virtutibus eft & miraculis fatis fuperq; approbata,prout in catalogo fanctorũ videre eft.Quæ quidẽ picturæ & imagines,primo propterea fiunt,vt per eas memores fimus,eos,quos repræfentant,effe,quorum nomina fcripta funt in libro vitæ agni,de quibus in Apocalypfi Iohannes,ad quos olim dñs ait:Gaudete,quia noĩa veftra fcripta funt in cœlis. Atq; hinc eft,q; fecundo fiunt imagines picturæq; in templo, vt fint quafi libri quidã laicorũ,quibus vtiq; pictura p̃ftat,quod legentibus & doctis fcriptura:& plerunq; plus videt̃ pictura mouere animũ q̃ fcriptura. Per picturã quidẽ res gefta ante oculos ponit̃,longe magis mouẽs,cuius caufa comœdiæ,tragœdiæq; agunt̃.Per fcripturã vero res gefta quafi per auditum,qui minus mouet animũ,ad memoriã reuocat̃.Vnde fit,vt in ecclefijs nõ tantũ reuerentiæ libris exhibeamus,quãtũ imaginibus & picturis.Atq; inde quoq; eft,q; ftatuaria & pictura quondã inter liberales artes habita fuerit tacita poefis,quia plus interdũ repr̨ęfentarit adfectibus hominũ q̃ homo, quãuis facundus,poffit verbis exprimere.

Efa.60. Apo.21. Luc.10.

Quod vero nũc noui Feliciani fuboriuntur,cum Turcis & Sarracenis nõ hac in parte folum,fed in multis alijs cõcordantes,ac negãtes fieri oportere picturas & imagines nec Iefu Chrifti,nec eius fanctorũ,vehementer errãt. Nec eft quod blaterãt,eas propterea tolli debere,qm̃ pariant idololatriam: propterea q; dominũ prohibuiffe Iudęis,ne facerent fibi fculptile,neq; omnem fimilitudinem,quæ eft in cœlo defuper,& quæ in terra deorfum , nec eorũ quæ funt in aquis fub terra &c.eamq; ob caufam,Ezechiam confregiffe ferpentem æneum,quem iuffu domini Mofes fecerat.

Exo.20. Deut.4. 5.27. 4.Reg.18 Num.21. Iohan.3.

Refpondendum eñ eft,dominũ prohibuiffe fieri picturas & imagines nõ modo hoĩm,fed & aliarũ creaturarũ,in illũ finẽ,vt eas pro dijs colerẽt, quẽadmodũ faciebãt in ferpẽte æneo,quẽ propterea deftruxit Ezechias, nõ quia vt imago erat ferpentis,quẽ deus erigi iufferat,fed quia populus idololatrans , ei ficut deo incenfum adolebat,ipfumq; pro deo adorabat:id q̃d vti deus prohibuit,ita ñec nos Chriftiani picturas & imagines vti deos adoramus, nõ ignorãtes,fimulacra nõ effe nifi aurũ & argentũ,ligna & lapides,& opera manuũ,

Pfal.113.

quibus

quibus nec vlla sit vita, quemadmodum & Paulus ait, nos scire, idolum nihil esse in mundo, nec esse deum nisi vnum. 1.Cor.8.

Propter hanc vero causam duntaxat dominum prohibuisse fieri sculptilia & simulacra: alioqui aūt ea concessisse & permisisse fieri, nec ob vnius abusum reliqua debere destrui omnia, testantur nō parum multa.

Primo, ꝙ ipsum hunc nostrū intellectū arguant verba, statim prohibitionē sequētia, sic habētia: Nō facies tibi sculptile &c. sequit̃: nō adorabis ea, necꝙ coles. Secūdo, quia si secus haberet res, opus esset ex firmamēto cœli solem & lunam auferre, quum & ipsi Iudæi cœperant ea adorare. Exo.20. Deut.4. Deut.4.

Tertio, q̃a licet Iudæi fuerint semꝑ proniores ad idololatriā, cuius & causa deus pro loco & tēpore fieri simulacra prohibuit, vti dictū est, in alium tamē finē fieri nō erāt vetita: argumēto est, ꝙ ipse dn̄s ꝑceperit, duos ex vtraꝙ parte fieri Cherubin aureos, & productiles facies, erigiꝙ pro signo serpentē æneū. Quinimo Eusebio teste, primus imagines dei fecit Seth iustus. Iosue quoque moriturus, posuit lapidē prægrandē subter quercū, quæ erat in sanctuario domini. Sic fuerūt & statuæ Iosue & Samuelis. Ita nec Solomon peccasse fertur, quando fecerit leunculos fieri in solio, fieriꝙ curauerit boues in mari fusili, leonesꝙ & boues Cherubin in basibus æreis. Deu.17. Exo.25. Nume.21. Gene.4. Iosue.vlt. 1.Reg.7 Iosue.22. 2.Para.2 3.Reg.7

Quarto, ꝙ ne Christus quidē increpauerit eos, qui curauerāt fieri Cæsaris imaginē super denariū, quē ei offerebant propter census exactionē, imo suum respōsum & propositū per eā probauit, & verū vsum imaginū nō reprobauit. Matth.22 Marc.12. Luc.20.

Quinto, ꝙ veridicæ historiæ prorsus arguunt, imagines fuisse ab apostolorū tēpore, prout Damascenus author grauissimus fidē facit, qui simul cum Eusebio refert, Christū misisse imaginē faciei suę Abagaro Edissenorū regi, q̃ Genuæ reseruat̃ in tēplo S. Bartholomæi. Ex Suetonio quoꝙ colligit̃, Tiberium Cæsarē curatū fuisse imagine faciei Iesu Christi, quā dn̄s linteo impressam dedit Veronicæ, proptereaꝙ illū Christo diuinos honores decreuisse: q̄d tn̄ senatus illi prohibuit, quū ipso inscio fecerat. Adde ꝙ & aliquot iconæ passim nō sine iucunditate visunt̃ gloriosæ virginis, quas S. Lucas depinxit. Insuper Athanasius scribit miraculū, quod accidit cum imagine crucifixi in Beritho, quæ fuit crux S. Nicodemi. Præterea Eusebius scribit de imaginibus sanctorū Petri & Pauli apostolorū, meminitꝙ imaginis Chr̄i, facientis miracula in Cęsarea, cuius miracula etiā narrant̃ in tripartita hist. Postremo ferūt & Carolū Magnū Imp. quatuor edidisse libros cōtra volētes tollere imagines. Damasc. li.4.c.17 Euse.li.2 Euse.li.7. ca.14. lib.6.c.41

Sexto, ꝙ nusquā, teste Beda, legitur in sacris literis esse prohibitum, vel fieri vel haberi sanctorum imagines & picturas, ea nimirum ratione & intentione, qua nos catholici eas facimus & habemus, imo propterea vsum earum in ecclesia approbauit Concilium Nicenum secundum, item Concilium Constantinopolitanum sub Hirenęo, itemꝙ approbarunt tria Concilia Lateranensia sub Gregorio secundo & tertio, & Stephano, itemꝙ Conciliū Franckfordiense apud Mœnum, in quo sunt damnati Feliciani & alij hac in re hæretici, quos Græci vocant Iconoclastas.

Quādoquidem nos catholici eas facimus & habemus, vt per eas ignorātes

videāt

videant quid ſequi debeant, & in eis quodammodo legant, qui literas ignorant, vti quondã Romani iuniores & minores in ipſis maiorũ ſtatuis factitaſunt, per eas ad ipſorum anteceſſorum præclara facta quaſi quibuſdã facibus incenſi: nõ autem propterea idololatræ effecti, nimirum ſcientes, quia duntaxat eſſent ſuorũ prædeceſſorum ſimulacra: longe minus ipſi Chriſtiani, ſacris ſcripturis imbuti, ſumus propterea, quia inſpicimus eas, idololatræ, qui illas nõ adoramus, nec deos appellamus, nec vllam ſpem ſalutis in eis ponimus, ſed in memoriã & recordationẽ rerum olim geſtarum eos veneramur, vt multis ante temporibus quidam catholicus ita verſificatus eſt:

Saluſt. in prol. belli Iugurt.

Effigiem Chriſti, qui tranſis, pronus adora:
Non tamen effigiem, ſed quem deſignat, adora,
Eſſe deum: ratione caret, cui contulit eſſe
Materiale lapis, hominis manus effigiale.
Nec deus eſt nec homo, præſens, quam cernis, imago,
Sed deus eſt & homo, quem ſacra figurat imago.

Et alius verſificator ita:

Nam deus eſt quod imago docet, ſed non deus ipſa:
Hanc videas, ſed mente colas quod noſcis in ipſa.

Ad hunc ſane modum nec impie faciunt, qui vel oſſa vel veſtes, vel id genus reliquias, & imagines eorũ quos repræſentant, ex amore in illos exoſculantur, aut alio modo venerantᷓ: qui affectus deo nõ poteſt eſſe ingratus, qui nõ e ſuperſtitione, ſed ex abundãtia quadã amoris proficiſcitur, quẽadmodũ noua nupta ſponſi abſentis amore exoſculatur annulum aut ſtrophium ab illo relictum, vel miſſum. Interim tamen cenſeo, ſubmouendos abuſus penes imagines in templo fieri ſolitos, ex quibus aliquot occurrũt in præſentia.

Primus eſt in nimijs earũ & precioſis ſumptibus, qui videntᷓ magis neceſſario collocãdi in ſanctos in terra viuentes, nimirum inopes: quia dominus vult ſibi collatum, quod in ipſos eius nomine conferimus.

Matt. 25.

Secũdus eſt in ſuperfluo habitu, quo nõ indigẽt imagines, quũ nõ ſentiãt, qualis eſt veſtitus &c. facile potẽs ſimplices ad idololatriam, cacodæmone inſtigante, pellicere: proinde moderandus pro loco & tẽpore, & reponendus in viuas imagines. Hoc quidẽ pacto rudiores & infirmi per nimiũ & indiſcretũ vſum facile poſſent ad idololatriã trahi, velut ex ſcriptura aliás collegimus.

Tertius eſt in obſcœnitate quadam veſtium & partium corporis in eis nudatarũ, quas tamen natura voluit in viuentibus eſſe tectas. Cuius cauſa Græci ſuas imagines ab vmbilico duntaxat ſupra, & non inferius pingunt, neć ſculptiles, vt omnis ſtultæ cogitationis occaſio tollatur. Ita Plato quondã cognoſcens poeſim, quæ comparatur picturæ, plurimum habere momenti ad rempub. bene ſecusve inſtituendam, non omnes poetas ſubmouit ex illa, quã fingit, ciuitate: ſed Homerum tantum, & Homeri ſimilem, qui dijs ac deorum filijs attribuit adulteria, furta, mendacia, diſſidia, idq; genus vitia, quæ nemo bonus reipub. gubernator ferret in ſuis ciuibus, aut frugi paterfamilias in vxore, liberis, aut famulis.

Inrẽ

In rem proinde videtur, vt stultæ siue obscœnæ siue seditiosæ tabulæ,nō solū e tēplis,sed & ex omi ciuitate submoueātur. Queadmodū em blasphemiæ genus ē,sacras lras ad ineptos ac ꝓphanos detorqre iocos,ita graui pœna digni sunt,qui dum pingunt canonicarū scripturarū argumenta,de suo capite miscēt ridicula quædam ac sanctis indigna. Proderit igit̄, oms parietes habere Iesu Christi & eorum,qui eius sunt, sanctorum vitam decenter expressam.

6 Luminaria quoq; passim,sub diuinis præsertim officijs,nō solū visunt̄ corā ciborio mannæ cœlestis,sed & coram sanctorum picturis & imaginibus:argumento,quod nō solum ij,quos imagines repræsentant,vita doctrinaq; cæteris fuerunt ad ædificationem lux mundi,qua visa,cæteri bonis operibus cœperūt eum glorificare, qui præcipuum mundi lumen,& in cœlis angelorū est,habitans inibi lucem inaccessibilem,sed & in eo loco cum ipso nunc æternaliter viuunt,qui non eget neq; sole neq; luna,vt luceant in eo, vtpote quem dei claritas illuminat,& lucerna eius est agnus. Insup argumento,quatenus & ipsi conemur esse bene viuendo luminaria, id est, cæteris virtuosa exempla, quo tandem simul illuc simus puenturi. Abijciamus ergo,dicit Paulus,opa tenebrarū, & induamur arma lucis,sic vt in die honeste ambulemus. Non in comessationibus & ebrietatibus,non in cubilibus & impudicitijs,non in contentione & æmulatione,sed induimini dominum Iesum Christum.

Matth.5 | 1.Tim.6 | Apoc.21 | Roma.13

7 Laudare deum conspiciunt̄ homines in ipso templo multis sane modis versus oriente̅ subtus crucem,quæ in medio ponit̄ ecclesiæ,sursum exaltata ad caput, id est, chorū ecclesiæ. In tēplo nimirum laudamus deum multifariam,cū quia ipsum ad dei laudem est ædificatū,Propheta ideo hortante,In tēplo eius omes dicēt gloriam. Hinc & Apostolus voluit deū laudari in tēplo,tum quia monemur in ipso vero tēplo,quod est cor,deum laudare,non solum forinsecus in ipso materiali tēplo,quod vanū esset,quū diceret alioquin ad nos dns: Populus hic labijs me honorat,cor aūt eorū longe est a me. Præterea, vt sic deum laudando, pro virili nostra conformemus ipsi nos cœlesti & triūphanti ecclesiæ,domui,templo & Hierosolymæ, quæ sursum est mater nostra,ad cuius similitudine̅ nostra debet spiritualis esse Hierusale̅ & ecclesia,secundumq; illam facere,quo dei voluntas hic fiat vt in cœlis:qnquide̅ Mosi dictum est, Omnia fac secundum exemplar,quod tibi in monte mōstratum est. Iam vero constat, electos & in cœlo sanctos sine intermissione deum laudare,iuxta illud Esaiæ: Super muros tuos Hierusale̅ constitui custodes,qui tota die & nocte nō cessabunt laudare nomen domini. Et ipse propterea Iohānes vidit animalia in cœlo,requiem non habentia,sed dicentia, Sanctus, sctūs, sanctus dns deus exercituū. Pleni sunt cœli & terra maiestatis gloriæ tuæ. Liquet igit̄ nos rectissime deum laudare in templo ad imitationem cœlestis & triumphantis ecclesiæ.

3.Reg.8. | Psal.28. | 1.Cor.14. | Esaiæ.26 | Matth.15 | Galat.4. | Matth.6 | Exo.25. | Hebræ.8 | Esaiæ.62 | Apoc.4

Iam vero quia nos,qui dicimur,vt supra dictū est, militās ecclesia, plene triumphātem ecclesiā sequi nequimus,deum vocaliter diu noctuq; laudando,cū quia corpore,quod aggrauat animā,grauati sumus,tum quia necessario pariter habemus intendere necessarijs corporis,dño deo dicente,In sudore vultus tui vesceris pane tuo: factum est,vt ecclesia suum obsequium factura rationabile

Sapiæ.4 | Gene.3. | Roma.12

 bile

Neemiæ.9 Esdræ.2 bile,sequuta est in deum laudando Esdram. Quēadmodum em̄ Esdras propheta sacerdosq́ꝫ dei summi,ppt̄ Israeliticū de Babylonica captiuitate reuersum,docuit deū laudare quater in nocte & quater in die, vt vnūquodq́ꝫ quatuor elementorꝫ,quibus homo constat,per cōuertentes horas obsequio se offerat creatoris : de nocte videlicet,in vesperis,in cōpletorio,in nocturnis,in diluculo,s.in laudibus matutinis:de die vero,in prima,in tertia,in sexta,in nona:sic quoq́ꝫ statuit ecclesia deū præcipue vocaliter laudare,saltē per clerum,qui pro populo est in ijs quæ dei sunt,pro eo offerre obligatus & orare,per populum vero mētaliter in quocūq́ꝫ loco & labore septies in die iuxta Dauidis institutum,qui dicit se septies in die laudē deo dixisse,& semel in nocte,qm̄ cani solebat nocturnū officiū in media nocte secundū morē Dauidis,dicētis:Media nocte surgebā ad confitendū tibi. Quia vero laudes matutinæ,quæ quondā dici consueuerunt in aurora,modo cōiungunt̄ cū nocturnis,factum est,vt per diē & noctem septē distinctis vicibus deum vocaliter (aliàs semper & vbiq́ꝫ laudandū)laudare soleamus. Quæ quidē laudatoriæ horæ,qm̄ sunt a sanctis patribus regulariter obseruatæ,cœperunt septē horæ canonicæ, id est,regulares appellari. Canon enim græce,regula dicitur latine.

Hebræ.5 Iaco.5 Psal.118 Psal.118

Atq́ꝫ nimirū percōposite septē præcipuis horis deum laudamus vocaliter, ob certas quasdam rationes. Prima,vt meminerimus septē mundi ætatum,quibus semp deus in laude fuit,est ac erit. Prima ætas ab Adam vsq́ꝫ ad Noe,per nocturnale officium. Secunda,a Noe vsq́ꝫ ad Abrahā,per matutinale tempus. Tertia,ab Abrahā vsq́ꝫ Mosen,per primam. Quarta,a Mose vsq́ꝫ Dauid,per tertiam. Quinta,a Dauide vsq́ꝫ ad Christū,per sextam. Sexta, a Christo vsq́ꝫ ad huius seculi finem, quādo rediturus est ad iudicium,per nonā. Septima ætas requiei animarꝫ ab exitu corporꝫ vsq́ꝫ ad diem iudicij,per vesperam recolitur. Per cōpletoriū vero recolimus repletum numerꝫ & cōsummatum gaudiū sanctorꝫ,quod cōplebitur in die magnæ festiuitatis,quādo benedicti percipiēt regnum dei. Secūdo, vt meminerimus nos ad deū laudādū esse obligatos omnibus ætatibus nostris,quæ septē sunt, quas vel singulas repræsentāt horæ singulæ. Prima est infantia,quæ per matutinas laudes. Secūda,pueritia, quæ per primā. Tertia,adolescētia, quæ p tertiā. Quarta,iuuētus,quæ p sextā. Quinta, virilitas,quæ per nonā. Sexta,seniū,q̄d per vesperas. Septima,decrepita ætas, siue finis vitæ nostræ,quæ per completorium designat̄, recolitur & declarat̄. Atq́ꝫ in ijs singulis ætatibus creatorē nostrū super iudicia iustitiæ suæ laudare debemus. Tertio,quia sicut septies in die etiam iustus cadere dicit̄, secundū q̄d etiam Petrus credebat se dūtaxat septies obligatum fratri peccata dimittere, ita conuenit vt septies per orationis vigilantiam resurgamus,diuinū subsidium inuocantes. Quarto,vt p septē dei laudes vincamus septem malignos spiritus, qui cæteris dicuntur a domino nequiores. In cuius figuram, quondam septem sacerdotes,iussu domini septimo die clangore septem tubarum circumeundo corruere fecerūt ciuitatem Hierichuntem, quæ typum gessit cacodæmoniacæ ciuitatis,quæ septena dei laude per septiformem spiritus sancti gratiam prosternitur. Quinto,quo intelligamus deum,mente saltē & animo, semper esse lau-

Matth.25 Prou.24 Matth.18 Lucæ.17 Matth.12 Luc.11 Iosue.6

dandum

dandum, quũ septenarius numerus sit vniuersitatis numerus, prę se ferens omẽ tempus, quo laudandus est deus, Propheta dicente: Benedicam dominum in omni tempore, semper laus eius in ore meo. Sexto, quo simus præcipue grati, benedicendo septem horis, domino Iesu pro amarissima passione eius, quæ po tissimum septem horis, quas pro loco & numero septem horas canonicas appellamus, cõsummata est, quam recolimus singulariter in officio Missæ, quod propterea inter laudes canonicas celebrari solet, quum sit ipsum per se singularis laus, & laudis quidem sacrificium, præcellens omnia mundi sacrificia, pro ut in eius declaratione dicemus, vbi deo fauente, dominicam passionẽ suis cæ remonijs expósituri sumus. Psalm.33. Psal.49

Ad oriẽtẽ vero versi, deũ ex antiquissima cõsuetudine totius ecclesiæ catho licæ, instituente Vigilio Pap. laudamus, non quia nõ possit vbiq; adorari, qui vbiq; est, sua maiestate cœlum & terram, & quidquid vtrobiq; est implens: sed quia ritus huiusce scriptura cõtineat exempla & rationes. Scriptura quidẽ dicit: Oportet preuenire solem ad benedictionem tuam, & ad ortum vel oriẽ tem lucis te adorare. Sic ipse Daniel vnà cum cæteris Iudæis in Babylonica ca ptiuitate versus templum in Hierusalem, solitus fuit orare. Ratio est, quod hic laudandi dei ritus orientem versus, multorum nos commonet. Primo nos mo net, ad ipsum dominum Iesum orare, eumq; laudare, cuius (teste scriptura) no men est Oriens, qui natus visitauit nos, Zacharia teste, ex alto, splendor æter næ lucis existens, adeoq; sol iustitiæ, sedentes in tenebris illuminans, qui cruci fixus ad orientẽ respexit, qui etiam assumptus, ad orientẽ sursum latus est, quo & Apostoli adorauerunt. Secundo monet, quia semper animum nostrum de beamus ad potiora conuertere, prout potior cœli pars existimatur oriens esse, qua Christus cœlum est ingressus. Ita Paulus ait: Igitur sicut consurrexistis cũ Christo, quæ sursum sunt, quærite, vbi Christus est, in dextera dei sedens: quę sursum sunt, sapite, non quæ super terram. Tertio monet, vt patriam nostram requiramus, quã peccato protoplasti perdidimus, e paradiso exules effecti. Si quidem deus, teste Damasceno, paradisum secundum orientem plantauit, vn de hominem transgressum, exulem & ante paradisum ex occidente habitare fecit. Monemur itaque nostri exilij, quærereq; nos debere patriam superio rem, quam amisimus. Hinc Apostolus ait: Scimus eñ quoniam si terrestris do mus nostra huius habitationis dissoluatur, quod ædificationem ex deo habe mus, domum non manufactam, sed æternam in cœlis. Non enim habemus hic manentem ciuitatem, sed futuram inquirimus. Quarto monet, vt omni no credamus, Christum orientem, certo venturum inde, quo cœlos adscẽdit, & daturum vnicuiq; secundum opera eius, dicentibus ad Apostolos angelis: Ita veniet, quemadmodum vidistis eum euntem in cœlum. Quod & & Pau lus credit, inquiens: Nostra conuersatio in cœlis, vnde & saluatorem expecta mus, dominum nostrum Iesum Christum, qui reformabit corpus humilitatis nostræ, configuratum corpori claritatis suæ secundum operationem, qua etiã possit sibi subijcere omnia.

Hiere.23 Acto.17 Sapiæ.16 Daniel.6. Zacha.6 Lucę.1 Hebræ.1 Malach.4 Psal.67. Acto.1. Col.3 Gene.3. 2.Cor.6 Hebræ.13 Acto.1 Philip.3.

DE CATHOLICIS IN VARIE LAVDANDO deum in ecclesia cæremonijs. Cap. VIII.

Videtur aũt in domo dñi, quę est Christi ecclesia, tam nõ vna, sed varia laudandi numinis esse ratio, vt recte quis existimauerit ipsam laudandi dominum cæremonialem rationem, esse & haberi de ijs, in quibus iuxta Paulũ, Vnusquisq; in suo sensu abundare possit, nec quisquam recte possit in eis iudicari, quum virtus eorum sit in corde, cuius ipse dominus solus est cognitor & scrutator, vtpote quod ipsa sunt cordis ac deuotionis, amoris & affectus signa, nihil impietatis habentia, modo cordis ipsa fideiq; professio sit recta. Id quod dei iudicare est, non nostrũ, dicente Paulo: Tu quid iudicas fratrem tuũ, aut tu quare spernis fratrem tuum? Omnes enim stabimus ante tribunal Christi. Et vnusquisq; nostrum pro se rationem reddet deo. non ergo amplius inuicẽ iudicemus, sed hoc iudicate magis, ne ponatis offendiculũ vel scandalum.

Roma.14 / Psal.7 / Hier.17. / Roma.14

1 Nonnulli proinde laudant deum in templo, stantes cum publicano a longe: & non audentes præ indignitate oculos ad cœlũ leuare, percutiunt pectus suũ, dicentes: Deus, propicius esto nobis peccatoribus, insinuantes per hoc suã indignitatem & humilitatem, diuinæ vero maiestatis dignitatem & sublimitatẽ.

Luc.18.

2 Nonnulli laudantes in templo deum, adspiciunt sursum & ingemiscunt, insinuantes suorũ peccatorũ grauitatẽ, qua meriti sint indignationẽ diuinæ maiestatis, quã toto corde satagunt deprecari a deo, Dauidis in hoc similes, qui de seipso dicit: Laboraui in gemitu meo, lauabo per singulas noctes lectum meũ, lachrymis meis stratum meum rigabo.

Psal.6

3 Nonnulli laudantes in templo deum, genua flectunt, insinuantes itidem suam humilitatẽ & dei sublimitatem & altitudinem, significãtes etiamnũ genua cordis se flectere. Ita genubus flexis orabat Manasses, dicẽs: Et nunc flecto genua cordis mei, precans a te bonitatem domine. Peccaui domine, peccaui, & iniquitatẽ meã agnosco. Id q̃d vsq; adeo sæpe fecit Dauid, vt eius genua propterea cœperint infirmari &c. Quem sequutus apostolus Bartholomæus, centies quotidie submittens genua adorauit, nec minus frequens nocturnis supplicauit horis, quę precandi modũ Apollonius abbas postea præclare retulit.

2.Par.36 / Psal.108

4 Nonnulli deũ laudantes in templo procidunt etiam in faciem, prosternẽtes se, summam deuotionem & affectionem præ se ferẽtes, vt Moses fecit, quando quadraginta diebus & noctibus ad conspectũ numinis prostratus, a deo populi pctm̃ idololatriæ deprecatus est. Ita Christus rex & doctor humani generis, procidẽs in faciẽ, flexisq; genubus patrẽ orauit. Quod & antea dudũ fecit Daniel, q ter quotidie statis horis genua demittens, cœli numen adorauit.

Exo.24. / Matt.26. / Marc.14. / Luc.22 / Dani.6.

5 Nonnulli deum laudantes, leuant ad cœlum manus, suam quoq; adfectionem cordis insinuantes, similes Salomoni, qui & ipse in templo, quod a patre cœptum consummauerat, flexis genubus & palmis in cœlum leuatis orauit, dicens: Domine deus Israel, nõ est similis tui deus in cœlo & in terra &c. Quem nos sequi docuit Paulus, inquiens: Volo ergo viros orare in omni loco, leuantes puras manus &c.

3.Reg.8. / 2.Para.6 / 1.Timo.2

Nonnulli deum laudantes in templo, psallũt ea, quæ præter alios ipse David post se reliquit in lib. Psalmorum. Est autem proprie psallere, ad psalteriũ canere. Psalterium proprie est organum laudatorium, in quo canitur psalmus, id est, canticum, quo ad bene operandum cohortamur ad dei honorẽ: quãuis eiusmodi psallendi modus hodie videtur esse abolitus, & in eius locum restitutus chorus, qui proprie non est aliud, quãm clericorũ vel etiam aliorum in rebus sacris existentium & cantantium consensio, sic appellari cœptus a chorea vel a corona, quod olim circum aras in modum coronæ steterint, psalmosq́ concorditer concinuerint. Ad quod nos hortatur Psalmistarum princeps ipse David, dicens: Psallite domi no qui habitat in Sion. Alternatim vero psallere constituerunt Flavianus & Theodorus, edocti ab Ignatio martyre, divinitus ad hoc edocto. Psal. 9 94

Designant autem chori duo psallentiũ, spiritus iustorũ & angelos quasi reciproca voluntate laudantes, & se ad bonam operationẽ invicem exhortantes. Esa. 6. Apoc. 4 7

Nonnulli laudantes in templo deum, canunt. Est autem canere proprie voce modulari, & canticum, vox humana cum lætitia quadam, gratiarum actiones electorum continens. Cuiusmodi est canticum Zachariæ, Benedictus dominus, Canticum Mariæ virginis, Magnificat, Canticũ Simeonis, Canticum trium puerorũ, Benedictus es domine. Et si qua sunt ex sacris literis vel ab ecclesia recepta alia. Cantici vero primus institutor fuisse perhibetur Moses tempore, quo cecinit, Pharaone in rubro mari submerso, Cantemus dño, gloriose enim. Quem deinde sequuta est Delbora, nobilissima fœmina, & Barach filius Abinoem, vt patet in libro Iudicum. Luc. 1 Dani. 3. Exo. 15. Iudic. 5

Iam vero sciendum censeo, vocabulo cantici generaliter venire psalmũ, hymnum, antiphonam, responsoriũ, sequentia, & quidquid humana voce melodia quadam resonat, tonum habens, quãuis proprie canticum sit vox humana, psalmus, quod cantatur ad psalterium, hymnus vero vox humana metrice vel rhythmice composita, sic tamen, vt in omnibus sit ac intelligatur gratiarum actio & mentis exultatio habita de rebus & spiritualibus & æternis. Ad ea vero tria cantica singulariter admonet David, dicens: Cantate ei canticũ nouum, bene psallite ei in vociferatione. Et ipse quoq́ Paulus, in psalmis, inqt, & hymnis & canticis spũalibus, cantantes & psallentes in cordibus vestris dño. Psal. 3 Coloss. 3

Constat igitur ex iis, vsum cantandi & psallendi in ecclesia authoritate scripturæ & exempli veteris testamenti fuisse institutũ, & ab ecclesia, spiritu sancto ductore receptum. Cuius olim David propheta dei maximus, & Hesdras, eiusdem dei summus sacerdos, pro divino cultu augendo studiosissimi fuerũt, constituentes in eam rem singulares & quidem nominatim cantores. 1. Para. 6 1. Esdræ 7.

Atq́ licet in nascente quondam ecclesia diversi diversa quisq́ pro voluntate sua cantaverint, dummodo quod cantarent, ad dei laudem pertineret, quia tamen succedente tempore hæretici (prout semper ad confusionẽ & scissuram moliuntur, nunquam sibi constantes) libidine quadam cœperint omnia confundere, disturbareq́ quemlibet in in ecclesia ordinem: Theodosius imperator, memor eius, quod Paulus præcipit, omnia videlicet in ecclesia fieri debere 363 1. Cor. 14

honeste & secūdum ordinem concorditer, quoniam deus non dissensionis, sed pacis sit deus, rogauit Damasum Papam, vt viro cuidam docto & pio cōmitteret, quatenus ordinem faceret is in omnibus officijs diuinis. Qui quod diuo Hieronymo, viro sanctissimo & doctissimo commisit, graphice executus est, ordinem componens quem adhuc obseruat ecclesia, quāuis pro loco & tempore Gelasius, Gregorius, Ambrosius, Cęlestinus, Eugenius, Adrianus, & id genus alij sanctiss. Pont. insuper aliqua subiecerint, seruato tamē semper priore ordine, quē Carolus ille imperator magnus, zelator religionis & fidei Christianæ, sua imperiali authoritate conseruandum voluit vbiq̧, nec in ecclesia generaliter canendum vel legendum esse quicquam, quod a sancta Romana ecclesia, matre aliarū ecclesiarū, non probaretur vel toleraretur.

8 Nonnulli laudantes in ecclesia deum, non minus orant quàm adorant tam vocaliter & mentaliter, quàm mentaliter solum, prout Anna mater Samuelis & Susanna orarunt, vt pote contemplantibus diuina & salutaria similimæ. Est autem singulariter orandum in ecclesia, quæ vsque adeo constructa est ad orandum, vt etiam propterea dicatur a domino, domus orationis. Hinc Dauid: Introibo, inquit, domine in domum tuam, adorabo ad templum sanctum tuum in timore tuo. Vnde & ipse dominus facilius orantes in templo quàm alibi vult exaudire, iuxta deprecationem Solomonis in templo, quod domino construxerat.

Act.1 Ioh.11. Matth.11 1.Reg.1. Daniel.13 Matt.21. Marc.11 Lucæ.19 Iohan.2. Psal.5 3.Reg.8.

Sed inquis: Nunquid deus orando laudatur? vtiq̧ dico, quoniam orando confitemur eum esse, a quo sunt omnia, maiestatemq̧ proinde suam laude dignissimam esse & haberi. Hinc ipse ait: Omnem qui inuocat nomen meum, in gloriam meam creaui eum.

Acto.17 1.Cor.3 Esa.43

9 Nonnulli laudantes deū, legunt in templo. Est autem legere, sine quadam modulatione pronunciare ex veteris vel noui testamenti scriptura, vel ex eo q̄d a doctoribus ab ecclesia receptum, in ipsius scripturæ intellectū scriptū est, cuiusmodi sunt in sacrosanctū euāgeliū homiliæ. Ita legit Chrs, ita eunuchus.

Luc.4. Acto.8.

10 Nonnulli deū laudantes, in templo thurificant homines & altaria, optantes suas & omniū in ecclesia precationes & operationes per se bonas, in conspectu dei altissimi peruenturas, ac deo Opt. acceptas fieri, sicut odor incensi boni, per quem significatur oratio bona & deuota, peroptante & dicente propheta: Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo. Id quod aperto videt̄ exponere Iohannes in Apocalypsi, quū dicit se vidisse angelū, & stetisse in cœlo ante altare, & habuisse thuribulum aureū, fuisseq̧ data illi incensa multa, vt daret de orōnibus sanctorū omniū super altare aureū, q̄d est ante thronū dei, & adscēdisse fumū incensorū de orationibus sanctorū de manu angeli coram deo.

Psal.140 Apoc.8

11 Nonnulli deū laudantes, in tēplo sub & in diuinis officijs pro loco & tēpore ludunt in musicis instrumentis multifariam, vt pote in tympano, organo, cithara, lyra, tuba, cymbalo, psalterio, lutano. Id quod sanctissimus propheta & dei secundum cor ipsius minister Dauid, non modo fecit, sed & ad hoc ipsum hortatus est, inquiens: Laudate dominum in sanctis eius, laudate eum in firmamento virtutis eius. Laudate eum in virtutibus eius, laudate eum secundum

Psal.150.

mul-

multitudinem magnitudinis eius. Laudate eum in sono tubæ, laudate eum in psalterio & cithara. Laudate eum in tympano & choro, laudate eum in chordis & organo. Laudate eum in cymbalis bene sonātibus, laudate eum in cymbalis iubilationis.

Quid multa? tam varius laudandi deum ritus reperitur & esse potest in singulis & vniuersis hominibus, quàm varius est pro loco & tempore spiritus & adfectus & sensus in ipsis, in quo vnusquisq; potest abūdare. Concludit tamen hic, omnis cæremonialis laudandi deum ritus & adfectus cum genuflexionibus, ad auditum nominis benedictissimæ eiusq; diuinæ Trinitatis, & nominis Iesu Christi, & eius etiam nomine ad auditum nominis gloriosæ deiparæ virginis Mariæ, & cæterorum electorum. Nec immerito, quando quidem deus ille sit, qui de seipso dicit: Ego deus & nō alius, qa mihi curuabitur omne genu. De Christo Paulus ait: Propter quod & deus exaltauit illum, & donauit illi nomen, quod est super omne nomen, vt in nomine Iesu omne genu flectatur, cœlestium, terrestrium & infernorum &c. & omnis lingua confiteatur, quia dn̄s Iesus Christus in gloria est dei patris. Sic Salomon in templo orans pro populo, vtrunq; genu in terram figebat, & manus ad cœlum expādebat.

Rom.14 12

Psal.45.

Philip.2.

3.Reg.8. 13

Accedit insuper colophon, hoc est, cumulus diuinę laudationis in templo, qui est sacra Concio, quæ vel prædicatio vel homilia dici solet, id est, communis ad populū sermo, quo vix est aliud in ecclesia vtilius, teste Paulo, quum pene omnia, quæ pertinent vel ad cæremonias vel ad dei cultū, sine ea nescirētur, quasiq; muta forēt vniuersa, quum exponat & declaret, quæ vel dicta vel cantata, vel quouis alio etiā modo in tēplo acta sunt, nempe diuinæ mētis interpres, fidelis diuinorum mysteriorum dispēsator, quem Paulus præfert oībus ferme dei donis, ad ædificationē proficuis. Huius aūt concionis & p̄dicationis vsus, etsi primum videatur Neemiæ vel Hesdræ exēplo magis inolitus, quàm institutus, tamen longe videtur antiquior fuisse: quando dudum antea concionatorem egerit Aaron, additus fratri Mosi, qui ne ipse quidē pro loco & tpe defuit officio concionatoris, q̄uis esset ipso Aarone lingua tardiore. Sic eñ ad Mosen dominus ait: Aaron frater tuus Leuites, scio q̄d eloquens sit. Ecce ipse egreditur in occursum tuum, vidensq; te, lætabitur corde. Loquere ad eum, & pone verba mea in ore eius, & ego ero in ore tuo & in ore illius, & ostendā vobis qd agere debeatis. Et ipse loquetur pro te ad populum, & erit os tuum, tu aūt eris ei in ijs, q̄ ptinent ad deum. Dn̄s vero sic ait alias: Congrega ad me populū, vt audiāt sermones meos, & discāt timere me in omni tpe, quo viuunt in terra, doceantq; filios suos. De ipso aūt Hesdra scribitur, quod steterit in lignea turricula, ad concionem videlicet fabrefacta, planeq; collecto populo legerit legem dei, eamq; distinxerit: is vero arrectis auribus auscultauerit ac intellexerit, sublatisq; in cœlum manibus responderit, Amē, procideritq; in terram orans, & in tam sancto negocio illachrymans.

1.Cor.14

1.Cor.14

Neem.8

Enos Gene.14

Exo.4.

Deut.4.

Neem.8.

In summa functi sunt officio concionandi in veteri testamento p̄phetæ pleriq; oēs, & nō pauci de patriarchis. In nouo aūt testamento Chrūs Archip̄dicator fuit, & post ipsum Apostoli, septuagītaq; duo discipuli, quos p̄dicatum

Luc.10

Mar.vlt. misit: post illos omnes Episcopi, & quos illi suo loco subdelegant, cuiusmodi
2.Cor.5. sunt Ecclesiastæ, qui, Paulo teste, funguntur omnes pro Christo legatione,
Luc.10 per quos ipse cohortatur ac docet, propterea dicens: Qui vos audit, me audit: & qui vos spernit, me spernit. Cuius causa Paulus dicebat ad Corinthios:
2.Cor.13 An experimentum quæritis eius, qui in me loquitur Christus? Id quod totum ideo retulimus, vt accipiatur quanti fieri oporteat sacra concio, quæ diuina quædam dispensatrix & interpres est arcanarum rerum, cuiusmodi sunt omnes pleræque cæremoniæ, maximeque ceremoniales laudandi dei ritus & modi, fieri soliti in templo, de quorum varietate hactenus diximus.

Primo aũt colligimus ex dictis, cæremoniales dei laudandi ritus generatim nos omnes prouocare ad deuotionem & pietatem, totque earum propemodum haberi, quot sunt in homine affectus. Secundo nos omnino per eos admoneri eius, quod spiritualiter in corde pro gloria dei & eorum, qui sunt eius, faciendum est. Tertio significare modos, quibus in cœlo sancti deum
Psal.83 iugiter laudant, dicente diuino Psalte: Beati qui habitant in domo tua domine, in secula seculorum laudabunt te. Deuotæ enim nostræ preces, significant eorum in cœlo longe deuotiores orationes, quas apud deum pro nobis effundunt, vtpote nobiscum communicãtes in vno corpore capitis vni-
Roma.8. us Christi, quo apud patrem interpellante, interpellant omnes, quando constet caput sequi membra.
Apoc.5 Hinc Iohannes ait se vidisse ante thronum dei quatuor animalia & vigintiquatuor seniores, coramque agno procidisse, & habuisse phialas aureas, plenas odoramentorum, quæ fuerint orationes sanctorum. Qua de re multa diximus in libro Homiliarum, concionum & sermonum. Psalmi vero & hymni & cantus nostri, simulque organa & id genus instrumenta musica quæque, in quibus luditur in templo, repræsentant ineffa-
Roma.8 Esa.64. 1.Cor.2. bilia gaudia, quæ sancti spiritus cœlestes, angeli in laudando deum habent, & ineffabili reuerentia, religione, adoratione, deuotione & concordia diuinam maiestatem extollunt, & pro cunctis eius beneficijs & mirabilibus ei-
Esa.6. dem deuotissime gratias agunt. Id quod non obscure intelligimus ex Esaia, quum dicit se in cœlo coram deo vidisse duos Seraphin, & audisse alterum ad alterum clamasse: Sanctus, sanctus, sanctus, dominus deus exercituum, plena est omnis terra gloria eius. Idem quoque dicit se illic audisse Iohannes
Apoc.4. in sua Apocalypsi, prætereaque cœlestes spiritus ibi dixisse: Dignus es domi-
Apoc.7. ne deus accipere gloriam & honorem & virtutem, quia tu creasti omnia, &
Apoc.14 propter voluntatem tuam erant & creata sunt. Et idem postea dicit, se de cœlo võcẽ audisse, tanq̃ võcẽ aquarũ multarũ, & tanq̃ vocem tonitrui magni, & eã fuisse sicut võcẽ citharœdorũ, citharizantiũ in citharis suis, & cãtasse quasi cãticũ nouũ ante sedẽ & ante quatuor animalia & seniores, & neminẽ potuisse dicere cãticũ, nisi illa centũ quadraginta quatuor millia q empti sunt de terra, eosque fuisse, q cũ mulierib⁹ nõ fuere coingnati, nimirũ virgines. Prędicatores denique ipsi designãt angelos tertij ordinis mediæ hierarchiæ triũphantis eccle

siæ, qui

fiæ, qui, velut concionatores, summi regis voluntatem ab angelis primi ordinis primæ Hierarchiæ cognitam, decernunt, præcipiunt, & quomodo executio fiat, aliis ordinant, vt in Centuriis in feriis sancti Michaelis docuimus.

Iam vero quia conuenit nos conformari, præsertim in laudando deo, cœlesti illi triumphanti ecclesiæ, quæ est cœlestis illa Hierusalem sursum, mater nostra, & hæc ipsa iubetur continuo laudare deum iuxta illud, Super muros tuos Hierusalem constitui custodes, qui tota die & nocte non cessabunt laudare nomen domini, prout sit, vt in Apocalypsi accipimus, & ipse quoque dominus in dominica oratione sua vult nos orare, quatenus dei voluntas ita fiat in terra, sicut in cœlis: ipsa catholica ecclesia memor eius, quod in figura dominus ad Mosen ait: Omnia fac secundum exemplar, quod tibi in monte monstratum est, conatur diuinæ laudationis in cœlo modum & ritum, quatenus potest, æmulari. Quãuis vt impossibile sit, vt qdqd inibi sit a cœlestibus, a nobis accipiatur plene, sic etiam nõ fieri possit, vt eos in carne plene sequi valeamus: verum sufficit, deusque gratum habet, si, quatenus possumus, fecerimus: quum constet vtique, corpus quod corrumpitur, aggrauare animam, ne possit homo quæ fiunt a cœlestibus in cœlo, plene prorsus intelligere & imitari, prout poterit, vbi fuerit ex corporeo carcere liberatus. Videmus enim nunc, inquit Paulus, per speculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem. Nunc cognosco ex parte, tunc autem cognoscam, sicut & cognitus sum. Interea autem oportet vt quisque pro virili sua sequatur eos, qui sunt in cœlo, modis omnibus laudando deum.

Galat.4. Esa.62. Apoc.4 Mat.6 Luc.11 Exo.25. Sap.9 1.Cor.13

Cum vero cæremoniales in laudando deo ritus & modi tam sunt per se pii, proficui, tantæque rei significatiui, operæprecium est, vt quotquot sumus, procul fugiamus quoscunque abusus, vtpote vitemus omnem in eis cæremoniis hypocrisim, facientes intus quod foris illæ monent, adorantes deum & laudantes de corde puro, conscientia bona, & fide non ficta, ne simus de eo populo, de quo dominus ait: Hic populus labiis me honorat, cor autem eorum longe est a me. Dicunt enim & non faciunt. quandoquidem duntaxat eius habemus in cœlis apud deum mercedem, quod dei solum intuitu facimus.

1.Tim.1 Esa.29. Matt.15. Matt.6.

Insuper quia cantica propter hanc etiã causam sunt ab ecclesia instituta, vt suaui eorum modulatione animi audientium ad dei deuotionem excitentur, & qui verbis non compunguntur, suauitate modulaminis moueantur, animique duriores & infirmiores per oblectamenta aurium ad pietatis effectum adsurgant, omnino cantari deo soli debet non voce tantum, sed corde magis, cauendumque est ab omni melodia, quæ lasciuiam potius & turpitudinem & id genus scandalum quàm piam deuotionem possit apud auditores excitare, nec debet cani in templo aliud quàm quod scriptura est, vel scripturæ consonum, vel saltem non contrarium, vel quod ecclesia catholica recepit aut diuturna cõsuetudine approbauit. Quãdo præterea concentus quoque organorum ꝓpter excitandã deuotionẽ piã primitus introductus est, adhibebitur ea organorum melodia, quæ non magis lasciuiam q̃ deuotionẽ excitet, &

2 3 4 5

quæ præter hymnos diuinos ac cantica ſpũalia nihil aliud reſonet ac repræſentet. Nec inſuper ob muſicorum vel organorum concentum decurtari debent ea, quæ ſunt præcipua, cuiuſmodi ſunt ſymbolum fidei & oratio dominica, epiſtola, præfatio, quæ & gratiarum actio eſt. Summatim cultus ipſe diuinus, qui magna ex parte catholicis conſtat cæremonijs, in templo debita cum veneratione peragendus eſt, vt & deo gratus ſit, & inſpicientibus placitus, qui conſiderantes non ſolum inſtruat, ſed & reficiat: & ita poſtremo peragetur, vt, Paulo monente, omnia fiant ordinate ac honeſte. Et hactenus de catholicis cæremonijs, quo ad locum, id eſt, templum, in quo fiunt. Ex quarum ſignificationis interpretatione poſſunt & reliquæ cognoſci, quia ſingulæ paſſim eccleſiæ ſingulas aliquando habent cæremonias, de quibus nec poteſt nec prodeſt ſigillatim dici, vtpote quarum defendendus vſus rectius relinquitur eis, qui vtuntur illis ſingulariter.

1. Cor. 14.

DE CATHOLICIS ECCLESIAE CAEremonijs in aduenru domini.

Caput IX.

QVia diximus de ſignificationibus & myſterijs cæremoniarum catholicarum, quo ad formam & diſpoſitionem loci ipſius, in quo, vtpote in eccleſia materiali, quam latine recteq́ templum vocamus, ipſæ cæremoniæ celebrari conſueuere: ſubſequens ordo nunc exigit, vt deinde dicamus de catholicis in eccleſia cæremonijs & earum myſterijs & ſignificationibus, quo ad diſpoſitionem temporis, ſecundum quod variãtur & ipſæ cæremoniæ, quæ geſta temporum mirabili quodam myſterio, perinde atque quodam ſpeculo, repræſentant & exprimunt.

In primis igitur ſciendum eſt, tempus ipſum per totius anni circulum eſſe in duplici conſideratione. Si enim ipſum conſiderauerimus quo ad creationem, fatemur neceſſum eſt, a tempore tẽpus haud differre, ſed vnumquodq́ tempus eſſe eius, cuius eſt aliud, dignitatis & ſanctitatis, quũ vniuerſum tempus vnus & idem deus digniſſimus & ſanctiſſimus creauerit, qui nullo non tẽpore ſanctificandus eſt vera piaq́ religione, quæ fide & operibus fidei conſtat, quibus ipſum tempus redimendum eſt a malitia, propter quã dies ipſi nonnunquam mali appellari conſueuerunt. Atq́ hoc quidem pacto dies æque ſunt ſancti & feſti, in quibus ſemper eſt a vitijs feriandum beneq́ operandum, exemplo ſaluatoris, dicentis: Me oportet operari opera eius qui miſit me, donec dies eſt. Venit nox, quando nemo poteſt operari. Et Paulus quoq́, quia, inquit, tempus breue eſt, operemur bonum ad oẽs, dũ tempus habemus. Sin ipſum tempus & dies conſiderauerimus quo ad ipſa myſteria, opera, miracula & beneficia, quæ deus max. in ipſis ſingulariter, nõ aũt identidẽ in alijs in ſui gloriã & in noſtri oĩm ſaluẽ fecit & pſtitit, certe tempus illud erit ſanctius & celebrius, & a nobis ſingularius agendum, in quo ipſe maiora fecit & exhibuit opera, myſteria & miracula, quæ vult a nobis audiri, memorari, prædicari, magnificariq́, ac ſuæ propterea maieſtati gratias agi. Cuius argumento ſynagoga quondam

Gen. 1. 2.
Pſal. 73.
Matt. 6.
Ephe. 5.
Iohan. 9.
Gala. 6.

quondam,futuræ ecclesiæ figura, inter cæteras ferias singulariter tres habuit, quas singulariter iussu domini celebrarūt:nempe Azymorum,id est,Paschę, Pentecostes & Scenopegiarum. Argumento denique huius rei, creator ipse temporis aliquot dies cæteris in anno celebriores obseruauit,quum diebus festis Iudæorum Hierosolyma frequentius adscēderit, & in eis paulo plura pro pauperibus emi curauerit,vt ex Euangelio colligimus.

Exo.23. Leui.23. Ioh.5.7. Ioh.13.

Hac proinde ratione catholica ecclesia synagogam,quæ illius figuram gessit,quodam modo sequuta spūs sancti,qui regit ipsam,ductu suos quoq; dies per annum distinxit,nimirum quosdam esse voluit profestos,in quibus oīsariam liceret ad sustentationē necessitatis humanæ,sine tñ pctō, laborare:quosdam vero festos,in quibus esset abstinendum ab omni opere seruili & manuali ꝓ ea pessenda ꝑ diuina in ecclesia officia religiōne sacrosancta,q̄ fide constat (vt diximus) & operibus,habēte in cōprobationē dei opt.max. mysteria, miracula & beneficia,nobis ab eo ꝑstita, q̄ dubio ꝓcul mens nr̄a a secularibꝰ laboribus &negocijs libera, lōge melius & faciliꝰ q̄ in illis occupata,recogitat.

Quum igitur tota nostra Christiana religio,sine qua,nō est vt beate viuamus & moriamur,fide constat & bonis fidei operibus,sine qbus ipsa est mortua,ad ipsam vero fidei bonoꝝq; opeꝝ doctrinam & cōseruationem ꝑcipue (sicut paulo superius ostensum est) institutæ sunt catholicæ in ecclesia cæremoniæ:factum est, vt ipsa sancta mater ecclesia dies vniuersos ꝑ annos bifariam discreuerit,aliquos ipsi dño deo,vni in essentia, trinoq; ī ꝑsonis dedicās,in qbus audiunt & docent ea,quæ singulariter articuloꝝ nr̄æ sunt fidei,nimiꝝ a dño ꝑ eos vtiq; dies acta, quæ nobis tum cæremoniæ in ecclesia paulo vehemētius & ardētius imprimūt,&sub oculos nostros quasi clariora quędā specula collocare solent: aliquos vero dies dedicauit ipsa ꝑcipue sanctis & dei electis hoībus, qui iam olim hinc per mortem, in animabus saltem,transierūt ad vitam æternam in eis ipsis diebus,qui propterea natales diuorum dici dudum cœperunt,in quibus potissimum docentur ea, quæ sunt bonorum operum,qbus ipsi sancti dei electi suā fidē deo & hoībus ꝓbarunt, quæ tum quoq; catholicæ in ecclesia cæremoniæ nobis paulo seruentius & ita ꝓfundius imprimunt,vt ꝑ ipsos sanctos,bonoꝝ opeꝝ sectatores,Christū facilius imitemur et glorificemus,veluti quondam Syrij & Cilices in ipso Paulo clarificarūt,ipsomet testante, qui & propterea hortatur nos, quum ait: Rogo vos , imitatores mei estote, sicut & ego Christi. & recte nimirum, quando natura quidem per exempla sanctorum hominum ad eorum imitationem prouocemur.

Iaco.2. Galat.1. 1.Cor.11.

Vt aūt dñs suo nimirum iure ministros & discipulos suos sanctos ꝑcedat, ipsa catholica ecclesia capit initium ab ipsius dñi festis diebꝰ. Inter q̄s vsq; adeo primi sunt ac esse debēt dies Aduētus,q mēse Decemb. pagunt,vt eoꝝ primatū sacrosancta ecclesia certis quibusdam cæremonijs, quæ nec mysterio carent,cōmonstret,nēpe quæcunq; diuinoꝝ de tpe officioꝝ volumina ab officio de Aduentu dñi incipiēs, vti volumina officiorū de sanctis incipit ab officio S. Andreæ Apostoli:significans,in tempore dominici aduentus, primum cœpisse salutē & redemptionē generis humani,quā S. Andreas, Chr̄m primo noscens

Iohan.1.

noſcens inter apoſtolos, adeptus eſt, idemq́ꝫ cõcionatus. In primis itaq́ꝫ ſciendum duxerimus, eccleſiam catholicam, diuo Petro authore, tres ſeptimanas in menſe quidem Decembri totas & integras in cõmemoratione Aduentus dñi Ieſu Chriſti inſtituiſſe, & quartã, ſed non integram, quæ nunq̃ perficitur: qñquidem Vigilia natalicij dñici de Aduentu non cenſetur, ad ſignificandum, quadruplicem eſſe aduentum filij dei, & in ipſo vltimo dñi aduentu, quo veniet ipſe ad iudicium, ſanctis dari gloriam, quæ nunquam terminabitur.

Primus aduẽtus dñi eſt, q̃ venit ipſe mãſuetus per incarnationẽ, ſpũ ſancto cooperatore, ex virgineo illæſoq́ꝫ vtero perpetuæ glorioſæq́ꝫ virginis Mariæ, noua lege quaſi nouus ab æterno rex oĩa nouans, ſecundum quod ab initio dixerat: Ecce noua facio omnia. Id quod vtiq́ꝫ pſtitit in ſuo primo aduẽtu: quod & eccleſia ſingularibus hoc tpe Aduentus cęremonijs teſtatur, nimirum quia cunctos diuinorum officiorum libros & veſtes in templo renouet & mutet, ſignificans, in aduentu noui regis omnia cœpiſſe nouari, creatorem & creaturam, angelicam pariter & humanam. Creator quidem (quanuis nulla ſit apud eum tranſmutatio, nec viciſſitudinis adumbratio) deus æternus ab æterno, factus eſt nouus in tempore homo, & hominum liberator, ac ipſe homo etiamnum innouatus eſt, quando per primum Chriſti aduentum primitus ſit deletum chirographum peccati, deleta quoq́ꝫ ſit ꝓtoplaſtorũ culpa, ꝓpter quam totum genus humanũ æternæ morti fuerat obnoxium. Cuius cauſa patres illi antiqui, ſedentes in tenebris & in vmbra mortis, continuis flebilibusq́ꝫ vocibus clamarunt, dicentes inter alia: Rorate cœli deſuꝑ, & nubes pluant iuſtum: Aperiatur terra, & germinet ſaluatorem.

Matth.1. Lucæ.1. Apoc.21 Iaco.1. Col.2. Luc.1. Eſa.45.

Atq́ꝫ ideo hoc tpe potiſſimum agimus memoriã eius temporis, in quo patres illi tam mortui quã viuentes adhuc, olim vſq́ꝫ in ſextam huius mũdi ætatem, id eſt, quinq́ꝫ millibus annorũ, magno nimirũ deſiderio expectatũt venturũ in carne filiũ dei, Ieſum Chrm, reſtituturũq́ꝫ ipſos in gratiã apud cœleſtẽ ſuũ patrẽ, & redempturũ ab æterna captiuitate & morte, cui erãt (vt diximus) ob ꝓtoplaſtorum peccatum obnoxij, nec niſi ꝑ vnicum dei filiũ redimẽdi, iuxta dei opt. promiſſum, quo ſic ab initio mũdi in humani generis, q̃d totũ pierat in peccato primi parentis, cõſolationem ex immenſa pietate miſericordiaq́ꝫ ſua de virgine Maria, quæ filiũ illius erat paritura, ad ſerpentem prædicendo ꝓmiſit: Inimicitias ponã inter te & mulierẽ, & inter ſemẽ tuũ & ſemẽ illius, ipſa conteret caput tuum. quippe per ſerpentem intelligens diabolum, per mulierem, virginem Mariam, per ipſius ſemen, vnigenitum filium ſuum, per quem ipſa caput. i. poteſtatem diaboli ita contriuit, vt nullam deinde potuerit in nos habere tyrannidem, niſi nobis ei conſentientibus. Vnde Paulus ait: At vbi venit plenitudo temporis, miſit deus filium ſuum, factum ex muliere, factum ſub lege, vt eos qui ſub lege erant, redimeret.

Ephe.2. Gene.3. Luc.1. Matth.1. Gala.4.

Id quod vſq́ꝫ adeo conſtanter de Chriſto venturo crediderunt pij quondã patres, vt ꝑ nimia de filij dei aduentu fide non dubitarint, multo antea tempore publicitus in ſynagogis eidẽ dei filio Ieſu Chriſto bene optare a deo patre, dicentes in Pſalmis: O dñe, ſaluum fac: o dñe, bene proſperare: Benedictus

Pſal.117.

qui

qui venit in nomine dñi. Quã sane piam de Christi aduentu optationẽ postea Hebræorũ turba, mouẽte spiritu sancto, in die Palmarũ repetiuerunt, testantes impletũ, quod pater de filij sui aduentu promiserat, ac dicẽtes, Osianna filio David, benedictus qui venit nomine dñi, pax in cœlo & gloria in excelsis: nempe intelligentes, Christum esse eum, per quẽ nanciscerent rursus cũ deo patre pacem & gratiam & vitam, qua longo tempore prorsus fuerant destituti. Matth.21 Marc.11 Luc.19 Iohan.12

In cuius argumẽtum memoria primi aduentus dñi, eo maxime tẽpore ab ecclesia agi solet, quo queadmodũ sol ille in firmamento cœli naturalis ita longe recedit a nobis, vt ob longinquũ eius recessum, cuncta terræ nascẽtia non solũ frigeãt, sed & frigore plane pereãt & moriant̃, ita quondã ante Christi aduẽtum sol ipse iustitię Christus dñs deus noster, per grãm suã lõgissime recessit, vnde & cœperũt esse mortui per discessum gratiæ morte spũali plerique oẽs homines, vt cũ quibus saluator eẽ nõ potuerit, quũ salus lõge sit, propheta teste, a pc̃tõribus, q manẽtes in ignorãtia & cæcitate erroris, planeque mœsti lamẽtabiliter clamarunt: O oriẽs, splẽdor lucis æternæ & sol iustitiæ, veni, & illumina sedẽtes in tenebris & vmbra mortis. Ostẽde nobis dñe misericordiã tuam, & salutare tuũ da nobis. Quã sane lamẽtationẽ & obscuritatẽ nõ modo videt natura eius tpis, quod cæteris anni partibus plerunque semper est obscurius & tristius, per remotiorẽ solis discessum, & niuium nubiumque frequẽtiam testari, sed & ipsa sancta ecclesia p vestes lugubres adeoque per silẽtiũ quorundã lætiorũ cantuũ, cuiusmodi sunt, Gloria in excelsis deo &c. &, Te deũ laudamus, Pax vobis, & per cessationem nuptiarum &c. repræsentare satagit. Psal.118 Zach.6. Psal.84

Secundus domini aduẽtus est inuisibilis, quo venit ipse p grãm spũs sancti in corda vere fideliũ hoĩm, q̃ de dñs ait: Et ad eũ veniemus, & mãsionẽ faciemus apud eum. Qui quidẽ secundus aduẽtus cũ primo simul celebratur, quod vterque propemodũ reputet̃ vnus & idem: cum, qa dominus propterea venit in carnem, vt veniret in mentẽ, tum qa sit vterque misericordiæ, & erga nos dei charitatis multo summæ, quã nobis deus vt pater misericordiarũ in ijsce duobus aduẽtibus exhibet. Quã sane grãm & misericordiã qa nr̃is peccatis ita forte tassis amisimus, vt æque discesserit a nobis, vt quondã ab hoĩbus veteris testamenti, supest, vt & ipi per pœniam verã pro peccatis nostris cõtristemur, depositaque peccatorũ vetustate, spũ & mẽte (hortãte Paulo) renouemur, ac ex aĩo clamemus, Osianna filio Dauid, benedictus q venit in noĩe domini. Ostende nobis domine faciẽ tuã, & salui erimus. ita nimirũ, vt corde pręstemus & intus, quod cæremoniæ eo tempore nos foris admonent. Iohan.14 Abacuc.3 2.Cor.1. Coloss.3

Tertius sane aduentus est, quo dominus ipse venit, etiam aliquibus visibiliter, in morte cuiuslibet hominis, vocans eum per mortem ex hoc seculo, de quo ipemet ait: Et vos estote parati, qa qua hora nõ putatis, filius hoĩs veniet. Matth.24 Luc.12

Quartus autem est aduentus, quo visibiliter & in ea forma, qua cœlos ascẽdit, veniet in fine huius seculi, ipsum vnà cum viuis & mortuis iudicaturus, propheta prædicente, Dominus ad iudiciũ veniet cum senioribus populi sui. Et alius propheta dicit: Venit iudicare terram, iudicabit orbem terrarum in iustitia, & populos in æquitate. Cuius aduentus ordinẽ & modum dñs ipse de- Acto.1. Esaię 3 Psal.97

 clarat

Matt. 24 Lucæ. 21 Act. 1 Matth. 16 Zach. 14 Esaie. 3

clarat in Euangelio, quum dicit, se filium hominis venturũ in nube (nimirũ in qua cœlos adscendit) cũ potestate magna & maiestate, quippe in gloria patris cum suis angelis & electis omnibus, dicente Zacharia: Ecce dominus veniet, & omnes sancti eius cum eo. Et alius ait propheta: Dominus ad iudicium ve- niet cum senioribus populi sui.

Celebratur aũt vterq;, tam tertius ꝗ̃ quartus, aduentus vna propter vtri- usq; paritatem & affinitatem, quia vterq; propemodum pro eodem habetur. Primo, quia sicut hic fiet in fine magni mundi, quem dicimus, quo videmus cœlum & quidquid sub eo est, sic ille fit in fine mundi minoris, scilicet hominis, qui microcosmus appellatur, ob quasdam conformitates, quas cum illo habet communes, a nobis suo loco depromptas. Secundo, quia tam sit vterque cer tus, quàm est incertum tempus. De huius enim hora neq; sciũt angeli in cœlo, sed solus deus, contra nostri temporis hæreticos, secundum quos debuisset an- te quatuor vel etiam plures annos interire mundus. sed mentita est sibi iniqui tas in ipsis, qui voluerũt esse sanctiores Apostolis, ad quos tamen de fine mun di interrogantes, ait dñs: Non est vestrũ, nosse tempora vel momenta, quæ pa ter posuit in sua potestate. De tempore aũt tertij aduentus incerto, sic idem do minus ait: Vigilate ergo. Nescitis enim, quãdo dñs domus veniat: sero, an me dia nocte, an gallicantu, an mane, ne quum venerit repente, inueniat vos dor- mientes: quia qua hora non putatis, dominus veniet. Tertio, quod vterq; for midabilis sit valdeq; terribilis, quemadmodũ vtriusq; signa satis euidenter ar- guunt vtriusq; crudelitatem & terribilitatem. Adueniente enim domino in fine vitæ hominis, vocaturus eũ per mortem ex hoc seculo, statim signa mortis apparent in ipso homine sic horrenda, vt & in ipso oculi vertant͂, atq; cor sum mo cũ cruciatu frangat͂. Atq; proinde philosophus princeps ait, Omniũ ter- ribilium terribilissimũ esse mortem. Id quod & Christus iuxta humanitatem in agone exemplari satis innuit, quando sudorem sanguineũ sudauit. Quos quũ quis vel solũ ponderaret ex animo, non facile peccaret, scriptura dicente & monente: Recordare nouissima tua, & in æternum non peccabis. Adueniente etiam domino ad iudicium in fine mundi, tam horrenda apparebunt passim si- gna, vt præ ipsorum horrore cœli virtutesq; eorũ commouebũtur, & homines præ timore arescent, imo quorũ horrorem nec ipse mundus possit sustinere, vt qui non multo post sit interiturus, prout homo solet interire corporaliter post visa mortis in ipso signa. Proinde homines, & quidem maxime reges, princi- pes, tribuni, diuites, & cæteri potentioris alijs cõditionis, tum viuentes adhuc, abscondent se in speluncis & in petris montium, ad montes & petras lamenta- biliter clamantes: Cadite super nos, & abscondite nos a facie sedẽtis super thro num, & ab ira agni, quoniam venit dies magnus iræ. Et quis poterit stare?

Matt. 24 Acto. 1 Marc. 13 Luc. 12 Matth. 26 Marc. 14 Luc. 22 Eccle. 7 Apoc. 6 Esaiæ. 2 Osee. 10

In cuius quoq; summæ miseriæ & angustiæ signum, vestibus lugubribus tempore aduentus vtitur in templo ecclesia. Quarto, quia dominus in vtroq; veniet, hominem serio iudicaturus, & dicturus: Redde rationem villicationis tuæ, quia posthac non vltra villicaberis: vtpote rationem redditurus de omni bus, quæ vel ipse homo cogitauit, vel dixit, vel fecit, donec vixit, deindeq; da- turus

Lucæ. 16. Matt. 16.

turus est illi dominus secundũ opera ipsius. De primo quidem iudicio, quod particulare vocant, quod erit vnicuiq; in morte sua, Paulus ait: Quemadmo dum statutum est hominibus semel mori, post hoc autem erit iudicium. De secũdo autem iudicio, quod vniuersale publicumq; omĩbus erit, ait dominus: Filius hominis venturus est in gloria patris sui cum angelis suis, & tunc reddet vnicuiq; secundum opera eius. Et iterum: Cum venerit filius hominis in maiestate sua, & omnes angeli cum eo, tunc sedebit super sedem maiestatis suæ. Et congregabuntur ante eum omnes gentes, & separabit eos ab inuicem, sicut pastor segregat oues ab hœdis: & statuet oues quidem a dextris, hœdos autem a sinistris. Tunc dicet rex ijs, qui a dextris eius erunt: Venite benedicti patris mei, possidete paratũ vobis a constitutione mundi regnum. Atq; tum scient ac intelligent verba, quæ Christus ad suos ait: His fieri incipientibus, respicite & leuate capita vestra, quoniam appropinquat redẽptio vestra, scilicet quoad corpus & ex hoc mundo. Cum hæc fieri videritis, scitote quoniam prope est regnum dei. Ad eos vero, qui erunt a sinistris, rex dicet: Discedite a me maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo & angelis eius.

Hebræ.9 / Matt.16 / Matt.25 / Luc.21 / Mat.25.

Eheu quid horribilius hac sententia, quidve terribilius? quam merito supra quàm dici potest peccatores deplangent, quoniã propter certas rationes sit irreuocabilis, a qua nullo plane modo poterit appellari, sicut in humanis sententijs fieri solet.

Primo, propter criminis euidẽtiam, quia tunc peccatoris scelera tã erunt manifesta, quàm si depicta monstrarentur in tabula. Ipse quidem dominus tunc illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium. Adde, quia tum peccator conuincetur a deo, cõscientia, & angelo, tribus videlicet testibus, omni maioribus exceptione, ita vt nusquam poterit euadere, sed reprę hensus obmutescet, veluti qui non habuit vestem nuptialem.

1.Cor.4 / Matt.22

Secundo, quia causa tum differri non possit, quandoquidem peragentur omnia in momento ictus oculi.

1.Cor.15

Tertio, quia tam excellens sit iudex, vt non habeat superiorem, ad quem posset peccator appellare, sicut a Papa vel a rege fortasse posset quis appellare ad deum, a deo nullus, quum sit solus altissimus. Atq; propterea nihil erit subterfugij, nec pœnitentiæ locus, nec satisfactionis tempus, nec spes misericordiæ. Ex angustia enim rerum omnium remanebit damnatis non aliud quàm luctus in exterioribus tenebris, vbi fletus est & stridor dentium prę nimio pœnarum dolore. Ibunt enim deinde, dicit veritas, maledicti in supplicium æternum, iusti vero in vitam æternam.

Matt.13. / Matth.25

Huius igitur tam tremendi tertij & quarti aduentus domini, atq; seueri & rigorosi in supremodie iudicij hoc sunt tempore cæremoniæ signa quoq;, quibus ecclesia in vestibus & cantibus vtitur lugubribus. Quẽ proinde non mouet ad pœnitendum pro peccatis, & ad bene faciendum duorũ primorũ aduentuum charitas, hunc saltem moueat horũ duorũ aduentuũ timor, quem in ijs propterea deo debemus tanq̃ serui summo domino nostro, dicente eoipso ad nos: Et si dominus ego sum, vbi est timor? si pater, vbi charitas est?

Malach.1

Primæ igitur eo sacro tẽpore mensis Decembris cæremoniæ sunt,quod ecclesia tẽps aduẽtus dñi peragit quatuor hebdomadibus,quarũ tñ vltima nunq̃ (2.Tim.4) completur,argumẽto videlicet,quatuor esse domini aduentus, in quorũ vltimo dñs ipse venturus est, & iudicaturus viuos & mortuos , daturusq; malis (Matth.25, Iohã.5) pœnam,quæ nunquam finietur, & bonis gloriam, quæ nunquam terminabi- (Esa. vlt.) tur,quia tam pœna malorum,quàm beatitudo bonorum, erit æterna.

Secundæ eius temporis cæremoniæ sunt,quod ecclesia tunc quæcunq; diuinorum de tempore officiorum volumina,ab officio de aduentu domini incipit: argumẽto, quod in primo aduentu domini cœperit omnis salus & redemptio (Iohã.5) generis humani,quæ libris veteris & noui testamenti depromitur.

Tertiæ cæremoniæ sunt,quod ecclesiæ cunctos diuinorũ officiorum libros & in templo vestes mutat & renouat, deponẽs qbus vsus est per æstatem, & alios adsumit:argumento,quod dñs aduẽtu suo renouauerit omnia,ipso dicẽ- (Apo. 21) te:Ecce(veniens)noua facio omnia. Ipse enim creator deus æternus, infinitus, (2.Cor.5.) impassibilis & immortalis, in hoc aduentu factus est homo nouus,temporalis,finitus,passibilis & mortalis. Ipsa vero creatura, homo,per eam mutationem restitutus est in eam suam nouitatem, quam habuit ab initio,veluti paulo post fusius dicemus.

Quartæ cæremoniæ sunt, quod ecclesia lugubribus vestibus & cãticis vtitur in templo,tacens & obmittens,quæ sunt lætitiæ,nonnulla: nimirum,Gloria in excelsis,Te deum laudamus,Pax vobis, Ite Missa est, & hoc genus alia lætitiæ cantica:argumento nimirũ mœroris & luctus,quem olim homines ve- (Luc.1.) teris instrumenti habuerunt de futuro Christi aduentu, sedentes in tenebris & in vmbra mortis,& inter cætera clamãtes:Conuerte nos deus salutaris noster, (Psal.84. Pal.79) & auerte iram tuam a nobis. Ostende nobis faciem tuam,& salui erimus.argumento deniq; mœroris & luctus,quem pleriq; sunt habituri in vltimo aduẽtu, (2.Tim.4) in quo dominus est venturus ad iudicandũ viuos & mortuos, qui qdem tam futurus est terribilis,& ex summa iustitia rigorosus,vt in eo etiam iusti videbũ- (Psal. 74) tur quodammodo tremere & timere,quandoquidẽ dñs ipse tũc iudicaturus sit (1.Pet.4.) iustitias.Id quod & Petrus considerans, ait: Et si iustus qdem vix saluabitur, impius & peccator vbi parebũt?Merito proin ecclesia tempore aduentus,eiusmodi rigorem & luctum propter eum repræsentat certis quibusdam cæremonijs,adsumptione vtpote vestium lugubrium, & reticentia quorundam canticorum lætitiæ.

Sed inquis,quare aũt ecclesia non in totũ tacet lætitiæ canticũ in aduentu, sed reseruat Alleluia?Respondendũ censeo, quoniam etsi dño sic adueniente, manifeste damnati & damnandi supra modũ mœrebunt, & lamentabunt ob suam æternam damnationem,ipsi tamẽ qui iusti fuerint,scientes certo se vel saluos vel saluandos,haudquaq̃ lamentabũtur,sed gaudebunt ob plenariam su- (Matt.24) am,s. quo ad corpus,redemptionem, dicente domino ad ipsos:His autem fieri (Marc.13, Luc 21) incipientibus,respicite & leuate capita vestra , quoniam appropinquat redem- (1.Cor.15) ptio vestra: quandoquidem post ruinam mundi sequitur beatitudo perfecta, quæ constat in glorificatione corporis & animæ.

Insu-

Insuper etsi patres illi veteris testamenti plurimū mœsti fuerint, q in tenebris detenti summo desiderio expectauerint,animas eorū spe,quæ differtur,affligente,tamen quia sciebant suam spem sic certam,vt eos confundere non posset,scirentq; certo ipsum dominum Iesum per suam incarnationem venturum, ipsosq; in gratiam apud patrē restituturum & liberaturum, cœperunt aliquoties propterea gaudere,& canere alleluia. Prouer.13. Roma.5

Ipsi enim primo sciebant dei patris vaticiniū,quo prędixerat ille,suū filium nasciturū & eos liberaturū, dicęns: Inimicitias ponam inter te & mulierem,interq; semen tuum & semen mulieris, & ipsa conteret caput tuum. Gene.3

Secundo sciebant & de eiusdem aduentu vaticiniū,quo plerīq; patriarchæ, iudices,sacerdotes,reges & prophetæ ab Abel iusto vsq; ad Iohannē Baptistā, figuris & oraculis prænunciarūt, Christū omnino venturū, & eos redempturum. Rem sic esse,testat Apostolus,inquiens: Multifarie multisq; modis olim deus loquēs patribus in prophetis, nouissime diebus istis locutus est nobis in filio,quem constituit hæredem vniuersorū, per quem fecit & secula. Qui quidem filius,dñs scilicet noster Iesus Christus, confirmat quod Paulus ait, dicens:Oēs prophetę & lex vsq; ad Iohannem prophetarūt,s.de Christo venturo.Id quod de seipso declarans,ait: Scrutamini scripturas,quia vos putatis in ipsis vitam æternā habere, & illæ sunt quæ testimonium perhibent de me. Et rursus ad discipulos:Quoniam necesse est impleri omnia, quæ scripta sunt in lege Mosi & prophetis & psalmis de me. Heb.1 Matt.11. Iohan.5. Luc.24

Atq; hoc est,quod inuictissimus ille Baptista Iohannes, teste Euangelio,p suos discipulos ab ipso Christo quæsierit in carcere detentus,inquiens: Tu es qui venturus es,an alium expectamus? Q.d. Es ne ipse ille Messias,qui dudū nobis a deo patre ad liberandū nos promissus,& tot seculis venturus,tamq; plurifariam prædicatus est? Qua nimirum quæstione subindicat,patres in veteri testamento optime sciuisse & credidisse Christum aliquando venturū ex prophetarum oraculis. Cuius causa mulier illa Samaritana dicebat ad ipsum dominum:Scio quia Messias venit, qui dicitur Christus: quum ergo venerit, ille nobis omnia denunciabit. Matt.11. Luc.7 Iohā.4

Tertio, sciebant Iohannem Baptistam venturū ante illius aduentū ex propheta,dicēte de ipso in psona dei patris:Ecce ego mitto angelū meū ante faciem tuam,qui præparabit viam tuam ante te. Vocans ipsum Iohannem Baptistam, nomine angelum:cum quia duxerit, teste Euangelio, angelicam vitam, quæ est in carne viuere præter carnem: tum quia missus fuerit,vt angelus,ex officio ad nunciandum verbo & facto Christum. Vnde dicit Euangelista Iohannes:Fuit homo missus a deo,cui nomen erat Iohannes. Hic venit in testimonium,vt testimonium perhiberet de lumine,vt omnes crederent per illum. Et hoc est quod in Euangelio dominus ait: Sed quid existis videre? prophetam? Etiam dico vobis,& plus quàm prophetam. Q.d. Ipse eñ est ille,de quo bene nostis esse scriptū in Malachia, qui præcessurus sit vestrum Messiam, vt ei viam præparet ad corda vestra plus æquo indurata. Malach.3 Matt.11 Iohā.1 Malac.3

Quarto sciebant non modo de ipso Iesu Messia prophetias,sed & ipsa opa

 mira-

miraculosa,quæ pro fide sua facienda facturus erat, per prophetã Esaiã prædi cta.Ipse quidem sic inter alia prædixit: Pusillanimes confortamini,& nolite timere:Ecce deus noster vltionem adducet retributionis,deus ipse veniet,& saluabit nos. Tunc aperientur oculi cæcorum,& surdorum aures patebunt:Tunc saliet sicut ceruus claudus,& aperta erit lingua mutorum. Atque hoc est,quod Christus in Euangelio non verbis præcipue,sed operibus respõdet discipulis Iohãnis Baptistæ,dicens: Euntes renũciate Iohanni quæ audistis:Cæci vident,claudi ambulant,leprosi mũdantur,surdi audiũt,mortui resurgunt,pauperes euangelizantur. Q.d.Non est,vt de me dubitetis,an videlicet sim iste Messias & saluator,qui venturus sit ad redimendum vos & prædecessores vestros ex tenebris & vmbra mortis:quãdoquidem certo scitis eum me esse,quum opera facio supra naturam, quæ facere debet Messias ex oraculis prophetarum, quæ nec vos nec antecessores vestros quoquo modo latere possunt, quum sole clariora sint ex scripturis.

Esa.35
Esa.53

Quum proinde,qui quondam fuerunt ante Christi aduentum, certo sciebant ex quatuor iam dictis rationibus Christum venturum,eosque redempturũ, idque firmiter credebant,etsi propter temporis diuturnitatem,& quia sciebãt se in indignatione patris,anteq̃ restituerentur per Christũ in gratiam, lugerẽt, ob quod nonnullæ sunt in tempore dominici aduẽtus cæremoniæ luctuosæ: quia tamẽ firmiter credebant & sperabant Christum venturũ per incarnationem,ipsosque liberaturũ,non minus etiam quandoque gaudebant,cuius causa seruantur & tempore aduentus aliquot cantica & vestimenta lætitiæ.

Cuius & nos participes erimus,vbi pctã dimiserimus,& pro ipsis pœnituerimus modo,quem nobis Baptista præscripsit in seipso,nempe,si reliquerimus mundum & quæ sunt in mundo,petentes eremũ,id est,locum solitarium, pœnitentiæ aptum,constantesque fuerimus in veritate, non declinantes a veritate fidei & vitæ nec amore,nec timore:sicque vitauerimus molles vestes,id est,si Christi nomine delicias omnes corporis abiecerimus, & quæ corpori carnique placent, prorsus spreuerimus,dicente Paulo:Si secundum carnem vixeris,moriemini.Si autem spiritu facta carnis mortificaueritis,viuetis.

1.Iohã.2
Matth.3.
Marc.1.
Lucæ.1
Marc.6.
Roma.8

Iam vero demũ in quæstionem venit, quur nam nos Christiani,quibus veritas allata est,& vmbra dudũ ablata,signis ac modis tanti mœroris & luctus adhuc agimus aduentũ domini,qui iamdiu secũdum fidem nostram aduenit: Nunquid Iudaizantes,Christum adhuc in carnem expectamus futurum?

Ioh.1.

Respondeo, minime expectamus ipsius modo,quo semel in carne venit, aduentum,quem communi catholicoque symbolo Apostolorum aduenisse fatemur quotidie: sed ipsum agimus annuatim propter aliquot singulares causas , quas partim in superioribus reddidimus , partim paulo post reddituri sumus.

Prima est, vt ita frequenter meminerimus, quanto luctu & desiderio veteres in antiquo testamento expetiuerint domini aduentum, qui propter peccatũ recesserat,vt interea serio ponderemus in corde nostro, quã multis sane modis ipsum peccatum res sit omnino mala,q̃que deo prorsus odiosa.

Primo

Primo quidem ex eo luctu diuturno accipimus, pctm̃ tam esse rem malã, vt ipsum vel solum possit deum a nobis sua gratia auertere. Secundo, quod sic aggrauare soleat aurem diuinæ maiestatis, & eius faciem a nobis abscondere, vt nos non possit nec velit nec videre nec exaudire, quum nihil præter peccatum diuidat inter nos & deum nostrum, dicẽte propheta ad induratos peccatores: Iniquitates vestræ diuiserunt inter vos & deum vestrum, & peccata vestra absconderunt faciem eius a vobis ne exaudiret. Id quod dominus ipsemet testatur, inquiens ad eosdẽ peccatores: Cum extẽderitis manus vestras, auertam oculos meos a vobis: & quum multiplicaueritis orationem, non exaudiam. Tertio, quia deus non modo peccatum vindicet anno, sed multis etiam seculis: nec solum punit ipsum peccantem, sed & ipsius descendentes, præsertim consentientes & manentes in antecessorum peccato, & in multas etiam generationes vindicat. Ita quidem peccatum protoplasti vindicauit æterna morte quinq; millibus annorum, temporaria vero morte, donec seculum durat, & q̃dem totum genus humanum. Quod ipsemet dñs testatur, dicens: Ego sum dominus deus tuus, fortis, zelotes, visitans iniquitates patrum in filios, in tertiã & quartã generationem eorꝫ qui oderunt me. Id q̃d deinde repetit Moses.

Iohã.9. Esa.59. Esa.1. Roma.1. Gene.3. Exo.20. Exo.34.

Secunda ratio, vt non modo per eiusmodi signa cæremoniasq; luctus, peccati grauitatem põderemus, sed & cogitemus, quantam nobis deus opt. sine nostris meritis misericordiam & gratiam contulerit in eo, quod nobis credentibus hoc ipsum peccatum, quo totum genus humanum tãto tpe damnatum fuit, misericorditer gratioseq; remiserit & indulserit nomine filij sui vnigeniti, cui propterea ex mera sua bonitate pręter nostra merita, non pepercit, sed pro nobis illum nasci, viuere, & mori tradidit, vt eius natiuitate, vita, doctrina & morte nos redimeremur, fieremusq; denuo filij gratiæ. Quæ nimirum gratia tanta fuit ac est perpetuo, quanta nemo mente concipere queat, qua de quotquot fuerunt a principio prophetæ dixerunt, nec vspiam tacuerunt apostoli, per Iohannem Euangelistam dicentes: In hoc apparuit charitas dei in nobis, quoniam filium suum vnigenitũ misit deus in mũdum, vt viuamus per eum, non quasi nos dilexerimus deum, sed quia prior ipse dilexit nos, & misit filium suum propiciationem pro peccatis nostris.

Rom 8. 1.Ioh.4.

Tertia ratio, vt ponderantes peccati grauitatem, vicissimq; gratiam nobis pro eo factam, simus deo grati bonis operibus, quæ, nec aliud, a nobis desiderat pro gratiarum actione, vt quæ propterea creauerit & præparauerit, vt in eis in gratitudinem ambulemus, non nuda fide gloriantes, quę vsqueadeo coram deo nulla est, vt plane mortua sit, magisq; deum irritet contra nos, quum videatur illum deridere.

Ephe.2. Iaco.2

Iam vero dilectissimi, quum deus originale peccatũ vsq;adeo mulctauit, vt totũ genus humanũ ꝓpter ipm̃ fuerit annorꝫ qnq; millibus dãnatũ ad mortẽ æternã, nec potuit nisi ꝑ aduentũ Christi liberari: sicq; ꝓpter primæui mundi pctm̃, mundus ipse diluuio perijt vsq; ad octo hoĩes: eheu qualis & quanta pœna nos ꝓpediẽ manet, q̃ sic post tantã tamq; multiplicẽ grãm nobis exhibitã ꝓrsus ingrati sumus, vt eã credendo & viuẽdo nõ mõ videamur cõte-

Gene.3. Gene.7. 1.Pet.3.

mnere & negligere, nec eius solũ obliuisci, sed & plane nõ credere, vtpote q̃ nostrã de Christo eiusq; gratia fidẽ, p̃ pessimã nostram vitam negamus, eamq; dũtaxat oretenus, humano nimirum quodam timore, tenemus, ipsam procul dubio (quod tamen deus opt. a suis auertere dignetur) cum toto dei verbo & euangelio prorsus ore negaturi, nempe veniente Antichristo, cuius nunc ex omni pene statu hoĩm pręcones adsunt: quales sunt pleriq; oẽs, qui, teste Paulo, confitentur se nosse deum, & factis tamen negant, nimirũ facientes oĩa, quæ Christo sunt & eius fidei contraria: quos propterea idem Paulus eiusmodi homines vocat abominabiles, reprobos ad omne opus bonum, incredibiles, imo q̃ sic factis malis & operibus fidei contrarijs fidẽ negãt, infideli sunt deteriores.

Tit. 1.

1. Tim. 5.

Ex ijs sane modis seq̃tur, q̃ q̃ hoc dubio tpe sic nouitate quadã frustra iactitamus fidem & euangelion, Christũ ostentui habemus, & ipsum recrucifigimus, peiores omni ethnico & Iudæo, q̃bus propterea, Petro teste, melius fuisset, viã iustitiæ non cognouisse, q̃, q̃a post agnitionẽ retrorsum cesserimus a scĩo mãdato, quod traditũ est nobis. Q̃uãra proinde, o charissimi, nobis, qui talia facimus & eis cõsentimus, erit pœna? Nimirũ lõge crudelior, q̃ eis qui simpliciter a mũdo cõdito, sine tot exẽplis & monitis, sineq; tot beneficijs, quę nos hacten⁹ habemus, peccarũt, vtpote q̃bus, Petro post dñm teste, nouissima prioribus erunt peiora. Iam vero si propter originale peccatũ genus humanũ fuisset p̃petuo damnatum, nisi inuenisset redemptorẽ, sicq; totus mundus p̃ subsequens peccatũ diluuio perijt vsq; ad octo p̃sonas, nosq; illos enormitate, numero & qualitate peccatorum longe superamus, & ita quidem superamus, vt oĩs apud nos abundet iniquitas, omnisq; charitas erga deum & hominem refrigescat, vnde iuxta veritatem pro pœna prorsus fit huius seculi futurus interitus in vniuersum, ita tamen, vt prius propter præcedentia mala belli, famis & pestilentiæ, propterq; religionis & fidei defectionem tanta veniat tribulatio, quanta non fuit ab initio mundi, nec vlla deinceps tanta sit futura, sed saluus tantum futurus, qui perseuerabit in vera veteriq; religione & fide, quam ab Apostolis acceptam, nostri parentes vsque ad nos tenuerunt.

Heb. 6.

2. Pet. 2.

Ibidem.

Mat. 12.

Luc. 11.

Matt. 24

Marc. 13.

Luc. 21.

Dan. 9.

Matt. 10

Sed quid, inquis, nobis est potissimum faciendum, vt vel tantam tribulationem simus subterfugituri, vel saltẽ p̃seueraturi in fide nostra, p̃ eam denique futuri salui? Non aliud, inquam, faciamus oportet, q̃ quod vltima sua nomenclatura p̃tendit dñica dñici aduentus, vtpote quæ singulariter & cæremonialiter appellari solet, dñica p̃parationis: argumento, vt nos p̃paremus p̃ totam futuram hebdomadam, quatenus Christus sol iustitiæ, qui propter pc̃tã recessit a nobis, ad nos redire possit ac velit. Cuius etiam causa renouantur ante Chrĩ natiuitatem in templo oẽs cantus & antiphonæ, fereq; oĩa respõsoria: q̃ sicut p̃ plures & frequentiores nuncios magis ac magis mouetur animus subditi ad solicitudinẽ honorifice suscipiẽdi p̃latũ, sic & renouatiõe cãtus magis ac magis mouemur ad curã nostræ p̃paratiõis in susceptiõe dñi dñantiũ & regis regũ.

Mal. 4

1. Tim. 6.

Apo. 19.

Quia vero Iohan. Bapt. p̃missus est ante dñi aduẽtũ, vt docẽdo viuẽdoq; p̃paret dño viã, & alios eã p̃paratiõnẽ doceat, iuxta patrẽ ipsius ad eũ dicẽtẽ: Et tu puer, propheta altissimi vocaberis: præibis enim ante faciem domini parare

Luc. 1.

rare

rate vias eius. Id quod & ipsemet testatus est, dicens: Ego vox clamãtis in deserto, dirigite viam dñi, sicut dixit Esaias propheta: profecto non possumus nos melius discere præparationem, quàm exemplo Iohãnis baptistę, qui, sicut Christus, cœpit facere & docere. Primo ꝓinde cõfiteamur Chrm̄, & nõ negemus ipm̄: id q̃d fit, vbi operib⁹ testamur, q̃d corde & verbo fatemur. Hæc em̄ est ipsa fides, qua vel sola, Petro teste, corda purganť, vt dñs inibi digne possit habitare. Quã fidẽ quia habuit Maria, meruit Chrm̄ spũaliter & corporaliter habere inhabitatorẽ, in & sub suo corde virgineo, Elisabetha dicente: Beata quæ credidisti, quæ tibi dicta sunt a dño, qm̄ in te pficiẽtur ea &c. Quam q̃a fidem Iohãnes habuit, meruit vt dñs ad eum venerit baptizari, ad quẽ venientẽ dixit: Ego a te debeo baptizari, & tu venis ad me? Secundo, simus humiles, vt non modo non iactitemus de donis & gratijs, quas nõ habemus, q̃d esset & mentiri & vane superbire, sed vt de donis etiam veris non gloriemur nisi in dño, cui q̃dq̃d nobis est virtutis & laudis asscribam⁹, ꝑut fecit Dauid, dicens: Non nobis dñe, nõ nobis, sed nomini tuo da gloriã. Insup, ne nos ꝓpter nostras a deo dotes & gratias alijs ꝑponam⁹, sed potius nos in corde nr̃o oĩbus postponamus, memores scripturæ, dicẽtis: Quanto maior es, humilia te in oĩbus, & inuenies gratiã corã deo. Hæc sane humilitas fecit virginẽ Mariã ex ancilla dñam & reginã cœli & terræ, matrẽ regis regũ & dñi dñantiũ, itẽq; fecit ex eius filio sedẽte in gloria patris, & habere nomẽ, q̃d est sup om̄e nomẽ, vt in eius noĩe flectatur om̄e genu, cœlestiũ, terrestriũ & infernorũ. Hęc humilitas fecit Iohan. bapt. ꝓphetã ꝓphetarũ, imo plus quã ꝓphetã, id est, angelo ꝓximũ, & q̃ maior nõ surrexit inter natos mulierũ. Cuius sane hũilitas in hoc apparet, q̃ etsi ipse tantus esset, etiã testimonio verissimæ veritatis, vt ob eius excellentiam, prout accipitur ex euangelio, Iudæi accepissent eũ ꝓ Christo, si voluisset, vsq; adeo tñ se humiliauit corã deo & hoĩbus, vt nõ modo dixerit se indignũ soluere corrigias calceamẽtorũ dñi, sed & nec voluit se nec Helię nec cõparari ꝓphetæ cuipiã, q tñ maior erat omni ꝓpheta, sed se dũtaxat esse dixit vocẽ clamãtis in deserto, id est, minimũ q̃ddã, q̃d nõ nisi tẽdat ad nihilũ, nõ aliud, quã quod a deo ꝓducit & cõseruatur. Tertio, vt peccantes post baptismũ spũs & aquæ, rebaptizemur baptismo pœnĩæ, quã ꝑdicauit Iohã. dicẽs: pœnĩam agite, appropinquabit em̄ regnũ cœlorũ. Sic se rebaptizarũt baptismo pœnĩæ, Dauid, Maria Magdalena, Petrus & alij pœnitẽtes, q pro peccatis suis amare fleuerũt. Quos oportet ex aĩo sequamur, imo, quũ toties ac tam grauiter offendimus peccãdo dñm deũ, patrẽ optimũ, fugiamus cũ timore & humiliter ad eũ supplices, more pueruli, q depræhensus in aliquo sibi vetito, nullũ vidẽs fugę refugiũ, proijcit q̃ male tenuit, ad patrẽ currit, virgã pꝛoccupat, amplectiť iratũ, spõdet emendã, vt tãdẽ habeat placatũ. Ita & nos proijciamus quæ male contra deum tenuimus, occurramus, paterna imploremus viscera, ad misericordiam a iustitia appellemus, proponamus emendationem, Paulo hortante, quum dicit: Adeamus ergo cum fiducia ad thronum gratiæ eius, vt misericordiam consequamur, & gratiam inueniamus in auxilio oportuno. Quod vbi synceriter, veraciter, & non ficte fecerimus, erit nobis haud

Iohã. 1. Esa. 40. Acto. 1 Acto. 15. Luc. 1. Iohan. 1. Psal. 113 Eccl. 3. Luc. 1. Philip. 3. Matt. 11. Luc. 7 Matt. 3. Marc. 1. Luc. 3. Matt. 3 Marc. 1. Luc. 3. Psal. 6. Nuc. 7. Mat. 26. Heb. 4.

haud dubie propicius, venturus ad nos sua gratia & misericordia, auersurus a nobis clementer prædictam illam horrendam tribulationem, quæ imminet, vel certe nos in ea constantes conseruabit, vt salui simus futuri. Quod procul dubio faciet iuxta promissionem suam, qua dicet: Si pœnitentiam egerit gens illa a malo suo, agam & ego pœnitentiã super malo, quod cogitaui, vt facerem ei. Nolo enim mortem peccatoris, sed magis vt conuertatur & viuat.

Hiere. 18
Ezec. 18.

DE CATHOLICIS ECCLESIAE CAEREMOniis in vigilia natiuitatis Iesu Christi filij dei opt. max.

Caput X.

QVàm sancta, quàmque venerabilis esse nobis debeat, summaque animi gratitudine suscipienda sit Christi Iesu natiuitas, & eius diei, qua natus est, solennitas, & quantopere nos præparare debeamus ad susceptionem eius gratiæ & redemptionis, qua nos ille sua natiuitate de diabolica potestate liberauit, argumento plus quàm liquido claret ex catholicis cæremoniis, quarum passim pius est in vigilia natalicij Christiani apud Christianos vsus, ex catholicæ ecclesiæ institutione prorsus antiqua, magna ex parte manans.

Prima quidem cæremoniarum est, quod in ipsa natiuitatis Iesu Christi diem præcedente die seruatur ieiunium dispensationis vna cum vigilia, quanuis hæc sit in multis aliis solennibus feriis sublata. Ad cuius intelligentiam (proue & alias retuli) sciendum est, nascente quondam ecclesia tantam fuisse Christianis in vniuersum deuotionem & religionem, vt ipsi in vigiliis solennium dierum magnarumque feriarum, vndique confluerent ad templa, totamque noctem inibi in dei suorumque sanctorum laudibus, hymnis, canticis & orationibus deuotissime vigilarent: cum, quia rite sequebantur angelos, qui in nocte natiuitatis Iesu Christi vigilantes gloriam deo in excelsis cecinerunt, & ipsi quoque pastores super greges suos vigilarunt: cum, quod non minus vigilando quàm ieiunãdo carnis lasciuiam domarunt, & mentis deuotionem paulo facilius & promptius ad deum eleuarunt, haud ignorantes scripturam, dicentem: Vigilia honestatis domat carnes. Cæterum quia succedente tempore charitas erga deum & eius sanctos, adeoque ipsa deuotio frigescere & decrescere inciperet, videreturque qui primum piissimus erat, vsus in abusum, & (cacodæmone sic instigante) sanctæ vigiliæ in prophanas & turpes in nocte lusiones, cantilenas, saltationes, comessationes, potationes, fornicationes & in hoc genus abusiones indies mutari & verti viderentur, ecclesia catholica dispensans, eas vigilias abrogauit, & earum loco ieiunia in profestis maiorum feriarum instituit, vnde & hæc ipsa ieiunia frequentius adhuc vigiliæ quàm ieiunia appellari solent.

Luc. 2
Eccl. 22.

Cæterum quia solennitas Natiuitatis Iesu Christi & eius resurrectionis, oĩm merito solennitatũ maxima credita est, & vtraque tam natiuitas quã resurrectio Chri, illa in media nocte, hæc qñ essent adhuc tenebræ sup terrã, cõtigit, adhuc ex parte saltẽ mansit in vtrisque vigiliis & ieiunium & vigilia, quoniam

Sap. 18
Luc. 2.
Luc. 24.
Iohã. 20

populus in hæc hactenus quoque tempora in nocte sancta surgit ad matutinas preces & primam liturgiam, ad finem usque perstans in suis ad deum precibus. Unde liquet, quàm peccent enormiter contra Christum & eius ecclesiæ constitutionem, qui tantilli temporis impatientissimi, non lucis, sed tenebrarum filii, noctem tam modis omnibus sanctam, potationibus, comessationibus, ludis, obloquiis, litigiis & id genus aliis peccatis, sceleribus & superstitionibus turpiter & damnabiliter consumunt, quando potius eam deuotius orando, ieiunando, contemplandoque cum summa gratiarum actione pro gratia ipsis in ea nocte nunquam satis æstimanda, mirabiliter exhibita, peragere debeant. In quales sane peccatores adeo publicos, & Christianæ disciplinæ contemptores, ipse magistratus ita serio & publicitus animaduertere deberet, ut, scribente Paulo, cæteri timorem haberent.

Roma. 13.
1. Tim. 5.

Secunda cæremoniarum est, quod in vigilia natalis dñi nō solū vere Christiani, iidemque catholici, qui prouectioris ætatis sunt, ieiunāt, semelque tum paulo quidem parcius in die cibum sumunt, sed ipsi pueri prorsus adhuc innocentes, quibusdam blandimentis & inuitamentis prouocati, diligēter ad prandium usque a cibo ieiunant & abstinent, quærentes repe̅rie̅tesque deinde vel sub fœno præsepii, vel sub frumento, vel in alio quopiam loco, similas. Id quod cæremoniarum probabile multas est ob causas. Primo quidē arguit, Christum ea nocte natum, qui nobis tanquam iumentis, cuiusmodi facti fueramus ob peccatum, positus sit in præsepio, tanquam panis de cœlo descendens, nos ex adipe frumenti satiaturus, quando ipse tanquam nobile granum frumenti, casurus erat in terram, proque nobis in ara crucis moriturus, qui quum caro factus est in sua natiuitate, facta quoque eius est caro fœnum & cibus. Secundo quidquid huius est cæremoniarum, multifariam pueris conducit. Primo quidem pueri consuescunt ad eum modum bonis operibus, nec facile deserent ea in senectute: quum iuxta prouerbium testa plerunque sapiat inueterata, quod noua cepit. Id quod in re bona, qualis est ipsa propter pietatem ieiunatio, censeri debet optimum, scriptura dicente: Bonum est viro, quum portauerit iugum ab adolescentia. Cuius illa quoque causa vult ab initio puerum ad bene beateque viuendum esse instruendum. Secundo iidem pueri per eiusmodi cæremonias assuescunt vere credere dominum deum, adeoque ipsum Iesum Christum, eius vnigenitum esse solū, qui det escam omī carni, manumque suam aperiens impleat omne animal benedictione. A quo propterea recte petimus panem nostrum quotidianum, qui panis est viuus, de quo qui manducat, viuet in æternum. Tertio discunt hoc quidem pacto pueri, dominum deum nullum opus bonum relinquere irremuneratū, sed omnia nostra opera bona suam apud ipsum habere mercedē, sicuti mala suam pœnā, quēadmodum Paulus sentit & credit, quum monet: Itaque fratres mei dilecti, stabiles estote & immobiles, abundantes in omni opere domini semper, scientes quod labor vester non est inanis in dño. Sileo interim quot & quàm magna commoda suboriantur ex eiusmodi ieiunio puerorum, & quidem maxime, quia sunt adhuc innocentes, opera sua deo grata esse sibi dubio procul persuadere possunt,

Psal. 48.
Ioh. 6.
Psal. 147
Ioh. 12.
Ioh. 1.
Thren. 3
Eccle. 7.
Psal. 135.
Luc. 11.
Matt. 6.
Ioh. 6.
Mat. 16. 20
Ioh. 5.
1. Cor. 15.

Psal.8. possunt, iuxta illud regij prophetæ: Ex ore infantium & lactentium perfeci-
Mat.21. sti laudem propter inimicos tuos.

Nec est, quod hæretici carnales isti prorsusque bestiales, hac parte nobis catholicis falso obijciũt, ideo ieiunia talia non posse pia nec esse nec censeri, quoniam sapiant Iudaismum, quod inibi more Iudæorum cibos aliquot vt immundos discernimus, contra Paulum, dicentem: Nemo vos iudicet in cibo aut in potu &c. Siquidem respondeo, maximum esse hoc loco discrimen inter Iudæos & catholicos Christianos. Illi quidem discernunt cibos aliquot cæremonialiter vti natura malos, id quod falsum est, quum omnis creatura sit ab opt. deo bona: ij vero duntaxat discernunt pro loco & tempore, non perpetuo, non vti natura malos, sed per abusum & gulam malo carnali dantes occasionem, ab eisque propterea parciter abstinent. Id quod nulla scriptura prohibet. Ita Rechabitæ ex voto semper abstinebant a vino, a quo Paulus quoque dehortatur, inquiens: Nolite inebriari vino, in quo est luxuria. A quo & Timotheus abstinuisse creditur omnino. Ad quem sane modum abstinere a carnibus, lacticinijs, ouis, & id genus quibusdam cibis alijs & potibus, summe bonum est, non autem peccatum: quum alioqui Iohannes Baptista, quo non surrexit maior inter natos mulierum, peccasset: qui ieiunãs a puero, abstinuit ab omnibus cibarijs & potibus, preterquam a locustis & melle syluestri & latice, similiterque peccassent Helias, Helisæus, Moses, Christus & apostoli, qui ieiunando proculdubio discreuerunt cibaria & tempora, quos iam olim rectissime sequuti sunt Catholici in suis de ieiunando & vigilando Ceremonijs in vigilia Christiani natalicij, quod ita sequenti statim die celebratur, vt in ea ipsa vigilia legi soleat Euangelion, in quo de natiuitate Iesu Christi ex virgine Maria sic pronũciasse beato Ioseph scribit angelus, vt plane credi oporteat ipsum dominũ Iesum esse verum deum & hominem, mundique redemptorẽ vnicum. Ad cuius diem natiuitatis merito nos præparare debemus ieiunando & vigilando, vt ipsa sic nobis prosit, quatenus alter eius ad finem mundi aduentus nobis sit & lętus & fœlix, nec nos dormientes inueniat. Ad quod idem dominus Iesus deinde vir factus, serio hortatus est, dicens: Attendite vobis, ne forte grauentur corda vestra in crapula & ebrietate & curis huius vitæ, & superueniat in vos repentina dies illa. Vigilate, omni tempore orantes, vt digni habeamini fugere ista omnia, quæ futura sunt, & stare ante filium hominis. Id quod nobis per ipsum dignetur concedere pater æternus, idemque cœlestis, Amen.

(Marginal references: Col.2. — 1.Tim.4. — Hiere.35 — Ephe.5. — 1.Tim.5. — Matt.11. — Luc.1. — Matt.1. — Luc.21.)

DE CATHOLICIS ECCLESIAE CAEREMOnijs in sacrosanctis ferijs lætabundi felicissimique Iesu Christi opt. natalicij. Caput XI.

QVanta nimirum lætitia & exultatione totus mundus, adeoque totum genus humanum in dño deo patre, non in seipso, per Iesum Christũ, filium eius vnigenitũ, ꝓpter nunq̃ satis extollendã ipsius natiuitatẽ, cui quotannis dicata est viij. Cal. Ianuarij & xxv. dies Decemb. gaudere debeat, quantumque

tamque

tamq; gratitudinem eidem pro eadem natiuitate præstare modis omnibus obliget, haud obscure prorsus accipimus ex catholicis cæremonijs, quibus ipsa catholica ecclesia toto terrarum orbe in ipsa die Christiani natalicij vtitur, quas prophetiæ confirmant, figuræ verificant, euangelij verba quæ die gloriosæ natiuitatis leguntur, declarant, & miracula, quæ Christo nato facta sunt, illustrant, institutaq; maiorum nostrorum, quæ quasi per manus accepta, multis iam olim annis passim obseruantur, haud improbe probant, tpisq; côditiões insinuant.

In primis autem hæ sunt in sacrosanctis Christiani natalicij ferijs in ecclesia cæremoniæ, quod in ipsa die gloriosæ natiuitatis, authore Telesphoro papa, tres celebrantur Missæ cum tribus prophetijs, tribus apostolicis epistolis, tribusq; Euangelijs. Quarum quidem cæremoniarum varia sunt mysteria, variaq; significata.

Quandoquidē ex ipsæ cæremoniæ significant tres Iesu Christi cē natiuitates, quas tres testes omni exceptione maiores, Prophetæ s. & Apostoli & Euangelistæ, sic attestantur, vt non possint non esse veracissimi, quum omne testimonium & huius veritas stet in ore trium testium vel duorum. Deut.17 Matt.18. 2.Cor.13

Prima quidem natiuitas est æternalis in cœlo ex patre citra matrem, propter quam deus pater ad filiū dicit: Filius meus es tu, ego hodie, id est, ab æterno, & ante luciferum genui te. Quæ significatur per primam Missam, quia sicut ipsa canitur in nocte media, quæ profunda est, eademque tenebrosa, sic æterna ipsa natiuitas ex patre Christi nobis sic occulta est, vt Esaias censuerit eam prorsus incognoscibilem, clamans: Generationem eius quis enarrabit? Et licet hæc æternalis natiuitas, ita per naturam est ineffabilis, sicut deus ipse non cognoscibilis est, tamen per gratiam descripsit eam Iohannes, prophetica illa aquila, qui volitans super omnes volucres altior, oculos suos in solem iustitiæ præter naturam fixit, dicens: In principio erat verbum, & verbum erat apud deum, & deus erat verbū: hoc erat in principio apud deum: Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil &c. Nempe per verbum significans, vnigenitum dei patris filium, qui sic ex deo patre nascitur, vt cum eo semper ab æterno sit, patre nec prior nec posterior, vnum quippe cum illo, de se dicens: Ego ex ore altissimi prodiui, primogenita ante omnem creaturam. Ab initio & ante secula creata sum, & vsque ad futurum seculum non desinam. Id quod credi necessarium est, cognosci vanum, perscrutari prorsus periculosum, vtpote in quo illa est maiestas, cuius, teste scriptura, qui scrutator est, opprimitur a gloria. Psal.2 Heb.1. Psal.109. Esa.53 Iohan.1. Iohā.10 Eccl.24. Prouer.25.

Secunda natiuitas est tēporanea, in terra quidem ex virgine matre, sed sine patre. In qua Christus ipse verbum dei patris æternum, caro factum est. Quæ nimirum natiuitas etsi propter multa prorsus etiam sit ineffabilis & incomprahensibilis, quum in ea deus æternus sine aliqua sui mutatione factus sit in vtero virginis Mariæ homo, manens tamen quod erat sine virilis seminis, sed spiritus sancti dūtaxat cooperatiōe (nam quod in ea natū est, de spiritu sancto fuit) ipse tamen vel vnicus euangelista Lucas, sic euidenter eius modum, tempus, locum & quascūq; ad fidem faciendā circūstantias in suo euangelio describit, in Iohā.1. Math.1 Luc.1. Luc.2.

om̃ibus ad om̃ia concordans cum oraculis de hac ipsa Christi natiuitate prædictis, vt impius sit oportet, qui vel dubitare saltem de ea velit.

Significāt sūt hæc ipsa temporalis Christi natiuitas eademq́ humana per secundam Missam, quia sicut ipsa canitur in aurora, quando partim lux est, partim tenebræ: sic hæc natiuitas partim est cognoscibilis, partim non cognoscibilis, quæ fide potius, q̃ intellectu cognoscit, de ipsa deq́ cæteris quæ fidei sunt, propheta dicente: Nisi credideritis, non intelligetis. Oportet igitur, teste Paulo, in id genus rebus captiuare intellectum in obsequium Christi, verboq́ puro dei magis quàm rationis argumento fidere.

Esa. 7
2. Cor. 10

Tertia natiuitas est spiritualis, in corde quidē spiritualiter ex fide vera per charitatē operante nascens. Nascit em̄ Christus spiritualiter in nobis, & nos in eo, quando per fidem & charitatē incipit esse in nobis, & per fidei, charitatis & aliarū virtutum incrementa splendidius ac perfectius demoratur & regnat in nobis q̃ antea. Propter eam etiā spiritualem eandemq́ mutuam natiuitatē ipse quemlibet in ipsum fide formata credentē, vocat nō modo fratrem suū, sed & matrem, dicens: Quicunq́ fecerit voluntatem patris mei, qui in cœlis est, ipse meus frater & soror & mater est. Iuxta hanc natiuitatem dicit Iohannes in sua canonica: Qui credit qm̄ Iesus est Christus, & facit iustitiam, ex deo natus est. Iuxta hanc natiuitatem ipsi quoq́ dicimur & sumus filij spirituales dei patris, Euangelista dicente: In propria venit, s. Christus, & sui eum non receperunt: quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem, filios dei fieri, ijs qui credunt in nomine eius, qui non ex sanguinibus, neq́ ex voluntate carnis, neq́ ex voluntate viri, sed ex deo nati sunt.

Gal. 5
Matt. 13.
1. Ioh. 2.
Iohan. 1

Significat aūt hęc ipsa spūalis natiuitas Chri per tertiā Missam, qa sicut ipsa die clara, hora vtpote tertia, celebrat, ita natiuitas illa spiritualis, quæ fidei est veræ, tam clara prorsus est facta & manifestata, vt ipse Christus natus sit & fide cognitus toto terrarū orbe, ab oriente vsq́ in occidentem, a meridie vsq́ in septētrionem, & eius nomē laudabile a solis ortu vsq́ ad occasum. cœpitq́ fieri, verē prophetę oraculum, Viderunt, dicens, om̄es termini terræ salutare dei nostri. Idq́ factum est, quando Apostoli euangeliū fidei adeoq́ regni cœlestis ex cōmissione Iesu Christi prædicarunt om̄i creaturæ in vniuerso mūdo, qn̄q sonus eorū exiuit in omnem terram, & in fines orbis terræ verba eorum.

Psal. 112
Psal. 97
Psal. 18
Rom. 10

Quod vero cæremonialiter propemodum in prima Missa de æterna Christi natiuitate legit euangelion de temporanea siue humana ipsius natiuitate, s. In principio erat verbum, & ediuerso in vltima Missa, quæ est de exhibita veritate natiuitatis ipsius humanæ, non aliud significatur in hac ipsa vicissitudinaria mutatione, quàm diuinitatem in Christo sic humanitati vnitam, & humanitatem ita diuinitati coniunctam esse, vt nunquam alterutra possit esse sine altera. Id q̄d etiā ipse dn̄s Iesus inter cætera clarius exp̄ssit, ad Nicodemū dicēs alibi: Nemo adscēdit in cœlū, nisi q descēdit de cœlo, filius hoīs qui est in cœlo.

Ioh. 3.

Præterea quia euāgelion in tertia Missa cōtinet natiuitatē spūalem inter natiuitatē æternā & tēporalē, significat Christū in eo solū spūaliter per gratiā nasci, qui vtramq́ credit natiuitatē, id est, Christum esse natura dei & hoīs filiū,

adeoq́

adeoq; verum deum & hominem, prout catholica fides habet.

Tertio cæremoniæ illæ triũ in natalicio Christiano Missarũ,significant Christum esse natũ & oblatũ oĩbus hoĩbus,suaq; natiuitate oẽs, q credunt in eũ saluasse,illiusq; natiuitatis lætitiæ participes esse,dicente quoq; angelo ad pastores:Nolite timere. Ecce enim euangelizo vobis gaudium magnum, quod erit omni populo,quia natus est vobis hodie saluator,qui est Christus dominus,in ciuitate Dauid. In cuius argumentum natus est ipse,quando sub Augusto Cæsare descriptus est totus mundus,vtpote in cuius salutem natus est ipse. Matth.1 Luc.2.

Quotquot autem a mundo condito fuerunt vsque huc homines, trium fuerunt & sunt temporum, quos tres illæ Missæ cæremoniales vnã cum suis temporibus significant.

Siquidem fuerunt aliquot homines ante legem, quales fuerunt omnes ab Adam vsq; ad Mosen,nempe per legem intelligendo legem Mosi.

Aliquot sub lege,quales fuerunt oẽs a Mose vsq; ad Christum. Aliquot post legẽ,quales fuerunt & sunt oẽs post Christũ natum,q sunt oẽs eius natiuitatẽ saluati, sicut oẽs peccauerunt,& eguerũt gloria & gratia dei: oẽs dico sunt saluati,q sunt eius,quales sunt,q crediderũt vel credunt in eũ. Sicut enim opus nunc est nobis,si volumus Christi natiuitate saluari,vt credamus necessario Christũ esse natũ propter salutẽ nostram,sic ante Christi natiuitatẽ præcedentibus fuit opus credere ad salutẽ,Christũ nasciturũ, quibus & nobis vna fides,sed illorum reuelãda de futuro, sicut nostra de præterito fides est,testante Paulo,quũ ait:Sed cõclusit scriptura omnia sub peccato, vt promissio ex fide Iesu Christi daretur credẽtibus. Priusq̃ aũt veniret fides,sub lege custodiebamur,cõclusi in eam fidẽ quę reuelanda erat. Atq; hoc est,quod Matthæus declarãs Christi nomẽ Iesus,ait:Ipse enim saluũ faciet populũ suũ a peccatis eorũ. Sed quis est populus eius,nisi q fide credit in eum,per charitatẽ operãtẽ? Itaq; gaudiũ natiuitatis nõ erit simpliciter omni ppl'o nec Iudæorũ nec Gentiliũ,sed omni ppl'o credẽtiũ,q vel de Iudæis vel de gẽtilib' totius orbis ad vnã Chr̃i cõfessionẽ aggregaĩ,ab vna eadẽq; mysteriorũ Chr̃i pceptiõe Christian' vocaĩ. Roma.3 Galat.3 Matth.1.

Prima proinde Missa duo plane notat, primo homines ipsos, qui fuerunt ante legẽ, quibus & ipse Christus natus est, quod sicuti Missa illa celebratur in nocte,quæ prorsus natura est obscura,sic illi sedẽtes in tenebris & in vmbra mortis,nulla fuerunt lege illuminati, sed omnino, sicut omnes peccatores cæci, q̃siq; sine deo,sineq; testamẽto,queadmodũ Paulus grauiter ad Ephe. scribit. Esa.9 Luc.1. Ephe.2.

Secundo notat,Christum esse natum in nocte,& quidem media, secũdum scripturam,prædicentẽ: Cum enim quietum silentium tenerent omnia,& nox in suo cursu medium iter haberet,omnipotens sermo tuus domine exiliit de cœlo a regalibus sedibus. Id quod vtiq; completum est Christo nato in nocte, prout ex Euangelista manifeste colligitur,quũ dicit pastores in ea tum regione vigilasse custodiisseq; vigilias noctis super gregem suum. Sap.18 Luc.2

Sed inquis: quur dixit angelus, Ecce euãgelizo vobis gaudium magnum, quod erit omni populo,quia natus est vobis saluator hodie? quur,inquis, ait, hodie,id est,hoc die,quum fuerit nox?

Respondeo,eam noctẽ fuisse naturalẽ vtiq; noctẽ, sed diem interea quoq; fuisse supernaturalẽ, q̃m ea nox claritate diuina, quæ, teste Euangelista,circũfulsit pastores,ita fuit illuminata,vt fuerit diei,etiam quàmlibet claro,claritate simillima,nimiR vera fieri cœpta de ea nocte prophetia p̄dicẽs: Et nox sicut dies illuminabit̃,quia tenebræ obscurabunt̃ a te. Nec mirũ,q̃n fuerit in ea nocte natus,qui lux erat illa,quæ illuminat omnẽ hoĩem venientẽ in hunc mundum,ſ. tenebrosissimũ,cœperitq; verũ fieri,quod ea de luce prædixit Propheta,dicẽs:Exortũ est in tenebris lumẽ rectis corde,misericors & miserator dñs,ſ. Iesus Christus.Quodq; prædixit Esaias,inquiẽs:Populus q̃ ambulabat in tenebris,vidit lucẽ magnã. Quũ igit̃ in ea nocte nobis habitantibus in regione mortis, lux orta est vitæ,diesq; luxerit illa, de qua Dauid sic ait: Bene nunciate diem,ex die salutare eius,apte nuncius ortus eiusdem dicit, quia natus est hodie saluator,quũ tempus fuerit eius natiuitatis, & nox naturalis, & dies ob diuinam lucem supernaturalis.

Psal.138 Ioh.1. Psal.111 Esa.9 Psal.95

Insuper vt hoc moniti verbo semper recordemur, q̃a nox præcessit, ſ. antiquæ cæcitatis,dies aũt appropinquauit æternæ salutis,& vt abijciamus op̃a tenebraR,&vt filij lucis simus & ambulemus,quũ fructus lucis in om̄i sit iustitia & bonitate & sanctitate,quatenus æterna luce in cœlo p̃fruamur,prout orat ecclesia in ea nocte,dicens:Deus qui hanc sacratissimam noctem veri luminis fecisti illustratione clarescere: da, quæsumus,vt cuius lucis mysteria in terra cognouimus,eius quoque gaudijs in cœlo perfruamur.

Rom.13 Ephe.5.

Secunda vero Missa notat eos hoĩes,q̃ fuerũt sub lege scripta, q̃bus etiã natus ẽ ip̃e Chrũs in salutẽ,q̃a sicut ip̃a celebrat̃ in diluculo sub aurorã videlicet, in qua nõnihil,sed tñ parũ est lucis, ita q̃ fuerũt sub lege scripta,aliquantulam dei cognitionẽ habuerũt,sed non tantam, quantam nunc habemus.

Insup notat Iohannẽ Baptistã,nobilẽ illũ luciferR,testimoniũ pr̨bentẽ,paulopost se venturã iucũdissimã &amabilissimã aurorã Mariã virginẽ,&pariturã solem iustitiæ,Christũ videlicet Iesum,q̃ sua natiuitate & vita & doctrina totũ mundũ esset illustraturus & iustificaturus corã patre suo,iuxta prophetã dicentem:Et orietur vobis timentibus nomen meum,sol iustitiæ.

Luc.1 Iohã.1 Malac.4

Tertia Missa notat eos homines,q̃ fuerũt ac sunt post legem,in tp̃e videlicet gratiæ,q̃m sicut illa celebrat̃ in die clara,vt pote hora tertia,quando sol lucet clarissima luce:sic illi a Christo nato sunt sole clarius illuminati ad omnia, quæ sunt diuinæ cognitionis ad salutem,vt pote q̃ fuerũt aliquando tenebræ, nunc aũt lux in domino,proptereaq; sicut filij lucis ambulent, q̃quidem aurora illa nobilissima,virgo Maria,peperit solem iustitiæ,quam lucifer Iohãnes clariss.Baptista prædixit,præcessitq; illa nox tristissima,qų nos,Zacharia teste,detinuit in tenebris & in vmbra mortis,& exorta est illa dies,in qua natus est creator omnium dierum, Iesus Christus.

Ephe.5 Luc.1. Psal.37.

De quo sicut omnes a mundo condito patriarchæ,prophetæ, scripturæ,figuræ,creaturæ & naturæ prædixerũt & p̃figurauerũt,simulq; oẽs homines illi us aduentũ desiderarũt,ita nunc eo nato pleriq; oẽs gaudere debẽt,non solum angelo dicente:Nolite timere; ecce enim euangelizo vobis gaudiũ magnum,

quod erit omni populo, qa natus est vobis hodie saluator, q est Christus dñs in ciuitate Dauid: sed & hoc ipsum conditione temporis insinuante. sicut em̃ tempus ante Christi natiuitatẽ paulo tristius est & mœstius ob solis longinquiorẽ discessum, vnde & tum breuissimus est dies, notãs homines fuisse mœstos, ob solem iustitiæ, nondum exortũ, ita tempore natiuitatis Christi ob solem redeuntẽ ac accrescentẽ diemq̃ longiorẽ, tempus paulo clarius & lætius, notat oẽs, Christo nato, debere lætos esse, qm̃ sua natiuitate salutẽ æternã attulit, prout & oĩa animalia, quæ ante natiuitatẽ Chrĩ soleq̃ decrescẽte & recedẽte mœstiora fuerũt & tristiora, solẽt post eã fieri lætiora, fortiora & viuaciora.

Præterea lætitiã hanc insensibiles etiam creaturæ testatæ sunt, & multis etiã in locis adhuc testant̃, vti fama est. In ipsa em̃ Christi natiuitate, teste papa Innocẽtio tertio, Fons aquæ cœptus est Romæ mutari in liquorẽ olei, profluereq̃ in Tiberim tota nimirũ die in eo loco, vbi nunc est templũ S. Mariæ trãs Tiberim iuxta prophetiã Sibyllæ, itemq̃ flores & vineas, Bartholomeo Chronographo teste, quæ balsamũ proferunt, Engaddi floruisse, fructumq̃ protulisse & liquorẽ dedisse, quẽadmodũ & de Rosa, quã Hiericho rosam vocant, quotidiana experientia didicimus, quæ in puncto natiuitatis horæ florere conspicit̃, in argumentũ quodãmodo, q̃ Maria, virga Iesse, floruerit & protulerit florẽ, Iesum Christũ, cuius odore credẽtes omnes reficiunt̃, quodq̃ ipsa vinea in Canticis dilecta, & rosa in Hiericho plantata protulerit illam vitem, imo & illum pium & misericordem Samaritanum, qui vulnerato inter Hierusalem & Hiericho a latronibus, infuderit oleum pacis & pietatis, & vinum iustitiæ, quod lætificat cor hominis.

[1 | 2 Cant. 1 | 3 | Esa. 11. | Ephe. 5. | Canti. 7 | Eccl. 24. | Iohã. 15. | Luc. 10. | Eccl. 40]

Id quod vsq̃ adeo creditum est a nostris maioribus, vt & crediderint in nocte natalicij Christiani ob eius sanctitatem, qui tum natus est, in momẽto florere saltem nonnullas arbores, vertiq̃ plerosque omnes fontes in vina. Vnde & in hanc vsque diem a vino nos Germani in vernacula lingua noctes natalicij Christiani vocamus, Die Weynnecht.

Quam sane creaturarũ insensibiliũ ob Chrĩ natiuitatẽ lætitiã sequuti sunt veteres illi patres in veteri testamẽto applausu etiã manuũ, quẽ hactenus nõnulli passim suis vel ad fenestras vel ad fores domorũ & ante & post Christi natiuitatis ferias pulsatiõibus, & spũalibus hymnis, canticis, choreis, exultationibus & id genus alijs lætitiæ signis, etiam in templo repræsentarunt.

[1 Psal. 46]

Quinimo in natalicij gaudij Chrĩani signa, fecerũt panes a cæteris panibus longe differentes, nimirũ testãtes per eos, esse natũ in Bethlehem, id est, in domo panis (sic enim Bethlehem interpretat̃) panem, qui modis omnibus differt ab alijs panibus, nempe Iesum Christum, panem illum viuum, qui de cœlo descendit, de quo qui edit, viuet in æternum, qui quotidie sub mysterio manducatur & offertur in altari, prout ipse fecit, & instituit iuxta ordinem Melchisedech sub specie panis & vini, carnem & sanguinem.

[2 | Iohan. 6 | Gene. 14 | Psal. 109 | Heb. 7.]

Iam vero charissimi, si hactenus iuxta angeli monitionẽ totus mũdus oĩsq̃ pp̃lus eo gaudio, q̃d erat om̃i pp̃lo ab initio legis euãgelicæ nouiq̃ testamẽti tempore tantopere lætatus est, quia natus sit Christus in ciuitate Dauid, id est,

Bethlehem,gaudeamus & ipsi non solum,sed & satagamus, vt causæ gaudij futuri simus participes. In primis,inquam,gaudeamus,quia nobis natus & homo factus sit vnigenitus dei filius,qui nos saluauit a peccato originali sua natiuitate,solusq; mediator apud patrem restituit nobis pacem,& a diabolica captiuitate & potestate sic redemit,vt sine voluntate nostra nihil iam olim potestatis in nos habere possit. In cuius argumentum tradūt historici & Chronographi,in nocte natalicij Christiani non Romæ solum & in Aegypto,sed & aliàs passim simul corruisse quæcūq; idola & idolorū simulacra, per quæ prius cacodæmones maximā partē mortalium ad idololatriā & a deo in suā potestatē seduxerant,iuxta oraculum Hieremiæ, q post mortē Godoliæ regibus Aegypti prædixerat, fore vt parturiēte virgine cuncta eorū essent corruitura idola. Id quod & Romæ fieri cœpit verū, quando in nocte natiuitatis Christi nō modo Romuli statua,sed & templū æternitatis,in quo hæc ipsa erat statua, corruit,in quo nunc loco est tēplū S. Mariæ nouæ secundū oracula Apollinis & Sibyllæ,prædictum,idipsum templū ruiturū,quādo virgo paritura esset. Id quod ipsi nunq̄ fore rati,fecerunt tēplo titulum, æternitatis templum.

1. Tim. 2. Ephe. 2 Hebr. 2. 4. Reg. 2 Hier. 40 Hier. 41.

Atq; hinc est,quod passim Christiani in domibus suis per noctes & dies a die natiuitatis vsq; trium regum,spargant benedictam aquā,thureq; fumigēt: non quia sint ea tēpora cæteris tēporibus magis obnoxia cacodęmonibus,sed q̄a tum natus sit, q̄ sua bn̄dictiōe odorifera securitatē nobis fecerit ab eisdē cacodæmonibus,q̄s vt semel sua natiuitate superauit,ita & adhuc cōtra ipsos & eorum machinationes & insidias,nobis & rebus nostris benedicere dignetur.

Deinde faciamus nos participes causæ tanti gaudij, quæ est salus æterna, quam Christus sua natiuitate nobis impetrauit. Id quod obtinebimus,vbi cognabimur esse eius populus,qualis erimus,vbi cauebimus ab omnibus superstitionibus & dissolutionibus,quibus hoc præsertim tempore natalicio,nonnulli student: sed credamus in eum fide,quæ per charitatem operatur, dicentes cū angelis gloriam deo in altissimis,vt ei soli,qui nobis sine nostris meritis pacem sua gratia contulit in cœlis, qui trinus est in personis, & vnus in essentia,quēadmodum cæremoniæ quoque trium Missarum designant,quod is,qui natus ea est die,s. Iesus Christus,Mariæ filius ex castissimo eiusdem vtero,verus sit testimonio Prophetarum,Apostolorum & Euangelistarum deus,tertia videlicet persona in sanctissima & diuinissima Trinitate.

Gal. 5

Id quod pariformiter insinuarunt olim tres splendididissimi soles,qui mirabiliter ea die comparuerunt in firmamento cœli versus orientem. In quorum tertio virgo pulcherrima,& in eius gremio sedit tanquam in aureo circulo speciosus forma præ filijs hominum puerulus, super humeros gestans siue baiulans crucem,nempe iuxta prophetiam Esaiæ, suum imperium,suumq; regnū. Propter quam sane miraculosam in cœlo visionem Cæsar Augustus, qui cœperat ob eius felicitatem & potentiam deus a Romanis haberi, stupefactus consuluit virginem & prophetissam Sibyllam: quærens, qualis esset hæc ipsa visio, quidq; significaret. Respondisse fertur ipsa: En Imper. Auguste, puer

Psal. 44 Esa. 9.

ille na-

ille natus ex virgine,quemadmodum tibi prædixi,maior te eſt, quia deus,creator & gubernator cœli & terræ, & omnium rerum quæ vtrobiq; continentur,qui per ſuam in cruce paſſionem & mortem deuicturus eſt cacodæmonē & infernum,& liberaturus tres totius orbis partes,id eſt, oēs homines,qui in eis partibus in ipſum crediturí ſunt: illum proinde adora, vti deum verum,in illum crede vti deum,qui maior eſt te per oīa. In huius hiſtoriæ æternam memoriam cœptū eſt Romæ ad honorem glorioſæ deiparæ virginis Mariæ ędificari templum,quod in hæc vſq; tpa,Ara cœli appellari ſolet. Hæc magna ex parte Timotheus hiſtoriographus,Oroſius, & PP. Innocentius III.

DE CATHOLICIS ECCLESIAE CAEremonijs in die Circuncifionis dñicæ. Cap. XII.

DIcturus hoc in capite de catholicis in eccleſia cæremonijs diei circunciſionis dominicæ,quā vna cum cæremonijs in ea ſeruari ſolitis, annū nouum vocare ſolemus,profuerit,arbitror,vt initio nonnihil præloquar de varia variarum gentium ſolaris ipſius anni inchoatione. Principio proinde non ignores velim,Hebræos,qui primi ſunt populoꝝ,annum cœpiſſe a Martio menſe,quia ſit in eo, vtpote xviij. die eiuſdem, mundus ipſe conditus: Arabes autem & Aegyptios ipſum inchoaſſe annum a Septembri,quia crediderīt in eo menſe mundum fuiſſe factum, quod legatur arbores in principio mundi fructum habuiſſe,id quod natura fieri ſoleat in Septembri: Romanos vero, Numa Pompilio authore, annum cœpiſſe a Ianuario,quia tum vel paulo maturius antea ſol nobis incipiat appropinquare: Chriſtianos aliquot annum cœpiſſe a Martio quoque propter reuerentiam conceptionis & mortis Ieſu Chriſti,qui traditur vereq; creditur xxv. Martij conceptus & mortuus: aliquot vero Chriſtianos annum inchoaſſe a xxv. die Decemb. q; eo die natus ſit Chriſtus,a cuius natiuitate pleriq; computant annos in ſuis & hiſtorijs & Annalibus: aliquot vero Chriſtianos ita conſtanter cœpiſſe annum a prima die Ianuarij,vt cœperint cæteris omnibus præualere: qñquidem ſic in toto nunc Chriſtiano orbe pleriq; oēs a Ianuario annum incipiūt, vt etiam primum eius menſis diem, vulgo vocēt annum nouum, quibus videtur adſtipulari nomenclatura menſis Ianuarij,nimirum dici ex analogia cœpti vel a ianua, quod vti per ianuā domū ingredimur,ita p Ianuarium ingredimur nouū annū, vel a Iano idolo, qui dictus eſt ab ipſis olim Romanis,adhuc infidelibus,principiū & finis oīm rerum,cui cōſecratus erat menſis Ianuarius. q & bifrons pingebat̄,q; crederetur videre pterita & futura, quemadmodum prima dies Ianuarij reſpicit finem prioris & initium ſequentis anni. In cuius quidem idoli bifrontis Iani honorem veteres iſti Romani & pleræq; oēs ſub eis gentes,in Kalendis,id eſt, prima die Ianuarij,ſuperſtitioſiſſime miſerunt mutuo munera: quas vel ideo ſtrenas a numero quaſi trenas appellarunt,quod vel credebāt vel ſaltem ſperabant toto ipſo anno,deindeq; altero tertioq; anno,tale quiddam futuꝝ commodum: q̄dq; vſq; adeo ſuperſtitioſe obſeruabāt,vt eo etiam die, Auguſtino Hipponeñ. teſte,mēſas ſibi laute pparauerint,totaq; nocte manere ſiuerint,arbitrantes p totum anni ſpatium conuiuia in tanta cibi abundantia pduratura.

Gene.1

Macrob. lib.1,ca.2

Iam vero quia videmus Christianos iam olim quodam modo eandem ser uare cæremonialem consuetudinem, vtpote quod ipsi quoq; se mutuis ea die strenis donare, mutuoq; a seipsis eas recipere boni nimirum ominis gratia sole ant, credentes perinde se per huiusmodi strenas ineunte futuroq; anno habitu ros omnia prosperiora &c. quæri modo iure potest, an conueniat obseruare huiusmodi diei cõsuetudinẽ cæremonialẽ strenarũ, qua velut ominemur, quæ sint sequenti anno bona vel mala. Ad hoc sane bifariã esse respõdendũ censeo.

Primo, eiusmodi diei obseruantiã cæremonialẽ nõ esse seruandã, qñ credit̃ ꝑrsus innatũ esse huic diei, vt quidquid in ea boni vel mali fit, necessario ta le q̃d deinde sequat̃, huicq; diei quasi necessario inesse, q̃d ex se faciat vel neces sario bonũ vel malũ: qñquidẽ si qs nulla motus causa naturali, sed falsa solũ du ctus opinione, tp̃s vel diem ad aliquid faciendum vel dimittendũ obseruat, q̃a putat aliquot dies fortunatos & aliquot infortunatos, is sane vanus est & sup perstitiosus, idemq; damnabilis & mortaliter peccat, idq; duas ob causas.

Prima, q̃a deo creatori aufert potestatẽ ei⁹ rei, quã creauit, quasi ille in eam scilicet diẽ nullã haberet neq; facultatem neq; potestatẽ, sed ipsemet necessitati eius diei vel tp̃is obseq cogeret̃, q̃d sane falsum & impiũ esset: qñquidẽ deus ipse p se oĩpotens, oĩm rerum, adeoq; ipsius tp̃is creator & gubernator, omne tp̃s disponat, qui tp̃i subditus non est, dicente propheta: Tuus est dies, & tua est nox, tu fabricatus es auroram & solem. Et iterum: Ordinatione tua perseue rat dies. Cuius ipse reliquit insigne testimonium, qñ solẽ coegit stare in medio cœli, nec occumbere spatio vnius diei, donec videlicet Iosue prospere vinceret hostes, vti factum est. Secunda ratio, quod obseruans necessario tp̃s, ei ne cessitatem aliquam tribuens, aufert homini liberum arbitrium, contra scriptu ram & rationem, quarum vtraque liberum dat homini arbitrium.

Gene. 17. Exo. 15. Psal. 73. Psal. 118. Iosue. 10.

Scriptura quippe ait: Deus ab initio constituit hominem, & reliquit illum in manu consilij sui. Apposuit tibi aquam & ignem: ad quod volueris, porrige manum tuam. Ante hominem vita & mors, bonum & malum. Quod placu erit ei, dabitur illi. Quam sane scripturam deus ipse confirmat, inquiẽs euiden ter: Testes inuoco hodie cœlum & terram, quod proposuerim vobis vitam & bonum, benedictionem & maledictionẽ. Elige ergo vitam, vt & tu viuas, & semen tuum, & diligas dñm deũ tuũ, atq; obedias voci eius, & illi adhæreas.

Ecci. 15. Deut. 30.

Ratio aũt sic habet: Si homo ex necessitate huius vel alterius diei peccaret coactus, iniuste nec merito puniretur a deo, quippe improbus & iniquus, quia vellet nos facere, quod facere, nõ voluntatis esse nostræ posset, velletq; de eo nos male punire, ad quod faciendũ cogeremur, imo qui vellet & cogeret nos male agere, vel certe nollet quod vellet, aut vellet q̃d nollet a nobis, sibiq; pla ne contrarius esset, nosq; inique puniret ob aliquod malum, imo cuius p̃cepta essent oĩa ꝑrsus frustratoria, q̃bus p̃cipit bonũ vel ꝓhibet malũ, dicẽs p pro phetã: Declina a malo, & fac bonũ. Id q̃d absit ne cogitemus q̃dem de deo, ad quẽ ꝓpheta, Bñdictus, inquit, es dñe deus patrũ nostrorũ, & laudabile & glo riosum nomẽ tuũ in secula, q̃a iustus es in oĩb⁹ q̃ fecisti nobis, & vniuersa ope ra tua vera, & viæ tuæ rectæ, & omnia iudicia tua recta. Quam sane iustitiam

Psal. 36. Daniel. 3

verbo

verbo etiam testatur ipse simul cum libero arbitrio, dicens ad tertium in mundo hominem: Nonne si bene egeris, recipies? Sin autem male, statim in foribus peccatum tuum aderit. sed sub te erit appetitus eius, & tu dominaberis illius. Considera (& alias ait) quod proposuerim in conspectu tuo vitam & bonum, & econtrario mortẽ & malũ, elige quod volueris. Elige aũt vitã vt tu viuas. Gene.4 Deut.30.

Primo ꝓinde grauiter peccant, qui vel dies, quos appellant, obseruãt ægyptiacos vel alioqui, sicut aiunt, abiectos, credens ex se fortunatos esse nonnullos, viciſſim vero nonnullos esse infortunatos. Quod quia Galatæ Christiani, gentilium tamen adhuc vestigiorum perinde sequacees, perpetrabant, ad ipsos scripsit Apostolus, dicens: Dies obseruatis & menses & tempora & annos. Timeo ne forte sine causa laborauerim in vobis. Gal.4

Secundo peccant enormiter Astrologi vel etiam Astronomi, sua arte pauso liberius abutẽtes, qui non solum annos & mẽses & hebdomadas & horas, sed & momenta discrimine boni & mali discernunt, hoĩes falso ludificantes ac interim quæstuoſiſſime sua quærentes, quũ tamen ad eos interea dominus ait: Non est vestrum noſſe tempora & momenta, quæ deus in sua posuit potestate. Sed de ĳs, deo fauente, in cæremoniĳs feriarum Epiphaniæ. Act.1.

Tertio peccãt iudices quicunq;, qui nostro nunc tpe vel ideo facinorosos plectere non solent, quia renẽ impie istos inique punire, quũ male fecerint coacta voluntate, quod nullum habeant arbitrium liberum, quanuis interim, quos capite non plectunt, muneribus acceptis dimittunt, & impĳ & iniusti, deum & hominem decipere molientes, haud animaduertẽtes, se propterea gladium portare, vt sint eis vindices in iram, qui male agunt, illumq; maledici a deo, q dei opus facit negligenter, quiq; gladium suum prohibet a sanguine, nec accipiat personam nec munera, sed iuste, quod iustum est, persequatur. Rom.13. Hier.48. Deut.16.

Quarto peccãt enormiter, qui quicquã cõditionis alicuius intuitu necessariæ diei vel faciunt vel obmittũt, quasi ex natura eius diei aliqd esset factu fortunatius vel infortunatius, prout inter alios perperam faciunt, q ꝓpterea more gẽtilicio Kalẽdis Ianuarĳ strenas accipiũt vel largiunt, q̃d alio tpe non facerent, vsq; adeo superstitiosi, q̃ nec debita in eis, & alicubi nec in octo dieb⁹ ipsas Kalẽdas sequẽtibus, exigant, qui fortaſſis exacta acciperent.

Secundo respondendum censeo, huiusmodi cæremonialem strenarum dandarũ obseruationẽ, esse licitã & piã, si submotis superstitionib⁹, eæ ipsæ strenæ dentẽ in memoriã & admonitionẽ eius rei, q̃ sit in ipsius Iesu Christi nup̃ nati decus & laudẽ, in ei⁹ vero, q vel strenas dat vel accipit, salutẽ cessura, & ethnicam illã superstitionẽ plane suppressura, quemadmodũ fore sperauerim in ea nimirũ strena, quã vobis hodie, mihi ex æquo dilectis, & opto & trado, nẽpe ipm verũ & vnicũ Ianum bifrontẽ, nouellum scilicet & octiduanum puerũ, Iesum Christũ. Sed quare, quæritis, hãc ipsam strenam singulariter nobis hodie largiris & optas? Primo, vt sciatis, Ethnicos illos male credidisse de suo idolo Iano, quũ verus & vnicus sit Ianus, dñs noster Iesus Chr̃us, q̃d vti die Ianuarĳ prima, quasi per ianuam intramus alium annũ, ætatẽ videlicet & vitã aliã, & quidem temporalem, sic per Christum ingredimur annum, id est, tempus

hoc

Sap.16 Daniel.2 Ioh.14. Iohã.10. hoc transitorium,& illud æternum,vt pote quod sit temporis conditor,penes quem mortis est & vitæ potestas,mutans tempora & ætates,de se dicens:Ego sum via,veritas & vita. Amē amē dico vobis, quia ego sum ostiū ouium:per me si quis introierit,saluabitur. Secundo,vt sciatis,ethnicos eosdem perperam credidisse de suo idolo bifrōte, quod respiceret præterita & futura,quum solus sit ipse Christus bifrōs,qui, sicut prima Ianuarij dies anni præteriti & sequētis tp̄s prospicit, p̄terita & futura vere scit,inchoās omnia & claudēs oīa, Apo.1.11 Esa.46. de se dicens:Ego sum Alpha & o,principium & finis, primus & nouissimus, finis & origo oīm.Ego sum deus, & non est vltra me deus,nec est similis mei, annuncians ab exordio nouissimum,& ab initio,quę necdū facta sunt. Tertio, vt sciatis vos in ipso domino Iesu & eius nomine omnia debere inchoare & finire,& quidem quæ bona sunt,fore quidem tum, vt quę bono fuerint cœpta principio,terminētur bono tandem fine. Ad quod propterea Paulus hor Coloss.3 tatur:Om̄e quodcunq; facitis in verbo aut in opere,omnia in nomine domini nostri Iesu Christi facite,gratias agentes deo & patri per ipsum. Quarto,vt Hiere.31 sciatis,ipsum hoc esse nouum,quo de propheta certo prædixit, inquiens: Creauit dominus nouum super terram, fœmina circūdabit virum. Id quod noui Iohā.1. cœpit,quando dominus Iesus verbum dei patris æternum,caro factum est & deus homo. Quo sane nihil sub cœlo nouius & mirabilius. Quinto,vt sciatis q̄ tria maxime noua, in primo anni die penes ipsum contigerint. Primo quidem hodie in sua dominica circuncisione nouum suum sanguinem largi-Apo.21 2.Cor.5 Gene.17. ter effudit,quo nouauit omnia,de se dicēs:Ecce noua facio omnia. Secūdo, quoniam hodie pro nobis visus est peccator quasi peccatum fecisse,quia natus de deo patre & de virgine matre,circuncisus est secundum legem, quæ posita est iniustis,hoc est,peccatoribus,qualis non erat Iesus puer nouellus,qui nulli vnquam nec originali nec veniali nec mortali peccato fuit obnoxius,iuxta p̄ Esa.53. Esa.62 phetam. Tertio,quia hodie nomen illi Iesus impositum est,nomen,inquam, illud, de quo dudum propheta sic prædixit: Et vocabitur tibi nomen nouum,quod os domini nominauit, Euangelio concordāte, quum dicit: Voca-Luc.2 tum est nomen eius Iesus. Quod vocatum est ab angelo,priusquam in vtero conciperetur.Hoc enim nomen Iesus, quod est saluator, etsi nōnullis ante dominum nostrum fuerit,quia fuerunt in re aliqua particulari saluatores & in figura Christi,nulli tamen vnquam fuit sicuti Christo, qui solus vniuersalis sal-Matt.1. Acto.4. uator saluat omnem suum populū,id est,in ipsum credentē,a peccato & æterna morte,vsque adeo,vt etiam Petrus adfirmauerit,non esse nomen aliud sub cœlo datum hominibus,in quo oporteat ipsos fieri saluos. Quod & propter-Phil.2 ea tātæ virtutis,potestatis est & grāe,vt in ipso flectat om̄e genu cœlestiū,terrestriū & infernaliū creaturarū. Sexto,vt sciatis,queadmodū Chr̄s hodie nouo suo sanguine vetustatē legis antiquæ & duræ, q̄ fuit circūcisionis carnalis, substulit,& nouitatē nouæ legis,quæ est sp̄ualis circūcisionis & grāe,substituit,abiectiōis vitiorū,q̄ est baptismi & pœnīæ, sic ipsi debemus vetustatē vitæ Col.3. peccatricis abijcere, & in nouitate vitæ virtuosæ ambulare, Paulo hortante, quū ait:Expoliātes vos veterē hoīem cum actib' suis, & induētes nouū,eum

qui

qui renouatur in agnitione secundum imaginem eius, qui creauit vos. Septimo, vt sciatis, & vos debere esse bifrontes, hoc est, ita cogitare de præteritis, vt secũdum ea disponatis, quæ præsentia sunt & futura. Id quod sapientũ est, semper rerum exitum ex præteritis mensurantium. nisi enim cogitabitis æque ad præterita sicut ad futura, ediuersoq;, non est vti res vestras feliciter disponatis. Ad quod hortatur scriptura, dicens: Memento dierum antiquorum, cogita generationes singulas. Gens absque consilio est & sine prudentia, vtinam saperent & intelligerent, ac nouissima prouiderent. Id si feceritis, ac ea quæ hactenus dicta sunt, diligenter consideraueritis, penes verum illum Ianum bifrontem, adeoq; nouum puerum Iesum Christum, quem vice strenæ nouiq; anni nomine vobis opto & elargior, haud dubito, quin annum hunc, ipso domino Iesu bifronte duce, feliciter incipietis, sicq; feliciter cœptus ille, dubio procul felicissimum habiturus finem & medium, Amen.

Deut. 32.

DE CATHOLICIS IN ECCLESIA CAEREmonijs in ferijs Epiphaniæ sacrosanctę. Capuc XIII.

Dies a Christi Iesu natiuitate decimatertia, duas toto terrarum orbe Nomẽclaturas obtinere meruit, vt pote quæ vulgo nominari soleat dies Epiphaniæ domini, & dies trium regũ. Epiphania vero græce a φαίνω, id est, manifesto, latine est apparitio, manifestatio & ostẽsio, quoniam tertiadecima post natiuitatem Christi die, Magis ipsis ostensus est & manifestatus ipse Christus p mirabilem singularemq; stellam, dicẽtibus ipsis in Euangelio: Vbi est, qui natus est rex Iudæorũ? Vidimus enĩ stellã eius in oriente, & venimus adorare eũ.

Matt. 2.

Deinde hæc ipsa dies appellatur a catholica ecclesia dies trium regum, quoniã magi illi, qbus p stellam Christus apparuit, numero fuerint tres ijdemq; reges, nomine, testante historia, Gaspar, Melchior, Balthasar, in Hebræo Appelius, Amerius, Damascus, in Græco autem Galgalat, Magalath, Sarachin, quorum corpora mater Imp. Constantini cognomento Magni Helena Constantinopolim transtulit, ac deinceps ea S. Episcopus Eustorgius Mediolanũ, vbi aliquantisper in cœnobio Dominicastrorum quieuerunt, donec ea Imperatore Friderico, huius nominis primo, Mediolanũ possidente, circiter annũ dñi MCXLIIII. p Rainoldũ Archiepiscopũ fuerint Coloniã Rheni translata, a q̃ nimirũ tpe Colonia diuitijs & spũalibus & corporalibus florere cœpit.

Quod vero reges fuerint illi & ductu stellæ miro sane, pdigiosoq; modo, Christo nato, Bethlehem, tertiadecima Christiani Natalicij die, peruenerint, testibus etiam scripturis & argumentis & rationibus earum, testantur catholicæ passim cæremoniæ. Quales sunt, quod in singulis ferme ecclesiis singulos ea die vel in ei⁹ vigilia reges & huius cõsiliarios, officiales & ministros eligũt, q sua q̃q; regibus obsega & munera pstant, atq; eiusmodi regias cæremonias regalia regna vulgo appellãt, atq; ea plerisq; ĩ locis nõ modo regijs cõuiuijs, sed & publicis spectaculis repræsentãt, agẽtes totã de tribus regibus & ea de stella, q̃ duxit illos ad Chrm nup natũ, historiã Euãgelicam, testãtesq; vna cũ ipsa historia res duas, oĩno cõtra nonnullos euangelicæ veritatis aduersarios.

Primo

Primo testatur eos, qui Christo nato attulerũt munera, veros fuisse reges, & nec quidem vulgares, & hoc, testimonio scripturarum & legitimarũ psumptionum. Scriptura quidem prophetarum ipsos appellat reges. Esaias emĩ sic pdixit: Surge, illuminare Hierusalem, qa venit lumen tuũ, & gloria dñi sup te orta est. Et ambulabũt gẽtes in lumine tuo, & reges in splẽdore ortus tui. David quoq; regius ppheta ait: Corã illo pcidẽt Aethiopes, & reges Tharsis & insulę munera offerẽt, reges Arabũ & Saba dona adducẽt. Iam vero si scriptura recte declarat scripturã, credimusq; i die Epiphanię impletũ, qđ scriptura pdixit, necessum est vt credamus, eos veros fuisse reges, q summũ regem Iesum Christũ, iuxta scripturã, venerũt salutatũ & adoratũ & honoratũ. Praesumptio vero legitima est nõ vna, sed multiplex, ex scriptura sumpta. Prima earum est, qa venerint cum maxima põpa & cõcomitantia, camelis & dromedarijs vsi, chari precij aĩalibus. In cuius argumentũ, Herodes cũ tota ciuitate Hierosolymitana turbari cœpit, & ipse quoq; Euangelista cũ admiratione dicit: Ecce, quũ Iesus natus esset in Bethlehẽ Iuda &c. venerũt magi ab oriẽte &c. Q.d. audite rẽ mirandã, q tãta venerit multitudo ad eũ &c. Vbicũq; emĩ scriptura vtit dictiõe, Ecce, semp qd admirãdi subinsinuat. Q. vero ipsi reges cũ tãto venerint comitatu, ppheta satis arguit, dicẽs ad Hierusalẽ: Tũc videbis & afflues, & mirabit & dilatabit cor tuũ, qñ cõuersa fuerit ad te multitudo maris, fortitudo gentiũ venerit tibi, inundatio camelorũ operiet te, dromedarij Madian & Epha &c. Secũda psumptio est, q tam pciosa tamq; copiosa munera, scilicet thesauros, nimirũ aurũ, thus & myrrhã, secũ portauerint, q pfecto nõ sunt vulgariũ psonarũ, sed plane regũ, put David ipsos appellat, inquiens: Reges Tharsis & insulae munera offerẽt, reges Arabũ & Saba dona adducent, & oẽs adorabũt eũ. Tertia psumptio, q iuxta pphetã a lõge, nimirũ ab oriẽte, venerint, v tpore de finibus Persarũ, Aethiopum, Medorũ, Chaldaeorũ & Arabũ pcul a Iudaea, & psertim ab Hierusalẽ, in medio terrae, vbi deus rex noster operatus est salutem, sita, distantiũ. Cuius argumẽto tradit historia, reges eos biennio tandem redijsse ad terram suam propter longinquam viae distantiã. Id quod verisimile fit ex eo, quod Herodes occidi pueros iusserit a bimatu & infra, qñquidem tanto fermę tempore post regũ discessum fuit Romae, respondens Caesari ad filiorum suorum accusationem. Quarta, quod eos ab aliqt iam olim centenis annis reges vocauerit ecclesia, cui, cum sit columna veritatis, longe potius, quando pro se quoque prophetas habeat, standum censeo q cum cunctis haereticis, qui nec scripturam, nec presumptionem, nec rationem, sed contra se etiam catholicas de regalibus regnis & con..suijs caeremonias habeant, quae testantur eos ipsos, quos euangelion Magos appellat, reges fuisse. Sed inquis: quare Magos euangelion vocat eos, & non reges? Respõdeo, qa tum & in eis finibus, a quibus venerunt, idem erat rex, quod Magus: quando quidem Magus sapiens sit, qualem oportebat esse & eligi regem, nec licebat esse regem nisi qui caeteris sapientia praestaret ac virtute, quales erant illi tres, reges vtiq; tam noĩe, quia prophetae vocant eos reges, quàm re ipsa, quia non modo potentes, sed & sapientes, coram praesertim deo.

Esa. 60
Psal. 71
Esa. 60.
Matt. 2.
Esa. 60.
Psal. 71
Esa. 60.
Psal. 73.
Matt. 2.
1. Tim. 3.

De

De potentia quidem & opulentia eorum regia satis auditum est, de sapientia vero eorũdem, non est vt multa dicam: quandoquidẽ ipsorum sapientia vel inter multa ex hoc vnico ostenditũ argumento, quod tam sapienter cognouerint eam stellam, quæ comparuit eis in oriente, nocte videlicet, qua Christus est natus in Bethlehem, non esse naturalem, nec nataliciam siue planetariam Iesu Christi, noui saluatoris geniti, sed eius propriam & ostensiuam, quæ scilicet significaret exortam tandem stellam, de qua multis ante seculis prædixisset gentilis propheta Balaam, dicens: Orietur stella ex Iacob, & consurget virga de Israel, & percutiet duces Moab. Quæ vtique stella fuit ipse Christus, de se dicẽs: Ego sum radix & genus Dauid, stella splendida & matutina, prout testantur catholicæ in ecclesia cęremoniæ, quss regia regna appellant.

Num. 24.
Apo. vlt.

Secundo quidem testanẽ ductu stellæ, quam non prorsus alte, sed quasi in meditullio aeris, proximo terræ trahunt, stellam, quę Magos ab oriente duxit, non fuisse naturalem, quando contra naturam stellarum, nec in firmamento cœli, sed longe inferius, nec permanens nec semper nec circulariter, sed recto ordine quasi viator quispiam ab ortu in meridiem, quũ cæteræ circulariter ab oriẽte in occidentem moueantur, mobilis fuerit, sed plane fuisse nouã & propterea creatam, vt Magis præiret, & locum, vbi Christus in præsepio iaceret, infallibiliter ostenderet: eam vero longe minus fuisse planetariam & Christo nataliciam, quæ videlicet illi secundum carnem nato ad decretum fuisset dominata, adeo quod ipsa sua perinde influentia, vt ita dixerim, tam excellentem Christo virtutem sufflasset, & cuius constitutioni Christus natus fuisset alligatus, & ad cuius stellæ dominium Christiana religio tam esset incepta quàm aucta, & iuxta eiusdem stellæ constitutionem suo tempore finem habitura, quemadmodum nonnulli hæretici temporibus ijsce nouissimis post impios Astrologos quosdam contra veterem religionem plus quàm odiose & falso disputarunt, Si enim, quod aliãs probauimus, constellatio natalicia nihil in puros homines potest, multo minus potuit in Christum, vere deum & hominem: qui quum temporis sit conditor & cœli, nequaquam tempori & cœlo vel tantillum subijci queat. Id quod & de religione intelligendum censeo.

Psal.73
Psal.118

Sed quæri hic solet: Num sicut iuxta scripturam nemo constellationibus necessario subijcitẽ, ita quoque non possit ex consideratione siderum, stellarum & planetarum aliquis certo futurus effectus cognosci & prædici?

Primo responderim eos posse præcognosci prędicique sine peccato effectus, qui naturali stellarum dispositioni subdunẽ, quique sunt in propinquo, quum sint pleraque omnia sidera, teste scriptura, a deo propterea creata, vt sint in signa temporibus & diebus & annis, vtque hoc pacto sint in ministerium cunctis, quæ sub cœlo sunt, gentibus. Quo quidem modo Astronomi solis eclipses, siccitatem & pluuias & tempestates, Medici potionum & minutionum tempora, agricolæ per solis & lunæ dispositiones seminandi, metẽdi, lignaque cædendi tẽpus, & hocce genus alios naturales effectus, qui sunt in propinquo, cognoscere & prædicere possunt, nõ quia stellæ eorundem actuum prorsus causæ sint, sed signa dũtaxat ipsorum, quas vt deus creauit, ita secundum voluntatẽ suam

Gene.1.
Deut.4

PP guber-

gubernare mutareq; potest. Id quod accipimus a Christo, dicente ad Iudæos LL. peritos. Facto vespere, dicitis, serenum erit, rubicundum est enim cœlum. Et mane, hodie tempestas erit, rutilat enim triste cœlum. Faciem ergo diiudicare nostis, signa autem temporum non potestis?

Mat. 16.

Ad hunc sane modum, vt pote de puris naturalibus & quidem de propinquioribus effectibus, Astronomi quondam catholici sua faciebant iudicia, quę ob id appellabant Ephemeridas, id est, libellos in quibus describerentur quotidiana quædam quæ contingerent indies, vti solis & lunæ coniunctiones & oppositiones, itemq; calendaria, quia dies calendarum & festa indicarẽt, itemq; tabellas minutorias, quia prædicerent electiones potionũ & minutionum.

Secundo responderim, eos effectus non posse præcognosci ex astris, q̃s fortuitos appellant, id est, q præter intentionẽ operantis eueniũt, cuiusmodi sunt feliciter vel infeliciter nauigare, regi placere, latronibus occurrere, fodientẽ terram, thesaurum inuenire. Cuiusmodi fuit, quod aliàs, teste scriptura, propheta domum repetiturus, in itinere occisus fuit: qñquidẽ eiusmodi effectus haud aliunde quàm a consilio superioris causæ, nõ aũt de cœlo, nec pẽdere nec præuideri queant: quũ em̃ virtus corporum cœlestium sit naturalis, non potest ipsa nisi ad vnum effectum producendum esse determinata, quando natura non intendat nisi vnum. Ipsi vero effectus fortuiti possunt & euenire, & non euenire, vt & in paucioribus & raro eueniunt.

3. Reg. 13

Tertio responderim, nec cognosci nec prædici posse ex constellationibus eos effectus & actus, qui ex libero hominis arbitrio pendẽt & procedunt, cuiusmodi sunt, fore iratum, belligerare, triumphare, bellum fore contra ecclesiasticos pro laicis, & ediuerso, id genus alia, quæ quũ pendent in arbitrio libero, præcognosci nequeunt, quandoquidem liberum arbitriũ facultas sit voluntatis & rationis. Quæ quum non sint corporea, sed incorporea, non possunt in ea quidquam sidera corporea.

Quapropter Astrologi nonnulliq; Astronomi nostra memoria terminos antecessorum suorum professorum contra scripturam transgrediunt, qui in suis iudicijs, quæ vocant prognostica, ephemeridas, calẽdaria & practicas, nobis ex cõstellationibus moliunt certo prædicere futura p̃lia, bella, pestilẽtias, fames, cædes, victorias, triumphos & hoc genus alia bona vel mala, qm̃ sidera nec dare nec portẽdere natura possunt bonũ vel malum, q̃d nec natura habẽt, nec ideo creata sunt, dicẽte p prophetã dño: Iuxta vias gẽtium nolite discere, & a signis cœli nolite metuere, quæ timẽt gẽtes, qa leges populorum vanæ sunt, qa nec male facere possunt, nec bene. Hinc lex ipsa diuina, ecclesiastica & ciuilis, eiusmodi prognosticã astrologiã iam olim sub pœna tã sp̃uali q̃ corporali dãnauit, prohibuit, & eius professores alio proscripsit & relegauit ob legitimas causas.

Prouer. 22

Hiere. 10

Hiere. 10
26. q. 5. c. Nõ liceat
L. nemo. C. de maleficijs.

Prima est, qa sit blasphema, attribuẽs creaturæ q̃d ẽ creatoris, q vt oĩa creauit, ita etiã oĩa sapiẽter solus disponit & p̃uidet, ad cuius nutũ oĩa manẽt & futura sunt, eo ipso de seipso dicẽte: Ego deus, & nõ est vltra me deus, nec est similis mei, annũcians ab exordio nouissimũ, & ab initio, q̃ necdũ facta sunt, dicẽs: Cõsiliũ meũ stabit, & oĩs volũtas mea fiet. Vñ ad Astrologos & Ariolos ait:

Sap. 7. 8.

Esa. 46

Annun

Annunciate quæ futura sunt in futurũ,& sciemus quia dij estis vos. Esa.41

Secunda, quia impia est,auferens homini liberum arbitrium contra deum, scripturam & rationem, vti proxime diximus. Deut.30. Eccl.15.

Tertia,quia irreligiosa,a religione veraq; fide,& a cultu diuino ad supersti-tionem & idololatriam hominem trahens,vtpote qui se & sua non in deo,sed in virtute potius astrorum poni censeat,nihil diuinæ prouidentiæ,sed cœlo to-tũ tribuẽs,illiusq; causa fortassis astra adoraturus. Cuius causa Moses ex dei præcepto semper populum ab astrologia dehortatus est,ne stellas adoraret. Deut.4 Deut.18

Quarta,quia indeuota,vtpote quod hoĩem reddit indeuotũ,q̃m quum au dit vel pestilẽtiam vel famẽ vel bellũ,vel hoc genus malũ vel bonũ pẽdere ex astris,haud credit quicq̃ sibi propter peccata accidere,nihil curat deo supplica-re ,p eorꝫ malorꝫ depulsu,nec pro bonis grãs agere,veluti tñ ex præcepto dñi facere vbiq; monemur,& nostri maiores in fide cõstantes olim factitabant,tẽ-pore belli ad deũ pro pace confugiẽtes, exemplo Iudith & aliorꝫ, tẽpore sicci-tatis pro pluuia eundẽ orantes exemplo Heliæ,quo orãte, pluere cœpit abun-danter,quũ antea sex mensibus & annis tribus haud pluerit. Siquidẽ deus, vt recognoscatur a nobis dominus noster, argumento dominij vult orari etiam illa,quæ sua sponte daturus esset. 3.Reg.8 Iudith.8 3.Reg.17 Iaco.5. Malac.1. Marc.11 Lucæ.18

Quinta, qa perniciosa toti populo,tendẽs ad rebellionẽ, q quũ audit pro se stare cõstellationẽ pro malo quopiã,vtpote tumultu contra superiores persi ciundo,ad id audacius molitur,existimans hoc sibi ipsum ex astro quasi ex di-uino iussu & instinctu facere licere,nec sibi inde quid mali euẽturꝫ. Hinc & di-uites,quũ astrologia caristiã vel sterilitatẽ minatur,auariores reddunt̃,parcius frumentum retinẽtes,vnde fames,deo propter nostrã perfidiã & superstitionẽ permittẽte,suboritura est, & rerũ penuria in abundãtia rerꝫ omniũ, velut ali-quando reipsa sumus experti,ita iuste deo nostrã de se incredulitatẽ vindicãte: Cuius argumẽto rex Asa dolore pedũ vehemẽtissimo correptus,misere mor tuus est,quoniam in infirmitate sua dominum non quæsierat,sed magis in me dicorum arte confisus fuerat. 3.Reg.15 2.Par.16

Sexta,quia non modo prorsus incerta fallaxq; est,sed & plane futuri nescia & ignara,id quod palam multis ex coniecturis dignoscimus. Ptolemæus i.Apotelesmaton,& li. Centiloquij.

Primo quidẽ,quod ipsimet Astrologi vnã cũ suo præcipuo magistro Pto-lemæo,adfirmant esse necessarium, vt is qui disciplinam rite consequat̃, per quàm sæpissime erret,tum ob ipsius rei naturam,tum ex nostra imbecillitate, quæ sub tantæ artis magnitudine succumbat, ideoq; ex astrologiæ consulto particularium rerum formas pronunciari non posse,solosq; adflatos numine, particularia prædicere.

Adde,quod & Hebræorꝫ & Arabum consensus est, posse non euenire q̃d vel stella vel planeta promiserit, & ob materiæ contumaciam,& ob diuinam quoq; prouidentiam,quæ etiam fato præponderet, quũ deus ipse suũ aliquo-ties decretũ mutet,q tñ de se dicit:Ego dñs & nõ mutor. Consiliũ meũ stabit, & omnis voluntas mea fiet.Hoc ita debere intelligi,satis declarat scriptura,di-cens:Non est deus quasi homo,vt mentiat̃,nec vt filius hominis, vt mutetur. Malac.3 Esa.46 Num.23

Dixit ergo,& non faciet? loquutus est,& non implebit? Et tamē ipsemet suum mutare consiliū verbo & facto testatur, inquiēs alibi: Si pœniam egerit gens illa a malo suo, agam & ego pœnitentiam super malo, quod cogitaui vt facerem ei. Si fecerit malum in oculis meis, ve non audiat vocem meam, & pœnitentiam agam super bono, quod loquutus vt facerem ei.

Hiere. 18

Id quod reipsa comprobauit in Niniuitis, quos vnà cum ciuitate sua longe amplissima statuerat intra quadraginta dies subuertere, qui tamen eorum pœnitentiæ opera videns,& quoniam erant auersi a malo, misertus est super malitiam, quam loquutus fuerat vt faceret eis,& non fecit.

Ionæ. 3.

Idem quoq; cōprobauit in ipso Ezechia, vtpote quē etsi decreuerat cras moriturum, conuersus tamen ex deuota eius oratione, siuit ipsum quindecim adhuc annis insuper viuere. Iam vero, si deus ipse non semper quod decreuit exequitur, sed occurrente causa, variat, quur possit aut debeat creatura sideris contra creatorem certo vel portendere vel facere aliquid? præsertim quia propheta dicat: Initio tu domine terram fundasti & opera manuum tuarum sunt cœli. Ipsi peribūt, tu aūt pmanes,& oēs sicut vestimentū veterascēt. Et sicut opertoriū mutabis eos,& mutabunt: tu aūt idē ipse es,& anni tui non deficient.

4. Reg. 20 Esa. 38

Psal. 101.

Secūdo propterea fallax est astrologia, futuriq; nescia, qm̄ Astrologi non dum satis deprehendant cœlorum & stellarum numerum, nec planetarum modum, nec solis motū, teste non solū Macrobio, sed & Dauide propheta, dicēte, solū deū numerare multitudinē stellarum, eisq; oībus vocare nomina. Nōne modo sicut ignorāt stellarum numerum, ita quoq; nesciūt earum naturas & positiōes, ita nec inde prædicēt hoīm naturas, etiāsi pēderēt ab illis? Vtiq;, quando Iob ait: Nunqd nosti ordinē cœli,& pones rationē eius in terra? Quis enarrabit rōnē cœlorum?

Macrob. lib. 1. Saturn.

Psal. 146.

Iob. 38.

Tertio, q, Astrologi prorsus inter se & a seipsis plurimū discordāt in principijs professionis, in sphærarum numero, in stellis tam erraticis q̄ fixis. Siquidē dissentiāt Indi a Chaldæis, a Chaldæis Aegyptij, Dorotheus a Ptolemæo variat, Arabesq; altercant inter se. Iam vero, qd firmi qdve solidi possit ex astrologia colligi in tanta cōtrarietate, quū sectæ dogmaton vel hac ratione mendaces colligunt, quia sibi nō cōstent inter sesquū sibi conueniat in oībus ecclesia, quæ veritatis est columna, non mobilis vt arundo, sed vt petra constans?

1. Tim. 3. Matt. 11. Luc. 7.

Quarto, quod arguit eam mendacē & fallacē, est experientia rei & exemplorum. Nam si natalicia cōstellatio mores infundit, fusce ssusq; faustos & infaustos prædicit, quur, obsecro, tam impares natura & ingenio simulq; fortuna nati sunt gemelli Esau & Iacob? quorum certe vna fuit constellatio, quum inter ipsos nascentes nullum possit apprahendi interuallum, quandoquidem Iacob natu posterior, manu plantam præcedentis fratris tenens inuentus sit? Quid etiam potuit astrum in gemellis Remo & Romulo, quorum hic primus Romæ rex, ille vero priuatus misere trucidatus fuerit?

Gene. 25

Tit. lib. 1. Florus libro 1.

Quarto quia mentiuntur frequenter Astrologi in suis, quę dicunt, prognosticis, q̄q; futura, vel ppinquiora, pdicūt certo, vel aliter vel oīno nō eueniūt. Id quod indies experimur de varietate dierum, quoad naturales effectus.

Nonne mentiti sunt, qui dudum prædixerunt, fidem & religionem Christia-

ftianam fuiffe ceffaturã multis ante annis,quæ non modo perdurat adhuc, fed & eft perduratura vfq; ad finẽ feculi contra oẽs oppugnatores ipfius, vt acci pimus ex verbis æternæ veritatis, quum ait: Et ecce ego vobifcum fum omni bus diebus vfque ad confummationem feculi? Mat.vlt.

Nonne quoq; falfo prædixerunt diluuiũ,quo & iufta pars orbis effet peritura,futurum anno a Chrifto nato M. D. XXIIII. quãdo ea die,qua effe debebat, fumma fuerit aeris ferenitas, vtpote deo prorfus increduli,qui promifit fe mundum diluuio vltra non perditurum,fed igne,prout S. Petrus innuit? Gene. 9 2. Pet. 3

Nonne q̃q; rex ille nofter potentiffimus idemq; opt. adhuc dei benignitate viuit,quẽ nõnulli prędixerãt vfq; adeo interiturũ anno ab hinc (ni fallor) VI. vt etiã depinxerint eũ in frõtifpicio prognoftici libelli mortuũ fub pheretro? Quid vero iampridẽ falfo præuiderint de gloriofiff. Roma. Impe. Carolo V. & rege Gallorũ Francifco I. clarius eft q̃ vt multis atteftemur. Sileo interim,q; pleraq; falfo decẽ ferme nũc annis bona polliciti, malaq; minati fint in fuis iudicijs plus q̃ fallibilibus. Sed tranfeamus,quæ noftræ funt memoriæ, ne pariãt aut adulationem,aut inuidiam,refumentes quæ vetuftiora funt.

Nonne Chaldæi, vt Tullius fcripfit,falfo prædixerunt,nec Pompeium nec Craffum nec Cæfarẽ,nifi domi,nifi in fenectute, nifi cum claritate moriturum, quando tamen ille pauper in Aegypto obtruncatus, hic in fenatu multis vulneribus confoffus,alius apud Parthos cum exercitu occifus fit? Florus libro 4.

Adde p̃terea cõftare experiẽtia,eos potiffimũ in fuis rebus agẽdis parũ effe felices,q vanã hanc temporũ & aftrorũ difcretionẽ obferuant:contra,longe feliciores,q eã,duce prudẽtia & diuina gratia,rejiciũt. Id q̃d in multis noftra memoria principibus viris experti fumus,& ex antiquis exploratum habemus.

Nõne em̃ Ninus Affyriorũ rex,nec Aftrologus nec Magus, Zoroaftrẽ in aftrologia,in magicis,in omni fupftitione potentẽ,& vicit in bello & occidit?

Nonne Pompeius huius vanitatis ftudiofus,femper infortunatus, Cæfar vero eius contemptor,perinde femper fortunatus fuit?

Nonne Iuftinianus Imp. Aftrologorum exterminator,& domi & militiæ feliciffimus fuit? Cõtra, Iulianus ille defertor & apoftata perfequutor ecclefiæ, fuperftitionibus deditiffimus, breui & imperium & vitam infeliciter amifit. Hinc ad aftrologiæ obferuatorẽ ait dominus: Sapiẽtia hæc & fcientia tua decepit te: veniet fuper te malum, cuius nefcies ortum: & irruet fuper te calamitas, quam non poteris expiare. Et paulopoft fubdit: Stent nunc & faluent te augures cœli, qui contemplabantur fidera, & fupputabant menfes, vt enunciarent euentura tibi. Ecce facti funt quafi ftipula,ignis combuffit eos,nec liberabunt animam fuam de manu flammæ. Efa. 47

Primo proinde colligimus ex prædictis fcripturis,rationibus,exemplis,argumentis, vfque adeo ex aftris nihil poffe præter eos effectus, qui naturales ftellarum difpofitioni fubduntur, ab eifq; caufantur, cognofci prædiciq;, vt eorum infpectores,quos Aftrologos appellant,iura & diuina & humana,tanquam reipublicæ perniciofiffimos e medio tollendos cenfuerint.

Secundo, deum etiam plerũq; vertere mutareq; effectus,ad quos producẽ

dos & præsignandos ipsa sidera, qualia sunt cometæ, sunt in ministerium creata, proindeq; semper ad deum, rerum omnium & dominum & creatorem, esse confugiendū, ab eoq; bonum in eius gloriam precandū, & malum deprecandum tanquam ab eo, cuius permissu bona fiunt & mala, ipso dicēte: Ego dñs, & non est alter, formans lucem & creans tenebras, faciens pacē & creans malū.

Esa. 45

DE CATHOLICIS ECCLESIAE CAEREmonijs, Dominica secunda post Epiphaniæ, in nuptijs seruari solitis. Cap. XIIII.

QVàm non modo prorsus impie docuerint Taciani & Martiani hæretici, qui vsq; adeo nuptias esse malas docuerunt, vt etiam coniugati non saluari possent, sed & ij non minus impie docuerint nostris quidē temporibus, q matrimoniū e numero sacramentorū redigere conati sunt, haud obscure testātur cæremoniæ catholicæ, quæ toto passim orbe seruari solitæ sunt in nuptijs, magna nimirū ex parte confirmatæ ex euangelio, q̄d die dñica post Epiphaniæ secūda legi solet. Cæremoniæ aūt, vt plurimū, sunt tales: Contrahentes vnā personæ duæ matrimoniū, manus dextras, vel presbytero, vel alio illius lo co medio, porrigunt mutuo: interrogant̄ an vna alterā mutuo cupiat habere matrimonialē, subarrat̄ annulo sponsa, die deinde stata eunt cōtrahentes vnā cum inuitatis quasi solēni quadā processione ad templū, atq; ibi pro tēpli foribus ex institutione Euaristi papæ, quā & vniuersale conciliū Carthagineñ. ap probauit, a sacerdote benedicunt̄ cum precibus & oblatiōibus, sacrosanctæq; deinceps Liturgiæ sacrificiū audiūt, offerētes ad altare munus ex cōsuetudine, quo finito, bibūt vinū ex calice, quod S. Iohannis benedictionē vocant, domū postea cum inuitatis ad nuptias reuersi, cum gaudio conuiuantur, conuiuioq; peracto, desponsatis singuli conuiuæ munera offerunt, & demum choreas, organis ex consuetudine regionis adhibitis & musicis, hilariter ducunt.

30. q. 5. c. 1. 33. dis. spō 12. 35. dist. sponsus.

Primo quidē, quia cōtrahētes interrogant̄, an mutuo ducere & nubere matrimonialiter velint: significat, quod matrimonium, cuius nuptiæ sunt proprie celebritas, quæ coniugij testificationem declarat, inter vtrasq; personas debet vsq; adeo esse liberum, voluntariū & non coactum, vt nisi consensus vtriusq; apertis verbis, & quidem de præsenti, vt loquūtur, depromat̄, legitimū esse nō æstimetur. Atque propterea matrimonium voluntatis sacramentum dici cœptum est, sine quo potest homo saluari. Quandoquidem matrimonium res haudquaquam sit leuis, sed ob multa, quæ in eo accidunt onera, non minoris propemodum quàm cœlibatus ipse difficultatis, ideoq; cogi nemo debet ad alterutrum, quando neuter ob promissionem, qua fit aut coniunx, aut cœlebs, sine damnatione possit fieri liber. Et hoc est, quod author coniugij dominus, tam de coniugio quàm de cœlibatu dixisse videtur ad discipulos, dicentes: Si ita est causa hominis cum vxore, non expedit nubere: Non omnes capiunt hoc verbum, sed quibus datum est: Qui potest capere, capiat, nimirum tam cœlibatum quàm coniugium ponens in hominis arbitrio. Id quod

23. q. 4. c. Tunc saluabitur.

1. Timo. 5

Matt. 19.

Paulus

Paulus vt interpres confirmat,inquiens: Alligatus es vxori?noli quærere solutionem. Solutus es ab vxore?noli quærere vxorem. Si autem acceperis vxorem,non peccasti:& si nupserit virgo,non peccauit,cui vult nubat, tantum in domino. Caueant igitur parentes,ne cogant contrahentes,altero eorum diffidente:quandoquidem quorum corpus est vnum, debet esse pariter vnus animus,ne,si forte cogant, participes sint vel diffidij vel criminis fornicatiōis inter coniugatos,vt aliquoties fieri solet,futuri. Interrogati proinde contrahentes,edicere debent vel aliquo modo patefacere suam voluntatem,secq(si nolint contrahere)nolle contrahere aperto ostendere:quādoquidem si tacuerint, habebuntur pro consentientibus. Ideocq sibi culpam imputent,si res dein male sit cessura.Id quod olim sentiens Tobias ille opt.idemcq iunior, rogatus de ducenda Sara, non suam modo volūtatem expressit,sed & allegauit obstacula,quibus renuit ducere Saram.

1.Cor.7.

31.q.2.de nuptijs

l.In adoptionib⁹ C,de Ad op.l.2.§ voluntatis ff.Soluto mat.

Tob.6.

Secundo,quia contrahentes mutuo dextras manus constringunt,significat quod vtrincq coniuges sibi seruare velint fidem:quæ,cōstans in hoc,quod alter coniugum corpus alij suum,cuius in coniugio potestatem non habet, tradat,datione dextræ manus haud secus atcq iuramento quodam confirmatur. Quia enim manus dextra validior est sinistra firmiorcq,proinde antiqui(prout est in T.Liuio)se non modo dextra venerabantur,sed & p dextram quasi fidei sedem & virtutis ministram iurabant, quæ non modo solum data signat amicitiam & gratiam,eamcq firmam & veram,non dolosam,sed & olim signa uit apud non ethnicos tantum,sed & pios homines,quorum non minimus fuit Raguel ille,qui & ipse dexteram filiæ suæ nubentis, Tobiæ iunioris apprehendens,dexteræ Tobiæ ducentis, tradidit. Vnde facile credi potest emanasse morem apud Christianos, quo contrahentes manibus dexteris cōstringunt.

1.Cor.7.

Tob.7.

Tertio,quia contrahentium manus ab ipso sacerdote vel alio eius loco decorantur annulo,significat, quod contrahentium dilectio fortis & perennis, id est,sine fine,sicut annulus finem non habet,esse debet mutua,qua nimirum alter alterum non secus diligere debet, atque seipsum & carnem suam propriam,quam, teste Paulo,nemo odio habet, qui & propterea dicit: Viri,diligite vxores vestras,sicut Christus dilexit ecclesiam,& seipsum tradidit pro ea, vt ipsam sanctificaret. Propter hoc relinquet homo patrem & matrem suam,& adhærebit vxori suæ,& erunt duo in carne vna.Debet enim coniugalis amor insuperabilis esse,fortiscq sicuti mors,per quam nec ipsi discedere debent a charitate mutua.

Ephe.5

Gen.2.

Matt.19.

Marc.10

Cant.8.

Cuius olim causa Protheus ille sapiens, primum ob amoris signum,ferreum fecit annulum,& inibi adamantem inclusit, & inde subarrare sponsas instituit:quia sicut omnia ferrum domat,ipsecq adamas infrangibilis est, ita coniugalis amor omnia mundi incommoda vincere,nec quouis modo per ea frangi debet.

Quarto, quia plures ad nuptias inuitati,simul cum contrahentibus processionaliter (vt ita dixerimus)ad templum vsque eunt, & ad illorum ædes

redeunt,& quidem pares & pares,id est,bini ac bini,significat vtique duo:

Primo,quod coniugium maxime decet pax & concordia,quæ paritate & dualitate plerunque designatur, non æque constans ternitate vel pluralitate, quæ sæpenumero discordiam fouet, dicente prouerbio: In tribus semper confunditur vnus. In cuius argumentum ferme dominus suos prædicatum mittens discipulos,misit eos binos & binos, vt innueret eos esse debere cōcordes, vnanimes & pacificos,quales præ cęteris esse debent coniuges, nec vnquam fieri discordes ob tertium,scilicet adulterum, qui pœna mortis abesse debet,vti perniciosus author dissidij matrimonialis. Hinc Apostolus, mulieres, inquit, subditæ estote viris vestris,sicut oportet in domino. Viri, diligite vestras vxores,& nolite amari esse ad illas. Debēt enim se mutuo supportare,teste Petro.

Matt. 6. Luc. 10. Coloss. 3 1. Petr. 3.

Secundo,quod ipsi testes honoris testantur nuptias esse legitimas,non clādestinas,quæ recte nimirum damnantur & prohibentur a iure quidem pontificio, quum multorum sint malorum causæ. Nam quis nescit, quot stupris, quot periurijs,& id genus alijs criminibus ac innumeris malis clandestina illa matrimonia ansam præbeant, quum & propterea sanctus ille pontifex Euaristus,tertius vel(vt aliqui volunt) quintus post Petrum Romanæ ecclesiæ circiter centenos annos a Christo passo pontifex,ea non coniugia, sed aut adulteria,aut cōtubernia,aut stupra vel fornicationes appellare non sit veritus? Atque licet matrimonia sint,sacramenti tamen vel nomē vel sanctitatem sibi vendicare non possunt,nisi pio accedente consensu in ecclesia dei firmentur. Quis enim matrimonium hoc ipsum recte sacramentum dixerit, cuius non sit author nec coniunctor deus? qualia facile creduntur clandestina matrimonia, quæ passim non palam,sed furtim inter pueros & puellas,citra parentum consensum, per lenones & lenas copulantur, vel inter stultos & temulentos sola causa libidinis, non dei respectu, sed diaboli instinctu coniungunt. Quæ licet hactenus ab ecclesia, veteris legis æquam censuram imitante, propter causas, veluti repudium olim, sustinuerit, conduceret tamen ea prorsus abrogari per eā, nisi noui cōsensus robur accederet, vt i lib. de sacramētis susissime diximus.

Matt. 19.

Quinto,quia sacerdos præ foribus ecclesiæ contrahentes coniungit & benedicit,ipsisq; postea in templum ingredi permissi offerunt,significat primum, matrimonium nectente deo (cuius legatione sacerdos fungitur) copulari,vitamq; cōiugalem a deo benedictam esse,coramq; domino hostiam odoris esse boni. Siquidem benedicere hac sit parte ferme nihil aliud, quàm a deo vel optare vel precari bonum,vt pote multiplicationē rerum spiritualium & temporalium,maxime prolis ex coniugio suscipiendæ,cæterorumq; coniugij bonorum concessionem:quemadmodum facile patet ex eo Psalmo, cuius initium est,Beati omnes qui timent dominum &c. qui legi solet a sacerdote,contrahentes benedicente.

Ephe. 6. Psal. 127.

Quæ quidem benedictio nuptialis haud nuper inuenta est, sed a deo in paradiso super primis contrahentibus instituta,quū dixit benedicendo: Crescite & multiplicamini. In qua quidem benedictione deus primis coniugibus non modo cōtulit gratiam rerum corporalium,sed & spiritualium, quales sunt virtutes

Gene. 1.

tutes

tutes,bonæ actiones, bona matrimonij,quæ sunt,sacramentū, fides & proles. Quam deinde benedictionē sancti patriarchæ adhibuerūt desposatis. Siquidē Isaac ita filio Iacob vxorē ducturo bñdixit:Deus oīpotens bñdicat tibi,& cre scere te faciat atq; multiplicet, vt sis in turbas pplorū, & det tibi bñdictiones Abrahæ,& semini tuo post te. Sic & q; Raguel,Tobiæ iuniori & Saræ,quā du xit ille vxorē,bñdixit:Deus Abrahā & de⁹ Isaac & deus Iacob vobiscū sit,& ipse cōiūgat vos, ipleatq; bñdictionē suā in vobis. Atq; sane nō sunt illi bñdi ctiōis effectu defraudati,sed qđ bñdicendo cū dei timore poptarunt,hoc ipm obtinuerunt. Id qđ hac in re credi par est vsq; in hāc diē. Capit em̄ oīs nostra bñdictio virtutē a dei prima benedictione, cuius verbum in effectu semp ma net,nec vacuū exiēs nec rediēs,modo nos illi nō ponamus peccatis nostris ob staculū. Quod ne fieret in nuptijs,antecessores nostri cōtrahētes,antea de pec catis cōterebāt,ipsaq; cōfitebant in tāti sacramēti reuerētiā,sequuti nimirū To biam & Sarā,q cōtracturi,prius tribus noctib⁹ cōtinētes ad deū precabant, per quas significabantur partes pœnitentiæ tres, vtpote contritio, confessio & satisfactio. Quas etiānū designāt in euāgelio hydriæ triū metretarū,quæ sunt implendæ aqua pœnitentiæ pro peccatis cogitatus,verbi, & operis mali.

Gene.28. Tob.7. Psal.118. Esa.55. Tob.6. Tob.8

Sexto,quia celebrāt,nuptijs psentibus, Liturgiæ sacrificiū, quod Missam vocāt,significat,matrimoniū Christianū,hoc est, nuptialē illā viri & mulieris coniunctionē,magnū esse sacramentum,designās illam videlicet, Paulo testē, arctissimā Christi & Ecclesiæ coniunctionem,quæ ab exordio mundi cœpta, & in vtero Mariæ virginis,qñ verbum caro factum est, atq; inde tanq̄ spon sus de thalamo suo processit,habita,per fidemq; deinde cōfirmata, prorsus est consummata in ara crucis per sacrosanctā illius corporis & sanguinis oblati onem,quæ iugiter in Missæ sacrificio fit sub mysterio,repræsentans interim mo dis omnibus eiusdem Iesu Christi & ecclesiæ per fidem coniunctionis in sacri ficio consummationē. Quod Euangelista subinsinuans,ait non sine grādi my sterio: Postea sciens Iesus, quia consummata sunt omnia,dixit:Sitio. Et paulo post,quum accepisset Iesus,ait, acetum,dixit: Consummatū est, scilicet matri monium meum inter me & ecclesiam,& inclinato capite tradidit spiritum.

Ephe.5 Ioh.1 Psal.18. Ose.2 Ioh.19

Id quod totum accipimus euidenter ex eo, quod Apostolus docet a deo consecratum esse matrimonium,vt esset Christi cum ecclesia & spiritu & carne coniuncti sacramentum: atque ideo virum comparat Christo, vxorem eccle siæ:virum caput esse dicit eius corporis,quod vnum facit cum fœmina: Chri stum caput facit eius corporis,quod vnum dicit cum ecclesia, & reliqua,quæ diximus loco quàm hic commodiore.

Ephe.5.

Septimo,quia contrahentes & inuitati simul suam ad altare deferunt obla tionem,significat,vitam coniugalem non solum esse a deo benedictam,sed & esse boni odoris hostiam coram domino, felicitatem & sanctitatem coniugij confirmantem, & testantem,quod ea vita sanctorum communione non sit in digna, prout Raphael angelus ad Tobiam testatur. Octauo,qa,finito sacri ficio,contrahentes ambo bibunt e calice vinum,quod amoris scilicet Iohannis [illegible] appel

Tob.6

appellant, significat, vinum illud materiale, in quo est luxuria, in nuptijs debere deficere, vnde debet abesse omnis libido, sed vnusquisq; suum vas possidere in sanctificatione & honore, non in passione desiderij, sicut gentes quæ ignorãt deum: sed adesse debere illud vinũ, quod dominus sua virture fecit ex aqua in nuptijs Chanæ Galileæ, quod spũale est vinum, quod ita lætificet cor hominis in amore casto, vt ob eum alter coniugum pro altero mortẽ subire non dubitet, quemadmodum S. Iohannes, cuius dicuntur fuisse nuptiæ in Chana Galilææ, propter amorem in Christum, bibere lœthalẽ potum non dubitauit, nec ipse Christus amore ecclesiæ, cuius spõsus est, mori recusauit. Hic Apostolus ait: Viri, diligite vxores vestras, sicut & Christus dilexit ecclesiã, & seipsum tradidit pro ea. Cuius argumento & ipse antea vinum cum felle mixtum gustare non renuit.

Ephe. 5. Tob. 8. Ioh. 2. Eccl. 40. Ephe. 5. Matt. 27 Marc. 15

Nono, quia domum repetentes a sacrificio Missæ, cum gaudio conuiuant, & conuiuio peracto, choreas ducunt, significat, cõuiuas ex animo & quidem in domino cum contrahentibus debere collætari & congratulari, quod eis dei gratia datum sit ad tam sanctum matrimonij sacramentũ peruenire. Quæ quidem conuiuatio & inuitatorum in nuptijs exultatio non nuper recepta est, sed & obseruata in veteri quondam testamento ab Hebræis, quos itidem nuptias celebrasse legimus conuocatis amicis non sine conuiuio ac communi lætitia. Quandoquidem & Iacob ducens vxorem filiam Laban, vocatis multis amicorum turbis ad cõuiuium, fecit nuptias. Ita quoq;, quũ Tobias cum Sara nuptias celebraret, ipse Raguel socer duas pingues vaccas & quatuor arietes occidi fecit, & parari epulas omnibus vicinis suis, cunctisq; amicis inuitatis curauit. Quam sane consuetudinem seruatam sentimus in principio noui ferme testamenti in nuptijs, quæ factæ sunt in Chana Galilææ, in qua fuit & gloriosa virgo & mater Maria, ad quas etiam Christus vna cum suis discipulis vocatus fuit, sua præsentia suoq; miraculo omniũ primo nuptias consecrans, esseq; sanctas commonstrans, seq; pijs fidelium nuptijs spũaliter interesse contestãs, quippe verus matrimonij præses & stabilitor. In quibus etiam nuptijs, conuiuas fuisse (citra tamen crimen) lætos, non obscure accipimus ex verbis Architriclini, dicẽtis de vino, ex aqua facto: Omnis homo primo bonum vinum ponit, & cum inebriati fuerint, tunc id quod deterius est. Q. d. tu vero bonum vinum vsque adhuc seruasti, quando homines facti sunt læti & inebriati. &c.

Gene. 29 Ioh. 2.

Insuper conuenit in nuptijs vel ideo cum reuerentia lætari & conuiuari, q; ea conuiuatio & lætitia non parum facit ad matrimonij sacramentum, quod Christi & ecclesiæ nuptias repræsentat. Significatur enim per huiusmodi nuptialem lætitiam, quanto gaudio gentes omnes vocatæ ad easdem nuptias venire manereq; debeant, quum rex ille summus, deus pater, filio suo Iesu Christo sic eas fecerit, vt in eis parauerit omnia, quæ sunt æternæ lætitiæ. Decet proinde vt signum rei signatæ respondeat.

Matt. 22. Luc. 14.

Hæ sunt nuptiarum catholicæ cæremoniæ, suas, vt auditum est, mysticas significationes perbelle habentes, nec nuper inuentæ, sed a nascente propemodum ecclesia, nimirum multis iamolim centenis annis, a tẽporibus videlicet

Euaristi

Euaristi, Papæ a Petro quti, Tertulliani, Ambrosii, Augustini & concilij Carthaginensis, obseruari solitæ. Vnde facile licet primum colligere, quàm sanctæ sint nuptiæ & earum cæremoniæ: secundoque, quàm procul a nuptijs abesse debet voluptuosa saltatio, cantatio, chorea, cachinnatio, gesticulatio, ebrietas, & id genus oîs sacramento leuitas indigna, qua nūc plerēq; nuptię nō secus atque histrionici ludi quidam prorsus abundāt, quū inibi potius oîa religiosissime agi: & ab omni specie mala, non tm̄ re turpi, abstinere par sit, qn̄ Christus alioquin nequaq̄ aderit, sed eius aduersarius diabolus. Cuius causa quondā conuiuia nuptiarum cum timore domini celebrata sunt, teste Tobia. Tob.9.

Ad q̄d & pij cōcionatores, exequutore magistratu, hortari debent, oẽsq; in nuptijs abusus extirpare conniti, præsertim presbyteri ipi, dum copulāt coniuges, debent eos de matrimonij institutione ex Genesi, de sacramenti sanctitate & efficacia ex Euāgelio, deq; sacramēti mysterio & officio cōiugali ex Paulo, deniq; de molestijs matrimonij tanq̄ originalis peccati reliquijs æquo animo tolerandis, ex Genesi commonefacere: atq; illi debent cum reuerentia audire, vt sciant q̄d apprehenderint, & qua ratiōe in eā vocationē venire debeāt. Gene.1. Matt.19. Marc.10 Lucæ.16 1.Cor.7. Ephe.5. Gene.3

DE CATHOLICIS ECCLESIAE CAEremonijs dominica septuagesima. Caput XV.

QVanta deuotione & sanctitate peragere cōueniat tempus septuaginta dierum, qui incipiunt a dominica, in qua cantatur in ecclesia pro introitu sacrosanctæ Liturgiæ, Circundederūt me dolores &c. & durant vsq; ad diē sabbati post pasche, qui & propterea solent vna cum ipsa dominica, a dierum numero septuagesima appellari, non prorsus obscure subinsinuant & arguunt catholicæ cæremoniæ, quas ab ea dominica vsq; ad pascha sancta ecclesia multis iam olim cētenis annis haud sine summa animarum salute iugiter obseruauit. Quæ quidem cæremoniæ tales sunt, quod quum diebus aliquot in ecclesia sumus vsi canticis lætis & vestibus iucundis a natali Christiano, per quem Christus salutem nobis & beatitudinem reparauit, mox ab ea septuagesimæ dominica septuaginta ferme diebus silemus ex ecclesiæ statuto a Gloria in excelsis, ab Alleluia, a Te deū laudamus, & ab hoc genus alijs lætitiæ cāticis, & resumimus eorum loco, Laus tibi domine, rex æternæ gloriæ, item In æternum, item tractum, & id genus alia mœroris & tristitiæ cantica. Insuper & per hosce septuaginta dies haud vtimur vestibus vel lætis vel cultioribus & solennibus, vtpote dalmaticis, & tunicellis, & hoc genus lętitiæ vestibus, sed potius lugubribus. Prætereaq; cessamus ab actibus & vsibus lætis, vtpote celebritatibus nuptiarum &c.

In primis autem huiusmodi lamentatione canticorum, vestium & actuum lugubrium, significatur & ad memoriam nostram pœnitendo reuocari debet miseria & calamitas illa, plena nimirum mœroris & luctus, in quam cecidit totum genus humanum peccato protoplastorum, quæ ab Adam vsque ad finem mundi sic perseuerat, vt merito tempus pœnitentiæ dicatur hoc totum tempus, quod est ad finem vsque mundi, quod sub reuolutione septem Gene.3.

dierum

dierum peragitur, & sub septem millibus annorum includitur, qui per septuaginta dies in multiplicatione intelliguntur: quandoquidē ab initio mundi vsq; ad adscensionem domini sex millia annorum computentur, comprahendaturq; sub septimo millenario quidquid temporis fuit ac est vsq; ad finem mundi, cuius terminum nouit solus deus, qui sibi posuit in potestate tempora, temporumq; momenta. Debet igitur homo hisce septuaginta diebus non solum reuocare in memoriam calamitatem illam, in quam cum toto genere humano cecidit ob peccatū primorum parentum, iuxta maledictionem domini, dicentis ad Euam: Multiplicabo ærumnas tuas & conceptus tuos. In dolore paries filios, & sub viri potestate eris, & ipse dn̄abitur tibi. Ad Adam vero: Quia audisti vocem vxoris tuæ &c. maledicta terra in opere tuo. In laborib⁹ comedes ex ea cunctis diebus vitæ tuæ. Spinas & tribulos germinabit tibi, & comedes herbas terrę. In sudore vultus tui vesceris pane tuo, donec reuertaris in terram, de qua sumptus es, quia puluis es, & in puluerem reuerteris &c. sed & longe magis debet pœnitere, quod fortasse nunquam cogitauerit, eam sibi calamitatem & maledictionem venire ex suo peccato, quam vel insuper impatienter sustinuit, vel contra ipsam illicito modo conatus est, vtpote quod operam dederit, vt in ocio duntaxat & in mundano gaudio viuere potuerit: id quod contra hoc primum dei verbum est, quod vult totū tempus nostrum debere esse tempus pœnitentiæ. Id quod Iob considerās, recte dixit: Militia est vita hominis super terram. Homo natus de muliere, breui viuens tempore, multis repletur miserijs: qui quasi flos egreditur & conteritur, & fugit velut vmbra, & nunquam in eodem statu permanet. Homo proinde hanc suam calamitatem miseramq; conditionem considerans, debet sibiipsi vilescere, coramq; deo & homine sic humiliari, vt vere pœniteat de peccato, quod vel cōtra illum vel contra hunc quoquo modo ceu superbus commisit.

Matt.24 Marc.13. Luc.21. Acto.1. Gene.3 Iob.7. Iob.14.

Deinde præmemorata lamentatione canticorum, vestium & actuum lugubrium, significatur & ad memoriam reuocari debet tristis illa dei indignatio, quam meriti sumus peccatis nostris post baptismum, qbus eius diuinā maiestatem offendimus horribiliter per vitam nostram totam, quæ, propheta teste, plerunq; semp septuaginta annis, qui per septuaginta septuagesimæ dies designātur, determinatur, miserijs, angustijs & tribulationibus plena. A qua non possumus nisi per Christum, præmissa tamen vera pœnitentia, quæ consistit in luctu & labore, liberari, quum solus sit, in quo sibi deus pater bene complacet, qui semper eius fecit voluntatem, quemadmodum satis euidenter accipimus ex historia de captiuitate Babylonica, quæ vsque adeo videtur præfigurasse hanc nostram transgressionem vitæ nostrę, quæ degitur reuolutione septenarij numeri, & calamitatem propterea nostram, vt ipsa ecclesia prorsus hanc cæremonialem obseruantiam septuaginta dierum recepisse comprobetur ex ea historia, quum in vespertinis etiam ecclesia precibus septuagesimæ solet ea vti. Tradit autem historia, quando populus Iudaicus olim peccatis suis offendisset deum, nec admonitus cessare voluisset, venisse tandem,

Psal. 89 Mat.3.17 Marc.9. Lucæ.9. Ioh.8. 4.Re.&c. Psal.136.

deo

deo in pœnam & plagam permittēte, summo cū exercitu regē Babyloniæ Nabuchodonosorē in Iudæam & populū Iudaicū ab Hierosolymis summa tyrānide in Babylonem captiuū abduxisse, atq; eum inibi septuaginta annis duris operibus adfecisse, populumq; Iudaicū sic misere captū, deposuisse in terra aliena cātica letitię, suaq; organa in salicibus suspēdisse, exuisseq; vestimenta iucūditatis, degisseq; in luctu & mœrore septuaginta annis, nec redimi potuisse, donec deus ille opt. pœnia populi motus, dederit regē Cyrū, q Chr̄s quoq; appellatus est, qui postea populo redeundi veniam dedit Hierosolyma, cœpitq; modis oībus fieri verum, quod dominus ipsis in hæc verba prædixit: Pro eo quod nō audistis verba mea, ecce ego mittā & adsumam vniuersas cognationes aquilonis, & Nabuchodonosor regē Babylonis seruū meū, & adducā eos super terrā istā & sup habitatores eius, & sup oēs nationes q̄ in circuitu sunt illius, & interficiā eos, & ponā eos in stuporē & in sibilū & in solitudines sempiternas, perdāq; ex eis vocē gaudij & vocē lætitiæ, vocē spōsi & vocē spōsæ. Cūq; cœperint impleri in Babylone septuaginta anni, visitabo vos, & suscitabo super vos verbū meū bonū, vt reducam vos, vti dem vobis finē & patientiam, & inuocabitis me, & viuetis: & orabitis me, & ego exaudiā vos: quęretis me, & inuenietis. Cum quæsieritis me in toto corde vestro, inueniar a vobis. Et reducam captiuitatem vestram, & congregabo vos de vniuersis gentibus, & de cunctis locis ad quæ expuli vos.

Here.25.

Hiere.29

Daniel.9

Iam vero charissimi, quum contigerint hæc illis in figura, profecto non potest Iudaicus ipse populus aliud pfigurasse, q̄ genus humanū, maximeq; Christianū populū, qui suis hactenus peccatis per Nabuchodonosor, id est, diabolum, & eū qui sequtur illū, ductus est ab Hierosolymis, id est, ab ecclesia & eius obediētia in Babylonē, id est, in hunc confusum mundū, hoc est, ad oīa quæ mundo placent, sicuti sunt vitia & scelera, in quibus nunc maxime capti tenemur ab ipso Nabuchodonosor, id est, a diabolo, nec redimendi per totam vitam, nisi per Christum, nec tamen nisi vera pœnitentia præmissa.

1. Cor. 10

Huius sane captiuitatis nostræ omniū miserrimæ, nos ecclesia sancta suis admonet cæremonijs multifariā. Primo, de positione iucundarū vestiū & adsumptione tristiū, quandoquidē vestes virtutū candidas perdidimus, contra scripturam, dicentē: Omni tēpore sint vestimēta tua candida. Si aūt vllo vnq̄ tempore defœdauimus ea, certe nostris fecimus temporibus, in quibus ita prorsus abundat omnis iniquitas, vt pene nulla sit nec virtutis, nec probitatis, nec pietatis ratio. Qui sic viuimus contra deū & proximū scelerate, vt videamur coniurasse peccatis nostris contra Christum, qui tamē suo nos precioso sanguine redemit, seq; pro nobis tradidit, ait Paulus, vt nos ab omni iniquitate redimeret, & mundaret sibi populū acceptabilem, sectatorē bonorū operum, vt quēadmodum ipse ambulasset, ita & nos ambularemus. Secundo, silentio canticorum iucundiorū, veluti sunt, Gloria in excelsis, Alleluia, Te deum laudamus, &c. Et hoc quidē ex prædictiōe dn̄i, dicētis: Perdā ex eis vocē gaudij & vocē lætitiæ. Sic Israelitæ pœnitētes in Babylonia fleuerūt & doluerūt, dicētes: Super flumina Babylonis illic sedimus & fleuimus, dū recordaremur tui Sion. Et

Eccls.9

Matt.24.

1. Petr.1

Tit.2.

1. Iohā.2

Hiere.25

Psal.136

quomodo cantabimus canticum domini in terra aliena? In salicibus suspendimus organa nostra.

Sed inquis: Quur ecclesia subtieet hoc tẽpore septuagesimæ ea cantica, quę videntur eadem significare cum substitutis eorum loco, nempe quod vtraq; laudant vel admonẽt laudare deum, quia nos saluauerit humana dispensatione filij sui Iesu Christi? Respondendum censemus, verę vtiq; esse quod vtraq; laudant deum: sed substituta, sine energia ac lætitia: cũ qua, quæ subticent, laudant: qua vere lætitia sumus indigni, meritoq; priuamur propter peccata nostra, pro quibus in septuagesima potius mœrere q̃ gaudere debemus. Cuius causa statuit ecclesia loco Alleluia sub septuagesimæ tẽpus, cantari tractũ, canticum a trahendo dictũ, quia cum asperitate vocũ & prolixitate verborũ potius suspiratur q̃ cantatur, lachrymis & lamentationibus plenũ, cũ verbis ipsis miPsal.129. re respondens, velut est Psalmus: De profundis clamaui ad te &c. quem vsurpat ecclesia die septuagesimæ.

Tertio, cessatione actuũ iucũdiorũ, quãuis alioqui licitorũ, vtpote nuptiarũ, quæ multis iam annis a septuagesima prohibitæ fuerũt celebrari vsq; ad octauam Paschę, & a prima die Rogationum vsq; ad octauã Pentecostes, a prima dñica Aduentus, vsq; ad Epiphaniã, in qua dñs fuit in nuptijs in Chana Galilææ, conuertens aquam in vinũ: nuper vero post Christũ natũ, M.D.XXV. in conuentu Ratisponeñ. præsidente reuerẽdissimo dño Cardinali L. Campegio, tum apostolico Legato, huiusmodi nuptiarũ interdicta sunt relaxata, quoad aliquot diœceses, vtpote eorũ epõrum qui eiusmodi conuentui interfuerunt, ita quidẽ, vt ab eo tẽpore nũc nuptiæ solũ interdicãtur in tota quadragesima, vltima aduentus hebdomada, festis Paschæ, Pentecostes, & Natiuitatis dñicæ, cũ octauis ac diebus Rogationũ. Quæ quidẽ relaxatio fit ob decrescentiam charitatis & deuotiõis Christianorũ, quę nuper in causa esse cœpit, vt multa in Chr̃ianismo abrogẽtur, quæ tñ multis iam olim annis in dei gloriã & nostrarũ animarũ salutẽ recte fuerunt & instituta & seruata, prout certe non perperam fuerunt celebrari nuptiæ prohibitæ diebus & tpibus, orationi singulariter & pœniæ deputatis, quemadmodũ nec nuptiæ celebratæ sunt in Chana Galilææ Sabbato, in quo Christus in templo docuit & orauit, sed tertia die a Sabbato, id est, die profesto, quo nuptiæ potuerunt licite celebrari.

[Margin: 33.q.4. Nõ oportet, extra de ferijs. C. capellanus]

[Margin: Iohã.2.]

Sed quorũ charitas & deuotio plus æquo nũc frigescit, dicunt: Quur sacro tpe prohibẽtur nuptiæ, quũ prorsus sanctæ sint, qa ab ipsomet deo in paradiso in officiũ propagationis humanæ naturæ, & in remediũ fornicationis vitãdæ, & in necessitatẽ societatis humanæ sunt institutæ, & a Christo sua & matris & discipulorũ præsentia primoq; signo versionis aquæ in vinũ, honoratæ & approbatæ sunt? Respondendũ est, nuptias vtiq; per se bonas & sanctas esse, nec eas qdem potissimũ statis diebus, sed prohiberi potius contractiones illas nuptiarũ solẽnes, & geniales celebritates, & solẽnitates earũ publicas, in quibus quia siũt gaudia, cõuiuia & tripudia, quæ sæpe mali speciẽ non modo habere solent, sed plerũq; præbent occasionem mali, vtpote voluptatis genialis, & ita pœniæ operibus cõtraria, recte nimirũ prohibẽtur tpe pœniæ, non cõtra, sed secundũ

[Margin: Gene.2 Ephe.5. 1.Cor.7 Ioh.2]

cundum scripturam, quæ non modo malum, sed & speciem mali, & quod aliquo modo possit officere bonitati, deuotioni, pietati & id genus virtuti, serio nobis prohibet. 1. Thess.5

Ita nimirũ ipsa vult, vt propter perfectiorẽ orationẽ festo tẽpore abstineatur ab opere matrimonij, pio tñ alioqui & licito. Ita quoq; propter perfectiorem pœniam agendã iubet ipsa, vt cõiuges aliquantisper ab eodẽ ope & concubitu licito cõtineãt, ita dicẽs: Egrediatur spõsus de cubili suo, & spõsa de thalamo suo. Iam vero si prohibetur illud, q̃d magis est pium & necessariũ, vt est opus matrimonij & coniugiũ: quãto magis recte prohibetur, q̃d minus est pium & necessariũ, veluti sunt nuptiæ, & potissimũ celebritates & solẽnitates nuptiarũ, quæ cõmodius alio tpe, q̃d satis longũ est toto anno, celebrari possunt, prohibentur? maxime, quod vsq; adeo nuptiarũ vsus sæpe fieri solet illicitus, vt etiam earũ frequẽtatio signũ sit futurũ interitus ipsius mundi, sicut olim fuit signum eiusdẽ interitus, quãdo tpe Noe diluuio perijt, dicẽte dño: Sicut aũt in diebus Noe, ita erit & aduẽtus filij hoĩs. Sicut em̃ erãt in dieb' añ diluuiũ comedẽtes & bibẽtes, nubẽtes & nuptui tradẽtes, vsq; ad eũ diẽ, quo intrauit Noe in archã, & nõ cognouerũt donec venit diluuiũ, & tulit oẽs, ita erit & aduẽtus filij hoĩs. 1.Cor.7 Iohe.2. Gene.7. Matth.24

Iam vero si tẽpus septuagesimæ tam reuerenter & deuote recoluit olim ecclesia bono zelo, vt prohibuerit publica in eo fieri gaudia nuptiarũ, alioqui licitarum: eheu quàm singulariter debemus abstinere ab illicitis, vt sunt leues, voluptuosæ, scandalosæ saltationes, choreæ, cantiones, & hoc genus alia spectacula, & alia quæ citra pudorem dici nequeunt?

Nec tamen est, vt propterea catholicæ cæremoniæ, de quibus iam diximus, debeãt abrogari, quoniã diebus septuagesimæ & circa carnispriuiũ ab hominibus tam ecclesiasticis q̃ secularibus passim sine discrimine, publicẽ gentaliter viuatur: quãdo quidẽ hic error sit omniũ, q tangẽs oẽs, ab omnibus est emendandus, & multitudo errãtium non pariat errori patrociniũ. Præterea iniquũ est, vt ob mala bonis immixta deleantur bona, quoniã saluator noster noluerit bonũ cum malo perdẽdum: dabitur ergo opera, vt eradicemus zizania, nec tamen vnà cum eis, contra Christi præceptum, eradicemus triticum. Mat.13.

Superest igitur, si voluerimus ex hac misera captiuitate Babylonica ad superiorẽ Hierosolymã redire, vt similitudinẽ euangelij, q̃d die dominica septuagesimæ legitur, sequamur: in qua per patrẽ familias deus, per vineam ecclesia & eius fides, per denarium intelligitur vita æterna, ad quã omnes homines quacunq; temporis ætate vocati sunt, quibus vitam æternam dat sero, hoc est, in fine mundi procurator vineæ, id est, Christus.

Primo proinde credere debemus in deũ, spem nostrã in eius misericordiam collocare: deinde pro cõmissis peccatis dolere, flere & pœnitere, sicut Israelitæ fecerũt: insuper a malo cessare, & per fidẽ misericordiæ & alia bona opera facere: quoniã docemur ex eo euãgelio, nõ sufficere vt cõducti eant ab ocio, id est, a peccato, sed cogũtur ire in vineã, id est, ad fidẽ, & inibi laborare, quod fides sine operibus est mortua. Propter quod Petrus ait: Satagite, vt per bona opera certam vestram vocationem & electionem faciatis. 2.Petr.1

DE CATHOLICIS IN ECCLESIA CAERE moniȷs Feria quarta Cinerum, quæ caput ieiuniȷ est ac dicit.

CAPVT XVI.

QVanquam qui diebus feriã quartam Cinerũ præcedentibus, in Christiano orbe nõ alias audita, planeq́ prorsus bestiali furiosaq́ insania, diabolicaq́ leuitate, stultitia & fatuitate, cõtra nõ modo scripturã, sed & cõtra oẽm nascentis ecclesiæ cõsuetudinem, satis superq́ satis impudenter more gentiliũ quondã idololatrarũ bacchantes (vnde & iȷ ipsi dies, bacchanalia vocari consueuerunt) abutuntur, supra q̃ dici potest peccant: longe tamẽ grauius & horribilius peccant, qui non contenti diebus transactis, iȷsdem plus q̃ diabolicis & impudicis leuitatibus, insaniȷs & fatuitatibus indulgent adhuc in frontispicio quadragenariȷ ieiuniȷ tpis, quod nobis non solum sacrosancta ecclesia, sed ipse dñs etiam noster Iesus Christus, author ecclesiæ, suo exemplo sanctũ esse voluit, singulariterq́ deputatum pœnitentiæ pro peccatis nostris, quibus ipsum (proh dolor) supra modũ offendimus, prout ipse nõ modo nos admonet per scripturã, sed & p catholicas cæremonias, q̃s eius instinctu citra dubiũ statuit ecclesia seruãdas in capite ieiuniȷ, partimq́ p totũ quadragesimæ tempus.

Iohe. 2 Ipse quidẽ dñs eo sacro tẽpore per scripturã in Iohele dicit: Cõuertimini ad me in toto corde vestro, in ieiuniõ & in fletu & in plãctu, & scindite corda vestra, & nõ vestimenta vestra. Et cõuertimini ad dominũ deum vestrũ, qa benignus & misericors est, patiẽs & multũ misericors, & præstabilis super malicia. Quis scit si cõuertatur, & ignoscat, & relinquat post se benedictionẽ? Idem ferme monent nos ipsæ catholicæ cæremoniæ quadragesimales, & præfatæ præsertim diei. Quarũ quinæ quidẽ sunt, nempe incineratio capitum, cõtectio imaginum in templo, tẽporalis vesperarũ precum anticipatio & mutatio, lectio letaniæ tribus in hebdomada vicibus, & quadraginta dierum ieiunatio, de qua sequenti capite sermo nobis erit.

Incineratio, quæ fit super capita nostra, primũ monet nos indignitatis & vilitatis, quod corpore nõ aliud simus q̃ puluis & humus, dicẽte dño deo: In sudore vultus tui vesceris pane tuo, donec reuertaris in terrã, de qua sumptus es, quia puluis es, & in puluerẽ reuerteris. Quã sane indignitatẽ cõsiderans Abrahã, dixit: Loquar ad dñm meũ, quũ sim puluis & cinis? Iam vero quid vilius & leui⁹ cinere, q a vẽto rapit? Secũdo dehortat nos a supbia ad humilitatẽ, toti⁹ virtutis basim & radicẽ. Quid eñ magis possit hoĩem humiliare, q̃ recordatio suæ vilitatis & indignitatis, quæ nõ dignior ẽ cinere? Ideoq́ scriptura dicit ad superbũ: Quid superbis terra & cinis? Nec inibi discrimen est vllius hominis, quum nemo sit ab hac corruptione liber, quantumuis in hoc seculo magnus. Tertio cogit nos ad pœnitẽdum pro peccatis, qbus deum, dominũ & patrem nostrum summũ offendimus. Quis eñ nostrũ pœnitere nollet, memor, quod ipse tam vilis tamq́ abiecta creatura, suis peccatis tamq́ procaciter offenderit deũ, dominũ, patrẽ illum summũ, max. & clementiss. a quo habet, quidqd est ac habet, in cuius est ipse potestate cum rebus suis omnibus?

Gene. 3. Gene. 18. Eccl. 3. 1. Cor. 3. Acto. 17. 1. Cor. 4

Ipsa

Ipsa vero talis incineratio non modo pro se habet scripturã, sed & meritum. Scriptura qdem dicit: In domo pulueris, puluere vos cõspergite. Et alia: Vlulate pastores & clamate, & adspergite vos cinere optimates gregis. Per ipsam vero cum pœnitentia incineratiōe, plerisq; gratiam apud deum & misericordiam meruerunt. Mardocheus eñi, audito crudeli contra Iudęos edicto, propter Aman per Assuerum facto, cinere pœnitēs, est exauditus. Dauid in cinere pœnitens, misericordiam & gratiam pro peccato superbiæ & adulterij apud deum obtinuit. Niniuitæ saccis induti, cineribusq; sparsi, pœnituerunt, & pœnitentes exauditi sunt. Michæ.1 Here.25. Hester.4 Psal.101 Ionæ.3

Consecrantur aūt & benedicunť eiusmodi cineres, ne cacodæmon suis insidijs nos impedire possit ad acquirendū virtutem huiusmodi cæremoniarum, vtpote memoriæ vilitatis, humilitatis & pœnitētiæ. Id quod vel vna precatio num, maxime quibus fit benedictio cinerum, subinsinuat, dicens: Deus qui non mortem, sed pœnitentiam desideras peccatorum, fragilitatem conditionis humanæ benignus respice, & hos cineres, quos causa proferendæ humilitatis atq; promerendæ veniæ, capitibus nostris imponi decernimus: benedicere tua pietate dignare, vt qui cinerem nos esse, & ob prauitatis nostræ meritum in puluerem reuersuros cognoscimus, peccatorum veniam & præmia pœnitentibus repromissa, misericorditer consequi mereamur, Per dominum &c.

Contectio vero non modo simulacrorum, sed & omnium lætiorum ornamentorum in ecclesia, non parum multa significat.

Primo quidem significat rompheam illam, qua nobis ob peccatum protoplastorum clausa tectaq; fuit paradisus, & omnis eius amœnitas & iucunditas. Gene.3

Secundo ignorantiã & obscuritatē designat, quæ nobis ex eo peccato prouenit, diuinorų & cœlestiū, quæ sic ignorare cœpimus, & illa nobis esse cœperunt velata, vt teste Paulo, deū cognoscentes, nōsicut deū glorificauerimus aut gratias egerimus, sed euanuerimus in cogitationibus nostris, corq; nostrum factum fuerit obscurum & insipiens. Cuius velationis figura propemodum fuit velamen, quod Moses posuit super faciem suam, quia filij Israel claritatem vultus eius sustinere non poterant. Rom.1. Exod.3. 2.Cor.3

Tertio designat, nos ob nostra pctã desijsse esse lumina, qualia fuerūt, quos imagines repræsentant in ecclesia. Ad quod Christus ait: Vos estis lux mundi. Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum, qui in cœlis est. Matth.5

Quarto designat indignã velationē, qua diuinitas Iesu Chri ppter pctã nostra indignissime velata fuit in ci⁹ captiuitate, flagellatiōe, crucifixiōe, & in hoc genus alia passiōe eius, quæ mox a principio quadragesimæ celebrať ab ecclesia generatim, vnde tūc plerisq; in locis crux p ecclesiã nō portatur nisi cooperta, q in ea Christus ob pctã nostra sic cœperit tribulari, diuexari & pati, quasi nō deus, sed solus homo videreť esse, qm̃ diuinitas eius in eo tum fuerit abscon sa & velata, cuius argumēto sol etiã fuit obscuratus. Hinc ad eum in cruce pendentē, dixerunt Iudæi: Si rex Israel est, descendat nunc de cruce, & credimus ei. Confidit in deo, liberet nunc eum, si vult. Dixit enim, quia filius dei sum. Esa.53 Luc.23. Matt.27 Marc.15 Lucæ.23

Anticipatio tẽporaria vesperarũ precũ, quę alias cãtant sero factoq; prãdio, p quadragesimã vero cani solẽt añ prãdiũ, & qdẽ statim post missam & nonã, significat in primis, a nobis, q sumus, in q̃s fines seculorũ deuenerũt, solẽ iustitiæ, q per solẽ firmamẽti cœli significatur, ob pctã nostra recessisse: nosq; propterea tã mane q̃ sero dici, pœnitẽdo pro peccatis eẽ debere mœstos in fletu pœnitẽtiæ, q subinsinuat per vesperã, quæ vel ideo tristior esse solet, q incipiẽte ipsa nox appropinquat, dicente propheta: Ad vesperã demorabit fletus. Ad excitandũ proinde facilius eiusmodi mœrorem & fletũ pœnię pro peccatis, ecclesia in cõcilio Gabyloneñ. instituit, in quadragesima idẽ esse debere prãdiũ, quod cœna, quæ post vesperã dari cõsueuit, nec post ipsam aliqd aliud mãducari: proinde facto p quadragesimã prãdio, deinde nihil esse sumendũ, sed prorsus esse totum diem ieiunandum, cæterisq; pœnitentiæ operibus insistendum, atq; cum discipulis ad Emaus euntibus, clamandum ad dominum: Mane nobiscũ domine, quoniã aduesperascit, & inclinata est iam dies, prout certe nũc vergit ad interitum, qñ cœperit adesse nouissima illa hora, de qua sic prędixit Iohãnes: Filioli, nouissima hora est, qa Antichrũs venit, nũc Antichrĩ multi facti sunt, vnde scimus quia nouissima hora est.

1. Cor. 10 | Malac. 4 | 2. Cor. 7 | Psal. 29 | De conf. dist. 1. solet | Luc. 24 | 1. Ioh. 2

Letaniæ lectio, quæ fit in processione, designat primo grauitatem nostrorum peccatorum, propter quæ non solum quidquid est diuinæ gratiæ beatitudinisque amisimus, cognitionemque veritatis obscurauimus, sed & ob ea filius altissimi Iesus Christus, amarissimam & turpissimam mortem & passionem subijt, propterea que nobis opus esse intercessione sanctorum in cœlo, quos authoritate & exemplo scripturæ, quam passim adduximus in nostris lucubrationibus, in ipsa letania implorare debemus tanquam vnius patris fratres & vnius capitis membra, nobiscum precentur eundem patrem, quatenus nos peccatores exaudiat, qui nunc citra dubium sunt in statu gratiæ, perfectæq; erga nos & deum charitatis, idcoq; certo exaudiendi: nos vero cum ipsis exaudiemur, vbi memores nostræ vilitatis & indignitatis, pœnituerimus pro peccatis nostris, & ab ijs cessauerimus, & opera pœnitentiæ fecerimus: qualia sunt (post opus orationis) ieiunare & eleemosynas dare, de quibus feria quarta Cinerum dominus in Euangelio mentionem facit, docens ne faciamus ea nisi propter laudem, charitatem & complacentiam dei opt. max. a quo duntaxat speranda sit retributio. Amen.

Tob. 12

DE CATHOLICIS IN ECCLESIA CAEREmonijs Dominica Inuocauit.

CAPVT XVII.

CAEremoniæ catholicæ, de quibus plerunque dici solet in prima quadragesimæ dominica, sunt ieiunatio quadraginta dierum, quibus & ipse Christus plene ieiunauit, vt accipimus ex Euangelio, quod ea dominica legitur. Cuius causa potissimum sermo solet haberi eadem die, de cæremonijs ieiunationis quadraginta dierum, quæ tamen inchoantur feria quarta Cinerum, non tam illius & huius diei, quàm totius quadragesimæ cæremoniæ existentes.

Matth. 4 | Mar. 1 | Luc. 4

tes. Ad veriorem autem intellectum harum catholicarum in ecclesia cæremoniarum, nonnulla sunt disputanda, sacrisque literis obfirmanda. In primis quid sit ieiunium, deinde quotuplex generatim sit ieiunium, postea quid sibi velit ac significet ieiunium, quando & a quo cœperit ieiunium, quid corpori prosit, & animę ieiunium, & quare quadraginta diebus ieiunauerit Christus. Postremo, quur quadragesimale ieiunium statutū sit ab ecclesia tempore Martij ante pascha complendum, & feria quarta incipiendū: preterea, quibus modis fuerit consecratum, perindeque præfiguratum.

Ieiunium proinde non aliud est, quàm victus potusque prouocantiū vt plurimum ad luxuriam carnis, abstinentia & parsimonia. Id quod in ecclesia catholica duplex est. Vnum, quale est ieiunium quatuor tempor. & ipsius quadragesimæ, quoniam originaliter a diuo Petro, quod refertur, institutum perseueret in hoc vsque tempus, vt a principio fuit nascentis ecclesiæ. Alterum vero est ieiunium dispensationis, nempe quod loco alterius boni meritorij institutum est ex rationabili causa, cuiusmodi sunt ieiunia in vigilijs solennium feriarum, vtpote Iesu Christi, virginis dei paræ, Apostolorum, & id genus aliorum: quandoquidem quondam in præcipuis ferijs duo celebrata fuerunt nocturnalia officia, qbus & populus ipse summa deuotione reuerētiaque præsens, tota nocte in laudibus diuinis vigilauit, cuius adhuc antiquæ consuetudinis vmbrā videamur obseruare in nocte natiuitatis & Christianæ resurrectionis.

Quia vero succedente tempore, diabolo pertæso tantam deuotionem, cœperit isto authore zizanium succrescere in ipso tritico, multiplex peccatum a lusoribus, a cantoribus, & id genus alijs leuibus personis turpiter cantando, crapulando, saltando & fornicando &c. perpetrari, mota fuit ecclesia, & eiusmodi vigilijs interdixit, & dispensans, loco earum statuit fieri ieiunia, quæ vel in hodiernum diem retinent nomen officij, vtpote quod plerunque semper vigiliæ, non autem ieiunia, soleant appellari. Matt.13.

Eheu quàm nos modo degenerauimus ab ijsdem primæuis Christianis, q. vt intelligimus, non vsum, sed abusum reprehendētes & abrogantes, pro bono melius, & pro abusu bonum vsum introduxerunt: nos vero nunc decrescētes in omni erga deum & hominē charitate, partim frigidi sumus in omnibus ferme bonis vsibus, partim vero prorsus abrogamus, & in eorum vicem pessimos abusus surrogamus, & in horrendam dei & eius scripturæ blasphemiam per scripturam defendere molimur, vti nunc fit in abrogatione dierum feriationis & ieiunationis, bacchanales & crapularorios dies ita seruātes, vt in eis ne memoria quidem publica fiat dei & eius diuini cultus. Id quod plus quàm aperto testatur appropinquare finem seculi, diesque esse nouissimos, in quibus Christo ꝓphetāte, charitas refrigescit, iniquitasque ꝓualet & abundat. 1.Cor.10 Mat.24.

Significat autem vtrunque iam dictum ieiunium, aliud esse ieiunium, quod dicitur spirituale, propter quod vti summe necessarium, corporale institutum est ieiunium, quod sine illo meritorium non est æternæ mercedis. Est aūt spūale ieiunium, abstinētia vitiorum & peccator. Id quod maximū est ieiunium, solūque meritoriū beatitudinis æternæ. Quid eñ ꝓdest corporaliter abstinere

a cibo & potu,& interim nõ abstinere ab iniquitatibus,a carnis voluptatibus & ab huius mundi delectationibus,prout dicit propheta:Quid homo proficit humiliando se,qui ieiunat in peccatis suis,& iterum faciens ea? Nonne hoc est maius ieiuniũ,quod elegi?dissolue colligationes impietatis. In quo dominus non abrogat ieiunium corporis,vnde spiritus facilius oritur,sed huius necessitatem subindicat. Esa.58 Eccl.34.

4 Ieiunium vero cœptum est initio mundi a primis parentibus in paradiso, quando abstinuerunt a fructu ligni scientiæ boni & mali,quod illis deus præcepit,inquiens:De ligno scientiæ boni & mali ne comedas.Fuitq; tribus mundi temporibus a sanctissimis viris obseruatum: Ante legem a Mose, sub lege ab Helia,& post legem & in tempore gratiæ ab ipso Christo saluatore, quorum singuli singulos quadraginta dies & noctes ieiunarunt. Gene.3. Exo.24. 3.Reg.19 Matt.4. Marc.1. Luc.4.

5 Ieiunium vero(si recta sit intentione)multifariã prodest tam corpori quàm animæ. Corpori quidem,qm̃ sanat ipsum,& in sanitate p̃seruat: In multis em̃ escis,inquit scriptura,erit infirmitas, propterq; crapulam multi obierunt: qui vero abstinens est,adijciet vitam. Animæ vero plurifariam prodest. Primo prohibet eam a vitijs & peccatis. Sicut enim gula ꝓuocat ad ea, sic ab eis deuocat abstinentia,secundum prouerbium quod habet:Cum defecerint ligna, extinguetur ignis.Hinc quàm diu Adam & Eua ieiunarunt, tam diu manserunt casti: facti autem sunt luxuriosi fracto ieiunio. Hinc cacodæmon in primis tentauit Christum in deserto per gulam,dicens:Si filius dei es,dic vt lapides isti fiant panes:nimirum ratus,si ieiunium frangeret ipse,facile deinde laberetur ad alia vitia. Qui virtutẽ ieiunij sciens,respondit:Non in solo pane &c. Secundo subleuat mentem ad altitudinem sapientiæ, prudentiæ & scientiæ diuinæ,Christo subindicãte:Videte,ne grauentur corda vestra ebrietate & crapula. Quod vbi seruauit Daniel,factus est archanorum interpres. Cuius mores apostoli,quoties erant consultaturi, vel impositione manuũ daturi spiritum sanctum,qui sp̃us est sapĩæ,prius ieiunarunt. Quos vtinam sequerẽtur in rebus consultandis nostrates tam ecclesiastici,quàm seculares consultores. Tertio dat virtutẽ & fortitudinem contra tam corporales q̃ spirituales hostes: vbi em̃ abstinentia,ibi sapĩa:vbi sapĩa,ibi consiliũ bonũ, quod plerunq; lõge præualet robore quoeũq; cõtra hostes. Ruit enim mole sua res cõsilij expers. Ita filij Israel contra tribũ Beniamin,quæ peccarat,ꝓualere non potuerunt,nisi tertia vice facto ieiunio. Sic Iudith ieiunando meruit vincere Holophernem, typum diaboli. Sic ieiunando Christus vicit in deserto cacodæmonem. Atq; vtinam & nos ita sobrij essemus & ieiunaremus,contra quoscunque inimicos bellaturi:dubio procul non abesset aliquando victoria. Quarto largitur p̃mia gratiæ & vitæ æternæ. Sic,quia Niniuitæ pœnitendo ieiunarunt,deus eorum est misertus,& non perierunt,quorum tamen ciuitas cum ipsis intra quadraginta dies subuerti debuerat. Sic, quia Helias ieiunauit, ambulauit vsque ad montem dei Oreb, deinde raptus in cœlum curru igneo. Id quod figurauit, nos ieiunio peruenturos ad cœlestem patriam, vnde sumus per gulam protrusi. Atque hinc est, quod ad Christum, postquam ieiunauit, tentatio- Eccl.37. Prou.26 Gene.3. Matt.4. Marc.1. Luc.4. Deut.8. Luc.21. Dan.6 Acto.13. 14.16.17. Iudic.2. Iudit.8. Iudit.13. Matt.4. Marc.1. Luc.4. Ione.3. 3.Reg.19

nescꝙ vicit, accesserint angeli & ei ministrauerint, vti vero deo, cœli habitatori. Huiuscemodi fructus & vtilitates ieiunij sacerdos in quotidiana pfatione sic in nostri oı̄m psona precatur, dicens: Vere dignum & iustū est, æquū & salutare, nos tibi semp & vbiꝙ gratias agere, dn̄e sancte, pater oı̄potens, æterne deus, q corporali ieiunio vitia cōprimis, mentē eleues, virtutē largiris & pmia, per Christum dominum nostrum: Per quem maiestatem tuam laudant angeli, adorant dominationes, tremunt potestates.

Ieiunauit aūt Christus quadraginta diebus & noctibus, quē & ipsi seq debemus, ob aliquot rationes. Prima earum est, vt sequēs Mosen legislatorem & Heliam prophetam, quorum vterꝙ quadraginta dies ieiunauit, demonstraret, suum euangelion nec a lege nec a prophetis dissentire, sed, teste Paulo, restimonium habere a lege & prophetis. Secunda, vt demonstraret illum vere ieiunare, qui ieiunando præcepta seruaret vtriusꝙ testamenti. Quandoquidē quadragenarius numerus ex quatuor cōstat ac decem. Quatuor enim decem vel quatuor decies, faciunt quadraginta: per quatuor autem nouum testamentum quod in Euangelistis consistit, significatur: per decem vero vetus, quod in decem mandatis legis continetur.

6 Exo.24. 3.Reg.19 Rom.3. Exo.20. Deut.5. Matt.5.

Ieiunium vero quadragesimale inchoarı̄ quarta feria, qm̄ feria quarta Christus suum cœpisse ieiunium perhibetur, quum tertia feria tradatur esse baptizatus iuxta computationem suæ etatis. Insuper, quia diebus dominicis non ieiunatur ob gaudium resurrectionis, in qua Christus non ieiunasse, sed bis comedisse legitur vna die, fuit addere necessarium quatuor dies priores, incipiendo a quarta feria, quo sacer numerus quadragīta dierum compleretur. Quem quidem numerum quadragenarium dominus plurifariam consecrauit, vt in lib. priorum Quadragesimalium docuimus.

7 Luc.24.

In Martio aūt præcipue dicitur hoc esse ieiunium institutum, quod eo tpe scilicet veris, hoc magis carnem ieiunio reprimamus, quo magis ipsa mouetur ad libidinem, pruriginecꝙ carnali æstuat.

Ipsum vero continuamus ante pascha, quod mox quadragesimā sequitur, ob aliquot causas. Prima est ipsius figuræ Israelitarum, quales nos spūaliter sumus. sicut enim isti quadraginta annis in deserto pœnituerunt, & deinde pascha comederunt, ita & nos quadraginta diebus ieiunando pœnitentes, deinde pascha mādūcamus. Sicut etiam filij Israelis, priusquam figuralē agnum paschæ comederent, se adflixerunt, & lactucas agrestes, id est, amaras manducarunt, ita & nos per pœnitentiæ amaritudinem, quæ fit ieiunando, prius affligi debemus, vt deinde statim digne comedamus agnum vitæ, corpus scilicet Iesu Christi, agnum qui tollit peccata mundi.

Rom.9. Exo.12. 1.Cor.11 Iohā.1.

Præterea, qm̄ in fine quadragesimę celebraturi sumus dn̄i crucifixi passionem & mortē, post quā ipse demū ad vitā æternā resurrexit, ita cōgruit, vt ieiunando per repressionem carnalium voluptatum, crucē nobis ipsis faciamus, vt & ipsi tandē cū eo mori, & ad vitā æternā resurgere valeamus, Paulo dicente: Qui aūt Iesu Christi sunt, carnē suā crucifixerūt cum passionibus & cōcupiscētijs. Non enī possumus, eodē teste, resurgere & cōregnare cum eo, nisi & cum

Gal.5 2.Tim.2

cum ipso cōpatiamur, crucemq; nostrā suscipiētes, eum sequamur. Ex ijs, ꝓin de singulis & vniuersis facile colligimus, quàm non modo grauiter peccēt no stræ tempestatis hæretici & schismatici, qui non modo quadragesimale tp̄s, quod a Petro institutum, Christi exemplo per totum terræ orbem cōcorditer vsq; ad hæc tp̄a seruatum est, prosus abrogarunt, sed & nequiter & mendaci ter gloriantur de cruce dn̄i, deq; mortificatione veteris Adæ, quū nihil aliud agant, quàm quod ipsum viuificant, passeribus etiam salaciores. Deus faxit, vt omnes non tam corpore quàm mente a vitijs ieiunemus, Amen.

DE CATHOLICIS IN ECCLESIA CAERE- monijs Dominica Lætare. Caput XVIII.

O Si factū a nobis esset, quod factum bene sperat ecclesia catholica per ce remonias, alicubi seruari solitas die quarta quadragesimæ dominica, quā solemus ab ipso sacrosanctæ liturgiæ introitu vocare, dominicā Lætare: quā doquidē introitus Missę, desumptus ex Esaia propheta, incipit, Lætare Hieru salem. Hæc ipsa vero dominica quarta quadragesimæ, nominatur non solum dominica lætitiæ, sed & præsignitur ab ea cæremonijs lætis: nempe quod in ea canit ipsum Kyrie eleison paschale, resonans lætissimam melodiā lætissimæ re surrectionis Iesu Christi, adeoq; nostri omniū, futuræ circa finem mundi. De signāt autem hæ cæremoniæ lætæ, lætitiam illam spiritualem, quam plerique omnes habere debent, qui de suis hactenus peccatis conterendo, confitendo, ꝓpositoq; satisfaciendi veraciter pœnitēt, nec in operibus pœnitētiæ deficiūt.

Esa. vlt.

Est autem vnum singulariter in Euangelio eius dominicæ secundum spiri tualem ipsius intellectū, expressum, propter quod lætari debemus in pœniten tia pro peccatis nostra, quantumuis magna & dura. Ipsum quidē est mirabilis illa & lętissima refectio, quam habituri sumus post hunc pœnitentiæ laborem in cœlesti patria, quæ significatur per eam refectionem, qua dominus miracu lose quinq; millia virorum, demptis mulieribus & pueris, ita quinq; panibus & duobus piscib⁹ saturauit & pauit, vt non modo fuerint omnes saturati, sed & plus remanserit quàm fuit appositum: argumento, quod in æterna gloria, non modo saturabuntur omnes, vt Dauid dicebat, sed & erunt sine penuria rerum omnium opt. sicut olim in deserto non defuit manna, quod sine penuria manducarunt. Ea ipsa vero refectio cœlestis constabit ex quinq; spiritualibus panis & duobus piscibus. Primus est, præsentia dei, quem videbimus in cœ lo, qualis est, quem, Paulo teste, nunc fide videmus per speculum in ænigma te, tunc facie ad faciem, & quidem sicuti est, teste Iohanne. Secundus pa nis est, ineffabilis diuinæ faciei visionis pulchritudo, vtpote tanta, quantam nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis adscēdit, quantam nec Apostolus eloqui potuit. Id quod inter cætera ex duobus conijci potest. In primis ex eo, quod homo mortalis eam nequeat inspicere, nec illam vidit quis quam, exemplo Mosis, qui etsi facie ad faciem domino loqueretur, domini ta men faciem videre non potuit, dicente ad ipsum domino: Non poteris vide re faciem meam: non enim videbit me homo, & viuet. Deinde ex transfi guratione

Matt. 14. Marc. 6. Luc. 9. Ioh. 6. Psal. 16. Sap. 16 1. Cor. 13. 1. Ioh. 3. Esa. 64. 1. Cor. 2. 1. Ioh. 3. Exo. 33.

guratione dominica, in qua facies domini præ nimia pulchritudine resplendu it vti sol, vestimenta aūt eius facta sunt alba sicut nix. Tertius panis est, societas angelorum, inter quorum sortes est sors nostræ beatitudinis. quum enim Christo teste, resurrexerimus a mortuis, neq; nubemus neq; ducemus, sed erimus sicut angeli in cœlis. Si tales, quales angeli, ergo consortes erimus angelorum, de quorum nobilissima natura & conditione, videatur opus nostrarum homiliarum & concionū & sermonū. Quartus est, consortium sctōr in cœlo, q regnāt inibi cū Christo, scilicet patriarchar, ꝓphetar & Apłor & cæterorꝫ electorꝫ, inter q̄s speramus nos visuros parētes, fratres, sorores, & eos q̄s hic ex aīo vereq; dileximus. Cuius causa dicit Paulus: Gratias agētes deo & patri, qui dignos nos fecit in partem sortis sanctorum in lumine. Ita nimirum viderunt cum gaudio Mosen & Heliam discipuli in transfiguratione. Quītus ē, dulcedo beatitudinis internæ, q̄ tāta erit, vt nr̄ę tribulatiōis hoc in mūdo nō aliter obliuiscemur ob eam, q̄ mulier, quū pepererit hoīem in mundū, sui doloris obliuiscit. Cuius exemplū possumus habere ex gaudio, quod habuerūt discipuli in transfiguratione dn̄ica, vtpote quod tm̄ fuit, vt Petrus sui ipsius fuerit oblitus, dicente ipso: Dn̄e, bonum est nos hic esse, si vis, faciamus hic tria tabernacula, tibi vnū, & Mosi vnū, & Heliæ vnum. Tāta nimirū est ea beatitudinis dulcedo, vt mille anni sint illic in æternitate præ nimio gaudio beatitudinis, sicut hic vnus dies.

Matt. 17 Marc. 9. Luc. 9. Matt. 22 Marc. 12. Luc. 20. 4 Col. 1. 1. Tim. 6. Matt. 17 Marc. 9. Luc. 9 5 Iohā. 19. Matt. 17. Marc. 9 Luc. 9. 2. Petr. 3

Iam vero charissimi, qs esse possit tā alienus ab omni sensu & ratiōe, tamq; carnalis & mundanus, qui nō etiam totius huius vitæ pœnitentiam ex animo sit laturus spe tantæ refectionis, tantæq; mercedis pro labore pœnitentiæ, qn̄ miles spe parui stipendij non solum quoscunque labores & maxima quæq; pericula vitæ patienter in bello sustinet?

Nec est, quod interim nos frangat & pusillos reddat & deficiētes amaritudo hordei p̄statæ pœnitentiæ refectionisq; dilationis, qn̄quidē debemus eam dulcorare dulcedine duorꝫ pisciū spūaliū, q p duos pisces designantur in euangelio. Primus piscis est, spes certitudinis ꝑueniendi ad tam preciosam & gloriosam in cœlesti patria refectionem p pœnitentiam, qn̄quidem talis spes nō confundit, qua vel sola, teste Paulo, nunc salui sumus, tales post hac re ipsa futuri: qui ꝓpterea nos hortatur, inquiens: Spe gaudemus, q hæredes dei sumus secundum spem vitæ æternæ. Talem spem Dauid olim habuit, dicens: Insuper & caro mea requiescet in spe. Secundus piscis est, cōsolatio duplex. Prima est certitudo diuinæ fidelitatis, qn̄quidem dn̄s, q nobis pro pœnitentia tātam refectionē pollicitus est, mentiri nequit, qui & potens est, quidqd ꝓmisit, facere, teste Paulo. Quod sciens Dauid, dixit, se suamq; animam cōsolans in suis aduersitatibus de futura gloria: Credo videre bona dn̄i in terra viuentium. Expecta dn̄m, viriliter age, & confortetur cor tuum, & sustine dn̄m. Q. d. Certus sum, dilecta anima mea, me visurum delicias cœli dn̄i mei in regione beatorꝫ. Fortiter & patienter perfer aduersitates tuas, consolare in domino, quia cito liberator aderit, & videbis bona in terra viuentium. saturabor, quum apparuerit gloria eius. Secunda consolatio, est breuitas temporis pœnitēdi. Et quādo finie-

Roma. 5 Rom. 8. Rom. 12. Psal. 15 Hebr. 6. Rom. 4. Psal. 26. Psal. 16.

finietur illa pœnitentia, & incipiet tam gloriosa refectio? Nimirum Paschæ, non in eo paschate, quod post tres hebdomadas futurum est, sed quod erit, q̃ ad animam, quando hinc per mortem transituri sumus ad vitam ęternã: quo ad corpus, quando corporaliter resurrexerimus in vltima resurrectione, transituri ad vitam ęternam, ad quam Christus Paschæ resurrexit, quem ceu caput, ipsi tanq̃ membra sumus sequuturi.

Iohã.5. 1.Thes.4 1.Cor.5.

Atq; hoc est, q̃d dominica Lætare, est septima a dominica septuagesimæ, in qua celebrauimus memoriam pœnitentiæ, quam fecerunt Israelitæ in captiuitate Babylonica, & quam nos, quos illi significarunt, facere debemus per totam vitam nostram, quæ vt plurimũ finitur septuaginta annis: sic hæc ipsa septima dominica a septuagesima, significat septimam ætatem eorum, qui sunt in superna Hierusalem, quæ sursum est mater nostra, in æterna requie. & significat, quod quemadmodum libere concessum fuerit filijs Israel redeundi & transeundi a Babylone anno septuagesimo, quam habuerunt redeundi potestatem plenariam in septuagesimo anno, ita & nos quoque finitis sex ætatibus mundi, erimus in paschate nostro, id est, in septima ætate, per vltimam resurrectionem a mundi exilio liberati, quum cœlestem paradisum, quæ est patria nostra, intrabimus. Ideocp chariſſimi pœnitemini, estoteq; constantes & patientes: etiam si tempus nostræ pœnitentiæ duraturum sit per totam vitam nostram, tamen vsqueadeo breue est & vanum, vt respectu vitæ ęternæ, vix mereatur dici tempus, proptereaq; nominetur in scripturis vmbra & vapor: quæ tamen, si pœnituerimus in ea, cooperabitur nobis vitam æternam in paschate nostræ resurrectionis, quam designat cæremonialis, eademq; lætiſſima melódia paschalis Kyrie eleiſon.

4.Reg.15 Psal.136. Psal.89 Galat.4. Iob.8.14 Psal.45. Iaco.4

DE CATHOLICIS IN ECCLESIA CAERE- nijs dominica Iudica. Caput XIX.

HAbet & ipsa catholica ecclesia conuenientiſſimas suas cæremonias dominica quinta quadragesimæ, quæ & ab introitu sacrosanctæ liturgiæ, vocatur Iudica, quoniam introitus incipiat, Iudica me deus &c. Sunt autem hæ cæremoniæ, quod a primis vesperis eius dominicæ duabus hebdomadis vsq; ad pascha, gloriosa illa vocalisq; gratiarum actio & benedictio, (Gloria patri & filio & spiritui sancto, Sicut erat in principio & nunc & semper, & in secula seculorum, Amẽ: in omnibus introitibus & responsorijs, quæ sunt ex scripturis de passione domini, prorsus tacetur. Quæ quidem cæremonialis tam gloriosæ benedictionis, quæ pertinet ad laudem & gloriam benediſſimæ diuinæq; trinitatis, in qua Christus secunda est persona secundum deitatem suam, cessatio & taciturnitas, significat benedictiſſimam trinitatem fuiſſe summe dehonestatam Iesu Christi, secundæ in trinitate personæ, innocentiſſima paſſione, quam vsqueadeo præcedente die mortiferis suis cogitatibus, verbis, insidijs, machinationibus, consilijs & blasphemijs inceperunt Iudæi, vt etiam toto terrarum orbe hæc ipsa dominica, duplexq; sequens hebdomada, dicatur dominica & tempus dominicæ & innocentiſſimæ paſſionis Iesu Christi.

1.Ioh.5.

Atq; hoc est, q̃d ipsa sancta ecclesia pridie eius diei dominicæ, & in ea ipsa dominica, sequẽtibusq; duabus hebdomadis per sancta in diuinis officijs cantiicis profert, ostendit & erigit sanguinolenta vexilla & instrumenta summi regis Iesu Christi, quibus ipse tantam suam passionem & mortem pro nobis procq; nostris peccatis sustinuit, suo precioso sanguine nos a peccato, a diabolo & eius barathro liberans & eripiens. 1.Petr.1

In primis autem ipsa, dico, sacrosancta ecclesia per sua sancta diuinorum officiorum cantica & lectiones, erigit & ostendit catenas & ligamina, quibus Christus rex ille noster summus, ligatus, captus, & ductus est ad falsos iudices. 1 Matt.26 Marc.14 Luc.23 Iohan.18

Secundo nobis ostendit columnam & flagella durissima, quibus ipse ligatus ad columnam, sic toto corpore cæsus est, vt nihil sani habuerit a planta pedis vsque ad verticem. 2 Esa.1

Tertio nobis ostendit durissimam illam spineam coronam, quæ sic inflicta fuit eius capiti, vt vsq; adeo sanguis omni ex parte dimanauerit, vt formam hominis non habere visus fuerit, dicente propterea ad populum Pilato: Ecce homo. Q. d. qualis nunquam visus est alius, quum videatur monstro quàm homini longe similior. 3 Psal.21 Esa.53 Iohã.19

Quarto nobis ostendit arundinem, qua sic eius caput & faciem percusserunt, vt liuore non secus atq; quispiam leprosus intumuerit. 4 Esa.53

Quinto nobis ostendit crucem & clauos, quibus ille in ea sic distractus & affixus fuit, vt omnia ipsius membra & ossa dinumerari potuerint. 5 6

Postremo nobis ostendit lanceam, qua sacrosanctũ eius latus sic in ara crucis perforatũ est, vt suas in illud manus viriles inferre potuerit Thomas ap̃lus post eius resurrectionem. Hęc, charissimi, vexilla summi regis prodeunt per duas septimanas, in quibus ipsi Iudæi animo, consilio, adeoq; blasphemo conuicio, execrandaq; contumelia dominum Iesum perinde lœthaliter & quidem vsq; ad mortem persequuti sunt. 7 Psal.21. Ioh.19. Iohã.20

Nonne, quæso, dominus ipse satis lœthaliter ab ipsis, inquam, Iudæis passus est, quod quum pridie eius diei tale fecerat in resuscitando Lazaro miraculum & beneficium, quale nemo fecit à mundo condito, pro quo vtiq; debuissent ipsi Iudæi fuisse gratissimi: non modo non fuere grati, sed & mox ipsi summi sacerdotes, scribæ, pharisæi, summatesq; cæteri inierunt consilium, cogitantes ab eo die, quomodo ipsum interficerent, ac dicentes: Quid facimus? Quia hic homo multa signa facit. Si dimittimus eum sic, omnes credent in eum: nempe stulte cæciterq; nolentes, vt per fidem in Christum salui fierent. Iohã.11.

Nõne præterea lœthaliter ipse passus est ab eis, & sacrosancta ipsa Trinitas plus quàm dehonestata, quod quum ipse Iudæus esset natus, & a deo patre pro salute omnium missus, fuerit tamẽ, teste Euãgelio eius dñicæ, ab eis odioso nomine & ignominiosa nomenclatura vocatus Samaritanus? Ioh.8.

Nonne lœthaliter etiam fuit ab eis passus, quod quum sua patrisq; virtute diuina fecerat oĩa miracula, quæ & tendebant ad dei gloriam, & ad hoĩm salutem, tñ ipsi non diuinæ virtuti patris & eius asscripserunt, sed cacodæmoni, dicẽtes: Nonne bene dicimus nos q̃a Samaritanus es tu, & dæmoniũ habes?

Nonne, quæso, lœthaliter passus est, quod quum verbo & facto plus q̃ gratiose testaretur eis, quod ab æterno filius esset dei, adeoq; deus ipse, (quod salutis erat, eos credere) tulerint ipsi lapides, vt in eum iacerent?

Nonne, quæso, gloria sanctissimæ Trinitatis & patris & filij & spiritus sancti fuit, tẽpore præfatæ dñicæ duarumq; hebdomadarum, sic inhonestata, dehonestata & blasphemata, vt merito cæremonialiter eo ipso tẽpore in perpetuã rei memoriã sileatur gloriosa laus Trinitatis, Gloria patri &c.? & qdem maxime, quod ipse rex gloriæ & dominus virtutũ, quidquid est dehonestatis & passionis, tã innocenter tamq; mansuete sustinuerit: quandoquidẽ tam fuit innocens, vt se suamq; vitã non dubitauerit suis capitalibus inimicis contra iuris etiã dispositionẽ iudicandã relinquere, dicens, quod natura nullus a mũdo cõdito nec certe nec vere dicere potuit, inquiẽs videlicet: Quis ex vobis arguit me de peccato? Q. d. certum est, quod in me peccatũ non inuenitis? Quis hoc nostrum dicere posset? Nemo vtiq;, sed cogeremur hoc Iohannis dicere: Si dixerimus q̃m pc̃tm̃ nõ habemus, ipsi nos seducimus, & veritas in nobis nõ est. Solus em̃ Christus est, q pc̃tm̃ non fecit, nec in eius ore dolus fuit vnquam.

Psal. 23.
1. Ioh. 1
Esa. 53
1. Per. 2

De mãsuetudine vero qd multa dicã, quando fuerit vsq; adeo mãsuetus & patiens, vt etsi merito potuisset eos corpore & anima funditus ob detestandã blasphemiã perdere, tamen vsq; adeo patiẽs fuit, vt non modo nihil mali fecerit eis, sed & cõtumeliã, quæ concernebat suam ipsius personã, quod videlicet Samaritanus esset (quod intellectu erat ambiguum, vertẽdum in malam & in bonam parẽt, quia Samaritanus id est, quod custos esset) plane subticuerit, solumq; serio defensarit verbo gloriam patris, quod illi miraculorum virtutẽ detrahebant, & cacodæmoni tribuebant, dicentes propterea, q cacodæmonẽ haberet, cui⁹ virtute faceret videlicet miracula? in q̃ deniq; ipos & nos oẽs adhuc docuit. Primo, vt ob fraternã charitatẽ & cõcordiã cõtuẽdã, qdqd ambigui eẽt, interpretaremur in meliorẽ partẽ, quod ipse fecit. Etsi apud Iudæos dedecoris esset ex vna parte, esse Samaritanũ, quẽ nominabãt ipsum, qa tamẽ etiã aliud melius quiddã significabat, ipse potius voluit in meliorẽ partem vertere causa charitatis, quæ malũ non cogitat. Samaritanus em̃ erat idem, q̃d custos, qualis erat dominus, de quo Dauid: Non dormitabit neq; dormiet, qui custodit Israel. Præterea fuit ipse misericors ille Samaritanus, q vulnerato inter Hiericho & Hierl'm suffudit oleũ & vinũ in eius vulnera, curam habens vulnerati.

1. Cor. 13.
Psal. 120
Luc. 10

Secũdo, vt iniuriã in nos nostramq; psonã factã, nõ vindicaremus, sed patiẽter ferremus, cõmendãtes deo, memori & vindicaturo nos & honorẽ nostrum pro loco & tpe, sicut ipse deus pater optime stupendeq; vindicauit honorem Iesu Christi in Iudæis tẽpore post eius in cœlos adscẽsionẽ per Romanos, destru ẽs regnũ & eius incolas, vt nec lapis maneret super lapidẽ. Memores itaq; esse debemus huius exẽpli Iesu Chr̃i, q̃d & eius Ap̃li sunt sequuti, dicẽtes: Maledicimur, & benedicimus: psecutionẽ patimur, & sustinemus. Inter quos Paulus, facile patiẽtissimus, ait: Si fieri potest, q̃d ex vobis est, cũ om̃ibus hominibus pacẽ habẽtes, nõ vosmetipsos defendẽtes charissimi, sed date locũ iræ. Scriptum est em̃: Mihi vindictam, & ego retribuam, dicit dominus.

Luc. 19
1. Cor. 4
Rom. 12.
Deut. 32

Tertio

Tertio, vt quẽadmodum nos deberemus ad proprias nostras iniurias coniuere, sic minime deberemus cõniuere ad iniurias, quæ præcipue tangerẽt p̱sonã diuinæ maiestatis, quã qsqꝫ deberemus pro virili vindicare, quilibet pro suo statu. Id q̃d singulariter debẽt ptãtes & ecclesiasticæ & seculares, nec ferre vt cõtra deũ sic luderẽt bibendo, crapulãdo blasphemãdo, similiterqꝫ scindendo leuiter verã illius & veterẽ religionẽ & fidem, prout pijssimi quiqꝫ veteres patriarchæ, prophetæ, Cæsares, & reges & principes zelo glorię dei factitarũt, quibus & suo tempore, gloriam suam defendens, mire subuenir.

Hoc ipsum charissimi designãt cæremoniæ silentij Gloria patri, idemqꝫ docent per duas septimanas, quæ testanť, quod ipse dñs tantã iniuriã, cõtumeliã, blasphemiã, mortẽ deniqꝫ & omnẽ passionẽ sustinuerit pro duobus populis, tã videlicet pro Iudæis q̃ pro gẽtilibus, in quoꝝ numero nos fuimus, dicente Iohanne: Quia Iesus erat moriturus pro gente, nec tantum pro gente, sed & vt filios dei, qui erant dispersi, congregaret in vnum. Amen. Iohã. 11

DE CATHOLICIS IN ECCLESIA CAERE monijs dominica die Palmarum. Cap. XX.

SI qua dies aliqua nobiscũ vel ideo celebrãda censeť, quod ea suæ celebrationis causam habeat & rationẽ scripturis sacris fundatã, profecto nobis dies ipsa, quæ dies Palmaꝝ dominica vel oliuaꝝ vulgo dici solet, celebrãda venit. Q̃nquidẽ hæc ipsa dies, etsi festa Iudæis nõ fuerit olim, tamẽ eam sicut feriarũ maximã celebrarunt in gloriã Iesu Christi Iudæi & Israelitæ, dubio procul instinctu spũs sancti, & vt patriarchaꝝ & prophetaꝝ dicta & vaticinia cõplerẽtur. Id quod euidẽter arguunt cæremoniæ, quæ in catholica passim ecclesia celebranť ea die, quæ nõ solum repræsentãt, quid ea die secundũ euangelicã veritatem realiter Hierosolymis factũ sit a Iudæis, sed & quid spiritualiter quod factum est, significarit, quidqꝫ nos facere spiritualiter oporteat indicent, plenæ nimirum pietatis & deuotionis.

Sunt aũt eæ toto passim orbe terrarũ die Palmarũ dominica cæremoniæ, quod facta sacri fontis adspersiõe, fit de omĩbus hominũ generibus processio, in qua præcedunt portantes vexillum & rotas cum crucibus, sicqꝫ primũ verbo dei benedictio palmarũ & oliuarum, vel (si nec palmæ nec oliuæ adsunt ob vel loci vel tẽporis conditionem) aliarũ arborũ ramorũ, quo per eos innocentius & tutius ab cacodæmonis insidijs seruiri possit gloriæ diuinæ maiestatis. In qua quidẽ processione sunt, qui canunt, quæ desumpta sunt ex euangelio diei dominicæ Palmarũ, suntqꝫ qui deferunt in manibus frondes ramosqꝫ vel palmarũ, vel oliuarũ, vel eaꝝ vice frondes alios. Qui vbi perueniunt ad locũ deputatum, sunt ex clericis quidem maxime, qui facta statione & cruce velata, subtus tuguriolũ quoddã præparata, se corã signo crucis, præcedẽte cãtico cõsueto, p̱sternũt, deindeqꝫ pueri canẽtes, proijciũt palmas corã cruce, deindeqꝫ qui suppellicia vel cappas ante crucẽ proijciũt. Post hoc denudať crux, & ante ipsam caniť flebile cãticũ: O crux aue spes vnica. Deinceps corã eadẽ cruce cele

Bñdictio palmarũ. Processio cũ vexillis & crucib⁹ Canẽtes. Deferẽtes palmas & oliuas. Crux po(s)ita. Crux nudatur, & canitur.

RR ij bratu

vna eademq; die supra q̃ dici potest, Christū glorificarūt, & qđe ante prādiū: statim deinde vespere facto sic ipsum cœperunt odio habere, vt eum principes sacerdotum, scribæ & pharisæi, principesq; plebis quæsierint perdere, sic quidem, vt ciuitatem sero cogeretur exire, nec fuerit, qui fuisset ipsum hospitatus. Id quod lamētatione quidem dignissimum est. Quinimo paucis post diebus omnem illi gloriam, quatenus in ipsis fuit, verterunt in ignominiam. Ab eodem enim populo, eodem loco & tempore, primum susceptus est triumpho, postea crucifixus. O quàm dissimile est, Benedictus qui venit in nomine domini, &, Tolle tolle, crucifige eum. O quàm dissimile, Benedict⁹ rex Israel, &, Non habemus regem nisi Cæsarem. O quàm dissimiles, virētes rami, & crux, flagella, spinæ & arundo. Et quàm dissimile, quod cui dominica Palmarum prostrata sunt aliena vestimenta, paulo post suis est exutus, sorte super eis missa? Docemur autem duo per eam inconstantiam Iudæorum, qui gloriæ & lætitiæ Iesu Christi tantam superaddiderunt ignominiam, mœstitiā & passionem. Primo quidem, vt sciremus Christum voluisse tantam suam fieri pro nobis passionem, vt omnino illi nihil deesset ad cumulum, vtpote quæ maxima esset, vt per prophetam dixit: O vos omnes qui transitis per viam, attendite, si est dolor similis, sicut dolor meus. Atque vere nimirum. Solet eñi ignominia altius pungere corda, quam felicitatis cumulus antecessit, quū in omni aduersitate fortunæ sit infelicissimum genus infortunij, felicem fuisse.

Matt.21. Marc.11. Lucæ.19

1 2 3 4

Thre.1.

Quod fuit in Christo, qui die dominica Palmarum tam plausibiliter fuit susceptus, & deinde tam turpiter tractatus. Secundo, vt sciamus quàm sit instabile & vanum huius mundi gaudium, & quàm non sit in huius seculi gloriam cōfidendum, vtpote quæ sic instabilis, nec aliqua tanta sit lætitia, quæ vel non mixta sic mœrore, vel (vt testatur scriptura) quam nō sequatur tristitia. Cuius causa recte monet Iohannes, vt non diligamus mundum, nec ea quæ sunt in mundo, quoniam transeat mundus & concupiscentia eius.

Prou.14 1.Ioh.2.

Hæc sunt, charissimi, cæremoniæ catholicæ, quæ toto terrarum orbe seruantur die dominica palmarum, plenæ euangelica historia, mysterio, deuotione, pietate & doctrina. Quæ quum fuerint domino Iesu quondam in figura gratissimæ, non possunt nunc illi non esse multo gratiores in veritate. Absit igitur, vt sequuturi hereticos, tā sanctas & pias cæremonias abijciamus, quæ nos tam aperto monent eorum, quæ Christus ob nostram salutem fecit, simulq; deuotionem prouocant, & q̃ oporteat Christo gratificari fide bonisq; operibus, addocent, vt salute & vita quam nobis ille obtinuit, digni simus, vita æterna perfruituri, Amen.

DE CATHOLICIS IN ECCLESIA CAEREmonijs quarta, quinta, sextaq; ferijs hebdomadæ sanctæ. Caput XXI.

Etsi catholica ecclesia plerosq; oēs dies a dñica, quam vocant, Iudica, vsq; ad sabbatū sanctū, deuotis & lugubribus cæremonijs passionē dñi nostri Iesu Chri toto terrarū orbe pagat, tā cū ipsa singularib⁹ maxieq; flebilib⁹ cæ-

remonijs exequitur tribus diebus, vtpote quarta, quinta, sextaq; ferijs in septimana sancta, de quibus etsi singulatim fortasse paulo post dicturus sim, sub hoc tamen capite coniunctim & generatim de ipsis in eis fieri solitis cæremonijs dicā. Sūt aūt eæ ipsæ tum in ecclesia cæremoniæ: Tribus sane præmemoratis diebus, quibus suam dñs nr̄ innocētissimus pro nobis passionē cōsummauit, tribusq; deinde diebus & noctibus in sepulchro quieuit, sicut Ionas fuit in ventre ceti tribus diebus totidemq; noctibus. Campanæ non pulsantur, sed cum tabulis fiūt signa, ad horas canonicas, in quibus principia & fines prorsus obmittunt, vtpote Deus in adiutoriū, Bn̄dicam⁹, & id genus alia. Inter quas matutinæ preces cātant in tenebris, pauloq; clamosiores, & in eis Hieremiæ lamētatiões, in quibus semp tres versus post vnāquāq; literā Hebraici alphabeti sequunt, eādemq; paulatim & ordinatim vsq; ad vnā, q̄ tn̄ occultari propemodū solet, extinguunt, sitq; ad cāticum gloriosum Benedictus dn̄s deus Israel, magna vociferatio tumultusq; popularis, vociferantib⁹ interim nōnullis aliquies Kyrie eleison &c. Dn̄e miserere, cū cæteris id genus deuotis & miserabilibus cantilenis.

Campanæ aūt non pulsant ad diuina officia, vt per eas silentiū recordemur, q; tum apl̄i, p cāpanas significati, prorsus pdicādo Iesum siluerūt: sed hymno dicto, exierunt cum Iesu in montē Oliueti: audientesq; ipsius traditionem per Iudam, p̄ tristitia dormierunt, a diuinis laudibus tacentes. Vnde & a completorio & a vespera, qua dominus traditus est, silentium flebiliter inchoatur.

Cū ligneis vero tabulis fiunt signa: Primo, vt memores simus summæ tūc humilitatis Iesu Christi, qui tum se ita humiliauit, vt factus sit obediēs vsq; ad mortē turpissimā, vtpote crucis: Adsolet aūt ligni sonus eē æris sono hūilior. Secundo, vt moneamur, etsi cāpanæ, id est, maiora signa, id est, apl̄i tū cōticuerint, minora tamen signa, quæ significantur per ligneas tabulas, id est, mulieres, natura alioquin viris infirmiores, haud siluerūt, sed Christū sequutæ sunt vsque ad crucem. Tertio, vt admoneamur terroris, per ligni sonum significati, quem habuerunt apostoli propter Iudæos, qui tunc Christo capto, ob timorem omnes a Christo aufugerunt.

Quod principia & fines horarū canonicarū tūc soleāt obmitti, significat, quia tū dn̄s Iesus Chr̄us, sacerdos summus & pastor bonus, alpha & ω, id est, principiū & finis, traditus sit impijs, nec esse, a quo petamus adiutoriū nostrū, qn̄ sit ipse, p quē solū habem⁹ accessū ad patrē: quū pcusso pastore, dispsæ sint oues gregis. Sūt ergo tūc officia diuina sine pricipio & fine, quasi mortua & viduata, quia & patres nostri viduati post mortē Chr̄i fuerūt. Itē q; Gloria patri &c. reticetur, significat, q̄d in Iesu Christi passione & morte visa sit fortitudo eius abscondita, & sacrosancta trinitas extincta, prout Esaias aperto vaticinatus est. Item, q; nec salutatio, nec Dominus vobiscū, dicit, nec Pax vobis: significat, quod Iudas falso osculo Christum tradiderit, nec aliqua fuerit Iudæis contra dominum pacis, pax. Item, q; nocturnale matutinaleq; officiū paulo clamosius fieri solet, significat, quod prophetæ patresq; sancti veteris testamenti alta apertaq; voce prædixerunt de Christo, quæ tunc aperto soleant impleri. Quia vero diurnum officium paulo submissius agitur, significat, quod Apl̄i

tunc

Marginalia: Ione.3 — Matt.12. — Luc.11 — Thre.1. — Mat.26. — Marc.14 — Ibidem. — Luc.22. — Phil.2 — Matt.27 — Marc.15 — Luc.23 — Matt.26 — Marc.14 — Heb.5.7 — Ioh.10. — Apoc.1. 22. — Iohā.8. — Ephe.2. — Matt.26 — Marc.14 — Esa.53 — Luc.22. — Esa 53. — Psal.21.

Cruces & vexilla, quæ deferunt in frõtispicio processionis, significant crucem, qua Christus morte sua paulopost ob redemptionẽ omniũ pugnaturus erat contra peccatum, diabolum & infernũ, victurusq; ceu victor hostem superans, ex bello profert sua & sui inimici vexilla. 3 Matt.21 Lucæ.11

Canentes in processione nostra, repræsentant eos Iudæos, qui præcedentes & sequentes in sua processione clamarunt, dicentes: Osianna filio Dauid, Benedictus qui venit in nomine domini. 4

Primo aũt testati sunt nobiscũ per ea & eorũ similia verba, Christũ esse hominẽ benedictũ ex progenie Dauid, & noĩe patris in terrã missum ob hoĩm salutẽ. dicẽtes eñ, Osianna &c. nihil aliud intenderũt dicere ex sancti spũs inspiratione, q̃, O salua nos, scilicet pater in excelsis per filiũ tuũ & filiũ Dauidis, Pater æterne, quẽ tuo nomine misisti ad nos saluãdos. Id q̃d Christus alibi comprobans, dixit: Ego veni in nomine patris mei, & non recepistis me. Veniet alius nomine suo, & illum recipietis. Est autem ea benedicta acclamatio desumpta ex psalmo, quem Iudæi multis antea annis orauerant pro salutari Messiæ mundiq; saluatoris aduentu. Iohan.5. Psal.117.

Secundo monemur & nos per huiusmodi cæremonialẽ cantũ, vt & Christum, Paulo monente, corde ad iustitiam, confessioneq; oris ad salutem, gloriose coramq; omnibus confiteamur. Rom.10.

Portantes in manibus in nostra processione vel oliuarum vel palmarum vel aliarum arborum frondes & ramos, repræsentant Iudæos, qui ramos & frondes ex arboribus oliuarum & palmarum deciderunt. 5

Srernentes vero vestimenta, repræsentant Iudæos, qui factitarunt idem in sua processione. 6

Signũ crucifixi, q̃d adornatũ est, repſentat ip̃m dñm Iesum crucifixum, ad quẽ & in eius ingressu piecti sunt rami oliuarũ, palmarũq; vnà cũ vestimẽtis.

Per oliuas q̃dẽ significarũr mystice, q̃ ipse Chr̃s rex eẽt pacificus, pacẽ facturus sua innocẽte & passiõe & morte inter patrẽ suũ celestẽ & genus humanũ, q̃d multis seculis in eius fuerat indignatiõe propter pctm̃ protoplasti. Siquidẽ pacẽ significet & misericordiã oliua, quondã ferri solita a legatis. In cuius argumentũ olim colũba illa per Noe ex archa missa, portauit oliuam virentibus folijs, in signum pacis cum deo a diluuio vniuersali. Gene.3 Ephe.2. Gene.8

Per palmas vero significarũr, Christũ fore victorẽ cõtra diabolũ, mundũ & carnẽ, cui nullus posset resistere, redẽptorũ suos ex captiuitate diabolica, prout, deo fauẽte, die resurrectiõis dñicæ dicemus. Siquidem palma virtutis sit huius, testibus haud fide dubia scriptoribus, vt aduersus põdus & onus impositũ, fortiter insurgat & resistat. In cuius rei signũ & testimoniũ Iohãnes vidit in Apocalypsi sua turbam martyrũ ante thronũ dei, palmas in manibus habentiũ, q̃ significauerint per eas se nunc a peccato, diabolo & inferno liberatos esse, victores omnium passionum huius mundi. In huius argumentum quoq; Dauid ait, quia iustus vti palma floreat in domo domini. Plin.li.3 cap.4. Gell.li.3. cap.6. Apoca.7 Psal.91.

Per vestimẽta in terrã strata, mystice significarũt, Christũ esse nouũ hoĩem, qui veterem hominẽ, id est, desideria carnis nunquã habuisset, sed cœlestẽ ho-

tūc vel oīno tacuerūt, vel occulte saltem p̄dicauerūt. Itē, q̄ nō dr̄ inuitatoriū, significat, q̄ nemo tūc Iesum fideliter inuitauit, sed q̄a Iudæi consiliū inierūt, quō Iesum caperēt in sermone mortiq́ traderēt, maximeq́ q̄ tū dispsi fuerūt ap̄li, q̄ alios ad dn̄m inuitare & inuocare p̄dicādo cōsueuerāt. Itē q̄a hymnus laudis nō dr̄, significat, q̄ tūc ab inimicis haud laudatus, sed factus fuerit op p̄briū hoīm & abiectio plebis. Itē q̄a nō dr̄, Iube dn̄e bn̄dicere, significat, q̄ tū bonus pastor & summus sacerdos, q̄ gregi bn̄dicere & misereri debet, recesserit. Cuius propterea causa canitur: Herusalem Hierusalem, conuertere ad dominum deum tuum, vt misereatur nostri, & ipsi ad pœnitentiam cōuertamur. Matt.22 Esa.53 Psal.21.

Matutinæ preces in tenebris peneq́ sub noctem canuntur, vt eo magis in luctu & mœrore simus, memores, quod tum lux mundi, Iesus Christus, oēm hominem venientem in hunc mundum illuminans, turpiter fuerit in nocte tenebrosa capta, velata, multisq́ modis p̄ noctē male tractata, & in eius deniq́ testimoniū, dn̄o in cruce pendente, factæ fuerint sup̄ vniuersam terrā tenebræ. Iohan.1. Mat.27. Marc.14 Matt.27 Marc.15 Luc.23

Q̄ vero legūt̄ Threni Hieremiæ, fit, vt moneamur, nos ita debere deplorare mortē & passionē dn̄i, sicut ipse Hiere. deplorauit mortē Iosiæ regis occisi, & q̄dē maxime, q̄ vsq́ adeo fuerit dn̄s noster Iesus Chr̄us innocēter occisus, vt Hiere. p̄pterea ī suis Threnis defleuerit captiuitatē pp̄li sui nō mō Babylonicā, sed & Romanā, quā īcurrerūt p̄pter īnocētē IesuChr̄i passionē & mortē. 2.Par.35 Luc.19.

Q̄ aūt literæ Alphabeti Hebraici interpollatim legūt̄ & cōcinūt̄, fit, vt p̄ hoc aīaduertamus cæcitatē & duritiā Iudæorum, qui mysteria dn̄icæ passionis nec credere nec intelligere voluerūt, q̄ tn̄ ipsis poterāt eē nota, sicut literæ siue elemēta Alphabeti. Cuius causa vere dixit p̄pheta in p̄sona Iesu Christi: Miluus in cœlo, turtur & ciconia cognouerūt tp̄s aduentus sui. Israel aūt me non cognouit, & populus meus non intellexit. Id quod dn̄s ipsis Iudæis sæpenumero obiecit, allegans istis scripturas, sed quæ fuerunt eis vt surdo fabula. Hiere.8. Matt.16. Marc.8. Luc.12.

Cādelæ ordinatim, vna post aliā, extinguūt̄ vsq́ ad vnā, vt recordemur tū ap̄los, q̄ fuerūt lux q̄q́ mūdi participatiōe, obscuratos fuga, parūq́ luminis habuisse fidei, quæ vel sola creditur tūc mansisse in gloriosa deipara virgine Maria, quæ designatur per vnicam ardentem adhuc candelam, quæ tn̄ nihilominus repræsentat Christum, verum mundi lumē. Atq́ hoc est, quod ea ipsa cādela remanēs, non extinguitur, sed vel in fenestra vel archa, accēsa seruatur occulte, significans, quod etsi Christus in sua passiōe videbatur extinct⁹, tamen secundum diuinitatem, quæ illis erat occulta, viuebat: posteaq́ resurgēs, cum luce clarissima se suis discipulis manifestauit, dicēs: Pax vobis, ego sum, nolite timere. Videte manus meas & pedes, quia ego ipse sum. Mat.vlt. Mar.vlt. Luc.vlt. Ioh.20.21

Vociferatio ad Bn̄dictus, & tumult⁹ popularis, & q̄ tūc fieri solet cōcrepatio, significat, Iudæi p̄ditoris totiusq́ cohortis, quā ille cū gladijs & fustibus adduxit cōtra Chr̄m, tota nocte tumultū sic vehemētē, sic turpē, sicq́ modis deniq́ oībus execrandū & abominabilē, vt Euāgelistæ p̄ pudore conscribere ipsum intermiserint, contenti eundem per capita duntaxat rerum significare. Matt.26 Luc.22. Ibidem.

Clangor canentiū Kyrie eleison, partim significat ironiā blasphemā Chr̄m in eius passione persequentium & adorantium, dicentes: Prophetiza nobis, si Matt.26 Marc.14

tu es

Ioh.19. tu es Christus filius dei. Item, Aue rex Iudæorum, partim significat lamentati ones & dolores sanctarum mulierum, quæ de cognatione domini Iesu sequutæ sunt eum a Galilæa, ministrantes ei. Inter quas fuerũt Maria Magdalena, Maria Iacobi, & Maria Salome, plorantes iuxta sepulchrum. Matt.27 Ioh.20. Matt.27

Quod vero decantaris tropis, ad terram prociditur, sub silentioq; oratur, Miserere mei deus, Et collecta, Respice, quæsumus, domine &c. significat timorem, quem, Christo capto & patiente, discipuli in occulto habuerunt. Ioh.20

Sonitus autem, qui manu fit ad reuelationẽ luminis, repræsentat incussionem terroris discipulorum, cœpti vel ex tumultu cohortis, vel ex terræmotu. Et hactenus de catholicis in ecclesia cæremonijs, quę passim tribus ante sabbatum sanctum diebus religiose peragi solent. Matt.27 Matt.28.

DE CATHOLICIS IN ECCLESIA CAEremonijs die dominicæ cœnæ. Caput XXII.

QVinta feria, quã dicere cõsueuim' Cœnã dñi, q͂ hac ipsa feria nouissimã suã dñs cœnã habuit, in ea nouũ sacerdotiũ & sacrificiũ sc͂dm ordinẽ Melchisedech instituẽs, tripartitũ oleũ consecrari, pedes & cleri & pauperũ lauari, multisq; in locis hostiæ non cõsecratæ, ad manducandũ in loco sacro circũferri & distribui, lauariq; & denudari altaria solet. Quia em̃ hæc ipsa q̃nta feria rep̃sentat inter alia, eã diẽ, in qua de agni ad vesperã immolati sanguine vterq; postis & supliminare domorꝫ, in q̃bus erat edẽdus ipse, liniebaẽ, vt hoc signo viso, exterminator Aegypti domos sacri cõuiuij p̃teriret intactas, & in eo ipso agno & eius sanguine p̃figuratũ est, q͂ si frontib' nostris vnctiõe chrismatis, quasi sanguine Iesu Christi (q non modo solus est agnus dei, tollẽs p̄ctã mũdi, sed & idẽ est q̃d vnct', de q̃ Daniel, de se dicẽs: Sp̃us dñi sup me, eo q͂ vnxit me, & ad ip̃m Dauid ait: Vnxit te deus deus tu' oleo lętitiæ p̃ cõsortibus tuis) signo crucis impressio fieret, q͂ subinde diabolus in domibus nostris nullã nocendi potestatem haberet: fieri solet, vt rectissime veritas celebretur ea quidẽ die, qua figura ipsam veritatem præfigurauit. Matt.26 Marc.14 Luc.22. 1.Cor.11. Gene.14 Psal.109 Heb.7. Exo.12. Iohã.1. Daniel.9 Esa.41 Psal.44.

Triplex aũt cõsecraẽ oleũ, quorꝫ cuiuslibet natura & virtus eliciẽ ex triplici cõditione oleæ. Primũ oleũ q̃d cõsecraẽ, est ac dr̃ oleũ infirmorꝫ, q̃a sicut pingredo oleę arboris reficit artus lassos & infirmos, ita hoc ip̃m oleũ cõsecratũ, virtute gr̃æ, q̃ p eius vnctionẽ morienti cõferẽ, reficit sp̃ualiter infirmos, destruẽs p̄ctã, q̃ sunt causa mortis, cuius authorẽ mors dñi destruxit. Atq; ꝓinde dicit Euangelista, q͂ discipuli vnxerint oleo infirmos & curati sint, iubente dño. Cuius deinde memor Iacobus, inq̃t: Infirmaẽ q̃s in vobis? inducat p̃sbyteros eccl̃æ, & orẽt sup eũ, vngẽtes eũ oleo in noĩe dñi: & oratio fidei saluabit infirmũ, & alleuiabit eũ dñs: & si in p̄ctis sit, dimittenẽ ei. Sed de hoc suo loco in lib. de Catholicis sacramẽtis. Secundũ oleũ quod consecratur, est ac dicitur oleum chrismatis, quod quondã fuit p̃figuratum per illud oleũ, quo scriptura teste, reges, vti nunc quoq;, cõsecrabantur & vngebãtur, cuius cõsecrationẽ Papa Fabianus singulis annis habendam instituit, quo nunc pleriq; oẽs baptizãdi inunguneẽ: vnde quoq; & a Christo Iesu vncto, Christiani & Chrĩ appellati sunt. Cepit aũt hoc ip̃m oleũ nomẽ chrismatis & pacis. Sicut em̃ olea pacis est signũ, quã quondã legati ferebant in argumẽtum cõstitutæ pacis & Marc.6. Iaco.5. 1.Reg.10 1.Reg.15 3.Reg.19 4.Re.9.11

cõcordiæ, ꝓut olim ramo virentis oleæ, quẽ colũba Noe suo retulit ad arcã, si- gnificans, humano tum generi pacẽ cum deo a diluuio factã, ita nos chrisma- tis oleo puncti, baptismoq; ꝑ fidẽ Christiani facti, deinceps cum deo, in cuius antea indignatione ꝓpter pctm̃ fuimus, pacẽ habemus, vti Paulus ad Ephes. singulariter docet. Tertiũ oleũ est ac dr̃ oleũ Catechumenorꝝ, ꝙ ĩ illo pungi soleãt. Sicut aũt oleũ etiã pabulũ est, quo lumen pascit̃ ac incẽsum cõseruatur, ita quoq; catechumeni puncti eo oleo, fidem in Christum habere debẽt, quæ non solum in ipsis corda mentesq;, Petro teste, purificat & illuminat, sicut oleũ lumen præstat, sed & a præteritis vitijs purgat, tutelamq; contra futura ꝑstat.

Gene.8. Ephe.2. Acto.15

Quod aũt eadẽ die dñicæ cœnæ pedes & cleri & paupeꝝ plerisq; in locis lauant̃, hostiæq; nõ cõsecratæ circunferunt̃ ad manducandũ, repñsentat lotio- nem illã humilimã, qua dñs humilitatis suorũ discipulorũ pedes lauit, & cœnã illã ipsius nouissimã, in qua dñs, vt ex lege debuit ac oportuit, primo mãduca uit legale pascha cũ discipulis suis, vtpote q nõ venerat soluere legẽ, sed adim plere: deindeq; nouũ verũq; pascha instituit, tradẽs illis ac nobis succedaneo tpe oĩbus sub specie panis & vini, iuxta veritatem figuræ in Melchisedech qñ dam præludentis, corpus & sanguinẽ suum viuum & verum, testãtibus hoc ipsum Euangelistis & Paulo, quo veritas ipsa & dies vera terminaret vmbrã & noctem fugaret, prout fusissime passim docuimus in lib. Centuriarum, ser- monum & fragmentorum, dicturi quoque sumus non multo post nonnulla.

Iohã.13. Matt.5. Gene.14 Psal.109 Heb.7. Matt.26 Marc.14 Luc.22. 1.Cor.11.

Denudatio vero altariũ, q̃ eadẽ fieri solet die, plane multa significat. Primo recessum discipulorũ, q ꝑ vestimẽta designant̃, a Chr̃o, q ꝑ altare designat̃, iu xta illud: De terra altare facietis mihi. Cõstat aũt, ꝙ dño capto & relicto di- scipuli oẽs aufugerint, ꝓut ipse dudũ cõquestus ꝑ ꝓphetã fuerat, dicẽs: Qui iuxta me erãt, de lõge steterũt. Secũdo, significat, Chr̃m in cruce nudatũ ve stimẽtis suis, & in eius flagellatiõe, q paulo ante fuerat speciosus forma ꝑ filijs hoĩm, tũc cœpit esse talis, qualẽ pridẽ viderũt ipm̃ in spũ ꝓphetæ & patriar chæ sancti, lamẽtabili voce dicẽtes: Ecce vidimus eũ, & nõ est ei spẽs neq; de- cor, & cõsiderauimus eũ despectũ & nouissimũ virorũ. Tertio, diuinitatis Ie su Christi in passiõe nudationẽ, ꝓut ipse dixit in cruce, q̃d dudũ ꝑdixerat per ꝓphetã, dicentẽ: Deus meus, quare dereliq̃sti me? Nõ ꝙ vnq̃ diuinitas ab hu manitate fuerit separata, sed qm̃ tãtus illi fuerit in passiõe dolor, vt multis vi- sus fuerit solus homo, & nõ deus, & ab hoc ꝑinde derelictus. Atq; ideo ad di- scipulos Iohãnis olim dixerat: Et btũs, q nõ fuerit scãdalizatus in me. Quar to significat, velũ tẽpli scissum, & librũ signatũ, sic fuisse in dñi passione, mor- te, resurrectiõe, adscẽsione &c. apertũ, vt quæ prius fuerãt occulta, cœperit esse tũ manifesta. Id q̃d visus est Simeon ille senior ad Mariã ꝑdixisse sub ĩsce ver- bis: Et tuã ipsius aĩam ptransibit gladius, vt reuelent̃ ex multis cordibus cogi tationes. Quinto admonet illa altaris denudatio cõfessionẽ cordis, per alta- re designati, quæ nondum sumpto venerabili sacramento Eucharistiæ, nuda- re debet cor nostrũ de peccatis, quæ certe cõfitẽdo manifestãtur & denudãtur.

Exo.20. Mat.26. Psal.17. Psal.21. Psal.44. Esa.53 Psal.21. Matt.11. Luc.2.

Quod vero deinde quodlibet altare lauatur vino & aqua, duo significat: Primo corpus Christi, quod verũ altare est, in cruce cẽ sanguine & aqua con

spersum,

ſperſum: ſiquidem ſanguis & aqua de eius latere promanauit. Secundo ſi‑ gnat ſpiritualem quandã lotionem noſtri cordis, quæ eſt vera de peccatis con tritio, qua acceſſuri ad corpus domini, cor noſtrum lauare debemus ab omni‑ bus inquinamentis. Id quod dominus ipſe innocentiſſimus, in ſuorum diſcipu lorum pedum lotione, dubio procul monuit & deſignauit.

Ioh.13.

DE CATHOLICIS IN ECCLESIA CAE‑ remonijs in die cœnæ dominicæ. Cap. XXIII.

Licet dominus noſter Ieſus Chriſtus multa ſane, tribus præſertim nouiſſi‑ mis annis, quos vixit, mirabilia tam verbis quàm factis, hoc in mũdo pro ſui patris gloria, procp̃ noſtra ſalute ſic mire patrauit, vt eorum vix omnium merito debeat ac poſſit ratio reddi, maxime, quãdo ſit ille, de quo Iob ait: Qui facit magna & incompræhenſibilia & mirabilia, quorum non eſt numerus. Et quis reſpondebit ei? vel quis dicere poteſt, quur ita facis? vt pote, cuius, Ec‑ cleſiaſte teſte, ſermo plenus eſt poteſtate, qui facit quod vult, nec dicere ei quiſquam poteſt, quare ſic facis? nuſquam tamen nec vnquam plura mirabili‑ oracp̃ fecit mirabilia, quàm die, quam dicimus diem cœnæ domini, & in ea q̃‑ dem nouiſſima ſua cœna. In ea quidem die & in nouiſſima eius cœna, primum eſt mirabilium, quod fecit, quia ſummam illam ſuam planecp̃ diuinam ſapien‑ tiam teſtatus eſt, ſecp̃ ſummum eſſe ac perfectiſſimum prophetam, imo pro‑ phetam prophetarum: quandoquidem diſcipulos ſuos ſaluberrime de multis ad ſalutem neceſſarijs erudiuit, prout quatuor Euangeliſtæ, præſertim Iohan‑ nes, memoriæ prodiderũt: quinimo profundiſſimum ad diſcipulos habuit ſer‑ monem, in quo ſane multa prorſus alta de incomprçhenſibili deitate ac ſuper‑ benedictiſſima trinitate perdocuit, ſecp̃ ſpiritu prophetiæ pleniſſimum eſſe ſa‑ tis ſupercp̃ teſtatus eſt, vt pote qui inter cætera paſſionem ſuam & eius ho‑ ram & formam, trinam Petri negationem, diſcipulorum fugam, Iudæ Iſchari‑ otis proditionem, ſuam tertia die reſurrectionem, apparitionem, adſcẽſionem, ſpiritus ſancti miſſionem, apoſtolorum illuminationem, confortationem, præ‑ dicationem, legis euangelicę toto terrarum orbe diuulgationem, & diſcipulo‑ rum denicp̃ perſequutionem, quam ſuo eſſent nomine paſſuri. Atcp̃ ſane quid‑ quid prædixit, euentus rei ſole clarius probauit, totumcp̃ ad vnguem comple‑ tum eſt, quanuis nihil non eorum fuerit ſupernaturale, vnde patet certiſſima veritas fidei noſtræ Chriſtianæ.

Iob.9.

Eccl.8.

Secundum vero, quod dominus Ieſus in nouiſſima ſua cœna, feria vide‑ licet quinta, fecit, eſt, quod in ea omnipotentiam ſuam demonſtrauit, ſacra‑ mentum videlicet corporis & ſanguinis ſui inſtituens, ac virtute quinque ſu‑ orum verborum, Hoc Eſt Enim Corpus Meum, conuertens panem & vinum in corpus ſuum & ſanguinem ſuum verum: ſtatimcp̃ ſuos apoſtolos & eo‑ rum legitimos ſucceſſores, Euangelicæ legis ſacerdotes inſtituit, ac eis ean‑ dem vim virtute ſuorum verborum conſecrandi corpus & ſanguinem ſuum largitus eſt, inquiens: Hoc facite in meam commemorationem: ita quidem, vt quotieſcunque ſacerdos legitimus ex intentione vera ſuper panẽ & vinũ pro‑ tulerit, iuxta ſacroſancti Canonis formam, verba Chriſti, quondam dicentis: Hoc

Mat.26. Mar.14. Luc.22. Ioh.13

Hoc est enim corpus meum, toties fit ex pane corpus Christi uerum & ex uino sanguis eius uerus, quandoquidem uerbum domini manet in æternum. Potens sua diuina uirtute nunc & semper haud minus, quam potuit a condito mundo. Si enim uerbum dei: Crescite & multiplicamini, uel ab initio seculi potest, ut eius uirtute nascantur adhuc toto terrarum orbe omnes creaturę, quæ sine illo nasci non possunt, quur non uerbum Christi, dei & hominis, nēpe, hoc est corpus meum, non posset adhuc, ut olim, diuina sua uirtute corpus Christi & eius sanguinem uerum ex pane uinoq; naturali conficere? Pręterea si uerba quinque fidei Mariæ uirginis ad angelum dicentis: Fiat mihi secundum uerbum tuum, potuerunt, ut illico prolatis eis, deus .s. filius absque uirili semine propter naturam factus sit homo & uerbum caro factum, quur non magis ex prolatione uerborum quinq; Iesu Christi, dei & hominis, qui unico uerbo cœlum & terrā creauit, ex pane & uino effici debeat corpus eius & sanguis ipsius? prout minime dubitandum erit, intellectis ijs, quæ paulo post recensebuntur.

Psal. 118

Gen. 1.2
Gene. 18

Lucæ. 1.

Ioan. 1.

Siquidem corpus dn̄i sacramentum sit ac dicatur, prout sumimus ipsum ex eius institutione, in primis sciendum erit, quid sacramentum sit, ne ignorās uocabuli uirtutem paralogizetur, & quare sacramenta sint instituta, quareq; singulariter corpus Christi sub specie panis sit ac dicatur sacramentū, qd & quantum sub eo sumatur, & an uerisimile sit, ut sub specie panis esse possit reale corpus & sanguis domini, quomodoq; debeat esse dispositus, tale sātumque sumpturus sacramentum.

Etsi sacramenti uocabulum lege noua nondum existente, tum etiam apud Aethnicos, uarie sumi sit cœptum, ab ipsis tamen patribus ecclesiæ sic est deflexum, ut non aliud sit, quam signum uisibile inuisibilis gratiæ, cuius ipsum uisibile signum & exterius similitudinem gerat & causa, uirtute operante diuina existat, utpote quam sane gratiam inuisibilem deus ita efficaciter certoq; in ipso operatur, ut ipsum signum uisibile uelit habendum quasi pignus & testimonium iureq; iurādum, accedente propterea uerbo promissionis, prout sacramentum alicubi pro iureiurando sumi solet. Ad huius itaque uocabuli Sacramēti sumptionē numerant sepiē ecclesię sacramēta: quę sunt, Baptismus, Confirmatio, Eucharistia, Pœnitentia, Extrema unctio, ordo et matrimoniū.

Sed inquis quur sint instituta sacramenta ab ipso Christo dn̄o (non enim ab homine potuerunt institui, quum nisi a deo recipiant uirtutē gratiæ, quam sumimus in eis)? quum fide iustificamur, totusque cardo nostræ salutis pēdeat in fide, qua uel sola deo placeamus.

Roma. 3
Heb. 11.

Respondeo sacramenta non esse absoluta necessitate a deo instituta, quum saluare hominem alio modo potuisset, uerum, quando uoluerit nos sine fide, quæ rerum est non adparentium, nequaquā saluari, quū simus infidelitate primum damnati, ipsa uero credenda, & per fidem speranda, nostræ intelligentiæ naturalis acumen longe, et quidem ita excedunt, ut noster ipsis intellectus summa cum difficultate adsentiat, Deus ipse Opt. pro ineffabili bonitate sua & sapiētia instituit sacramēta, nō secus atq; propter fidē signa gratię promis

Heb. 11.
Gene. 3

ſæ efficacia, nonnullas ob cauſas, quarum præcipuas recenſebo.

Prima, ut per eadem eccleſiæ ſacramenta noſter intellectus ſuauiter affue ſceret manu, duceretur& ad firmam credendorum & ſperandorum, quæ ſuperant omnem intellectum, fidem, quæ uel ſola facit intelligere.

Eſaiæ.7.

Secunda, ut per eadem ſacramenta fieret nobis omnino certa, firma & indubitata de credendis & ſperandis fides & ſpes, haud aliter atq; per efficacia quædam ſigna, quæ ſigillorum uice adpoſita, nos nō ſolum diuinarum promiſſionum, propter fidem a deo nobis factarum, admonerent, ſed et efficaciter teſtarentur, nos certo partim accepiſſe, partim accepturos, quæ nobis pollicitus eſt deus, eſſentq; ad hunc modum ſacramenta efficacia & certa diuinæ erga nos uoluntatis, gratiæ, miſericordiæ & beneuolentiæ teſtimonia, omni exceptione maiora, quibus obfirmati nō poſſemus de rebus fidei & ſpei neq; diffidere neq; deſperare, præſertim, quod ipſis o͂mibus & ſingulis ſacramentis accedat uerbum promiſſionis, quod non poteſt non eſſe firmiſſimum & ueriſſimum, cui omnino credendum eſt.

Id quod facile ſentimus, intelligimus ac credimus, quando uidemus, ipſa ſacramenta nouæ legis, eſſe ſigna forinſeca, quæ præ ſe ferunt formã & imaginem eius inuiſibilis gratiæ, quam, deo intus operante, ſuſcipienti præſtant, ut patet in huius exempli declaratione.

Baptiſmus, primum eſt eccleſiæ ſacramentum, lauans animam ſecreto a peccato, quod certe nec uideri nec intelligi poteſt, ſed credi dumtaxat, cuius gratiam ſecretam teſtatur ſignum exterius, quod eſt aqua, ſignans baptiſmo non ſecus intus animam lauari purgari& a peccato, quam corpus foris lauatur & mundatur aqua. Id quod eſt ipſa gratia, quã ſacramentũ baptiſmi præſtat & cauſa exiſtit ipſius uirtute dei, qui ſecreto operatur eam, ſubdens propterea uerbum ſuæ promiſſionis, ne quis dubitet, ac dicens: Quicunq; crediderit & baptizatus fuerit, ſaluus erit.

Mar. ul.

Sic etiam Euchariſtia ſacramentum eſt, id eſt, ſignum uiſibile et forinſecũ, utpote, panificum, gratiæ interioris inuiſibilis, id eſt, non modo ſpiritualis cibationis, ſed & eius gratiæ datoris, utpote Ieſu Chriſti, panis uiui de cœlo deſcendentis, non ſolum gerens ſimilitudinem quodammodo & conditionem eius interioris & inuiſibilis gratiæ (quod quemadmodum panis materialis foris nutrit & paſcit hominem corporaliter ad temporaneam uitam, ita Chriſtus ipſe cum corpore & ſanguine ſúo paſcit hominem intus in anima ſpiritualiter ad uitam æternam) ſed et exiſtit cauſa eius gratiæ, quam dominus ſecreto mirabiliter& operatur ſub eo ſigno, quod non aliter eſt habendum quam pignus, ſigillum, teſtimonium quoddam literarium longe firmiſſimum, gratiæ uidelicet eius promiſſæ ab ipſo, qui propterea addidit uerbum ſuæ diuinæ promiſſionis, ſe una& cũ ſua prædicta inuiſibili gratia dandi, credenti & ſuſcipienti tale ſacramentum Euchariſtiæ, dicens: Ego ſum panis uiuus, qui de cœlo deſcendi. Si quis manducauerit ex hoc pane, uiuet in æternum. Et panis, quem ego dabo, caro mea eſt, pro mundi uita.

Ioan.6.

Ioan.6

Id

Id quod in anno suæ ætatis tricesimo primo dixit & promisit, & postea anno suæ ætatis tricesimo tertio uerum fieri fecit una cum secundario uerbo promissionis suæ inuisibilis gratiæ, dicens in ultima sua cœna, signum in manu panicum habens. Accipite & comedite, hoc est corpus meum, q̄d pro uobis tradetur, hoc facite in meam commemorationem. Similiter accepit & calicem postquam cœnauit dicens: hic est calix, nouum testamentum in meo sanguine, qui pro uobis effundetur in remissionem peccatorum. Mat. 26. Mar. 14. Luc. 22.

Ex ijs modo prorsus subsequitur, Sacramentū corporis Christi usq; adeo esse certissimum pignus & efficacissimum signum & testimonium gratiæ datorisq; omnium gratiarum sub se præsentis, ut quam certo foris uideas panificum signum, & quam sit ipsum certo præsens, tam certo sub eo sit præsens ipse Christus totus cum sua deitate, humanitateq; tota, adeoq; cū gratia sua, spiritualiter accipientē cibans hic temporaliter per eam gratiā, alibi uero æternaliter per suam gloriosam claritatem diuinæ suæ uisionis.

Secundo subsequitur quam sit ineffabiliter utile homini suscipere Sacramentum corporis Christi digne, hoc est, in uera firmaq; fide & mundo quidem corde a peccatis, prout plærīq; omnes Christiani obligamur sumere ex mandato Christi, dicentis: Hoc facite in meam commemorationem. Amen amen dico uobis: Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis uitā in uobis. Caro enim mea uere est cibus & sanguis meus uere est potus. 2. Lucæ. 22 Ioan. 6

Est autem hæc ipsa utilitas suscipienti hoc uenerabile sacramentum, quod ipse habet ipsum Christum, dei filium, regem regum & dominantium dominum proprio corpore & sanguine secum pro pignore, quod quēadmodum per hoc uenerabile sacramentum gratia sua inuisibiliter sit cum eo, consortaturus ipsum & nutriturus in omnibus, quę pertinent ad uitam æternam, ita uelit alias esse cum eo in æterna patria perpetuo futurus, & eum nutriturus ui sibili sua uisione claritatis suæ æternæ. Dicens alibi: Vincenti dabo manna absconditum. Qui uicerit. s. fide infidelitatem, uirtute uicium, dabo ei sedere mecum in throno meo, sicut & ego uici, & cōsedi cum patre meo in throno eius. Apo. 2. 3

Atq; hoc ipsum confirmat ipsemet dominus alibi: Qui manducat meam carnem & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in eo. Hinc est, quod ipse dominus se dedit discipulis, datq; quotidie Christicolis se panem sub sacramenti uelamine, quoniam daturus est se nobis panem fruendum in patria, in clarissima uisione. Ioan. 6

Cuius causa fidelis ecclesia Catholica canit de hoc sacramento. O sacrum conuiuium, in quo Christus sumitur, recolitur memoria passionis eius, mens impletur gratia & futuræ gloriæ nobis pignus datur alleluia. Ecce quanta, & quidem ineffabilis utilitas sit simulq; necessitas, ut sumamus hoc ipsum uenerabile Eucharistiæ sacramentum, in quo non solum sumimus & habemus gratiam spiritualis enutritiōis, sed & ipsum autorem omnium gratiarū? 1 2 3 4

Sed inquis, nunquid ita est, ut credā mihi sic dari, meq; accipere uerū Christi corpus cum carne & sanguine? Respondeo, plane te credere oportet.

1 Primo propter rationes ex scripturis & earum fundamentis et rationibus depromptas & hactenus recensitas, ob quas ipse dominus Iesus nō modo uoluit, sed & debuit suum uerum corpus in cibum nobis tradere.

Secundo, quoniā Christus æterna ueritas suo uerbo confirmat, quod mentiri nequit, quum sit ueritas ipsa essentialis, a quo est omnis ueritas, & qdem 2 adeo uere, ut firmius sit quā coelū & terra, quū hæc sint transitura, uerbum autem domini tam non est transiturum, id est, unquā uacuū, ut ne minimum iota sit de ipso transiturum sicuti uanum. (Num. 23, Heb. 6, Ioan. 14, Matt. 24)

3 Tertio, quod ille, qui dixit sub specie panis, suū esse uerum corpus, quod pro nobis in ara crucis traditum est, omnipotens sit, apud quē non est impossibile omne uerbum, utpote cuius dicere, est facere. (Exo. 15, Lucæ. 1., Psal. 32)

4 Quarto, quoniā idē longe maiora & apud humanā rationē fecerit multo incredibiliora, utpote, qui fecit unico uerbo, fiat, coelum & terram & quicquid utrobiq; est, ex nihilo. In sacramento autem ex pane facit carnem & sanguinem, ex aliquo aliquid, quod rationi facilius uidetur quā ex nihilo aliquid facere, quanq; deo utrunq; facile sit æque, quum sit omnipotens. (Gen. 1. 2., Gene. 1)

5 Quinto, quoniam similia quoq; antea, nempe ex substantia substantiam fecerit. Nonne ex limo terræ fecit uirum, Adam, carne & sanguine uiuentem? Et ex eius costa Euam mulierem corpore & anima uiuentem? Nonne ex uxore Loth fecit statuam salis? Nonne ex uirga Moysi serpentem? Nonne ex fluminibus Aegypti fecit sanguinē? Nonne ex aqua uinum fecit? Et nonne quotidie cibus & potus, quo uescimur, uertitur in carnem & sanguinem? (Gene. 2, Gene. 19, Exod. 4., Exod. 7., Ioan. 2)

Quid multa? si quis credit eum esse uerum dei filium, prout testatur omnis scriptura, credat oportet, ut ex pane possit facere suum corpus & sanguinem, sin non credit hoc posse, incredulior est Diabolo, qui credidit eum, si filius dei esset, panes ex lapidibus facere posse. (Matt. 4., Mar. 1, Lucæ. 4)

Sed inqt aliquis infidelior, quæ dicta sunt & ita facta sunt, uisibiliter sunt comperta, nos autem hic uersionem panis & sanguinis non uidemus. Respondeo. Primum non decuisse, ut Christus corpus suum & sanguinem in effigie humana & quidem uti carnem crudam dedisset, quum nemo fuisset tam crudelis, qui dentibus carnem tam preciosam lacerans, tantam iniuriam Christo fecisset, nec fuisset, qui non abhorruisset a simulacro crudæ carnis.

Secundo, non profuisset nobis uisibiliter sumere, quum fide nobis sacramētum prosit, non autem ratione uel sensu, quum utiq; fides non habeat meritum, ubi ratio uel sensus habeat experimentum.

Proinde Zacharias olim quando uolebat experientiam uisibilem habere de mirabili conceptu sterilis uxoris, suæ non modo nihil salutis meruit, sed a deo sic fuit mulctatus, ut coeperit esse mutus usq; ad diem donec nasceretur Iohannes Baptista. (Lucæ. 1.)

Quinimo dñs ipse singulariter uelit nos hoc quod est inuisibile, utpote corpus suum, credi sub specie panis, ut per fidem cibi uiuentis inuisibilis sal-

uemur,

uemur, uti per incredulitatem cibi uiuentis inuisibilis damnati sumus in primis parentibus. Quia enim nolentes credere lignum in paradyso, lignum esse uitæ explorarunt, mortui sunt, ita nos credentes, corpus Christi sub specie panis esse cibum uitæ æternæ, & in uera fide uescentes spiritualiter & corporaliter uiuificamur, Christo dicente: Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, habet uitam æternam, & ego resuscitabo eum in nouissimo die. Bibit autem & ille domini sanguinem, qui sub specie tantum panis accipit sacramentum, quando certum sit corpus uerum & uiuum sine uero sanguine esse non posse: prout procul dubio sacrum Concilium declarabit aperto, quod indictum est, modo non impediant aduersarij, non petentes inuenire arborem, in qua uelint cum Marcolpho pendere.

Gene.3

Ioan.6

Interea Charissimi credamus firmiter, nos sub hoc sacramento panis corpus Christi sumere uerum & sanguinem. Nam si secus esset, uti non est, sine dubio dominus ipse suis etiam discipulis aliter dixisset & declarasset, quum dicerent de eo dicente carnem suam dare ad manducādum. Durus est hic sermo. Et quis potest eum audire? Quomodo potest hic nobis suam carnem dare ad manducandum? Quos & Christus siniuit abire, qui non amplius cum sunt sequuti, quos utiq; sine informatione non dimisisset, si res ipsa, quam credimus, aliter esset, quum uenerit non perdere sed saluare hominem.

Ioan.6

Superest proinde, ut hic & in omībus, quæ nostræ sunt fidei, nostram captiuemus intellectum in obsequium Christi, quum sibi uult credi, non fidei rationem ab eo quæri, sed potius, ut ipsum hospitem longe nobilissimum cum suo corpore uiuo & sanguine uiuo digne suscipiamus, ut eius fructum, qui est nutritionis & perfruitionis æternæ claritatis suæ in uita æterna adipiscamur. Id quod concedat pater per filium. Amen.

2.Cor.10

DE CATHOLICIS IN ECCLESIA CAEREmonijs in die sanctæ Parasceues, Caput XXIIII.

DIcturus de Cæremonijs diei Parasceues, dicam prius quid hoc sibi uelit nomen, & quibus hæc ipsa dies præ cæteris diebus sit & merito celebris habeatur & insignis.

Dies Parasceues, dies olim dicebatur adparatus, qui nobiscū dies est Veneris ac sexta feria dici ceptus, dies præparationis apud Iudæos, quoniam illi eo die præparauerint, quibus opus erat Sabbato mox deinde sequente, quo quiescere ex lege cogebantur, quoniam & deus ab opere suo tum requieuerit. Quæ quidem dies Parasceues haud immerito peragitur arctissimo ieiunio & silentio, quum multis modis sanctissima sit ac præ cęteris diebus ita nobilis, ut ab ea sexta feria omnes aliæ sextæ feriæ non secus priuilegiatę sint propter Christi passionem, quam omnes dominicæ dies a die paschatos ob Christi resurrectionem. Est autem dies Parasceues insignis ob sex insignia ualde præclara, quæ contigerunt ea die. Siquidem ea die, Christus se pro no-

Gene.2

bis immolauerit, infernum spoliauerit, mortem conculcauerit, humanum genus redemerit, paradisum aperuerit, scripturasq; reserauerit, prout eius dominica passio plane declarauit, a prophetis aliquot ante sæculis mire pdicta.

Prima uero Cæremoniarum ea die est, quod nullum in ea officium Missæ solemniter celebratur, sed tacita dũtaxat & humili uoce dicitur, nec in ea corpus domini consecratur: quandoquidem per hoc significatur Christum, summum sacerdotem: (qui feria quinta secundum ordinem Melchisedech se sub specie panis imolauit, & Missam non minus ipsemet primum celebrauit & celebrandam deinceps a suis discipulis & omnibus sacerdotibus, illorum successoribus instituit:) per suam passionem & mortem die Parasceues recessisse & sublatum esse. Id quod etiam significatur in hoc, quod Missa legitur ea die citra caput introitus, quum Christus caput & sponsus ecclesiæ tum recesserit. Insuper non uidetur cõsentaneum, ut ecclesiã corpus, quod ea die flagellis, spinis & infinitis contumelijs adfectum est, cum Missarum solẽnitatibus cõcelebret, quãdo ueniẽte ueritate merito figura cedere debeat.

Matt. 26. Marc. 14. Lucę. 22. 1. Cor. 11. Gene. 14. Psal. 109. Hebr. 7. Ephes. 1. 4. 5. Colos. 1. Mat. 20. Mar. 10. Mar. 15. 1. Cor. 10. Ioan. 1.

Secunda Cæremoniarum est, quod populus ea die non ad officium Missæ, sed ad adorandam crucem, circiter horam nonam, non secus conuenit atque ad quoddam funeris obsequium peragendum: nempe repræsentans & significans, hora nona, mortuo domino, Centurionem factum fidei nostræ præconem, perfidisq; Iudæis recedentibus, licuisse Ioseph, Nicodemo, Mariæ deiparæ, cæterisq; pijs mulieribus de Iesu funere disponere, propiusq; accedere.

Mat. 27. Marc. 15. Luc. 23. Mat. 27. Mar. 14.

Tertia Cæremoniarum, quod unica dumtaxat Toballia super altare dispenitur, per quod significatur, post Christi mortem unicam dumtaxat illam Syndonẽ adfuisse, q̃ corpus ipsius mortuũ Ioseph decurio reuererẽter inuoluit.

Mar. 15.

Quarta, quod Missa a duabus lectionibus, quarum una est ex lege, altera uero ex prophetis desumpta, inchoatur, per quod significatur, Christum pro duobis populis, Iudæis uidelicet & Gẽtilibus esse mortuum, eiusq; mortem fuisse a lege & a prophetis præfiguratam. Siquidem Abraham Christum figuratiue imolauerit, quando arietem imolauit, Abel uero, quando agnum sacrificauit, uterq; Christi personam repræsentans.

Ioan. 11. Mat. 20. Mar. 10. Gene. 22. Gene. 4.

Quinta, quod passio secundum Iohannem conscripta super nudo pulpito legi solet, per quod innuitur, Iohãnem eũ esse discipulũ, qui relicta Syndone nudus a Iudæis aufugit, quiq; descripsit Christi passionem, & in ea manifestiora mysteria. Cuiusmodi sunt: Os non comminueris ex eo. Et illud: Vnus militum eius latus aperuit, continuoq; sanguis & aqua exiuit. Et uidebunt in quem transfixerunt.

Ioan. 19. Exod. 12. Num. 9. Zach. 12.

Sexta, qa lectione dñicæ passionis finita, multis orationibus pro cunctis hoĩm generibus & gradibus a sacerdotibus singulariter oratur ad deum, per quod significatur oratio prolixa, quam Christus habuisse creditur in cruce, & exauditus esse secũdum Paulum. Sequitur autẽ hoc loco Ecclesia rectissime Christum, qui pro se, proq; suis amicis & inimicis orauit, non autem pro eis, quos sciuit damnatos certoq; damnandos: argumẽto, non esse orandum

Heb. 5. Luc. 23.

dum pro eis, quos scimus non esse saluandos uel impie mortuos. Id quod probare uidetur Iohannes, quum ait. Est peccatum ad mortem, non pro illo dico, ut roget quis pro eo. Ipsa uero ecclesia in eiusmodi precationibus genua non flectit, quando orat pro Iudaeis, significans uidelicet, eiusmodi genuflexione Iudaeos indignos esse, quum ipsi domino flexis genibus turpiter illuserint, dicentes: Prophetiza nobis, quis est, qui te percussit? In detestationem itaque huius illusionis ecclesia non flectit genua pro Iudaeis orans, utpote uitans opera simulata, deprecans uero pro caeteris omnibus flectit genua pro deuotione suae mentis, arguens, in nomine Iesu flecti debere omne genu, coelestium, terrestrium & infernorum &c.

1. Ioan. 5
Matt. 26
Marc. 14
Luce 22.
Philip. 2.

Septima, quia denudatur ipsa crux tribus uicibus. Per quod significatur, quia Iudaei Christum turpiter illudendo ter denudarunt.

Primo in atrio principis, quando uelata facie eius, eum colaphis caeciderunt. In cuius argumentum, facies Crucifixi non ostenditur in principio.

Secundo ante praetorium, quando eo tradito ad crucifigendum, milites plectentes coronam spineam, illuserunt ei flexis genibus, dicentes. Aue Rex Iudaeorum. In cuius argumentum, in secunda reuelatione discooperitur caput & facies crucifixi.

Matt. 26
Marc. 14
Matt. 27.
Marc. 15.
Iohan. 19

Tertio, quoniam ei in cruce pendenti transeuntes dixerunt. Vah, qui destruis templum dei. Quia uero Christus tum totus nudus in cruce pependit, fieri solet in eius argumentum, ut in tertia reuelatione crux ipsa tota ostenditur nuda.

Matt. 27
Marc. 15.

Octaua Caeremoniarum est, quod Ecclesia tribus linguis: nempe Hebraica, Graeca & Latina soleat uti in denudatione crucis, quibus & a Pilato titulus in cruce triumphalis cōscriptus est, ad significandum, Christū esse mortuum pro populo omnium linguarum, quae profluunt a tribus Capitalibus linguis, in quibus & Christus merito per totum terrarum orbem laudatur & celebratur iuxta Paulum, dicentem. Christus humiliauit seipsum, factus obediens usque ad mortem, mortē autem crucis. Propter quod & deus exaltauit illum, & donauit illi nomen, quod est super omne nomen, ut in nomine Iesu, omne genu flectatur, coelestium, terrestrium & infernorum, & omnis lingua confiteatur, quia dominus Iesus CHRISTVS in gloria est dei patris.

Iohan. 19
Philip. 2.

Postrema Caeremoniarum est, quod osculata & adorata cruce duo presbyteri deferunt dominicum corpus ad altare, quod pridie fuit consecratum & reconditum, quod deinde sacerdos indutus casula super humerale disponit iuxta latus calicis, in quo uinum est, aqua mixtum, nō sanctificatum, quasi re ipsa dicat. Hoc est illud corpus, de quo sanguis & aqua fluxerunt, significatur, quia Ioseph & Nicodemus corpus domini de cruce deposuerint ac deinde reuerenter sepelierint. Id quod ecclesia statim finita Missa repraesentat, erigens in templo tuguriolum siue sacrariū quasi quoddam sepulchrum uel xenotaphium, sub quo reuerenter & honorifice locatur corpus domini.

Iohan. 19
Ibidem.

Cui propterea, quum Christus deus & homo sub sacramento illic reipsa lateat, merito diuinos honores summa deuotione populus Christianus exhibet, ac interim CHRISTO, quondam mortuo, quasi quibusdam pijs exequijs usque ad horam dominicæ resurrectionis compatitur ac pro eius morte & passione gratias habet & agit, simulque supplex orat & precatur, ut ille suam amarissimã & innocentissimã passionẽ & mortem ponere dignetur inter animas suas & eius strictum iudicium, ne damnẽtur cum impijs in aduentu iudicis, qui est dominus noster Iesus Christus, uiuens in unitate spiritus sancti cum deo patre deus per secula seculorum. Amen.

Et hactenus de communibus & uulgatioribus Cæremonijs, quibus passim ecclesia non impie utitur in die Sanctissimæ Parasceues. Reliquæ, quas ex composito nunc transeo, tum fieri solitæ Cæremoniæ, clerum magis concernunt quam plebem.

REVERENDISSIMIS IN CHRISTO PATRIBVS AC DOMInis, DN. Guolphgango a Gruenensteyn Campidonensi, et DN. Geruuico Plarero Mõtis S. Martini de Vineis Abbatibus dignis. Amicis suis charis.

Fridericus Nausea Blancicampianus Episcopus Viennæ Salutem.

QVAM sit peruetus ille meus erga uos amor & constans & ardens Patres dignissimi, ac ijdem amici charissimi, uel ex hoc uno post alias, nec eas quidem contemnendas, coniecturas, nulla plane difficultate coniecturare potestis. Nam etsi ego nullo nec prouocatus nec pellectus unquam priuato commodo uos præter etiam ueræ propemodum dilectionis naturam perpetuo dilexerim & diligo, dilecturus, si quoquo modo fieri poterit, quoad spirauero, tamen ipse minus a uobis diligi uideor. Amoris autem ueterioris illius erga me uestri nulla (quod equidem sciam) mea culpa uel prorsus auersi uel omnino remissi argumentum esse iudicauerim nec obscurum nec anceps, hoc uestrum supra quam cuipiam par uideri queat, diuturnum silentium; utpote quod ad meas tam multas quam bene (ni fallor) lõgas ad uos literas, q̃s ab eo tp̃e, q̃ isthac ex Vuormaciensi illo doctorũ cõuẽtu Ratisbonã profect⁹ sum, isthuc p̃im Ratisbonã, qñ causis aliq̃t exigẽtibus illinc ad Austriacos nostros abierã, quãlibet etiam priuatis & publicis pro Catholica nostra religione negocijs diu noctuque multifariam præpeditus & implicitus dedi, ne tantillum quidem respondere dignati sitis: nimirum qualibet rana Seriphia longe taciturniores, quum tamen meæ interim ad uos literæ reipsa nihil æque, quã meę probatæ iã pridem erga uos singularis cuiusdam dilectionis & constantis in amore fidei fidem spirauerint præ sequ nullo fuco tulerint. Nec est, ut illas non esse redditas suspicer, quum ipse eas p̃ uenerandũ dñm Vrbanum Textoris, Serenissimi Romanorũ &c. regis, dñi nostri clementissimi, a sacris Confessionibus & Eleemosynis, uirũ fide dignis. & probatis. perquam diligenter reddendas curauerim.

Sed esto, durum sit adeoque multum difficile, ut præter naturam quoque dilectionis, eos, qui non reamant, amemus, ego tamen uos & nolentes & uolentes haud solum amo, semperque amaturus sum, uerumetiam dabo, quoad fieri poterit, operam, ut, spiritu charitatis authore, uos ut reamaturi sitis efficiam per hanc ipsam opellam, quam a me citra, quod arbitror, exemplum conscriptam, nominique uestro dicatam, uice arrabonis hic transmitto. Quandoquidem hæc ipsa contineat in se nostram ex sanctis literis desumptam declarationem CATHOLICARVM Ceremo-

moniarum Sacrosanctæ Missæ, mysticæ uidelicet oblationis adeoque repræsentatiuæ eius, quæ deo patri a dilecto eius unigenito, IESV CHRISTO domino & seruatore nostro pro nobis in ara Crucis ex tam ardenti charitate oblata est, ut non solū nos modis omnibus ad ipsum, q se pro nobis obtulit, sed & nos ipsos ad amandum inter nos mutuó cogere possit ac debeat. Qui enim (obsecro) fieri possit aut debeat, uti non mutuum inter nos haberemus amorem propter eum, qui nos etiam, quum peccatores adhuc essemus & eius inimici, sic ardenter, & quidem prior, dilexit, ut seipsum ex prorsus ineloquibili sua erga nos charitate pro nobis in sæuissimos & crudelissimos quosque cruciatus exposuerit, ut mortem denique post infinita & ineffabilia tormenta, longe amarissimam & acerbissimam subiuerit?

Quemadmodum uos in hac nostra Sanctæ Missæ Cæremoniarum Declaratione singula non secus atque sub oculos euidenter collocata uisuros omnino putauerim. Ibi quidem uidebitis Iesu Christi, pendentis in cruce innocentissime caput uenerandum, horridis circumseptum spinis, diuinum eius uultum uiuo undique cruore manantem. Videbitis quoque quám duriter eius impube corpus flagellatur, nudum pectus tunditur, cruentum latus perfoditur, quam duriter insuper & horribiliter extensi ipsius nerui stringuntur, quā misere decora lumina languerit, regia ora pallent, quanta siti melliflua lingua exæstuat, interna uiscera arescunt, brachia liuida rigent, ossa solida diuelluntur, crura speciosa debilitantur, & quám denique sunt eius omnia membra lacerata? Videbitis, inquam, summæ Iesu Christi pro nobis charitatis oblationem merito nos ád mutuam charitatem cogentem. Atque ego propterea potissimum quicquid huius est Declarationis Cæremoniarum Sacrosanctæ Missæ, id est, ineffabilis in mysterio charitatis in ara crucis oblationis coniunctim uobis inscripsi, quo uidelicet mutuæ foret inter nos ipsum dilectionis incensiuum, necnon pignus beneuolentissimi mei erga uos animi multo firmissimum. Qua uero de causa uobis una pariter & coniunctim hunc nostrum laborem dedicauerim, reperietis in mea ad uos epistola, qua uobis pridem meā de Sacratissima Iesu Christi passione Concionem nuncupaui. Quod igitur superest, opto, uos in uinculo dilectionis ad decus & ornamentum Christianæ religionis semper ualere feliciter. Viennæ Austriæ in ferijs sancti Nicolai Confessoris & Episcopi. Anno salutis M. D. XXXXII.

De

DE CATHOLICIS IN ECCLESIA CATHOLICAE MISsæ Cæremonijs ipsam sacrosanctam Iesu Christi passionem declarantibus, Caput XXV.

IN DIE SANCTISSIMAE PARAsceues.

QVAMVIS ab ineunte Christianismo dilectissimi tam multæ quam horrendæ fuerint ex Iesu Christi, nostri seruatoris & redemptoris & eius apostolorum prædictione aduersus Ecclesiam Catholicã (quæ uel sola Iesu Christi est ecclesia nec ulla prẹter ipsam, cẹpta ab initio mundi reuelataq; temporibus apostolorum & huc usq; perdurans in ẹque ueteri fide & religione, duratura donec hic mundus est duraturus) hẹreses, quẹ plẹreq; omnes haud multis post seculis huius mũdi cõsummationem & ante ipsam fore uerum istum Antichristum, de quo post prophetias Christus, prophetarum propheta cum suis apostolis horrenda prẹdixerunt, haud obscure prẹsagierunt, nullo tamen unquam tempore quam sub hoc tempus uerenouissimũ, nec plures, nec horribiliores, nec execrabiliores, nec q̃ certius nec propinquius Antichristum & huius seculi finem adfore prẹsignificassent, fuere. Quandoquidem hac nostra plusquam dubia tempestate plẹreq; simul & perinde semel omnes apud nos Germanos, & imprimis ab Aquilone, unde uenit, propheta teste, panditurq; omne malum, resuscitatẹ sunt hereses, quẹ fuerunt unquam, quinimo (proh dolor & dedecus ẹternum) post omnes deniq; ab initio hẹreses nata nuper est hẹresis omnium, quẹ fuerunt unquam, heres[e]on pessima, detestabilissima, impiissima, planeque horrendissima, utpote quæ citra controuersiam sentina est omnium hæreseon, q̃ uel sola plusquam certo & aperto testat̃ præ foribus adesse uerum Antichristũ nec multo post certo futurã totius huius seculi cõsummationẽ, quamuis merito nullus nec angelorum, nec hominum certam eius consummationis & diem & horam scire possit, quam sibi soli deus in sua posuit potestate & scientia, quemadmodum filius eius testatur.

Galat. 3. Matt. 16. Matt. vl. Matt. 24 Marc. 13. Lucæ 21. 1. Tim. 4 2. Tim. 3. 2. Pet. 3. 1. Iohã. 2. Iudæ 1. Hiere. 1. Matt. 24 Marc. 13. Acto. 1.

Sed quæ, inquis, hæc ipsa est tã horrẽda & abominanda hæresis, qua non fuerit ab ecclesiæ principio p̃terq̃ hac nostra tẽpestate alia detestabilior, ut q̃ etiã sit argumento, præ foribus esse Antichristum nec procul hinc finem mũdi? Est, inq̃, hæc ipsa nefanda hæresis, quæ modis oĩbus abominabilis & blasphema a nobis Catholicis Christianis & turpiter & uiolẽter cõtra oẽm sanctæ scripturæ ueritatem, & rationem tollit & tollere molitur sacrosanctam Missam & sacrosanctum ipsius & officium & iuge eius sacrificium, quod hactenus a Christi tp̃ibus Ecclesia Catholica toto terrarum orbe religiose obseruauit, prout obseruandũ p̃signauit ipse dñs deus olim dicẽs. Nõ est mihi uo-

Mala. 1.

luntas

luntas in uobis, & sacrificium non accipiam de manibus uestris: quoniam ab ortu solis usque ad occasum nomen meum glorificatur inter gentes, & in omni loco incensum offertur nomini meo, & sacrificium purum, quoniam magnum est nomen meum in gentibus.

Qui uero tale sacrificium, quo nihil augustius, uenerabilius & sanctius fuit unquam, tollit aut tollere conatur, oportet, ut tollat totum Christianismum, adeoque totum Christum & eius memoriam, sed hoc nemo facit nec facturus est praeterquam Antichristus. Ipse enim est, de quo Ioannes ait. Omnis spiritus, qui soluit Iesum, ex deo non est, & hic est Antichristus, de quo audistis, quoniam uenit, & nunc in mundo est. Ipse quidem Daniele teste, ablaturus est iuge sacrificium, quod aliud non est praeterquam sacrificium Missae, prout ego post alios in lib. Miscellanearum satis aperto testatus sum, testaturque & huius officium & sacrificij definitio, & multiplex caeremonia, satis superque commonstrans, eos qui sic in sacrosanctum Missae sacrificium debacchantur, nihil aliud conari, quam Christum & eius memoriam & beneficij pro nobis in sua praesertim passione & morte collati gratitudinem quasi blasphemiam de medio tollere. Rem sic habere breuiter Missae descriptionem subiiciemus.

1.Ioan.4. Daniel.11.

QVID SIT MISSA AC VNDE dici coepta. Cap. XXVI.

Missa definitoribus Ecclesiae Catholicae doctoribus, est singularis quaedam caeremonia & functio sacerdotis, qua ipse uirtute Christi uerborum & potentia benedictionis & consecrationis in altari ex pane & uino corpus & sanguinem eiusdem conficit, simul & illius crucifixi sacrificium annuncians, deo patri in omnium salutem sub mysterio sacrificat, utpote ab eodem in ultima ipsius coena sic edoctus. Vnde colligimus uocabulum Missa, non esse nec Graecum nec Latinum, sed Hebraeum, nec Papisticum, quod impudentissimi nostrae tempestatis Haeretici mentiuntur, & Missae uocabulum uanitatis & abominationis nota deturpant, nec nuper inuentum, sed quod fuerit a temporibus Apostolorum ab Ignatio, Clemente, Alexandro, Sixto, Hieronymo, Ambrosio, Augustino, & hoc genus alijs omnibus & ijs quoque antiquissimis Ecclesiae Catholicae doctoribus, & quidem in ea qua nos utimur, significatione usurpatum. Deinde quoque colligimus, uocabulum Missa, non rem unam sed res plures in se complecti, quae ad Missam certo necessarioque requiruntur.

Primo quidem ad Missam requiruntur panis & uinum, ex quibus Christi corpus uiuificum conficiatur, utpote quibus uel solis rebus ad sui corporis conuersionem dominus ipse usus est, testibus Euangelistis & Paulo. Et hoc quidem propter aliquot rationes. Prima est, ut sic intelligeremus, hoc Eucharistiae sacramento totum refici hominem, qui constat corpore, cui cibus est panis & caro, & anima, cui uinum naturalis est potus ad eam laetificandam, quae repraesentatur sanguine, qui, uel scriptura teste, sedes est animae.

Matt.26. Marc.14. Lucae.22. 1.Cor.11. Eccle.19. Leuit.17

Secunda, ut prorsus insinuaret hoc sacramentum esse integrum & consummatum alimentum animae, ut uiuat, uelut panis & uinum perfecta sunt

Mal.10?.

corpo-

corporis alimenta. Vnde ueritas ipsa, caro, inquit, mea uere est cibus & sanguis meus uere est potus. Qui manducat meam carnem & bibit meum sanguinem, habet uitam æternam. Iohan. 6

Tertiò, ut similitudinē mystici corporis per illa materialia signa nobis aptius indicaret. In q̄ multa mēbra ad unū caput Christū inter se charitate coalescūt, sicut ex multis granis tritici conficiē panis, & ex multis acinis racemisq; uitis cōfluit uinū. Siquidē cōmunione corporis Christi, unū cū Christo corpus efficimur mysticum, ab illo non separandi, quoniam unus panis & unum corpus, inquit Apostolus, sumus omnes, qui de uno pane & de uno calice participamus. 1. Cor. 10.

SOLAM VIRILEM, SACERDOTALEMQVE personam Missam celebrare posse. Caput XXVII.

SEcundo requiritur ad Missam concelebrandam & conficiundam, nō muliebris, non laica, sed uirilis & sacerdotalis persona Christi & Apostolorum successor, cuiusmodi est qui legitimæ ordinatus est ab ipso summo Romano Pontifice uel ab Episcopo ab illo confirmato, adeoq; a sede Apostolica, quæ hanc potestatem conficiendi Missam, adeoq; corpus Christi recepit à diuo Petro Apostolorum principe, Christi præcipuo locum tenente, qui recepit a Christo, primo uidelicet in ueritate, & non neque in figura neque in umbra, sacerdote, qui primus sacram rem fecit, id est, Missam celebrauit, quæ res est omnium rerum longe sacratissima, quoniam contineat ipsum sacrosanctum Christi corpus & animam, sancta sanctorum. Ille quidem a deo patre oleo lætitiæ, id est, spiritu sancto præ participibus suis unctus, & ut esset sacerdos in æternum iuxta ordinem Melchisedech institutus primam Missam fecit concelabrauitque, quando potentia uerborum suorum panem & uinum in corpus & sanguinem, ut est in Euangelistis, conuertit, seq; mox ipsum illis inuisibiliter sub specie panis & uini simul dedit ac seipsum deo patri obtulit & sacrificauit. Qui & deinde seipsum uisibiliter re ipsa sacrificauit & obtulit: quando paulo post in ara crucis pro redemptione nostra deo patri ad reconciliationem & pacem inter ipsum & nos faciendam morti amarissimæ tradidit. Quis uero discipulis & eorum successoribus sacerdotibus idem facere dedit & iussit, quum facta prima Missa, dixit ad discipulos duodecim, adeoque ad omnes illorum legitimos successores. Hoc facite: nimirum significans hanc sacrificandi potestatem se non daturum, nisi uiris & Apostolis & eorum successoribus. Cuiusmodi est unusquisque legitimo more consecratus, ob id sacerdos dici cœptus, quod potissimum ad hoc sanctissimum & dignissimum faciendum altaris sacrificium & offerendum dedicatus sit: utpote a re sacra, quæ Missa est, nomen sibi uendicans, alioqui presbyter, id est, grandeuus & senior dictus, quod olim ob tantæ rei

Psal. 44. Gene. 14. Psal. 109. Hebr. 7. Matt. 26. Marc. 14. Luce 22. 1. Cor. 11. Eph. 1. 4. 2. Tim. 2. Hebr. 9. Luce 22.

dignitatem & excellentiam non ordinabatur sacerdos, nisi qui ætate esset ac morum grauitate decoratus, quemadmodum Paulus quoque non obscure alias indicat.

1. Tim. 4 Titum 1.

Conuincuntur proinde hæreseos, qui plærosque omnes tam mulieres quã uiros esse uelint sacerdotes. Deinde quoque male faciunt, qui passim omnes indiscriminatimque tam doctos quam indoctos nec ętate nec grauitate senes ad sacerdotium ordinant. Id quod in Christianismo non parum scandalizat.

AD MISSAM OPVS ESSE FIDELI VERborum consecrationis prolatione. Caput XXVIII.

TErtio deinde requiruntur ad Missam perficiendam fidelis uerborum, quibus Christus in prima Missa usus est, prolatio & benedictio, quam dicimus Consecrationem. Cuius & non sacerdotis uirtute & potentia panis adeo uere certoque in Christi corpus, & uinum in eius sanguinem, remanentibus speciebus, ineffabiliter transmutatur, ut etiam hæc ipsa sacra actio, quæ fit consecrando, nobis Germanis in uernacula lingua dicatur, Vuandlung, id est, uersio siue transmutatio. Adeo enim in Missa faciunda sacerdos nõ sua sed Christi uirtute operatur, ut inibi sacerdos non in sua sed in persona Christi loquitur: qui nimirũ propterea dictus est sacerdos secundum ordinem Melchisedech in æternum, quia corpus suum inuisibiliter per manus sacerdotis deo patri offert in nostri omnium salutem quotidie usque ad consummationem seculi, quousque Missa renitentibus etiam omnibus inferorum portis in contrarium, certo mansura est.

Gene. 14 Psal. 109. Heb. 7. Matt. 16.

Nec ullo quidem pacto dubitandum est, quin sacerdos loco Christi constitutus ꝟtute uerborꝝ eiusdẽ ex pane corpus ipsiꝰ, & ex uino sãguinẽ eiusdẽ facere possit, quũ ipse dñs ijsdẽ uerbis idẽ fecerit adhuc cũ discipulis in cœna pſens, mortalis & passibilis, quãto magis nũc cœlũ & terrã replens inuisibiliter hoc facere potest glorificatus, immortalis & impassibilis, maxime, q ab æterno deus & homo in tempore par & quidem longe maius, scriptura teste, fecit. Par utique, quum unico uerbo, fiat, fecerit ex limo terræ carnem & sanguinem, id est, uerum hominem, anima & corpore perfectum. Par quoque fecit, quando nutu duntaxat ex aqua confecit uinum. Maius fecit, quando prorsus ex nihilo cœlum & terram, uerbo duntaxat, fiat. Nec mirum: quandoquidem ipse sit omnipotens, qui omnia, quæcunque uoluit, fecit, ac uerbo uirtutis suæ, ut Apostolus ait, omnia portet. Id quod & hodiernis temporibus a diebus Apostolorum usque ad cousummationem seculi in persona facit sacerdotis uirtute suorum uerborum ex pane suum corpus uiuificum faciens, qui totidem etiam uerbis, utpote in persona deiparæ uirginis & matris Mariæ, fiat mihi secundum uerbum tuum, qui deus erat ab æterno, factus est homo citra uirile semen. Siquidem ea uerba. Hoc est enim corpus meum, eandem nunc habeant efficaciam, quam habuerunt ab eo in persona propria

Hier. 23. Gene. 2. Sapi. 10. Gen. 1. Psal. 134. Heb. 1. Luc. 1.

pria in cœna nouissima prolata, uim suam usque ad finem seculi seruatura: quemadmodum uerba quondam ab ipso prolata. Crescite & multiplicamini super terram, sic adhuc uim suam retinent, ut cuncta creata adhuc suo loco & tempore crescant & multiplicentur. Quod alioqui non possent, nisi prædictorum uerborum uirtute, cunctis etiam elementis opem ferentibus, quæ nihil per se possunt, utpote, quæ gubernentur per ipsum, qui creauit ea, cuius nutui parere coguntur & uerbo. Quandoquidem ipse sit ille, qui quum dixit facta, & quum mandauit creata sunt, scilicet cœlum & terra, & quæ sunt in eis omnia, cuius sermo plenus est omni potestate.

Gene. 1. 8

Psal. 134.
Luce 4.

In cuius argumentum uidemus aliquando pestem & famem sine quocumque medio suboriri, elementis nullam ad hoc causam & occasionem ministrantibus. Sic etiamnum hac in parte credi par est, sola uirtutum uerborum CHRISTI ex pane fieri eiusdem corpus, potentis minus, qui potuit longe maius, utcumque non intelligemus ea, nisi crediderimus. Siquidem fides hac in parte, sicut alias, sit ipsius rei intellectus. Qui quum hic cum sensu deficit, sola fides sufficit, ad firmandum cor syncerum, præstans supplementum defectui sensuum. Hanc uero facile habebimus IESV CHRISTO, quum sit ipsissima ueritas, mentiri non potens. Ipse uero dicit. Accipite & manducate. Hoc est corpus meum. Et ne dubitaremus aut suspicaremur sub specie panis uerum esse corpus suum, sed uel figuratiuum uel repræsentatiuum uel typicum uel accommodatum, subdit dicens. Meum, & quod pro uobis tradetur, scilicet paulo post in ara crucis. Quod quidem, quia summæ diuinæque ueritatis est, nobis pluris esse debet, quam Philosophorum Sophistarumque in contrarium argumenta, quæ humano caput duntaxat innituntur, uerbum uero CHRISTI diuina nititur potentia, cui nihil est impossibile. Qui uero credere nequeunt, cum Apostolis orent a deo sibi fidem augeri, ut ipse fidem eorum, siue potius incredulitatem adiuuet, quemadmodum adiuuit patris filij obsessi fidem & incredulitatem. Quum proinde CHRITVS, illud æternum dei uerbum, per quod facta sunt omnia, exertissime dicat. Accipite & commedite, Hoc est, corpus meum & cætera, fit, ut isti plane sint insani, qui huiuscemodi uerba secus quam a CHRISTO dicta sunt, interpretantur, quum ipse, qui summa ueritas est, non potuit simplicius ac apertius dicere, quam quod attestantibus Mathæo, Marco, Lucaq; Euāgelistis dixisse legitur. Accipite & manducate, Hoc est corpus meum, quod pro uobis tradetur & cætera, uerum faciens ac implens, quod suis antea promiserat, dicens. Panis, quem ego dabo, caro mea est, pro mundi uita. Qui si de suo uero, uiuo, proprioque corpore non sensisset, absque dubio declarasset aliter, maxime, quia nonnulli ex discipulis eius usqueadeo increduli abhorruerint ab huiuscemodi uerbis, ut propterea retro abierint, & deinde non amplius cum ipso ambulauerint.

Esaiæ 7.

Iohan. 3.
Iohan. 14
Matt. 26
Marc. 14
Luce 22.

Luc. 1.
Luce 17.

Marc. 9.
Iohan. 1.

Matt. 26
Marc. 14
Luc. 22.
Iohan. 6.

Absit igitur, ut fidelis quispiam aurem accommodet impijs Sacra-

 men

mentarijs Hæresiarchis, qui mente prorsus execæcata omnipotentiam Christi in hoc Sacramento credere uel comprehendere nequeunt; quos tanquam pestes quasdam læthales uitare, ac intellectum nostrum in obsequium CHRISTI captiuare debemus exemplo fidelis patris nostri Abrahami, qui in repromissione dei non hæsitauit diffidentia, sed confortatus est fide, dans gloriam deo, plenissime sciens, quia quæcunque promisit deus, potens est & facere.

Ge.15.15. Gene. 17 Roma. 4

CORPVS CHRISTI ESSE OFferendum in Missa. Caput XXIX.

POst dicta requiritur ad Missam, ut sacerdos loco & uirtute Christi, adeoque ex eius commissione, non modo per benedictionem & consecrationem, corpus domini conficiat & communicet, sed & ut ipse sub mysterio illud deuota prece deo patri offerat in commemorationem, interprete Paulo, in renouationem & memoriam ineffabilis ipsius erga nos charitatis, quã nobis exhibuit in dominica sua passione, qua magis esse non potuit, ut iugi ea charitate & passione sui filij, pater ipse cœlestis moueri dignetur ad Misericordiam, nobisque clementer indulgere peccata nostra. Quorum causa ille passus est, & sanguinem suum effudit, atque huius sacramenti sacrificium in prima Missa cœnans instituit, inquiens. Accipite & manducate, Hoc est corpus meum, quod pro uobis tradetur. Hoc facite in meam commemorationem. Et Paulus addit ex traditione, quam a domino Iesu accepit, dicens: Quotiescunque manducabitis hunc panem & calicem bibetis, mortem domini annunciabitis donec ueniat, scilicet ad iudicium. Siquidem tantisper sit CHRISTVS sacramentaliter nobiscum futurus, qui deinde ueniet uisibilis in forma humana, quemadmodum cœlos ascendit.

1.Cor. 11. Iohan. 15. Esaiæ 53. 1.Pet.2. Matt.26 Marc. 14 Lucę 22. 1.Cor. 11. Ibidem. Matt.ul. Acto.1.

Atque hinc est, quod sacrosancta Missa a temporibus ferme Apostolorum usque in hunc diem toto terrarum orbe ab omnibus Christifidelibus dici cœpit sacrificium, quo scilicet sacerdos deo patri filium IESVM unigenitum cum memoria & renouatione illius Dominicæ passionis offert in mysterio, non eo scilicet sacrificio, quo idem se obtulit in cruce, quæ oblatio semel facta est, non reiteranda, sed eo, quo scilicet ipse dominus se, adeoque corpus suum obtulit sub specie panis & uini. Id quod & adhuc in persona sacerdotis facit, facietque usque ad consummationem seculi, ut sit sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech, qui sacerdos dei summi, figuram CHRISTI gerens, in figura obtulisse traditur panem & uinum, sub quorum specie & CHRISTVS, adeoque loco eius pro peccatis offert sacerdos corpus domini cum repræsentatione illius oblationis, quæ in cruce quondam facta, est unde efficaciam sumit hodierna sacerdota-

Hebr. 9. Roma. 6 Gen. 14. Heb. 7. Psal. 109

dotalis oblatio una & eadē cū illa oblatiōe. Accedit inter alia testimonia, q̄ in libro nostrarū Miscellanearū secundo dedimus abunde, nomenclatura uocabuli Missæ, quam sic appellari plærique contendunt, quod CHRISTVS hostia ipsa uiua de patre de coelis ad nos demissa per sacerdotem, qui hac in parte mediatoris uice fungitur inter deum & hominem, remittatur deuotis precibus per modum oblationis sub mysterio & repræsentatione Dominicæ passionis, ut deus pater intuitu eius, ut diximus, remittat nobis peccata. Quæ sicut quotidie committimus, ita quotidie hæc facienda est per sacerdotem oblatio, utpote instituta in locum iugis oblationis apud Iudæos olim in figurā fieri solitæ, qua a sacerdote apud illos quotidie immolabatur agnus unus mane & alter uespere. Sed quis est in ueritate agnus ille, nisi IESVS CHRITVS, tollens sine macula peccata mundi. Cuius sola oblatio pura & munda, deoque grata & accepta est, qua dubio procul deus pater ait. Ab ortu solis usque ad occasum magnum est nomen meum in gentibus, & in omni loco sacrificatur & offertur nomini meo oblatio munda. Quænam possit esse oblatio illa munda, nisi eius, qui est sanctus sanctorum, sine macula agnus, qui peccatum non fecit, sed de coelo descendens peccatum aufert. Atque profecto inquit, Apostolus: Pascha nostrum imolatus est CHRISVS. Ille nimirum per sacerdotem in Missa (quæ & ab Hebræis interpretatur oblatio spontanea, quam & sic appellat scriptura) deo patri sub mysterio offertur, ubi illum intuitu eius, ipsius amarissimæ passionis in persona totius ecclesiæ precatur, ut nostra peccata nobis indulgere uelit. Id quod & indubie facit, quum eius filius sit unicus ille & solus, in quo sibi complacet pater coelestis. Atque hoc est, quod ad confirmationem omnium ait Apostolus. Omnis nanque pontifex ex hominibus adsumptus pro hominibus constituitur in ijs, quæ sunt ad deum, ut offerat & sacrificia pro peccatis, quoniam & ipse circundatus est infirmitate, propterea debet quemadmodum pro populo, ita se pro semetipso offerre pro peccatis. Atque ideo quid putamus aliud in altari sacerdotem cogitare, facere ac in persona omnium Christifidelium dicere quam hæc uerba uel eorum sensa. Miserere nostri, miserere nostri o pater bone, & noli diutius nobiscum irasci propter nomen magnum tuum. Et propter nomen sancti filij tui IESV, quem misisti propiciationem pro peccatis nostris per fidem in sanguine suo, propitius esto nobis peccatoribus. Ecce pater omnipotens & clementissime, ecce puerum tuum, quem elegisti, en dilectum tibi filium, in quo bene complacitum est animæ tuæ, ponens spiritum tuum super eum, & mittens eum, ut euangelizaret pauperibus, ut sanaret contritos, ut consolaretur omnes lugentes, & prædicaret captiuis indulgentiam & cæcis uisum. Ecce puerum paruulum tuum, qui natus est nobis, ecce filium tuum, qui datus est nobis, cui etiam non pepercisti, sed pro omnibus ad mortem tradidisti, oblationem & hostiam in odorem suauitatis. O uere languores nostros ipse in corpore suo tulit, &

Hebr. 5. Exod. 12. Leuit. 1. 3 Nume. 7. Danie. 8. Iohan. 1. Malac. 1. Esaiæ 53. Roma. 6 Matt. 3. 7 Marc. 1. 9 Luce 3. 9 Heb. 5. Ibidem. Luce 4. Roma. 8 Esaiæ 53.

dolores nostros ipse portauit. Infirmatus est propter peccata nostra, & uulneratus propter scelera nostra. Tradidit in mortem animam suam, & pro transgressoribus preces effudit. Respice clementissime pater, quisnam ille, qui passus est, & reminiscere obsecramus pro quibus passus est. Hic est enim ille innocens, quem quum essemus peccatores, pro nobis ad mortem dedisti, num non multo magis iustificati nunc in sanguine ipsius salui erimus ab ira per ipsum? Si reconciliati tibi sumus, quum adhuc inimici essemus per mortem filij tui, an non multo magis reconciliati salui erimus in uita ipsius? Ecce agnum immaculatum, qui peccata mundi tollit, cuius precioso sanguine redempti sumus de iniquitatibus nostris. Ecce mitissimum innocentem, qui tanquam ouis ad occisionem ductus est & dum male tractaretur os suum non aperuit. Ecce unicum tibi natum, quem etsi ex omnipotente uirtute tua genuisti, nostræ tamen infirmitatis participem fieri uoluisti. Qui quum in forma diuinæ maiestatis esset, se æqualem deo, tibi patri soli omnipotenti, semetipsum exinaniuit, formam serui accipiens, & in similitudine carnis peccati ueniens, damnauit peccatum in carne, humilians semetipsum tibi pater usque ad mortem crucis, illicque chirographum, quod aduersum nos erat decreti, deleuit, & tollens de medio suffixit illud cruci, in qua expolians principatus & potestates, traduxit confidenter, palam triumphans eos in semetipso. Reduc domine deus oculos tuæ maiestatis super opus ineffabilitatis pietatis. Intuere dulcem tuum natum, toto corpore extensum. Oblustra partes omnes a uertice capitis usque ad plantam pedis, & non inuenitur dolor, sicut dolor illius. Attende pie pater dilecti tibi filij caput uenerandum, horridis circumseptum spinis, diuinum uultum uiuo undique spargens cruore. En impube flagellatur corpus, nudum tunditur pectus, perfoditur cruentum latus, anhelans cor obpalpitat, extensi stringuntur nerui, decora languent lumina, regia pallent ora, melliflua exæstuat lingua, interna arescunt uiscera, liuida rigent brachia, ossa diuelluntur solida, speciosa debilitantur crura, pedes immaculatos unda purpurei sanguinis eluit. Adspice mitissime conditor charissimæ prolis humanitatem, & miserere super infirmorum figmentorum tuorum debilitatem. Specta gloriose genitor gratissimæ prolis lacerata membra, & memorare obsecramus, quantula est nostra substantia? Conspicare dei hominis pœnam, & relaxa conditi hominis miseriam. Vide redemptoris supplicium, & redempti dimitte delictum. Viam scéleratam procul a nobis pelle, & doce nos per spiritum tuum sanctum uiã ueritatis eligere. Obsecramus te, o rex sanctorum, per hunc sanctum sanctorum, per hunc redemptorem nostrum, ut reducas nos in uiam rectã, quo ei ualeamus spũ uniri, qui nostra nõ abhorruit carne uestiri. Expia nos, o pater sancte, per sanguinem testamenti æterni filij tui dilecti, qui dilexit nos, & lauit nos a peccatis nostris in sanguine suo & redemit ab omni iniquitate. Purifica cor nostrum per sanctificationẽ spũs tui, & aspersionẽ sanguinis filij tui ab omni

Margin: Iohan. 1 · Acto. 8 · Psal. 37 · Philip. 2. · Colos. 2 · Thren. 1

immun-

immundicia peccati & conscientia mala. Deus omnipotens propicius esto nobis peccatoribus propter nomen magnum tuum, & iniquitatum nostrarum ne memor sis amplius. Pater iuste, ne attendas multitudinem nostrarum iniquitatum, sed respice faciem Iesu filij tui sancti, qui peccatum non fecit, & peccata nostra pertulit in corpore suo super lignum crucis. Converte igitur o piissime pater, qui es in coelo, nos ad te, & convertamur, tu enim fictor noster es, nos uero lutum & opus manuum tuarum. Ne auertas faciem tuam a nobis, ne declines in ira a seruis tuis. Adiutor esto nobis neque despicias nos, o domine deus noster & salus nostra, per dominum Iesum Christum filium tuum, cui dubio procul, quia semper tuam fecit uoluntatem, & is est, in quo tibi semper bene complacitum, nihil denegare potes, qui tecum uiuit & regnat in unitate spiritus sancti deus per omnia secula seculorum. Amen. Id genus uerbis in altari sacerdos dominum nostrum Iesum Christum patri suo ac nostro coelesti offert.

1. Petri. 4.

OPVS ESSE IN SACROSANCTA MISSA MYSticis Caeremoniis. Caput XXX.

HActenus quid Missa sit, & quae ad Missam requiruntur, quidque sacerdos sit, quamque ob causam a Christo institutus, & in altari quid agat, breuiter reddidimus. Vnde perspicuum euadit, Missam summae dignitatis, uenerationis & utilitatis esse. Quando Christus, summi dei filius, rex regum, & dominus dominantium primus eam celebrauerit & instituerit. Deinde quoque quod in ea pro nobis idem sub mysterio pro redemptione nostra, pro gratia a nobis impetranda offertur intuitu passionis & mortis ipsius dominicae, tanquam uerus agnus paschalis, in quo deus pater uel solo placatur, eius causa nihil non propter nos facere paratus.

Iam uero demum, scitu dignum est, singularibus quibusdam & iis quidem mysticis Caeremoniis opus esse in Missa, non quo ad essentiam Missae, quae quo ad se, carere posset Caeremoniis, sed quo ad eos, qui uirtutis & efficatiae Missae participes esse uolunt atque deuotionis illius. Rem sic habere, satis arguit Missae uocabulum, ex lingua Haebraica mutuatum, quo significatur, quod Graeci Liturgian uocant, nos uero sacrum mysterium uocamus. Atque profecto Missae officium tam prouida spiritus sancti reperitur ordinatione dispositum, ut quae per ipsum & in Christum, ex quo de coelo descendit, usque dum in coelum ascendit gesta sunt, magna ex parte contineat, & ea tam uerbis quam signis admirabili quadam specie repraesentet. Quod quidem officium Missae, siue ad personas celebrantes, quae sunt celebrans ministrans & circumstans, siue ad opera, quae sunt gestus, actus & motus, siue ad tres uerborum diuersitates, quae sunt orationes, modulationes & lectiones, siue ad tres rerum materies, quae sunt ornamenta, instrumenta & elementa respexerimus, certe non aliud inueniemus esse circa Missam, quam repraesentationem quandam iucundissimam mysterij humanitatis & praesertim

passionis Iesu Christi. In Missa sane nullam spectamus Cæremoniam ociosam, quæ uidelicet non suam peculiarem uim significandi haberet cum deuotissima Iesu Christi uitæ, passionis & mortis contemplatione, qua nihil iustius, nihil melius excogitari potest ex institutione etiam ipsius domini nostri Iesu Christi, dicentis, Paulo partim referente: Hæc facite in meam commemorationem. Quotiescunque enim manducabitis panem hunc & calicem bibetis, mortem domini annunciabitis, donec ueniat. Atque nimirum si paucis totam summam dicere & cognoscere uoluerimus, fatebimur oportet ipsam Sacrosanctam Missam esse totius Iesu Christi uitæ, passionis, mortis, resurrectionis & ascensionis &c. repræsentationem, & singularem quandam dominicæ passionis exhibitionē siue ritus ipsius Missæ considerauerimus, siue eius partes æstimauerimus, siue sacerdotem celebrantem, siue ornatum eius, qui celebraturus prodit, siue templum siue altare, siue cæteras quascunque Cæremonias amplexati mente fuerimus, dominicæ passionis Iesu Christi plenam intelligemus significationem, nec minus admonitionem eius, quod circa Missam fieri conuenit. Id quod usque adeo uerum est, ut omēs ferme circa Missam Cæremoniæ non aliud ferme sunt, quam expositio Missæ. Quum omia, quæ in tam sacro, tamque tremendo sacrificio peraguntur, mysteriū dispensationis humanitatis, uitæ, passionis & mortis Iesu Christi sic referunt, ut apud eā præsentes astant siue adsideant in modesta quiete & silentio, quidquid ad Christi uitam, passionem & mortem pertinet, uidere & intelligere possunt, si uel cōsiderant, quæ dicuntur siue canuntur, uel quæ mystice peraguntur in ritibus & uestibus sacris, etsi uerba sacerdotis haud ita percipiant, quemadmodum ex sacrosanctæ Misæ partibus, de quibus sequenti capite, non obscure erit cernere.

Matt. 26
Marc. 14
Luc. 22
1. Cor. 11

SACROSANCTAM MISSAM, QVAM GRAECI Lyturgiàn uocant, tribus præcipuis constare partibus. Caput XXXI.

Siquidem sacrosanctę Misę descriptionem dederimus, opere modo precium nos facere uidemur, si et eius diuisionis partes subiunxerimus, quum alioq materies indiuisa posit facere cōfusionē et errorē. Iā uero tametsi Missa proprie sit ac habeat id, quod in ipso Canone agitur, quando uirtute uerborum Christi corpus & sanguis Christi conficitur & in mysterio Deo patri offertur, quē nos tacitā Missam propterea uocare solemus, obtinuit tamen usus, ut Missam uocemus & habeamus non modo sacrosanctū Canonē, sed & quicquid ante et post ipsum dici fieriqꝫ tēpore succidaneo diuersoqꝫ (quēadmodū crescēs Christianę religionis cultus ad augendā pietatē & deuotionem exigere uisus est) per Apostolos perqꝫ sanctos patres illorꝫ successores, Catholica ecclesia, sui capitis Iesu Christi sequens exemplum instituit & faciendum uoluit, quodque mirabili quadam toto terrarum orbe concordia

non

non sine augmento sacrosanctæ nostræ religionis obseruatum est. Quũ uero considerauerimus, quod ante & post sacrũ Canonem fieri uolult ecclesia, non obscure cognoscemus, ipsam sacrosanctam Missam recte diuidi posse in tres præcipuas partes, non modo propter mysterium sanctę Trinitatis, q̃d Ecclesia in omnibus sacramentis recolit, sed & q̃a Missa sit rep̃sentatio quædam & gratiarũ actio Christi passionis, ad quam se referunt hæ partes.

Prima quidem pars, quæ incipit ab introitu, & durat usq; ad actionẽ, quã Canonem uocamus, repræsentat omnem Christi uitã a natiuitate usq; ad horã, quã traditus est in horto, meritoq; cõputata cũ eius pãssione, quũ sane tota Christi uita nihil aliud fuerit, quã perpetua crux & passio, qualis & nostra nomine ipsius esse quoq; debet, quemadmodum ipsemet per prophetã queru lus ait. Pauper sum ego, & in laboribus a iuuentute mea. Psal. 87.

Secunda pars, q̃ incipit a Canone & durat usq; ad cõmunionẽ, rep̃sentat omnẽ eiusdem Iesu Christi passionẽ usq; ad gloriosam ipsius sepulturam.

Tertia pars, q̃ incipit a cõmunione et durat usq; ad finẽ totius officij, rep̃sentat lætabundã eius resurrectionem usq; ad ascensionẽ, prout uidere erit in singularum partium declaratione, quæ subsequitur.

PRIMAE PARTIS OFFICII SACROSANCTAE MISsæ Cæremoniarum declaratio.

IN prima nimirũ parte sacrosanctæ Missæ sibi uendicat introitus inter eiusdem Cęremonias primũ locũ. Est autẽ introitus, quod uel legitur uel canitẽ in exordio Missæ, propterea dici cœptus hoc nomine, tum etiam quia plærunq; contineat in uerbis suis ea, quæ patriarchæ & prophetæ uaticinati sunt de aduentu, deq; introitu futuro Iesu Christi in hunc mundum, quæq; prædixerunt illi de eius cõceptione, natiuitate, uita, passione & morte &c. Cuius cañ sa ipse introitus plærunq; semper ex prophetarũ Psalmis & oraculis esse desumptus dignoscitur. Quod uero introitus læta & alta canitur uoce, significat primum læticiam & exultationem, qua patriarchæ & prophetæ, cęteriq; pij homines Iesu Christi aduentũ desiderarunt & expectarunt, dicẽtes: Emitte agnum domine, dominatorem terræ. Et rursus: Veni domine & noli tardare. Quod & aperto claret ex eo, quod Simeon senex ille uenerandus ad deum patrem de filio suo, Iesu Christo, nuperrime nato dicebat: Nunc dimittis seruum tuum domine secundum uerbum tuum in pace. Quia uiderunt oculi mei salutare tuum, quod parasti ante faciẽ omnium populorum &c. Quod deinde quoq; Christus natus adfirmauit, inquiens ad discipulos. Amen dico uobis, quia multi reges & prophetæ uoluerunt uidere, quæ uos uidetis & non uiderunt. Atque hinc est, quod idem introitus semper repetitur post uersum ex Psalmo, ut uidelicet clarius exprimatur sanctorum in ueteri testamento patrum de aduentu & introitu IESV Christi summum desiderium; utpote qui per prophetarum facile principem dixerunt. Manda, remanda; expecta, reexpecta. Modicum ibi & modicum ibi. Si moram fecerit; ex-

Esai. 16. Abac. 2. Lucæ. 2. Lucæ. 2. Lucę. 10 Esai. 28. Esai. 28.

Esai. 45. pecta eum, quia ueniens ueniet, & non tardabit. Et idem quoque Esaias in persona omnium clamabat, inquiens: Rorate coeli desuper, & nubes pluant iustum. Aperiatur terra & germinet saluatorem &c.

Kyrie eleison, quod deinde dicitur aut canitur, commiserationis uerbũ: (significat enim kyrie eleison, o dñe miserere:) subindicat Patriarchas illos et Prophetas et ceteros pios homines, qui nõ laeto tñ, sed & moesto quoque desiderio aduentum dñi expectauerint, atque propterea clamauerint, dicẽtes: Ostẽde nobis dñe misericordiam tuã, & salutare tuum da nobis. Miserere nobis, te enim expectamus. Hisce quidẽ uerbis illi pcati sunt dñm, ut eorum misereret, suoque aduentu & introitu liberaret eos a peccatis suis. Repetitur autẽ hoc uerbum Kyrie eleison &c. nonies, Graece & Latine, ut haec repetitio nonaria subinsinuet nouẽ genera peccatorum, a quibus ipse sua natiuitate & morte dñs humanum genus liberare dignetur, utpote a peccato originali, ueniali, mortali, & a peccato cogitationis, locutionis & operis & a peccato fragilitatis, simplicitatis et malignitatis. Deinde quoque triplicatim kyrie eleison significat, quod patres ueteris testamenti precati sunt sanctissimam in diuinis Trinitatem, ut eaper aduentum & introitum Iesu Christi dignaretur eos consociare nouẽ choris angelorum, quos dñs per nonaginta nouem oues in deserto relictas, & per Matt. 18 ipsam ouem perditam, genus humanum perditum quasi decimum, coelestem Lucae. 15 chorum per se restaurandum pulchre subnotauit. Conijcimus autẽ, hoc uerbũ singularis & admirandae uirtutis esse, quum ad deuotam ipsius expressionẽ S. Basilius meruit portas Papiensis ecclesiae habere suopte apertas, & ipse quoque S. Geminianus ad clamorẽ huius uerbi Kyrie eleison quinque reges in fugam conuertisse perhibetur.

(Psal. 84. Psal. 33)

Quum autem interim sic legitur & canitur Introitus & nonies repetitum kyrie eleison, solet ex sacrario sacerdos egredi et altare accedere, per quẽ significatur ipse Christus, qui quondam expectatio gentium, carne sacrosancta sine uirili semine assumpta, non secus ex immaculato utero semper uirginis superbenedictae Mariae non secus atque sponsus de thalamo processit ac introiuit in mundum, passurus pro nobis mortẽ, sibi certo praesciam, atque ideo per Prophetas indubitato praedictam. Id quod ipse mirabilis uestitus & ornatus sacerdotis celebraturi satis concinne demonstrat. In ipsis autẽ indumentis sacerdotis celebraturi & celebrantis conspiciuntur sex, quae sacerdotibus sunt et Episcopis cõmunia, utpote, Amictus, Alba, zona, stola, manipulus, planeta. Quae uel omnia Christi passuri & patientis personã designant et interim sacerdotem, qd eum facere deceat, praemonet. Amictus proinde, quo caput tegitur sacerdotis, repraesentat opimentum, quo Iudaei uelabant faciem Iesu Christi, summi sacerdotis, dicentes: Prophetiza nobis Christe, quis est, qui te percussit. Admonet autem celebrantem sacerdotem, ut quemadmodum ipse amictus caput operit et ipsum pectus siue cor tegit, ita curet ipse sacerdos, ne circumquaque libere prospiciendo illicita de capite cogitet ac in corde meditetur uana, quãdo maxime tũc tpis eius animus ad ea, q̃ diuina sunt, totus intentus eẽ debeat, nec ad ea q̃ sunt uel Cacodęmonis uel mũdi uel carnis quoq̃ modo

(Gen. 49. Psal. 18. Matt. 26)

dissolui.

dissolui. Ne alioq; de eo sit hypocritico populo, de quo dominus ait: Hic populus labijs me honorat, cor autem eorum longe est a me. Sed ut potius dirigat cor suum, ubi est thesaurus suus, qui Christus est, quem deo patri offerre intendit. Hunc uero amictum præfigurauit olim Ephot siue superhumeralis & rationalis, quẽ summus sacerdos gerebat, qui significabat salutẽ, quæ per fidem tribuitur. Ad quã hortat̃ Apostolus, dicens: Galeã salutis adsumite.

Esai. 29. Matt. 15. Matt. 6. Lucæ. 12. Iudi. 17. Ephes. 6.

Alba. s. Camisia post amictũ, significat uestem illam oblongam, qua Herodes impius illudens Christo ad Pilatum remisit eundem.

Lucæ. 23.

Admonet autẽ sacerdotẽ, ut mundus sit celebraturus animo & corpore, siquidem uestis alba mundiciã significet mentis & corporis iuxta scripturã dicentẽ. Om̃i tempore uestimẽta tua sint candida. Atq; propterea scriptũ est. Bissinũ sunt iustificationum sanctorũ. Sicut em̃ bissus uel linum, candorem, quẽ ex natura non habet, multis tunsionibus attritum acquirit per artẽ, sic & homo, maximeq; sacerdos, mundiciã, quã non habet per naturã, per exercitia bonorũ operũ multis castigatiõibus maceratus sortitur per gratiã. Quod meditans Paulus, suum corpus castigabat, & in seruitutẽ redigebat, ne forte quum cæteris prædicaret, ipse reprobus fieret. Cuius imitator esse pro uirili debet sacerdos. Ad huius argumentũ Alba cingulo stringitur, ut intelligatur, uoluptatem in ipso sacerdote carnalem om̃es astringi debere iuxta dñm, dicentem: Sint lumbi uestri præcincti. Id quod zona, qua se sacerdos succingit, apertius cõmonstrat, significans flagellum, quo Pilatus dominum Iesum cecidit, & ita cæsum tradidit Iudæis ad crucifigendum.

Eccles. 9. Apo. 19. 1. Cor. 9. Lucę. 12. Iohã. 19.

Admonet quoq; sacerdotẽ, ut per cõtinentiã & abstinẽtiã ita lũbos cingat, ut corpore castus sit ac mente. Siquidẽ lumbis præcingimur, inquit magnus ille Papa Gregorius, quũ carnis luxuriam per carnis continentiam coartamus, quoniam in lumbis luxuria dominari fertur in uiris iuxta dñm de diabolo loquentem. Virtus eius in lumbis eius, & fortitudo eius in umbilico uentris eius. Ea propter recte Christus ad castitatem hortans ait: Sint lumbi uestri præcincti. i. estote casti. Et ipse quoq; Paulus inquit: State succincti lumbos uestros in ueritate. Id quod in primis concernit sacerdotem celebrantem, quem uere sanctum & castũ esse oportet, quia tractaturus sit eum, qui tam sanctus & castus est, ut peccatũ nõ fecerit, nec in ore eius fuerit dolus unquã.

Iob. 38. Lucæ. 12. Ephe. 6.

Stola repræsentat ligaturam, qua dominus Iesus ad columnam ligatus fuit, admonens sacerdotem, ut iugum domini, quod & stola significat, & eius onus, quod semel in sua ordinatione suscepit, ex animo sinat sibi esse tam suaue quam leue iuxta domini præceptum, quod habet. Venite ad me om̃es qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam uos. Tollite iugum meũ super uos, & discite a me, quia mitis sum & humilis corde, & inuenietis requiem animabus uestris. Iugum enim meũ suaue est, & onus meum leue. Id se facere sacerdos ostendit, quando sibi eam imponit osculo, significans assensum & desyderium, quo se subiicit ei iugo. Quod uero stola ipsa a collo per anteriora descendens dextrum & sinistrum latus adornat, admonet sacerdotem ut id oneris & iugi domini sibi sinat esse suaue & leue, tam in prosperis, quæ per dextrum,

Esai. 53. 1. Petri. 2. Ioan. 18. Matt. 11.

xtrum, quam in aduersis, quæ per sinistrum latus significantur, nec frangatur in aduersis, nec eleuetur in prosperis. Atq; hoc est, quod Episcopus in ordinatione dicit ad sacerdotem, porrigendo stolam. Accipe iugum dei. Iugum enim suaue est, & onus eius leue, suaue in prosperis, & leue in aduersis. Proin sacerdos cum stola ceruicem pariter & utrunq; premens humerum signo crucis in suo pectore se consignat, cuius uirtute possit imperterritus & patienter inter prospera & aduersa consistere. Propterea q; partes stolę quasi semper ante pectus in modum crucis ducuntur, sub quibus ipse sacerdos mitis, humilis & obediens incedere debet, ostensurus Euangelii crucifixi obedientiam, quæ per stolam, qua nunc utimur, intelligitur.

Matt. 11.

Manipulus ipse repræsentat funem, quo dominus Iesus in nocte, qua tradebatur, cōprehensus a Iudæis ligatus fuit.

Admonet autem sacerdotē & quęcunq; (sicut in cæteris Cæremonijs) astantem, ut quū iugum dñi portet ac illud sibi sinat esse suaue & leue, sicq; perseueret in finem, certo sit in cœlo habiturus præmium, quod designat manipulum, iuxta illud: Venientes autē uenient cum exultatione, portantes manipulos suos.

Psal. 125.

Casula siue planeta, quæ sup omēs deinde uestes induitur, repsentat uestimentum illud purpureū, quo milites circumdederunt dñm Iesum post flagellationē. Admonet autē sacerdotē, ut charitatem habeat, sine qua nunquam agere debet officiū, quo possit cū propheta dicere. Voluntarie, id est, ex uera charitate non coactus aliquo modo, sacrificabo tibi. f. hostiam laudis, qualis est oblatio Iesu Christi in Missa. Sine qua nimirū charitate homo, maximeq; sacerdos, est sicut es sonans aut cimbalum tinniens, ut pote sine qua nihil est, quantumuis alijs omnibus uirtutibus resplendens teste Paulo. Intelligimus autem charitatem per casulam, quia sicut casula tegit omnes uestes, easq; omes planat, continet ac claudit in se, sic etiam charitas operit multitudinē omnium peccatorū, & omnia legis & prophetarū mandata, sicut Christus ait, cōtinet, plenitudinemq; legis habet teste Paulo, quum finis præcepti sit charitas de corde puro & conscientia bona & fide non ficta. Atq; nimirum charitas est uestis illa nuptialis, de qua dñs ad quēdā in nuptiis ait: Amice quomodo huc intrasti, non habens uestem nuptialem. Sic sacerdos nunquā accedere debet altare celebraturus sine illa ueste, ad id quidem conuiuiū, in quo filio reuertenti pater occidit uitulum saginatum, panē uitæ & uinū, quod miscuit sapiētia. In quo Christus disposuit suis hæredibus regnum, ut super mensam suam ederent & biberent. Id quod sacerdotes faciunt, augustissimū Eucharistiæ sacramentum in altari tractantes. Et hactenus de habitu & uestitu, quo tam sacerdos quam Episcopus in celebratione Missæ utitur, Christum per omnia repræsentans intuitu passionis ipsius, cuius inter alia commemoratio est ipsa Missa.

Ioan. 19.
Psal. 53
Psal. 115.
1. Cor. 13.
Iaco. 5
1. Petri. 4
Matt. 22
Marc. 12
Lucę. 10
Rom. 13.
1. Tim. 1.
Matt. 22
Lucæ. 15
Prou. 9.
Matt. 26
Marc. 14
Lucæ. 22

Eant modo Missæmastiges ac sacerdotem sic indutum & Christum sic repræsentatum, in alba eademq; oblonga ueste cum Herode impio derideant uti fatuū, quos utiq; propterea Christus irridebit & sannabit, & in furore suo

Lucæ. 23
Psal. 2

re suo

re suo conturbabit quasi huius mundi sapientes, qui suos uti stultos irriserūt, fietq; uerum, quod ait ipse. Perdam sapientiam sapientium & prudentium prudentiam reprobabo. Esaiæ. 19 1. Cor. 1.

Cum proinde sacerdos ita mysticis indutus uestimētis, Christum in mundum uenientem repræsentans, ex sacrario tanquam de thalamo suo sponsus ad altare procedit & egreditur, comitantur & deducunt ipsum sacerdos & Leuita, significantes legem & prophetiam, quæ Christum mundo uenturum prædixerunt, non autem saluare potuerunt. Id quod Christus ipse satis aperto ostendit per Samaritanum, per quem intelligit in spiritu seipsum, qui solus sauciatum, per quem significabatur humanum genus, a latronibus, per quos intelligebantur Cacodæmones, in quos de Hierusalem in Hierichontem descendens inciderat, sanauit, non autem nec sacerdos nec Leuita, quando uterq; uisum sauciatum prætererit. In cuius argumentum Moses in persona legis, & Helias in persona prophetiæ comparuerunt in monte Tabor, cum Christo loquentes de excessu eius, id est, de eius morte et passione, quam completurus erat in Hierusalem, propter quam ipse uenturus erat in mundum natiuitate sua secundum prædictionem legis & prophetiæ, quas designant sacerdos & Leuita, celebrantem comitantes, quasiq; dicentes. Ecce uenit propheta magnus, & ipse renouabit Hierusalem, de quo prædixerunt leges & prophetæ. Omnes enim, inquit Christus, prophetæ & lex usq; ad Iohannem prophetauerunt. Quod uerificatum in Christo Iesu intelligentes Hebræi concorditer clamarunt de Iesu Hierosolymis die dominica Palmarum ingrediente: Benedictus, qui uenit in nomine domini, Osianna in excelsis &c. Id totum reducitur in memoriam in prima parte sacrosanctæ Missæ. Psal. 18. Luc. 10 Matt. 17 Marc. 9. Luca. 9. Matt. 11. Matt. 21. Marc. 11. Luc. 19. Iohā. 12.

Quod deinde sacerdos celebraturus, dum canitur introitus & kyrieleison, ad seipsum reuertens se ante altare inclinat suaq; peccata confitetur, arguit, quia Christus coelos inclinauerit e coelo descendens, seq;, Paulo testante, sic exinanjuerit, ut non modo, qui fuit in forma dei, adeoq; deus ipse, formam serui acceperit, in similitudinem hominum factus, obediens usq; ad mortem crucis, sed & ita, propheta teste, nostra peccata portauerit, ut factus sit ut peccator, proptereaq; circumcisus & baptizatus, & adeo reputatus cum iniquis, ut ipsum homines peccatorē reputauerint. Cuius causa Paulus ait, eum pro nobis peccatum fecisse, qui peccatum non nouit, nec in ore eius dolus fuit unquam, teste propheta, quodq; deus filium suum miserit in similitudinem carnis peccati. Atq; hoc est, quod ipse ueniens in hunc mundum in persona nostri omnium sui misereri precatus est patrē sicut peccator. Id quod multi Dauidis Psalmi subindicant, & hoc ipsum quoq; sacerdos celebraturus arguit, confessionem suorum peccatorum coram altari faciēs, ubi uerum rursus fit, quod scribitur: Iustus in principio accusator est sui. Philip. 2. Esai. 53 2. Cor. 5. Esai. 53 Roma. 8 Esai. 53 Roma 3 Prou. 18

Postq̄ sacerdos ante altare confessus est, osculat deinceps altare, p hoc significās, Christū ad nos uenientē sibi ecclesiā pacifice copulasse, nobisq; cum deo patre sua natiuitate pacē, q̄ per osculū oris significat, humanitatemq; diuinitati sic unisse, ut inter deū & hominē facta sit pax æterna, quemadmodum

Psal. 71. propheta prędixit, ingens: Orietur in diebus eius iusticia & abundātia pacis. Et quidem alius: Pax erit in terra nostra, cum uenerit.

In cuius argumentū mox decātato uel lecto introitu & kyrie eleison legitē siue canitur hymnus. Gloria in excelsis, quē nato Christo cecinerūt angeli, di- Lucæ. 2. cētes: Gloria in altissimis deo, & in terra pax hoībus bonæ uoluntatis. Quia uero tū sacerdos repr̄sentat etiā personā angeli fit, ut ipse eundē hymnū incipi at, & incipiendo & cātando nōnullis utitur Cæremonijs.

Psal. 18. Primo stat, inchoando silens, significās, Christū, scriptura teste, natū & ue nisse, quādo fuit media nox, qn̄ mediū silentium tenuerunt oīa. Hinc Euan Lucę. 2. gelion dicit, quod pastores custodierint uigilias noctis sup gregē suū, quāuis Psal. 137 nox, qua Christus natus ē ac uenit, sicut dies, propheta teste, illuminata fuerit.

Secundo uertit se ad orientē, significās, quod angelus annuncians Iesu Christi natiuitatē ab Oriēte uenisse in Bethlehē, q̄ & redijt ascēdendo coelū. Hinc Matt. 2. & tres reges a finibus terræ uenientes dicebāt se uidisse eius stellā in Oriente.

Tertio stat in medio altaris, arguēs Christū uenisse, uti scribit etiā Paulus, 1. Tim. 2 mediatorem dei & hominū, suaq; natiuitate & aduentu fecisse pacē inter de- Hebr. 9. um & hominem.

Quarto manus eleuat cum gaudioq; canit, significās ineffabile gaudium, quod hominibus accidit ex Christi aduentu & natiuitate iuxta angelum, dicē tem: Ecce ego Euangelizo uobis gaudium magnum quod erit oīni populo, Lucæ. 2. quia natus est uobis hodie saluator in ciuitate Dauid. Verum non fecit illam pacem dominus sua natiuitate solum inter deum & hominem, sed & inter hominem & angelum: imo inter hominem & hominem, qui ante Christi natiuitatem mutuas inter se habuerunt inimicitias. Siquidem homo per inobe Gene. 3 dientiam deum creatorem offenderat, ac idem per casum suum restauratio- Esai. 14. nē angelorū impedijuerat, atq; per uarios ritus se ab homine separauerat. Iu- dæus eīn Cæremonias excolebat, gētilis uero idololatriā exercebat. Ipse ue- Ephes. 2. ro dn̄s aduenićs sua natiuitate nō modo fecit utrosq;, ut ait Paulus, unū, sed et Colos. 1. restaurauit & pacificauit q̄ in coelis sunt & in terris omnia. Quandoquidem aufferēs pctm̄ recōciliauit hominē deo, reparās casum recōciliauit hominem angelo, destruēs impios ritus recōciliauit hominē homini. Atq; ideo loqtur angelus & cōgaudet pastoribus, qa pax est inter angelos & homines refor- mata, nascit̄ deus homo, qa pax est inter deū & hominē restaurata, nascitur in p̄sepio bouis & asini, qa pax est inter homines & homines reparata. Per bouē eīn Iudaicus, per asinum uero gentilis populus figuratur. Hinc angelus: Gloria, inquit, in excelsis deo, & in terra pax hominibus &c.

Id quod ipse sacerdos, finito hymno, cōuertēs se ad circumstātes cōfirmās ait tanq̄ ad pastores angelus. Dn̄s uobiscum. Episcopus uero, q singularius dn̄i uicē gerit, ait: Pax uobis. Quo quidem uerbo duo facit.

Primo cōfirmat, quod angelus dixit, uenisse uidelicet & natum esse dn̄m Iesum, ueluti prophetæ p̄dixerūt, proptereaq; hortādo dicit. Oremus. Q. d. nunc oportet, o fratres, orare deum patrē, qa nūc suæ erga nos indignationis oblitus, & ob filium suū, dominum nostrum Iesum Christum natum nobis

recon

reconciliatus certo nos eius nomine auditurus est, quum sit in quo sibi complaceat ipse. Quod & ipse dominus adprobat, inquiẽs: Amen amen dico uobis, si quid petieritis patrem in nomine meo, dabit uobis. Petite & accipietis. Mat.21. Mar.19. Luce.13. Iohã.16.

Secundo salutat circũstantes nõ secus atq; pastores angelus, optans eis, ut dñs sit cum ipsis. Q. D. Dominus uobiscũ. i. in uobis maneat, & uos premio aeternae uitae remuneret & petitionibus uestris effectũ tribuat, ut gratiam dei impetretis perseuerãtes in illa. Hęc autẽ salutãdi forma desumpta est ex libro Ruth, ubi in hanc formam legit Booz salutasse messores suos. Et ipse quoq; Propheta in Paralippomeno Aza regẽ & eos, qui cũ ipso fuerunt salutauit. Ruth.2.

Praemittit itaq; sacerdos suis in altari precationibus salutationẽ & optionẽ, dicens: dominus uobiscũ, ut populum, sicut pastores angelus, reddat attentũ, utq; mens eius ad deum dirigatur & ei per intentionem sedulam coniũgatur. Cui quoq; populus siue chorus respõdet optans ei uicissim dicẽdo. Et cũ spiritu tuo. s. sit dominus. Id quod desumptum est a Paulo dicente: Dominus Iesus Christus cum spiritu tuo. Quae quidem mutua salutatio subindicat, sacerdotis & populi unius debere affectus esse. q. d. ipse populus. Tu pro nobis facturus es preces ad dominũ deũ tuum, & quia ille dumtaxat eas adprobat preces & exaudit, quae de bono corde procedũt, oramus & nos similiter pro te, ut ipse, sine quo nullum est bonum, sit cum spiritu tuo, ut qui tecum est in ore, sit & in corde & in te maneat, ut per spiritum eleuatus digne pro nobis sacrificare possis, & impetrare, quae precaberis. 2.Timo. ultimo.

Praemissa salutatiõe, uertit se sacerdos reuertendo ad Orientẽ, unde uenit & quo reuersus est. Cui nomen est Oriens, & stans, tanq̃ uice Christi mediator dei & hominum, in medio, qualicq; de sua bonitate parte confidens uniuersam ad se colligit ecclesiã (unde & eius oratione Collectam dici putant) quasiq; Syndicus omnium, dicit: Oremus. q. d. Orate omes simul mecum, ut quod postulamus, eo citius impetremus, q̃m sit ac censeatur impossibile, ut deus multitudinẽ cõcorditer nomine filij sui orantem non exaudiat, qui dicit se duos uel tres cõgregatos in nomine suo orantes patrẽ prorsus exauditurũ. Sic ipse Christus ad patrem in horto oraturus hortabatur & discipulos ad orandum: quippe faciens quod ipsemet docuit. Zach.6. 1.Tim.2. Matt.26 Marc.14 Luce.22

Deinde ad finitã precationem respõdet populus: Amen, quod uerbum est Hebraeum, ualens idẽ, quod fiat apud Latinos, de quo alias multa diximus. Est autem hac parte nequaq̃ silentio praetereundum, circunstantes in Missa septem uicibus a sacerdote uel ideo cum optatione, Dñs uobiscum, salutari, quatenus uidelicet exclusis septem uicijs capitalibus suscipiãt septem spiritus sancti dona, ad quae mysteriũ Sacrosanctae Missae refertur. Primũ quidẽ in exordio Missae ante collectam salutat sacerdos adstãtes, inquiens. Dominus uobiscũ, subinsinuans primũ donum spũs sancti, quod est Sapiẽtia, q̃ patris est aeterni Iesus Christus, ex ore altissimi prodiens in hunc mundum descendit ad saluandum nos, quemadmodum canit ecclesia tẽpore dominici aduentus, qui per introitum Missae designatur. 1.Cor.1. Eccle.24

Nec ignorandũ est illud, quod sacerdos petita petit semper in fine collectę

VV ii a patre

a patre cœlesti dari concediq́ꝫ nomine & amore filij Iesu Christi, dicens. Per dn̄m nostrū Iesum Christū, filium tuum, Dominum nostrū, utpote sciens & designans, quod uere petitur a patre p̄ filium, certo (si salutare fuerit) obtineri, quum filius sit in quo patri cōplacitum sit, q̄ semper pro sua reuerētia exauditur, cui pater, q̄a semper eius uolūtatē fecit, nihil potest denegare. Quod ipse sciens ait. Quicquid petieritis patrē in nomine meo, fiet uobis. Atq́ꝫ ideo sacerdos plærunq́ꝫ semper orat ad deum patrē per filium, sine quo beneficiū patris ad nos descendere minime ualet, quum sit ipse solus uerus inter deū & nos mediator, p̄ quē patris beneficiū nō secus oportet ad nos descendat atq́ꝫ p̄ medianteē cristallū descēdit ignis a sole longinquo in escā suppositam.

Mat. 3. Mat. 17. Mar. 19. Luc. 3. 9. Iohā. 8 Mat. 18 1. Tim. 2

Orat autē sacerdos in collectis, manibus eleuatis, ad innuēdum, ut & cor ipsum eleuetur ad deum. Sic orauit Moses, quum pugnauit aduersus Amaleck. Et ipse quoq́ꝫ Solomon ita precatus est. Ad quem pariter modum creditur orasse Christus dn̄s in Oliueto. Et ad eum modum orandi monet Apostolus inquiens: Manus remissas erigite et genua debilia roborate. Insuper nō ignorandum est, quod sacerdos se semper ad populum uertit a dextra, & per eandem se conuertit seu reuoluit ad altare.

Exod. 16 3. Reg. 8 Heb. 12.

Primo, ut subindicet, dextram dn̄i facere uirtutē, dextram domini exaltare, dextram domini facere uirtutem.

Psal. 117

Secundo, q̄m angelus in sepulchro dominico sederit ad dextram.

Mar. 16.

Tertio, ut admoneatur ipse sacerdos, ut habeat rectam & attentam intentionem pro se & populo ad cœlestē patriam, quę per dextram significatur. Iuxta illud in Canticis: Dextra eius amplexabitur me.

Cant. 2.

Quarto, ut moneat populum, q̄tenus singulariter oret pro æternis, q̄ significātur per dextram, ad quā sedere cum patre dicitur. Quod uero se reuoluit a sinistra, quum dicit. Orate pro me fratres, fieri solet, ut se præparet ad imolandum, quendam faciens circuitum iuxta illud: Circuiui & imolaui in tabernaculo eius. Et q̄a sinistra imperfectionis est, ostendit se esse imperfectum, peccatorē & indigentē aliorū auxilio impēdendo. Deinde ut ostēdat se recordari dn̄icæ passionis, proptereaq́ꝫ sibi esse tristitiā, q̄ recte significatē per sinistrā. Vnde Apostolus, a dextris & a sinistris, per gloriā & ignobilitatem. Reuoluit autē se sacerdos in medio altaris, ut ita notet se quoq́ꝫ aperire os suum in medio ecclesię, deq́ꝫ medio cordis debere populū ad deum orare.

Mar. vl. Psal. 26 2. Cor. 6. Eccle. 15.

Orationibus collectis decantatis siue lectis, sacerdos ipse legit epistolam, doctrinā, declarantē legē, Prophetas & Euangelion, cui p̄parat illa uiā intelligentiæ, sicut doctrina Iohānis præparauit uiā Christo, cuius est ōme Euangelion, q̄d Apostoli docēdo declararunt. Canitur autē inter epistolā & Euāgelion Alleluia, canticum uidelicet laudis & exultationis uel etiā aliud loco Alleluia, sicut alibi diximus, Id quod significat, Christum una cum Apostolis magno cum gaudio tā Iudęis quā gētilibus Euāgelion gaudii prædicasse, bonumq́ꝫ nunciū. s. de recōciliatiōe dei patris p̄ aduētū fi'ii sui, quēadmodum clarius ostēsuræ sunt Cæremoniæ, q̄bus utit̄ ecclesia circa lectionē Euangelii, quod statim epistolā, Alleluiaq́ꝫ siue graduale & prosam alicubi subsequit̄.

Mala. 3. Mat. 3. 11 Luc. 7.

Iam

Iam uero quia Euangelion nō immerito pars sit primę partis sacrosanctę Missæ potior, & omēs in officio Missæ partes ei consentiant in intellectuali ratiōe, cæterisq; omībus inibi rebus non secus præemineat, quā caput cęteris p̄eminet membris, factum est, ut ipsum & eius codicem & huius lectionē Catholica ecclesia singularibus Cæremonijs decorauerit & exornauerit. Et quia uero paucos esse, & eis quidem utentes, qui mysticas earum Cæremoniarum significationes cognoscant, arbitramur, & eas aliquando parum uel nihil prodesse, si non intelligantur, aut si intelligentes eas non re ipsa præstiterint, cuius illæ signis uisibilibus admonent, operæprecium duximus, ut hoc loco perquam paucissimis eas ipsas Cæremonias recensuerimus, earumq; significationes mysticas declarauerimus.

1 Primo proinde sacerdos Euangelion lecturus accipit ipsius librum de altari, q̄d repræsentat Sion & Hierusalē, per quod significatur, quia uerbū domini, quod est Euangelion, adeoq; lex Euangelica exiuerit de Sion & de Hierusalem, iuxta Prophetā, qui hoc intellexerat a domino dicente: Ecce dies ueniunt dicit dn̄s, & consumabo testamentum nouum supra domum Israel & supra domū Iuda. [Esai. 2]

2 Secūdo petit ab alio, utpote uel sacerdote uel Episcopo benedictionē, quę quū datur mittitur tandem ad legendum Euangelion, argumento, non debere prædicare Euāgelion nisi eum, qui mittitur ab ordinario, prout alias Apostolus euidenter docet ex uerbis dn̄i dicentis: Rogate dn̄m messis, ut mittat operarios in messem suam, quos & deinde binos & binos misit ad prædicandum. Sic benedictionem accipiens, missus est Moses, sic Esaias, sic Hieremias, sic Christus a patre, sic ipsi Apostoli a Christo missi sunt. [Rom. 10] [Lucę. 10] [Exo. 3. 24.] [Esai. 6] [Hiere. 1.] [Iohā. 20]

3 Tertio, sacerdos, qui prius stetit ad dextram altaris, it ac conuertit se ad sinistram uersus Septentrionem & ad partē Aquilonarem gentilitiamq; tum Idolatriæ deditam, significās, Euangelion primo fuisse a Christo & Apostolis prædicandum Iudæis, qui per dextram, deinde gentibus, quę per sinistram intelliguntur, Iudæis respuētibus ipsum, prout Paulus & Barnabas dixerūt ad Iudæos. Vobis oportebat primū loqui uerbum dei, sed quoniam repulistis illud, & indignos uos iudicatis uitæ æternæ, ecce conuertimur ad gentes. Sic enim præcepit dominus. Dixerat enim ipse ad discipulos: Euntes in mundum uniuersum, prædicate Euangelion omni creaturæ, incipientes ab Hierosolymis. [Mar. 1] [Acto. 13] [Marci vltimo.]

Quod uero rursus ad dextrā se cōuertit circa finem, significat, Euāgelion rediturum circa finē mundi ad Iudæos ad prædicationem Enoch & Heliæ, qui conuertent corda patrum ad filios, saluabiturq; tandem Iuda, fientq; saluę reliquiæ Israel, uti Paulus grauiter disputat ad Romanos. [Lucæ. 1.] [Esai. 10.] [Hiere. 33] [Roma. 9]

4 Quarto solet alicubi codex Euangelicus auro, argento, ebore, serico, gemmis aut rebus id genus decorari preciosis, argumēto, quod in ipso Euangelio sit preciosa illa margarita, q̄ non sit ante porcos projcienda, utpote quę tam sit preciosa, ut propter eam negociator Euangelicus ille discessit & uendidit omnia, quæ habuit, & emit eam. [Matt. 7.] [Matt. 13]

Monet interea quoq; liber tam decoratus, ut ipsi nos generosis & iis quidem Euangelicis uirtutibus, quæ gemmis recte comparantur, adornare debeamus, ut liber Euangelii ornatus est, quibus alioqui non proderit uel legere uel audire Euangelion.

5 Quinto præfertur Euangelio, & tenetur ante ipsum puluinar, quod ei supponitur, argumento, quod suaue sit iugum domini & onus Euangelii portare uolentibus, uelut ipse dominus ait, & Propheta fatetur, inquiens: Quam dulcia faucibus meis eloquia tua.

Matt.11. Lucæ.8. Psal.118.

6 Sexto præfertur thurribulum, significās prędicatorem & eius auditorem in Euangelio legendo & audiendo debere esse deuotum in oratione, quę significatur per thus incensum, iuxta Dauidem dicentē: Dirigatur oratio mea, sicut incensum in conspectu tuo. Id quod etiā in Apocalypsi animaduertitur.

Psal.140. Apoc.8.

7 Septimo præferuntur lumina cerealia, partim significantia, umbram legis antiquę recessisse, ueritatem uero per Euangelion aduenisse, qua totum genus humanum illuminetur, partim quod & prædicatores & auditores Euāgelii bonis operibus coram deo & hominibus uti lumina debere lucere spiritualiter. Id quod dominus Euangelii, lux, uita & doctrina protestatur, inquiens: Sic luceat lux uestra coram hominibus, ut uideant opera uestra bona, & glorificent patrem uestrum, qui in cœlis est. Et rursus: Sint lumbi uestri præcincti & lucernæ ardentes in manibus uestris, quandoquidem Euangelion hoc ipsum est lumen, quod sub modio locandum non est, sed in alto ponendum, ut omnibus, qui in domo sunt luceat.

Iohan.1. 1.Cor.10. Matt.5. Lucę.12. Matt.5. Marc.4. Luc.11.

8 Octauo præfertur crux, per quod significatur, Euangelion prædicare crucifixum & eius fidem, per quam sanamur a morsu serpentis, suspensi quondam in palo in deserto, per quem fuit diabolus præfiguratus. Argumento quoq; quia debeat prædicator & auditor Euangelii crucem domini sequi & uiam ipsam durā & arctā & portā ad regnū cœleste prorsus angustā, dicēte ipso dño: Si quis uult post me uenire, abneget semetipsum, & tollat crucē suā & sequatē me. Quod intelligēs Petrus ait: In hoc uocati estis, quia et Christus passus ē pro nobis, uobis relinquēs exemplū, ut uestigia sequamur eius.

Num.21. Iohan.3. 1.Cor.10. Matt.7. Matt.16. Marc.8. 1.Petri.2.

9 Nono salutat populum, dicens, Dñs uobiscum, et est secunda salutatio in Missa, significans secundum donum spūs sancti, quod est intellectus, quandoquidem propterea dominus prædicauerit Euangelion, ut doceret nos uerbum suum intelligere, & intellectum facere, qm̄ ipse cœperit facere & docere. Populus autem resalutat, inquiens. Et cū spiritu tuo, significans se seruare, quod dñs præcepit, inquiens: In quancūq; domum intraueritis, primū dicite, Pax huic domui. Et si fuerit illic filius pacis, requiescet super illū pax uestra.

Acto.1. Matt.10.

10 Decimo munit se signo sanctæ crucis, contra uidelicet Cacodæmonē uersus Aquilonē, ubi fertur peculiaris esse locus illi, unde pādetur om̄e malū super habitatores terrę, q ab eo propterea loco dicebat: Ponā sedē meā ab Aqlone & similis ero altissimo. Cōtra quē propterea sacerdos se munit ac dicit. Aquilo. i. diabolus, surgat. i. fugiat, & ueniat Auster. i. spūs sanctus, ne ueniat diabolus et impediat salutarē Euāgelii lectionē propter pctā, a qbus singulariter

Hiere.1. Esai.14. Cant.4.

lariter immunis esse debet prædicator, ne posset alioqui dominum audire ad se dicere. Quare tu enarras iustitias meas, & cætera, & adsumis testamentum meum per os tuum? Siquidem non sit speciosa laus in ore peccatoris. Et auditurus Euangelion pariter debet se consignare signo crucis contra diabolum, ne uidelicet iste ueniat & tollat semen, hoc est, dei uerbum, quod est Euangelion, e corde eius, ne credat & saluus fiat, uerum ut magis possit ipsum audire in bono & optimo corde, & ipsum retinere & ex eo fructificare.

Psal. 49. Eccles. 15 Matt. 13 Marc. 4 Luc. 8

Vndecimo legens Euangelion osculatur librum, significans ipsum esse librum Christi crucifixi, quem Apostoli prædicarunt esse reconciliatorem & factorem pacis, quæ designatur osculo.

11. 1. Cor. 1 Ephesi. 2

Duodecimo sacerdos legit ac canit in loco æditiore & uoce altiore, significans se facere, quod dominus per prophetam iubet. Super montem excelsum ascende tu, qui euangelizas Sion, exalta in fortitudine uocem tuam. Quod & ipsemet dominus seruauit, ascendens in montem, prædicaturus Euangelion, & docturus idipsum, dicens. Beati pauperes spiritu, uolens, ut prædicetur super tecta, & dicatur in luce, quod ipse dixit in tenebris. Siquidem nemo sit, qui non debeat aut possit audire Euangelion, quum propterea uoluerit, ut eius sonus iret in omnem terram, & uerba eius in fines orbis terrarum. Nec ipse dominus Euangelij quenquam secludit ab Euangelio, dicens. Venite ad me omnes, qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam uos. Antequã uero sacerdos legit Euangelion, ait. Sequentia sancti Euangelij secundum N. nominans Euangelistam, cuius sunt uerba, quæ lecturus est, significans, se modo nunciare bonum nuncium, quod Euangelista, quem nominat, de Christo nato scripsit.

12. Esaiæ 40 Matth. 5 Lucæ 6. Matt. 10 Lucæ 12 Psalm. 18 Roma. 10 Matth. 11

Tertiodecimo respondet populus siue chorus, Gloria tibi domine, conuertens se uersus orientem, audito Euangelij titulo, siue bono nuncio. Q. D. Tibi o domine Iesu Christe, qui uerus es Oriens, tibiq; nomen est Oriens, gratias & laudes tibi merito damus, quod hæc præstiteris & feceris, quæ tuo nomine nobis Euangelista nunciat & euangelizat, quippe quod nostri causa natus fueris, uixeris, docueris, miracula patraueris, passionem & mortẽ nostri causa subieris, resurrexeris, patri tuo nos reconciliaueris, uiuos & mortuos in te credentes a peccato, diabolo & inferno liberaueris. Id quod nos corde ad iustitiam, ore autem ad salutem confitemur, & cruce inibi facta cordi testamur, nos esse paratos crucem sequi tuam, tuoq; nomine crucem nostram patienter ferre.

13. Zach. 6. Roma. 10 Matt. 10. Marc. 8 Lucæ 14.

Quartodecimo, audiens Euangelion stat, seq; curuat humiliter uersus legentem, significans, se paratum pro Christi fide & Euangelio præliari usque ad mortem, memor uerbi Christi dicentis. Qui non habet gladium, uendat tunicam, et emat illum.

14. Lucæ 22.

Quintodecimo, audit nudo capite, significans primũ, Euangelio summã deberi reuerentiã, quam plærunq; solemus exhibere nudando caput, curuando ceruicem et genu. Id quod totum simul Euangelio præstatur.

15.

Insuper illa capitis nudatio significat, in Euangelio reuelata esse omnia, quæ sub uelamine & figura in lege & prophetis occulta fuerunt. In cuius argumentum quoque uelum templi scissum est in Christi passione, quam in Missa recolimus. Præterea facit etiam illa denudatio ad intentionem apertiorem & sensuum faciliorem intelligentiam.

Iohan. 1. Matt. 27. Marc. 15. Luc. 23.

Sextodecimo legens & audiens Euangelion, finito eodem Euangelio, rursus osculatur librum, dicens: Per hæc Euangelij dicta deleat nobis dominus nostra crimina & delicta. Amen, idem quod antea significans osculo, Christum uidelicet sua natiuitate, uita, passione & morte, nostra deleuisse peccata, secisseq; pacem inter deum patrem & nos homines.

Eph. 2.

Septimodecimo sacerdos una cum choro & populo clara uoce profitetur Symbolum Catholicæ fidei, significans se credere, quod Euangelij prædicatio nunciauit, prout olim crediderunt homines ad Iesu Christi & eius Apostolorum Euangelij prædicationem. De Christi quidem prædicatione dicitur. Hæc eo loquente multi crediderunt in eum. De prædicatione uero Apostolorum scribitur. Multi autem eorum, qui audierant uerbum, crediderunt. Et rursus. Audientes autem gentes gauisæ sunt, & glorificabant uerbum domini, & crediderunt quotquot erant præordinati ad uitam æternam.

Ioh. 2. 11. & 12. Acto. 4. Acto. 13.

Quod uero alta uoce Symbolum legi soleat, significat, quia fidem IESV CHRISTI publice debemus & corde & ore & opere coram omnibus hominibus confiteri, nec de ea erubescere, quantumuis ipsa sit impijs Iudæis scandalum & gentibus stultitia, cæterisque pereuntibus derisio, sed apud deum summa est sapientia, cui placuit per uerbi stultitiam nos saluatum iri. Non est autem, inquit Daniel, confusio confitentibus ipsum, eo ipso dicente: Qui me erubuerit, & sermones meos, hunc filius hominis erubescet cum uenerit in maiestate sua & patris & sanctorum angelorum.

1. Cor. 2. 1. Cor. 1. Dani. 3. Luc. 9.

Hæc hactenus de Cæremonijs Catholicis, circa lectionem Sancti Euangelii singulariter obseruari solitis, imo & de omnibus generatim Cæremoniis primæ partis officii Missæ, non obscure declarantibus & repræsentantibus ea, quæ facta & gesta sunt circa Christi natiuitatem & uitam, quæ certe tota fuit crux & passio, cuius commemoratio fit in Sacrosancta Missa, quæ tamen interea etiam docent, quomodo se sacerdos una cum populo præparare possit ac debeat ad secundam eiusdem Missæ partem, in qua cōmemoratur ipsa realis Christi passio cum morte ipsius, quam & Cæremoniæ satis aperto in ea repræsentant, uti subinde uidere est.

SECVNDAE PARTIS OFFICII SAcrosanctæ Missæ Cæremoniarum declaratio.

PRima Cæremoniarum secundæ partis sacrosanctæ Missæ, q̄ suum capit initium

initium ab Offertorio,cantico uidelicet Psalmodico, statim fidei Symbolum subsequente,est,quod sacerdos se conuertens ad populum salutat eundem, dicens: Dominus uobiscum,quæ tertia est in Missa salutatio,significās tertiū spūs sancti donum, q̄d est cōsilium,qm̄ Christus secreto dei consilio,ut nos redimeret,obtulit se in passione, cuius hac in parte fit cōmemoratio. Optat autē populo sacerdos,ut cum eo sit dn̄s, sine quo salutariter nec possit orare nec offerre,quum sit oīs in eo nostra sufficientia. Cui populus siue chorus ui cissim optat,ut dominus sit quoq; cum spiritu ipsius,ut & ipse possit salutari ter precari & offerre. 2.Cor.3

Deinde subijcit,dicēs Oremus,innuens,quatenus populus orēt,ut fidē in Symbolo recitatā credat et in ea stabilis pmaneat,cui sit alioq minime profutura,quā faciat,oblatio,imo monet etiā eo uerbo,Oremus,ut unusquisq; ad se redeat,conscientiāq; suam discutiat,quo possit seipsum, hortatore Paulo, deo offerre corpus & animum suum in hostiam uiuentem, sanctam, deo placentem. Rom.12

Qua quidē hortatiōe pmissa mox chorus canit una cū presbytero uerba Offertorij.In quibus uerbis & penes ipsa sacerdos tribus utitur Cæremonijs,quę tria repræsentant,quę Christus instante eius passione fecit, cuius potissimum hac parte fit memoria.

Primo legit aut canit uersum Psalmi,quem uocamus Offertorium, q̄ repræsentat ipsam nouissimā cœnā,in qua Christus agnum legalē manducauit, ac interim paupibus more suo distribuit. Offertoriū pmo dici cœptū,qa tū sacerdos offerat quasi alter Melchisedech dona cōsecrāda,panē uidelicet & uinum,tum,quia quondā ante Missam Christiani cōuenīētes,sumpturi cœnam dn̄icam quasi discipuli domini uarias res cōmestibiles offerebāt,quas ipse sacerdos sacrificaturus consecrabat,non tā in priuatum cuiusq; usum, quam in cōmunem paupers refocillationē,prout non solum ex Augustino, Tertulliano,Ambrosio,& Rabano accipim⁹,sed & ex ipso ad Corin. Paulo. Qui sane mos offerendi in cōmunitatē, tāetsi primum bonus fuerit,qa tamen, sicut pleraq; alia bona,nōnulli cœpint abuti ipso,eundēq; uertere in crapulā, plane desijt,mansitq; nudus cātus,quem uocamus Offertorium,sub q̄ donaria alicubi offerunt,qui succedunt in sustentatiōem ministrorum altaris,quo monemur cœnæ Iesu Christi & per eam communionis rerum, quas fideles ante Missam pauperibus exemplo Christi communicabant. Exod.12 Matt.26 Marc.14 Luc.22 Gene.14 Psal.109 1.Cor.11 Iohan.13

In cuius sane CHRISTI instituti & eius olim fidelium memoriam & gratiarum actionem adhuc hodiernis temporibus aliquot Catholici, sumpturi uenerabile Eucharistiæ Sacramentum, solent cibare pauperes ac eis in mensa ministrare,quemadmodum in laudabili habet consuetudine Serenissimus ac inuictissimus Rex noster Ferdinandus una cum Serenissima ipsius regina Anna: & recte nimirum & sancta. Sic enim CHRISTI exemplum sequuntur, ad quod ille hortatus est, inquiens: Exemplum dedi uobis, ut quemadmodum ego feci uobis, ita & uos faciatis: quandoquidem ipse uoluerit, ut pauperes,quos essemus semper nobiscum habituri, pascere- Iohan.13

 mus

Iohan.12 mus, quibus & ipse dedit ante coenam Eleemosynas.

Secundo sacerdos præfatur deuotissimo hymno in futuram corporis Christi consecrationem, adeoque in Sacrosanctæ Missæ celebrationem, repræsentans benedictionem & hymnizationem, qua Christus usus est ante institutionem Missæ in nouissima coena, hocque pacto subindicauit, Missam uere sacrificium laudis esse, ueluti scriptura uocat ipsam, intereaque monuit, ne supini & somnolenti tantum sacrificium tractaremus. Vnde tum sacerdos monet astantes, ut corda sursum habeant ad dominum, laudantes & orantes. (Psal. 49.)

Tertio sacerdos lauat manus, in quo repræsentat Christum, qui lauit suis discipulis pedes in nouissima coena ante institutionem Sacrosanctæ Missæ, adeoque augustissimi sacramenti Eucharistiæ, significans, ut lauemus conscientias nostras lachrymis poenitentiæ celebraturi Missam, & sumpturi uenerabilem Eucharistiam, monente domino per prophetam. Lauamini & mundi estote, auferte malum cogitationum uestrarum ab oculis meis. Ne uidelicet in peccatis communicantes simus rei corporis & sanguinis, Paulo monente, qui quoque præcipit, ut homo communicaturus probet seipsum, & sic de pane illo edat & de calice bibat. Qui enim manducat & bibit indigne, iudicium sibi manducat & bibit, non diiudicans corpus domini. (Psalm.6. Esaia.1. 1.Cor.11)

Quod uero sacerdos, dum canitur offertorium & incensum portatur, silentium seruat, secretoque ante præfationē precatur, usque dū alta uoce dicit.

Per omnia secula seculorum, repræsentat illud tēpus, quando consultantibus sacerdotibus & scribis de interficiendo Iesu, dominus ipse Iesus post resuscitationē Lazari non palā deinde apud Iudæos ambulauit, quū cogitarent ipsum occidere, sed abijt in ciuitatē quæ dicitur Ephraim, & ibi moratus est cum discipulis. (Iohan.11.)

Vtitur autē sacerdos in præfatione quarta salutatione, quæ significat quartū donū spūs sancti, quod est fortitudo, qm̄ Christus fortis ac potēs ille dominus fortiter sua cruce diabolum uicturus erat ac redempturus. (Psalm.23)

Quod etiam silet sacerdos, secretoque precatur, incipiens Canonē, repsentat illud tēpus, quo dn̄s in die palmarum receptus fuit & magnificatus a turbis cū Psalmo. Bn̄dictus, q uenit in nomine dn̄i, osanna in excelsis (cuius causa & chorus post præfationē canit eundē hymnum) abijt & abscondit se, non utique trepidans formidine, sed dispensationis officio, quia nondum uenerat hora eius a patre definita. Quę postea quam aduenit, ultro processit ad passionem, uelut Euangelistæ satis ostendunt. (Matt.21. Marc.11. Luc.19. Iohan.12 Psal.117. Ioh.7.12 Ioh.16.)

Post hęc sacerdos incipit Canonē, quā nos Germani in uernacula nostra lingua uocamus Tacitā Missā, Stilmess, quoniā sacerdos ipm̄ tacita secretaque uoce proferat ob certas quasdam rationes.

Prima earum, qa significat secretas illas preces, qbus dn̄s in horto precatus ē ad patrem, dicens: Pater mi, si fieri potest, transeat a me calix iste, quemadmodum paulo post fusius dicemus. (Matt.26)

Secunda, ut sacerdos eo magis possit eis, quę agit intendere, qui posset alioqui clamando distrahi.

Tertia

Tertia, ut sacerdos eo magis fortificet, q posset alioq nimio clamore deficere.

Quarto quo tam sancta planeque diuina uerba suam seruent reuerentiam & dignitatem, quæ alioqui si alta uoce proferentur, uilescerent, quum a uilissimo quoque cerdone tractarentur, quæ tam leuiter tractanti cederent in damnationem corporis & animæ.

Referunt enim Annales, quod quum publicitus & alta quondam uoce hæc ipsa legerentur uerba, cœperunt ea plærique omnes scire, deindeque passim sine reuerentia in plateis uicisque decantare. Vnde quum qdam pastores ipsa cantarent in agro, panemque super lapidem posuissent ad uerborum ipsorum prolationem, panis miraculose conuersus est in carnem. Ipsi uero pastores diuino iudicio coelitus misso igne percussi sunt in terrorem aliorū. Qua nimirum causa sancti patres statuerunt uerba ista sub silentio dici, prohibentes sub Anathemate, ne proferantur nisi a sacerdotibus super altare & in Missa & cum uestibus sacris. Nec dubium, quin res sic habeat, quum cōcordent cū ea non parū multa exēpla, q̄ silentio breuitatis gratia trāseamus.

Sciendum uelimus autem hoc loco tandem, q̄d singulariter & summatim positque hac repræsentatur gestibus & uerbis Christi passio, sepultura & resurrectio. Siquidem deinde recolatur memoria eorum, quæ gesta sunt per hebdomadam ante paschalem a decima Luna primi mensis, quando Iesus abijt Hierusalem usque ad septimamdecimam, quando resurrexit a mortuis. Hinc accidit, ut in libro Missali circa principium Canonis plerunque depicta est imago crucifixi, ut uidelicet non intellectus solum literæ, uerum etiam aspectus picturæ memoriam dominicæ passionis inspiret. Potestque merito diuina factum uideri prouidentia non humana procuratum industria, ut Canon inciperet a litera T. quæ Hebraice Thau dicitur, quæ sui formam signū & mysterium crucis ostendit & exprimit, dicente domino per Ezechielem. Signa Thau in frontibus uirorum dolentium & gementium super abominationibus Hierusalem. Id q̄d & præfigurauit serpens in deserto suspensus, de quo dominus in Euangelio. Siquidem hæc omnia per Christi passionem in cruce completa sint & efficaciam habeant.

Ezech. 9. Nume. 21 Iohan. 3. 1. Cor. 3.

Sacerdos igit̄ incipiens Canonem secreto mysterium dominicæ passionis inchoat, primitusque se signaculo crucis in fronte signat ac reuerenter ad crucis mysterium accedit, inclinās se. In quo reuocat in memoriam humilitatem Christi ad passionē & mortem suam, qua de Paulus Apostolus ita scribit. Hoc sentite in uobis, q̄d & in Christo Iesu, q quum in forma dei esset, non rapinam arbitratus est, esse se equalē deo sed semetipsum exinaniuit formā seruiaccipiens, in similitudinem hominum factus, & habitu inuentus ut homo humiliauit semetipsum, factus obediens usque ad mortem, mortē aūt crucis.

Philip. 2.

Postquam sacerdos se inclinauit, osculat̄ altare ad reuerentiā dominicæ passionis, cui ostendit se compati p osculum. Facto osculo facit ipse deinde sacerdos tres super oblatam & calicem, quando dicit. Hæc dona, hæc munera, hæc sancta sacrificia, illibata &c. Quæ quidem tres cruces singularia quædam repræsentant & nobis in memoriam reuocant.

Primo

Matt. 26 Marc. 14 Luc. 22. Primo repræsentant tres illas orationes, quas tribus uicibus in Oliueto dominus ad patrum habuit. Cuius causa sacerdos expassis manibus tum precatur faciendo cruces. In argumentum, quia dominus ipse passus sit pro cunctis hominibus ab initio mūdi usque ad finem illius, qui sunt in triplici differētia. Siquidem precatus sit ter ac passus trina crucifixione, uoluntate scilicet ac uoce & manu Iudæorum pro ijs, qui fuerunt ante legem, sub lege & post legem. Quod Iohannes intelligens ait. Filioli mei, hæc scribo uobis, ut non peccetis. Sed & si quis peccauerit, aduocatum habemus apud patrem, Iesum Christum, iustum, & ipse est propiciatio pro peccatis nostris, non pro nostris autem tantum, sed etiam pro totius mundi. Quod & antea subindicauit Cayphas ex spūs sancti instinctu, qū dixit. Expedit uobis, ut unus moriatur homo pro populo, & nō tota gens pereat. Erat enim Iesus, inquit Iohannes, moriturus pro gente, & non tantum pro gente, sed ut filios dei, qui erant dispersi congregaret in unum.

1. Iohā. 2. Iohan. 11.

Quia uero sacrificium Missæ in cruce pro uiuis & mortuis in remissionem peccatorum oblatum est, cuius in Missa fit commemoratio, fieri solet, ut ipsa ecclesia per sacerdotem ex Christi institutione dominum suum, qui pro discipulis & pro tota ecclesia per eorum uerbum creditura, potissimum pro eius utilitate patrem cœlestem orauerit, (Iohanne & Paulo testibus) insequens uarias petitiones, preces, supplicationes ad deum in Canone effundit.

Primo petit acceptum haberi suum obsequium, quod iussu Christi obit.

Secundo pro unitate sanctæ & Catholicæ Ecclesiæ generatim.

Tertio pro ijs, qui publicam aliot regendi gubernandique administrationem spiritualem uel ciuilem gerunt.

Quarto pro ijs, qui circumstant, fide piaque affectione & sacerdoti in actione communicant. Ipsa uero Catholica Ecclesia talem orandi modum & ordinem prorsus euidenter accepisse dignoscitur a Paulo, dicēte. Obsecro primum omnium fieri obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus pro regibus & omnibus, qui in sublimitate constituti sunt, ut quietam ac tranquillam uitam agamus in omni pietate & castitate. Quia autem Ecclesia non dubitat, nos curæ esse sanctis, qui quorum deo uiuunt, illisque esse sua merita & preces, quibus pro nobis apud deū solliciti sunt, quemadmodum unius eiusdemque corporis sollicita sunt membra, fieri solet, ut sacerdos oret, quatenus deus id precibus Sanctorum concedat, non ut illorum sed suæ diuinæ protectionis auxilio muniamur in omnibus, idque per Christum dominum nostrum, filium suum unigenitum.

Ephes. 6 Colos. 4. Acto. 12.

Dictis præmemoratis orationibus petit deinde sacerdos, ut ipsam oblationem, quæ adhuc terrena est materia, utpote panis & uinum, modis omnibus deus pater haberi uelit benedictam, ascriptam, ratam, rationabilem, acceptabilemque &c. dicendo autem hæc ipsa uerba, tribus crucibus signat tam super hostiam quam super calicem.

Quæ quidem tres cruces significant triginta denarios, quibus Iudas Ischarioth a diabolo supplantatus Iesum Christum, filium dei, dominum nostrū

Pharisæis et scribis uendidit in recompensationem damni, quod ceperat ex effusione unguenti. Siquidem dixerit, potuisse illud ipsum unguentum uenundari trecentis denarijs & dari pauperibus, quorum tamen non habebat curam, sed sperauerat se posse furari semper unum denarium a decem denarijs atque sic ex trecentis habere triginta. Iam uero constat trecenta & triginta suscipere multiplicationem a numero ternario. Quod quidem uenditionis precium diu antea præuiderat dominus per prophetam, dicens: Appenderunt mercedem meam triginta argenteis precium appreciati, quo appreciatus sum ab eis. Matt. 26 Matt. 26 Marc. 14 zacha. 11 Matt. 27

Quod uero deinceps sacerdos ait, digneris ut nobis corpus & sanguis fiat dilectissimi filij tui Iesu Christi, nec non inter dicēdum super uerbo corpus unam & super uerbo sanguis etiam facit unam crucem, repræsentat prædictam uenditionem a Iuda, & emptionem a Iudæis factam, quæ dominicæ crucis & passionis fuit initium. Q. D. sacerdos ad deum patrem. O domine deus, o pater sancte, rogamus, ut tua omnipotentia hāc oblationem digneris in omnibus facere benedictam, id est, transferre in eam oblationem & hostiam, quæ modis omnibus est salutaris, benedicta, immunisque ab omni causa maledictionis tam originali quam actuali, tam criminali quam ueniali, quæ scripturis fuit & figuris ueteribus asscripta & designata, utpote in imolatione Isaac & Abelis, in agno Paschali & manna coelesti, de quo propterea Iohannes ait. Hic est agnus, qui occisus est ab initio mundi, quæ rata fuit ac est, non transitoria ut uetus hostia, quæ præcessit, noua succedente, sed quæ permanet in æternum secundum ordinem Melchisedech, quæ rationabilis est, non peculialis, sicut erat legalis, quæ sanguine taurorum & hircorum non poterat a peccato mūdare, sed quæ sanguine proprio conscientias emundat ab operibus mortuis, item quoque quæ acceptabilis est, non de qua propheta, Sacrificium, inquit, & oblationem noluisti, nec de qua ipse dominus dixisti. Non accipiam de domo tua uitulos, neque de gregibus tuis hircos, sed de qua dicis sacrificium laudis honorificabit me, quod & tibi Dauid, tuus seru⁹ secūdū cor tuū sacrificare uoluit, inquens. Tibi sacrificabo hostiā laudis. Gene. 4 Gene. 22 Exod. 12. Apoc. 5 Gene. 14 Psal. 109 Heb. 7. Psal. 39. Psal. 49. Psal. 115

Atque licet plerique pij doctores hanc quintam Canonis partem satis pie intellexerint, hanc tamen, quam hic sequimur, magis opinamur quadrare huic loco, qui plane cohæret sequenti clausulæ, quæ habet. Vt fiat nobis corpus & sanguis dilectissimi filij tui, p quem. s. tibi placere possumus, qui (sequitur Canon suscipiens uerba Euangelistarū) pridie quam pateretur &c.

Quod igitur ab hoc loco, qui Canonis est sexta pars, agitur, euidenter repræsentat, quod Christus in cœna gessit, corpus & sanguinem suum sanctiss. ex pane & uino naturali conficiens, ac dicens. Accipite & manducate ex hoc omnes. Hoc est enī corpus meum. Cuius quidem uice fungens hoc loco sacerdos refert Christi uerba & facit sup uerbo benedixit unam crucem, suscipiēs hostiā in manib⁹ & eleuatis sursum oculis bñdicit eā, dicēs. Qui pridie. Atque licet nullus Euangelistarū scribat ita fecisse uel dixisse Christū, qñ corpus suū ex pane, & sanguinē suū ex uino confecerit, pie tñ dubitari nequit, quin hanc Matt. 26 Marc. 14 Lucę 22.

formã a Christo Apostoli, et ab ijs accepit ecclesia. Siquidem multa & Christus dixit & fecit Christus, quæ propter breuitatem omiserunt Euangelistę, quæ tandem pro loco & tpe suppleuerunt Apostoli. Hinc Iohannes ad finẽ sui Euangelij dicit. Multa qdem & alia signa fecit Iesus in conspectu discipulorũ suorum, quæ non sunt scripta in libro hoc, quæ si scribantur per singula, nec ipm arbitror mundum capere posse eos, q scribendi sunt, libros.

Io. 20. 21

Ipsa uero crux, quam facit sacerdos in benedicendo sup panem, significat Christum esse passum in natura, totumq; esse passum, & secundum animam & secundum corpus, ut totum redimeret hoĩem. Quia uero, sicut Christus aliquoties fecit, admiranda patraturus, oculos eleuat in cœlum, subindicat se de cœlo habere quod facit & agit, debereq; nos in principio nostrorũ operũ dirigere mentis oculos ad dñm tanq̃ ad autorem oĩm operũ bonorum, quale est, dicente Iacobo, omne datum opti. & oĩe donum pfectum, desursum est, descendens a patre luminum.

Iacob. 1

Insuper per eleuationem huiusmodi oculorum & gratiarum actionem monemur, ut semper deo patri supplicemus, ut hoc tam magnum & tremendum sacramentum per manus nostras digne perfici digneur.

Prolatis igiť ijsce uerbis, hoc est corpus meum, sacerdos ipse propter reuerentiã maioremq; securitatem utraq; manu corpus Christi sub specie panis, q nũc in carnem conuersus ẽ, eleuat. Id q̃d significat uirtute diuini uerbi adesse Iesum Christum, qui pro nobis in cruce leuatus est, quem propterea deus pater exaltauit & donauit illi nomen, q̃d est sup omne nomen, ut in noĩe Iesu flectatur omne genu, cœlestium, terrestrium & infernorũ & oĩs lingua confiteatur, quia dominus Iesus Christus in gloria ẽ dei patris. Atq; propterea monemur p hanc eleuationẽ accurrere, nosq; reuerẽter ad terrã prosternere, atq; ipsum, q realiter in cruce quodã eleuatus, nũc sub specie panis eleuať, suppliciter orare, ut ipse, cuius mõ magnificẽtia sup cœlos ẽ eleuata, digneť eo nos eleuare, iuxta illud, quod ait. Ego si exaltatus fuero, oĩa traham ad me meipsum. Hãc uero eleuationẽ Eucharistiæ hostię quodã prẹsignauit hostia legalis, de qua Moses, offeretis, inquit, panes primitiarum duos de duabus decimis similæ, quos eleuabit sacerdos coram domino.

Philip. 2

Psal. 8.

Iohan. 12

Leuit. 23

Mox deinde deposita hostia sacerdos calicẽ manibus accipit, gratias agit et uerbis Iesu Christi bñdicit, dicendoq; facit crucẽ sup calicẽ, sicut antea fecit super panẽ. Quæ qdem crux una cũ priore, repræsentat tẽpus cœnæ & gratiæ, in quo duo parietes in angulari lapide coniunguntur. Insuper significat quod Gigas ille geminæ substantiæ crucifixus sit uere, cuius de corpore passim sanguis effluxerit.

Esaiæ 28

Ephes. 2

Psalm. 18

Circa quam sanguinis eleuationẽ, idẽ debet intelligi fieriq;, q̃d intelligitur de corporis eleuatiõe, quũ utrobique totus & unus sit Christus, nec illic quã hic maior aut minor, ut alias sæpenumero docuimus. Quod uero ad utriusque eleuationẽ nola uel cãpanula pulsať, fit, ut eius sonitu populus præmonitus geniculetur ad adorãdũ eũ, cui seruiunt oĩa. Quod uero lumina quoque sub eleuatiõe incenduntur, significat eum adesse, qui uera lux est illa, quæ illuminat

Psal. 118

Iohan. 1

minat omnem hoīem uenientem in hunc mundum, de seipso dicens. Ego sum lux mundi, qui sequitur me non ambulat in tenebris. Fuit autem & pulsatio campanæ & cæreorum incensio peculiaris in sacrificijs antiquæ legis, quæ cum noua nonnunquam conuenit in Cæremonijs, quemadmodum patet in libro Exodi & Numeri.

Iohan. 8 9.12.
Exod. 25 & 27.
Num. 10

Postquā deponit sacerdos calicē sanguinis dñi, manus in modū crucis extendit, ut habitu corporis manuū Christi extensionē in cruce repñsentet, q̄ non multo post cœnam cœpit in horto, quum prolixius orans factus est Iesus in agonia, quā propterea tū sacerdos habitu oculorū & faciei q̄damtenus reprñsentat. Meminit aūt tunc sacerdos in dicēdo dñicæ passionis, quā p manuū p modū crucis extensionē, resurrectionis, quā p paruiusculā earundē erectionē, ascensionis, quā per æqualē earundē usq; ad humeros erectionē repræsentat, qñquidē crucifixus tertia die tanquā leo de tribu Iuda erigens se resurrexit ac quadragesimo dein die manibus eleuatis in cœlū latus est, sedēs ad dextrā patris. Ipsa uero Christi passio nobis excitat charitatē, quā uel maximā deus pater erga nos ondit, quod proprio filio suo nō pepercerit, sed pro nobis oībus tradiderit illū. Resurrectio autē cōfirmat & roborat fidē, qa magna ē fidei cōfirmatio, quod Christus resurrexerit a mortuis, q uiuificabimur oēs in ipso, sicut oēs in Adā mortui sumus. Ascensio lætificat spē. Nonne nobis esse debet amplissima spes, qm̄ Christus ascendens in altum captiuam duxerit captiuatem, donaq; dederit hominibus, ut ibi minister eius esset, ubi esset ipse.

Lucæ 22.
Apoc. 5
Marc. ul.
Acto. 1
Roma. 8
1. Cor. 15
Eph. 4
Psal. 67.
Iohan. 12

Stringunt autem deinde digiti sacerdotis, pollices uidelicet ac indices, non mō propter tanti sacramenti reuerentiā, ne. s. aliqd post tactum sacrosanctū Iesu Christi corpus tangant, neve puluis seu particula hostiæ illis fortassis adhærens cadat, uerū etiā, ut sic repræsentet obedientia Iesu Christi erga patrem suum cœlestem, qñqdem secūdus. i. filius, nō secus primo. i. patri accedit obedienter, quā se digitus digito stringendo cōiungit. Atq; hoc est, quod Paulus ait de obedientia Christi. Etsi Christus Iesus in forma dei esset, imo deo æqlis, semetipsum tm̄ exinaniuit, formā serui accipiens, in similitudinem hoīm fact⁹ & habitu inuentus est, ut hō, humiliauit semetipsum, factus obediens usq; ad mortē, mortem aūt crucis. Docemur autem & nos in charitate debere cōiungi & obedire, alterq; alterius onera portare, ut ita legem Christi impleamus.

Philip. 2.
Galat. 6

Quod subinde sacerdos dicit quinq; uerbis hostiā purā, hostiā sanctā, hostiā immaculatā, panem sanctum uitæ æternæ & calicem salutis perpetuæ, & ad singula vba singulas facit cruces. i. quinq; super oblatā & calicem, signādo uidelicet ter sup corp⁹ & sanguinē, & deinde sup corpus semel, & itidem super sanguinem, dicens hostiā purā, hostiam sanctam &c. tria subindicat.

Primo quoniam Christus sua passione quinq; secula, quibus genus humanum in damnatione & indignatione dei fuit, redemerit.

Secundo, qm̄ quinq; præcipua uulnera in ea passione pro nobis acceperit & ex eis sctm̄ suū sanguinē largiter effuderit. Siqdē duas plagas in duabus manib⁹, totidēq; in pedibus & unā in latere habuerit. Quorū sane uulnerū numerū ipm quinariū ex hoc intelligimus, quod ipse dominus post resurrectionem di

xit ad discipulos. Quid turbati estis & cogitationes ascendunt in corda ue-
Luc. 24 stra? Videte manus meas & pedes meos, scilicet uulneratos clauis. Et ad Tho
Iohan. 20 mam deinde. Infer digitum tuum huc, & uide manus meas, & affer manum tuam, & mitte in latus meum, & noli esse incredulus sed fidelis.

Tertio quoniam passus sit in oı̄bus suis quinq; sensibus, quæ per huiusmodi cruces merito repræsentātur, quum isti dubio procul in Christi pas-
Psal. 21 / Esaiæ 53. sione uehementer cruciati sint, quemadmodum ex Psalmis Dauidicis & Esaiæ uaticinijs haud obscure percipimus.

Deinde quemadmodum sacerdos antea precatus est deū pro hostia transsubstantianda, eamq; iam transsubstantiatā, ut ita dixerim, deo patri obtulit, ita nunc precatur, ut eam uultu propitio acceptet, quēadmodum accepta-
Gene. 4 / Gene. 22 uit hostiā Abelis, Abrahæ & Melchisedech. Precatur aūt gratā acceptationē
Gene. 14 non tam intuitu oblatæ hostiæ, q̄ Christus est, iampridē ita patri gratus, ut in
Matth. 3 & 17. eo sibi solo cōplacuerit, quum solus eius semp uoluntatē fecerit, quā intuitu
Marc. 1. 9 nostri, q p sacerdotem petimus, ut hoc sacrificiū sic clemēter acceptare digne
Luc. 3. 9 / Iohan. 8 tur, ut nos per ipsum, q̄d eius diuinæ maiestati sp acceptissimum est, ei placeamus, ne si non satis digne offeremus, incideremus in eius indignationē, quēad
Matt. 22 modum contigit ei, q q̄m regales nuptias, q̄ hoc augustissimū Eucharistiæ cōuiuium designarunt, intrauit, nec habuit uestē nuptialem, iussus est proijci in tenebras exteriores. Quod ne nobis indigne sacrificantibus tm̄ sacrificium pariter contingat, petimus, ut hoc sacrificium nostrū sic acceptare dignet, ut accepta fuerunt sacrificia Abelis, Abrahæ & Melchisedech, qui digna fide & deuotione sacrificarunt, ideoq; deo grata fuerunt eorum sacrificia.

Quod aūt potius eorū trium patrū sacrificia cōmemorantur quam aliorū, quorū tñ sacrificia leguntur etiam deo fuisse grata, non aliud in causa esse putamus, quā q̄d illi tres patres & eorū sacrificia cæteris singularius & expres-
Matt. 23 sius præfigurauerunt Christum, & eius in cruce & altari sacrificium. Siqdem
Gene. 4 iustus Abel (sic enim nominat eum dñs ueritatis et omnis iustitiæ) a fratre suo per inuidiam interfectus fuerit, & ipse quō Christus omnium iustissimus a fratribus suis Iudæis inuidia abcæcatis in mortem traditus est, præfiguratus
Iohā. 1 / Apoc. 13 in ipso, secundum quod Iohannes ait: Agnum. s. Christum, q agnus est ille, q tollit pctā mūdi, ab origine mūdi occisum esse, utpote in mēbro & in typo
Gen. 4 suo Abelo. Præterea sicut Abel ouium fuit pastor, ita Christus pastor est bo
Iohā. 10 nus, qui posuit animā suam pro ouibus suis. Deinde sicut Abraham summe
Gene. 22 fuit obediens, paratus offerre propriam suam substantiā in filio unigenito, ita & Christus maxime fuit obediens patri, tradendo seipsum ad beneplaci-
Philip. 2 tum ipsius & uoluntatem in mortem acerbissimam. Itemq; sicut Abraham fuit princeps & patriarcha patrum fidelium, ipsius fidem & opera imitanti-
Lucæ 17. / Gene. 17 um, qui & ideo dicuntur filij Abrahæ, ita & Christus pater est omnium Christianorum, in quo omnes renascuntur, filijq; dei per adoptionem & gratiam efficiuntur.

Gene. 16 / Psal. 2 Denique sicut Melchisedech rex fuit & sacerdos, offerens panem & uinū, ita Christus fuit a deo patre constitutus rex super Sion, montē sanctum eius, ipse

ipseque sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedech, quia panis & uini sacrificium instituit, & sicut Melchisedech sine patre fuit & matre & sine genealogia, neque initium dierum, neque uitae finem habens. Ita Christus quoque sine patre fuit in terris secundum humanitatem, & sine matre in coelis secundum diuinitatem, sineque genealogia secundum deitatem. (Quis enim generationem eius enarrabit?) qui nec habet initium dierum, neque uitae finem, quum sit deo patri coaeternus, manens in aeternum.

Psal. 109
Hebr. 7.
Esaiae 53.
Iohan. 4

Dicta praememorata oratione sacerdos se inclinat, dicens: Supplices te rogamus omnipotens deus, iube haec perferri per manus sancti angeli tui, in sublime altare tuum in conspectu diuinae maiestatis tuae.

Inclinatio autem illa significat emissionem spiritus Christi in cruce, de qua sic scribit Euangelista. Cum ergo Iesus accepisset acetum, dixit: Consummatum est, & inclinato capite tradidit spiritum.

Iohan. 19

Quod uero sacerdos se deinde erigit & osculatur altare, significat Christum esse passum & mortuum pro humano genere gratis & ex sola charitate, quae per osculum designatur. Atque proinde quondam mutuo se osculabantur amici in signum uerae dilectionis. In cuius argumentum Iudas praetextu osculi charitatis prodidit & tradidit Christum. Huius gratia Paulus nominat osculum charitatis, osculum sanctum, quo ut se osculentur Corinthios hortatur, quo & pater ille Euangelicus filium perditum & redeuntem osculatus est, Christum uero pro nobis ex sola charitate passum, testatur ipse dicens: Hoc est praeceptum meum, ut diligatis inuicem, sicut dilexi uos. Maiorem hac dilectionem nemo habet, quam ut animam suam ponat quis pro amicis suis. Et alias idem: Sic, inquit, deus dilexit mundum, ut filium suum unigenitum daret, ut omnis, qui credat in eum, non pereat sed habeat uitam aeternam.

Matt. 26
Marc. 14
Lucae 22.
1. Cor. 6
2. Cor. 13
Lucae 15.
Iohan. 15
Iohan. 3.

Duae uero deinde cruces, quarum unam facit sacerdos super corpus & sanguinem domini, alteram uero super seipsum, consignans seipsum, significant Christum in anima & corpore passum, suaque passione & morte fecisse pacem (quae designatur per osculum) inter deum patrem & hominem, interque Iudaeos & gentiles, illosque sibi non secus atque sponso sponsam, quae est ecclesia, quam & ipse sic appellat, copulasse. Quae & ob id ait. Quasi sponsam decorauit me corona, & quasi sponsam ornauit me monilibus. Et ideo Paulus, ipse est, inquit, dominus scilicet Iesus pax nostra, qui fecit utraque unum, & duos condit in semetipso in unum hominem, faciens pacem, & reconciliet ambos in uno corpore deo, per crucem interficiens inimicitias in semetipso. Et ueniens euangelizauit pacem uobis, qui longe fuistis, et pacem iis, qui prope, quoniam per ipsum habemus accessum ambo in uno spiritu ad patrem.

Iohan. 3
Esaiae 61
Ephes. 2

Quod deinceps sacerdos orat pro uiuentibus et mortuis, significat, Christum esse mortuum pro uiuis ac defunctis, quodque sanguis eius preciosus, qui pro multis effusus est, ualeat non solum ad salutem uiuentium, uerum etiam ad absolutionem defunctorum, existentium in loco uel expiationis uel purgationis ob peccata, pro quibus hoc in seculo non satis poenitendo fecerunt, prout in opere Centuriarum fusissime docuimus, iuxta fidem Catholicae ecclesiae,

clesiæ; cui, sicut in alijs, male repugnant hæretici.

Quod uero sacerdos sic orans percutit pectus suum uocemque exaltat, dicens. Nobis quoque & cætera, repræsentat Centurionem & eos, qui cum eo fuerunt, percutientes sua pectora, & Christo iam mortuo, dicentes. Vere filius dei erat iste. Vnica autem tunsio pectoris, arguit Christum semel pro peccatis mortuum esse, nec unquam posthac moriturũ sicut Paulus testatur.

Matt. 27
Marc. 15
Luc. 23
Roma. 6

Dicens deinde sacerdos. Per quem hæc omnia domine semper bona creas, signat tribus crucibus tam super hostiam quam super calicem dicens: sanctificas, uiuificas, benedicis & præstas nobis: per tres cruces repræsentat crucifixionem hora tertia factam linguis Iudæorum, clamantium ter crucifige, crucifige eum. Siquidem feria sexta Christus sit crucifixus, hora tertia linguis Iudæorum, quod narrat Marcus, hora sexta manibus gentilium, quod enarrat Iohannes, circiter uero horam nonam inclinato capite mortem obijt. Quia autem sacerdos post illas tres cruces factas discooperit calicem, in quo sanguis est Christi, remouens ab ipso calice corporale, significat, Christo spiritum suum emittente, uelum templi scissum esse a summo usque deorsum, nobisque cœpisse aperiri, quæ prius in lege fuerunt obscura & clausa.

Marc. 15
Iohã. 19
Matt. 27
Marc. 15
Luc. 23.

Quod rursus facit cum hostia super sanguinem tres cruces, dicens. Per ipsum, & cum ipso, & in ipso, significat siue repræsentat crucifixionem, quæ post interuallum trium horarum facta est manibus gentilium, quando milites crucifixerunt Iesum.

Iterum sacerdos duabus crucibus cum ipsa hostia bis inter se calicem signans & dicens. Et tibi deo patri omnipotenti in unitate spiritus sancti omnis honor & gloria, subindicat diuisionem corporis & animæ domini morientis. Nam etsi tres sint in Christo unitæ substantiæ, diuinitas uidelicet, corpus & anima, non tamen diuinitas est unquam uel a corpore uel ab anima diuisa, proinde mors domini non tribus sed duabus tantum crucibus repræsentari solet.

Per exaltationem uero uocis, quum sacerdos dicit. Per omnia secula seculorum, rursus significantur ea, quæ gesta sunt in crucifixione domini, utpote, quod dominus Iesus clamans uoce magna tradiderit spiritum. Quodque succlamauerit Centurio, dicẽs. Vere filius dei erat iste, & cætera. Quod autem lamentabiliter. Amen a choro respondetur, significat lamẽtationem, quam tunc mulieres flentes habuerunt ob Iesum demortuum.

Matt. 27
Marc. 15
Luc. 23.

Quod deinde sacerdos canens, Oremus præceptis salutaribus moniti & cætera, una cum diacono calicem cum corpore siue hostia deponit ac reponit simulque cooperit, significat, quod Ioseph ab Arimathia & Nicodemus uenerunt & impetratum corpus Iesu a Pilato deponentes, inuolutum Syndone sepelierunt. Quo sane loco non ignorandum est, corpus & sanguinem Christi bis in sexta feria eleuata & deposita fuisse, semel in cruce eleuata, & de cruce ad terram deposita, & semel de terra eleuata & in sepulchrum deposita & collocata. Id quod hoc loco in eleuatione & depositiõe repræsentatur.

Iohan. 19

Quod

Quod demum Diaconus super os depositi calicis corporale deponit, arguit saxum istud magnum, quod Nicodemus, sepulto dño posuit ad ostium monumenti. Et quod idem Diaconus in aliquibus ecclesiis mensam altaris et armum pontificis osculatur, innuit, Christum post mortem & quieuisse & uixisse iuxta ipsum per prophetam dicentem; In pace in idipsum, dormiã & requiescam. Et alibi; O mors, ero mors tua, morsus tuus ero inferne. Siquidem dñs Iesus per mortẽ de morte triumphauerit, & qa factus est obediens usq; ad mortem crucis, exaltauit ipsum deus &c.

Mar. 15. Psal. 4 Osee. 13. 1. Corint. 15. Hebr. 2. Philip. 2

Per tres deinde articulos .f. praeceptis salutaribus, Pater noster, & libera nos, significantur tres dies dominicae sepulturae, quibus propterea dumtaxat ecclesia utitur in Parasceue. Quandoquidem Christus dominus tertia die resurrexerit a morte, de qua quidem laetabunda resurrectione statim loquuturi sumus in parte expositionis sacrosanctae Missę tertia, eaq; postrema, quae subinde sequitur.

Matt. 20 Marc. 10 Luc. 18.

TERTIAE POSTREMAEQVE PARTIS OFFICII sacrosanctae Missae Cęremoniarum declaratio.

PErtractatis duabus prioribus sacrosanctae Missę partibus & Caeremoniis earum, quoad fieri potuit & debuit, declaratis, restat modo pars illius tertia eademq;, iuxta probabiliorem ipsius per doctiores interpretes diuisionem, postrema. Quam deo propicio, paucis quoq; declaraturi sumus. Sacerdos igitur supremam Missae partem inchoans sub silentio precatur, inquiens. Libera nos quaesumus &c. Quod quidem silentium significat silentium Sabbati, quo corpus domini quasi silẽs in sepulchro quieuit. Vnde Lucas ait, quod mulieres, quae prae parauerant unguenta, secundum legis mãdatum Sabbato siluerint.

Marc. 16 Lucae. 23

Iam uero quamuis tum mulieres siluerint una cum Apostolis, quorũ nullus fidem p̃dicauit, ipse tamen Christus minime siluit, qui licet in monumento secundum carnem quieuerit, secundum tamen animam fortior ille armatus, de quo Euangel. descendit ad inferos ac inibi fortem armatum, Cacodaemonem uidelicet superauit ac ligauit, spoliaq; istius diuidit, id est, uinctos inde liberauit, redimens eos de malis praeteritis, praesentibus & futuris, deq; ipsis uti uerus rex gloriae dominusq; uirtutum triumphauit. Id quod ecclesiae Romanę & Mediolaneñ in eo subinsinuant, quod ipsae praefatam orationẽ, libera nos &c. in die Parasceues alta uoce dicere soleant.

Matt. 12 Lucae. 11 Psal. 67. Ephes. 4 Psal. 23

Quod deinde in eadem oratione sacerdos accipit inuolutam patenam, & eam reuelat, seq; signo crucis signans illam osculatur, significat Christi resurrectionem, de qua praecipue gauisae sunt tres Mariae summa charitate cordis, quod per patenam denotatur. Siquidem mulieres uespere Sabbati uenerint uidere sepulchrum, & resurrectionem Christi late credentes,

Mar. vl.

eam discipulis summa lætitia & charitate cordis annunciauerint.

Quod interea sacerdos statim patenam osculatur, significat Christū confestim mulierum desideria compleuisse, utpote, qui occurrens ipsis in itinere, dixerit: Auete. Quæ procidentes tenuerunt pedes eius, & cum adorantes dubio procul eos ipsos pedes osculatæ sunt, quos et illo adhuc uiuente in domo Pharisæi Magdalena fuerat osculata.

Mat. 28. Lucæ. 7.

Quod uero sacerdos ipse se signat cum patena per signum crucis, significat Christum propter mortem crucis resurrexisse & glorificatum & exaltatum esse. Quia enim ipse dominus, ait Paulus, se usqȝ ad mortem crucis humiliauit, exaltauit eum deus & donauit ei nomen, quod est super omne nomen, ut in nomine Iesu flectatur omne genu cœlestium, terrestrium & infernorum, & omnis lingua confiteatur, quia dn̄s Iesus Christus in gloria est dei patris. Hinc ipse ad discipulos in Emautem euntes aiebat. Nonne hæc oportuit pati Christum, & ita intrare in gloriam suam?

Philip. 2. Luc. vl.

Sacerdos deinde discooperiens calicem accipit hostiam & eam diuidit ac frangit, innuens imprimis, Christum redemptorem corpus suū, quod est panis uiuus de cœlo descēdens, fregisse, & discipulis fractum dedisse. Præterea reducit in memoriam, quod Christus in hospitio fregerit panē & dederit duobus discipulis, qui die paschatos Emautē proficiscebantur.

Iohan. 6. Mat. 26. Mar. 14. Luc. 22. Luc. vl.

In duas autē partes hostia primū diuidit, ut significentur duo status prædestinatorum, pro quibus Christus mortuus est & q̄bus resurrexit, utpote æternæ gloriæ & temporalis huius miseriæ.

Ipsa uero medietas una deinceps in duas etiamnum partes diuiditur, quarum una est pro eis, qui purgantur purgatorio igni, per quē, ut ex apostolo intelligimus, tandem saluabuntur. Altera pro eis, qui uiuunt adhuc in hoc immundo mundo, toto in malignitate posito.

1. Cor. 3. 1. Iohā. 5.

Partium ea, quæ post fractionem in manu dextra remanet & sup patenā ponitur, designat prædestinatos in gloria, qui stabunt olim ad dextram Iesu Christi, recepturi regnum, quod illis ab initio paratum est a patre. Altera uero partium designat prædestinatos, qui adhuc in tēporali sunt miseria.

Matt. 25.

Quæ remanens in sinistra rursus subdiuiditur in duas partes, in dextrā & sinistram. Per dextram significantur, qui adhuc miserabiliter uiuunt in corpore, quorum deus adhuc miseretur, quum sint in eo statu, in quo per pœnitētiam possunt misericordiam dei mereri, proinde significari per particulā, quæ est in dextra, signās dei dextram, qua miseretur ipse de .is eorum, qui uiuunt adhuc. Per sinistram autē significantur, qui sunt in purgatorio, quos deus sinistra sua punit, sola punitione saluandi, suffragijs tamen hic uiuentium saluandos. Sicut itaqȝ de eis, qui sunt in paradyso, quo ad futuram gloriam nihil est dubij, sic de eis, qui sunt in purgatorio nihil prorsus est dubij, propterea recte designati per particulam in sinistra, coniungi solitam parti prius sup patenam positæ, quæ illos, qui sunt in paradyso repræsentat, quū sint illis ipsi dubio procul coniungendi.

Particula uero, quæ in dextra parte remansit designat eos, qui sunt in uita

præsenti

presenti & ei parti, quæ est super patenam, non coniungitur, sed in sanguinem mittitur, quum ipsi adhuc indigent passionis dominicæ meritis, quæ processerunt ex effusione sanguinis immaculati agni.

Insuper hac coniunctione discimus eos, qui tā p̄sentibus quā futuris passionibus purgati fuerint, deo perfectissima unione iunctum iri.

Quod uero deinde sacerdos aliam partem, quā manu dextra tenet, ambabus manibus tenet supra calicem, simulq; leuans dicit: per om̄ia secula seculorum, facitq; super calicē cum particula, quā habet in manu, tres cruces, dicēs: Pax dn̄i sit semper uobiscum &c. significat, quod tres sanctæ mulieres post triduum quæsiuerunt Christum in sepulchro (Ad quas angelus dixit: Quē quæritis uiuentem cum mortuis) quodq; Christus a morte resurgens adparuit discipulis in domo clausis ianuis, dicens: Pax uobis. Marci vltımo. Luc. 24.

Deinceps autem cooperto calice dicit sacerdos una cum choro, Agnus dei qui tollis &c. significans, Christum statim post pacis optionem suis discipulis in domo ipsa dedisse potestatem dimittēdi peccata, & dixisse: Accipite spiritum sanctum. Quorum remiseritis peccata, remittentur eis &c. Atq; recte nimirum dicitur & oratur, Agnus dei, qui tollis, quando sumitur corpus & sanguis dn̄i, quando sit ipse agnus, dn̄s noster Christus Iesus, qui pro nobis oblatus, ut pascha nostrum, pc̄tā nostra moriendo tulit & uitā æternā resurgendo nobis donauit. Quē propterea rogamus, ut nunq̄ desistat misereri nostri, qui nostri misertus est in sua passione. Iohan. 1. Iohā. 20. Iohan. 1. 1. Cor. 5.

Quod deinde sacerdos osculatur altare, datq; pacem ministro, quā & dicendo a domino precatur, arguit, quod iterum dominus post resurrectionem dixit ad discipulos: Pax uobis. Et pacem meam do uobis, pacem meam relinquo uobis. Siquidē osculum nonnunq̄ in scriptura significet unionem, charitatem & pacē. De quo Paulus salutate uos, inquit, inuicem pacis osculo. Quia proinde charitas dei diffunditur in cordibus nostris per spiritū sanctum, q datus est nobis, ideoq; multis in locis osculum pacis per uniuersos fideles in ecclesia diffunditur. Iohā. 14 Iohā. 20. 1. Cor. 16 Roma. 5

Postea communicat sacerdos de uenerabili Sacramento corporis & sanguinis domini, significans cōmunionem Iesu Christi, qua usus est, quādo coelos ascensurus manducauit cū discipulis, q & antea corā ipsis de parte piscis assati & fauo mellis manducauerat. Acto. 1 Iohā. 21.

Quia uero facta cōmunione sacerdos lauat & perfundit digitos, quod bis antea fecit, p̄ter hoc, q̄d ita sacramentum altaris reuerenter tractat, haud obscure repræsentat ablutionem Baptismi, quæ fit in nomine sanctissimæ Trinitatis, Christo post resurrectionem dicente: Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris & filij & spiritus sancti. Mat. vlt.

Cōmunione itaq; facta sacerdos populū salutat, dicens, dominus uobiscū, & dicta oratione, inquit, Ite, missa est, repræsentans hoc ipsum quod dictū est ab angelis ad Apostolos Christo coelos ascendente. Hic est Iesus, qui adsumptus est a uobis in coelum, sic ueniet, quēadmodum uidistis eū euntē in coelū. Hoc autem sacerdos dicens uel ergo populo nunciat, q Missa sit finita, ante Acto. 1

cuius

cuius finem iuxta constitutionem Concilii Aurelianen̄ nullus ecclesiam exire debet, uel quia populus debet ire post Christū & ipsum sequi, nec hoc in mūdo stare, sed per bona opera festinare ad patriam, quia missa sit ad deū patrē hostia, deum patrem placans, per quam fracta sunt tartara & reseratus para disi introitus.

Cui quidem uoci, Ite missa est, respondēs chorus & populus: Benedicamus & deo gratias, repræsentat gaudium, quod habuerunt discipuli, postq̄ ui derunt Chrm̄ cœlos ascendere. Q̄nquidem illi regressi sint Hierusalem cum gaudio magno, adorantes in templo, laudantes & benedicentes deum. Et ipsi

1.Thes.5 quoq; Apostoli p̄dicantes dicebant. Gratias agite, sine intermissione orate.

Tandē Cæremonijs Missę sic om̄ibus exactis, ipse sacerdos populū bn̄dicit, inquiēs: In unitate sancti sp̄us benedicat uos pater & filius. Amen.

Hæc autē nouissima benedictio rep̄sentat primo bn̄dictionē, q̄ Christus

Luc. 24 ascendēs cœlū discipulis benedixit. Ipse enim, teste Luca, posteaq̄ cum discipulis manducauerat, eduxit eos foras in Bethaniā & eleuatis manibus benedixit eos, & cum benedixisset, recessit ab eis, & adsumptus est in cœlum. In

Psal. 67. cuius argumentum sacerdos ipse, facta benedictione, se uertit ad Orientē, quo Christus ascendit, quasi se Christo ascendenti commendet.

Deinde quoq; benedictio illa nouissima reuocat in memoriam sp̄us sancti missionem, quem dn̄s ascendens de cœlo misit iuxta quod discipulis pollici

Acto. 1 tus fuerat dicens. Accipietis uirtutem superuenientis spiritus in uos sancti. Fit autem hæc ipsa benedictio per uerbum oris & signum crucis in nomine sanctissimæ Trinitatis, quia hęc ipsa missio per sonum aeris & linguā ignis innō

Acto. 2. tuerit. Siquidē, Luca teste, tum factus sit repente de cœlo sonus tamq̄ aduenientis spiritus uehementis, & adparuerint illis dispartitæ linguæ tamq̄ ignis. Operata autem est eam ipsam spiritus sancti missionem Sacrosancta Trinitas, in cuius nomine sacerdos benedicit autoritate Psalmistæ dicentis: Benedi

Psal. 66. cat nos deus, deus noster, benedicat nos deus.

Deniq; pręmemorata sacerdotis ad finem Missæ benedictio significat nouissimā illam post supremum iudicium benedictionem, qua dn̄s benedicen

Mat. 25. do dicet ad electos. Venite benedicti patris mei, possidete paratū uobis regnū a constitutione mundi. Cœpit autem eiusmodi benedictio suam, sicut credi

Num. 6. par est, originem ex ueteri lege, in qua dn̄s ad Mosen dicebat. Inuocabis nomen meum super omnes filios Israel, & ego dominus benedicam. Hinc dein

Leuit. 9. Aaron postquam sacrificauerat, extendit manum supra populum benedixit illi. Et ipsi quoq; ambo, Moses uidelicet & Aaron expletis hostijs & ho

Leuit. 1. locaustis intrauerunt tabernaculum testimonij, posteaq; exeuntes benedixe

Gen. 49 runt populo. Quod & antea fecerat Iacob, qui moriturus filiis suis conuo

Deut. 24 Mar. vl. catis benedixit & ipse quoq; Moses idem fecit paulo post ex hoc mundo per mortem discessurus. Quod itidem Christus dominus ascensurus in cœlum seruauit. Quem merito sacerdos eius locum tenens hac parte sequitur. Quū proinde sacerdos celebrās hęc q̄ hactenus ea, qua potui breuitate recensui, cæremonialiter in sacra Lyturgia perfecit, facta tandem per ipsum ad S.

Tri

Trinitatem oratione osculatur altare & recedens a conspectu populi ingreditur uestiarium uel cortinam interponit, repræsentans uidelicet Christum ascẽdentem esse per nubem ab oculis intuentium susceptum, modocp sedere ad dexterã patris. Cui sit laus et gratiarũ actio per infinita secula seculorũ. Amen.

Act. 1
Marci
ultimo.

Hæc hactenus de Catholicis in Catholica Missa Cæremoniis, Iesu Christi natiuitatem, uitam, doctrinam, passionem, mortem, resurrectionem, ascensionem & spũs sancti missionem, non obscure sic repræsentantibus, ut facile sint ipsę suos impietatis arguturæ subsannatores, quos & ipse autor & institutor sacrosanctæ Missę quandocp derisurus est, secp ab omnibus calumniatoribus uindicaturus.

DE CATHOLICIS IN ECCLESIA CAEREMOniis sabbato Paschæ. Caput XXXII.

IN sabbato Paschæ, quod merito per antonomasiã dici solet sanctum, quia Christus in eo requierit per mortẽ, qua sanctificati sumus, sanctissimæ tractantur Cæremoniæ.

Prima earum est, quod tum, sicut nec die precedente, diuinum officium solitum non celebratur, per quod significaẽ, Christo defuncto, discipulos fugisse mœstoscp siluisse, cõclusos uidelicet, Euangelista teste, simul domi. Ipsum uero sacrificium Missæ, quod tum peragitur, noctis est dominicæ resurrectionis, prout eius ostendunt Collectæ & orationes, quemadmodum temporibus adhuc Apostolorꝝ in nocte peractum fuisse perhibent. Cæterꝝ, quia quod pro deuotiõe rationabiliterq; fuerat institutum, a malis & peruersis hominibus, instigante Cacodæmone, in quasdã actiones minus honestas procedente tempore transire uerticp cœpit, factum est, ut eiusmodi mos omnino desierit, peragereturcp multis annis nunc hoc ipsum diuinum officiũ in die sabbati Paschæ, quod in nocte resurrectiõis haud immerito peragi posset, tũ q͞a Cathecumeni, quorꝝ est idipsum officium, sepulti cum Christo per Baptismum resurgant cum ipso, tum quia mulieres sepulchrum domini sub noctẽ, utpote circa diluculũ uisitauerint, & ipse dñs a multis censeatur resurrexisse in nocte, q̃ tamen uti dies fuit illuminata propter causas, quas in suo Rationali recenset Gulielmus Durantus.

Iohã. 20

Mar. vl.
Luc. 24.

Secunda Cæremoniarũ est, quod non multo post mediũ noctis ex Xenotaphio dñicum corpus recipiẽ, fitcp solẽnis de porta ad portã tẽpli processio, quã breuissimæ sequuntur matutinæ preces. Per quod significatur, Christũ post mediũ noctis circa diluculũ resurrexisse, prout innuit typus Sãpsonis, quẽ tradit in figurã Christi scriptura intẽpestę noctis silẽtio urbis Gazę portas cũ postib. & seris, positis ibidẽ frustra custodib. q illũ urbẽ egredi uolentẽ obseruarent et caperẽt, abstulisse. Id quod etiã Iudęi Christo mortuo fecerũt, sed prorsus incassũ, q͞a resurgẽs ipse de clauso sepulchro descendit ad inferos ac ibi uinctos, semotis inferorũ portis redemit, tertiacp die cũ ipsis resurrexit, prout ante Euãgelium Propheta in persona eius testatus ẽ, inquiẽs: Attollite portas principes uestras, & eleuamini portę ęternales, & introibit rex glorię. Quod sane totũ repẽtat Ecclesia cũ in nocte, tũ in ipsa die dñicę resurrectiõis.

Iudi. 16

Mat. vl.

Psal. 23.
Mat. 27.
& 28

Tertia,

Tertia, quoniam benedicitur Cæreus ex institutione Zozimi & Theodosii Max. Pont. per quē significatur Christus ob tria, quę sunt in Christo, Lichnus qdem Christi animā, Cæra corpus, Lumē uero diuinitatē significat.

Benedicitē autē Cæreus ipse propter gloriā resurrectiōis eius, quē & pater benedixit sup oīa benedictus. Atq̧ tū imprimitē Cæreo thus in modū crucis. Per q̄d significatur, Christū in cruce fuisse sacrificiū uespertinū, de q̄ Dauid, cuius passio & oratio pro nobis ut fumus thuris ascendit ad patrem in odorem suauitatis.

Psal. 140
Psal. 140
Ephe. 5.

Quarta, quod igne tū extincto nouus ignis de lapide percusso cum calibe elicitur. Id quod significat, ueterē legem, q̄ significatur per ignem ueterem, & cuius figuræ cōpletæ sint in morte Christi, uelut extinctā cessare debere (cuius causa Christus in cruce dixit cōsummatū est) nobisq̧ esse de Christo, q la pis est angularis & uerbere crucis pcussus, elicitū aliū & qdē nouum ignē, utpote spm̄ sctm̄, qui cum sit ignis diuinæ charitatis in ignis specie q̄nq̧ comparuit, de quo igne dn̄s ait. Ignem ueni mittere in terram, & quid uolo, nisi ut incendatur? Id quod fecit in die Pentecostes.

Iohā. 1
1. Cor. 10
Iohā. 19.
Esaię. 28
Luc. 12.

Quinta Cæremoniarū est, quod ecclesia exit cum solenni processiōe, benediciteq̧ illū ipsum ignē, cum cruce & aqua. Per quod significatur nos Christianos in passione eius, per quē spm̄ sanctū accipimus, esse lotos & mundatos. In cuius argumentū sanguis & aqua fluxit de eius latere. Atq̧ ideo Iohā. de ipso dicit. Qui dilexit nos, & lauit nos a pctīs nostris in sanguine suo.

Iohā. 19.
Apo. 1

Sexta, quod deinde lectis qbusdā ex ueteri Test. lectionib. prophetijs et orationib. fit processio ad baptismū p̄cedente Cæreo cum sacerdotib. & scholasticis, qui suppellicijs albis induti sunt. Per quod significatur, sicut olim Moses illuminatus igne, q per Cæreū significari potest, p̄cessit Israelitas usq̧ ad mare rubrū, ita Christus, qui p Cæreum quoq̧ significatur, p̄cessit Neophitos, qui significantē per sacerdotes & scholasticos & populos sequētes ad Baptismum & baptizatos usq̧ ad terrā promissionis. Siquidē quondā baptizādi duntaxat tēpore Paschatos & Pentecostes baptizati fuerint. Et recte quidem, quia tum in Christo consepulti sumus & in spiritu & aqua regenerati, et sicut dn̄s tunc antiquos patres a carcere infernali liberauit, teste Esaia: sic tum liberat baptizatos a pctō originali, quod hominē carceri mācipat infernali.

Exod. 13
Esai. 9

Celebrantur autem sex Cæremoniæ in benedictione Baptismi, quas pro necessitate & utilitate paucis sum declaraturus.

1 Prima earū est, quod sacerdos orat, & orādo duob. uerbis utitē, quibus ea notat, per q̄ Baptismus est cōfiguratus, utpote spm̄, qui latus est super aquas in exordio mūdi nascētis. Et diluuiū, quod fuit tēpore Noe. Precatur autem ad deum, ut ipsa baptismatis aqua eius diuinæ maiestatis imperio sumat unigeniti sui gratiam de spiritu sancto.

Gene. 1
Gen. 7

2 Secūda, quod sacerdos ter tāgit aquā manu. Primo tangēdo diuidit aquā signo crucis, quo significatur, aquā fœcundari spiritu sancto, et spm̄ immundum inde repelli. Secundo tangit aquam cum inuocatione sanctæ Trinitatis, a qua muniatur, ne spūs immundus, ab ea semel expulsus, redeundi potestatē

babeat.

habeat. Atq; sic triplici tactu significatur scta Trinitas, in cuius nomine Christus baptizari iussit, inquiens: Euntes ergo docete omes gentes, baptizate eos in nomine patris & filij & spus sancti. Tertio tāgendo aquā proiicis in q̄tuor partes, numerās orādo decem miracula, quorū quinq; in aqua patrauit pater ante Christi aduentū, quinq; uero filius post suū aduentum, quibus. s. expressus est Baptismus et eius uirtus & efficacia. Id quod significat, gratiā Baptismi dilatam in quatuor partes mundi, quēadmodum quatuor ex paradiso flumina fluxerunt, quæ quatuor mundi Climata rigauerunt. — Mat. 28 — Gene. 2.

3 Tertia, q̄ sacerdos ter mutat uocē, semper altius atq; altius canendo, quo significat celsitudinē tāti mysterij, uidelicet Baptismatis, ut scilicet sicut ipse deus miraculose operatus ē in p̄dictis miraculis, ita quoq; modo facere dignetur, ut uidelicet præter nostralē emūdationem, q̄ possunt adhiberi corporib. sint etiā efficacia purificādis mentibus. Id quod fit in hoc sacrosancto mysterio Baptismatis, prout de eo Propheta uaticinatus est, inquiens: Effundā sup uos aquā mundam, & mundabimini ab omnibus iniquitatibus uestris. Quo fieri coepit uerū per aquā Baptismi, de quo Christus: Qui crediderit, inquit, & baptizatus fuerit, saluus erit. — Ezec. 36 — Mar. 16.

4 Quarta Cæremoniarū est, q̄ deinde Cęreus in aquā deponitur, per quod significatur Christum, qui, sicut paulo ante dictum est, per Cæreum repręsentatur suo baptismo aquas sanctificasse ac illis uim regenerandi contulisse. Potest etiā per hoc intelligi, quod in tanta benedictione in aquā baptismi descendat spiritus sanctus, qui quondā in specie columbę descēdit, quādo Christus baptizabatur. — Mat. 3. Mar. 1 Lucæ. 3.

5 Quinta, quod deinceps sacerdos ter insufflat in aquā, significās tria, q̄ operatur spiritus sanctus per aquā Baptismi in eis, qui baptizantur, utpote quos expellendo ex eis malignum spm̄ ex sufflatione & exorcismo aquæ purgat a uitijs, ornat uirtutibus & præmio coronat æterno. Fit em̄ tunc denuo uerū in Baptismo, quod Christus ait: Nunc princeps mundi huius eiicietur foras. — Iohan. 12

6 Postrema Cæremoniarū est, q̄ sacerdos iterū signat aquā signaculo crucis, ne uidelicet Cacodæmon in eā redeundi habeat potestatem, demumq; aquam, per quam, sicut alias, plebs siue populus designatur, miscet Chrismate, per quod Christus ipse designatur. Id quod subindicat, baptizatos uti ueram ecclesiam, Christo, tamq̄ suo sponso, cōiungi & uniri. Quod Apostolus grauiter subinsinuat, dicēs: Viri diligite uxores uestras, sicut & Christus dilexit ecclesiam, & seipsum tradidit pro ea, ut illā sanctificaret, mundans eam lauacro regenerationis aquæ, in uerbo uitæ. Atq; hinc est, q̄ baptizati deinde dicantur Christiani ab ipso Chrismate, quo sunt uncti intus spiritualiter, foras autē corporaliter, sicut Christus spiritualiter de se uerba Prophetæ dicēs. Spiritus dn̄i super me, propterq; unxit me &c. Id quod & Iohannes ait ad Christianos. Vos unctionē habetis a sancto & nō necesse habetis, ut aliquis doceat uos. Sed sicut unctio eius docet uos de omnibus, & uerū est, & nō est mendacium. Et hæc dicta sint de Catholicis circa Baptismi bn̄dictionem Cęremoniis, q̄ sabbato paschę agi solent, quas etiam iusta ex parte declarant oratiōes — Apoc. 17 — Ephes. 5. — Esai. 61. Lucę. 4. 1. Iohā. 2.

& lectiones, quæ consueuerunt adhiberi, dici & legi circa easdem Cæremonias. Quæ denique clariores intellectu fieri possunt ex ijs, quæ reddidimus circa Cęremonias de Sacramento Baptismi. Ex quibus omnibus fit modo perspicuum, quam non probe Hæretici & Schismatici nonnulli eiusmodi Cęremonias negligunt, & ex ecclesia sublatas uolunt, sicut omnia ferme, quæ pietatem promouent & deuotionem.

De Cæremonijs in Missa & matutinis precibus haberi solitis in Sabbato Paschæ, paulo ante diximus.

DE CATHOLICIS IN ECCLESIA CAEREMONIIS in die resurrectionis Dominicæ. Caput XXXIII.

QVando uidemus & aduertimus charissimi, in ipso sacrosancto Paschali tempore coelum & terram, ueluti tunc etiam canit ecclesia, simul et quicquid est elementorum, & quicquid in eis uiuit creaturarum, etiam irrationabilium, insensibiliũ & inanimatarum, Christo creatori suo resurgenti a morte, paulo etiam solutius, collætari, & quidem in hoc, quod unumquodque eorum tunc longe quam antea lætius & apertius rursum accrescit, suumque ad Christi Iesu gloriam peragit officium, quum paulo ante, in die uidelicet Parasceues, quicquid eorum est, ob ipsius innocentissimam & amarissimam passionem & mortem mœrore simul & luctu uisibiliter fuit affectum: quãdo, inquam, hoc ipsum uidemus ab eis ipso paschali tempore fieri, quãto magis oportuit nos in die Parasceues mœrere & in ipso die resurrectionis spirituali gaudio tam Christo quam nobis gaudere, & unumquemque officium suum ad Iesu gloriam & gratitudinem prorsus agere, quum propter nos mortuus sit propterque nos solum resurrexerit, dicente Paulo: Qui traditus est propter delicta nostra, & resurrexit propter iustificationem nostram. In quo sane dubitandum non est. Sicut enim, Esaia teste, nobis natus & ipse crucifixus & mortuus est, ut nos ab æterna morte liberaret, ita & nobis hodierna die resurrexit, ut nos sua resurrectione a morte, suo tempore faceret resurgere. Si enim in ipso sumus crucifixi & mortui, procul dubio & in ipso & per ipsum in nouissima die ad uitam æternam corpore & sanguine resurgemus. Atque hoc est, quod & ipse quoque Paulus ait: Si credimus, qa Iesus mortuus est & resurrexit, ita et deus eos, qui dormierunt per Iesum, adducet eum eo. Sicut enim in Adam omnes moriuntur, ita uiuificabuntur omnes in Christo, qui uirtute sua, qua sibi omnia subiicere potest, reformabit corpus humilitatis nostræ configuratum corpori claritatis suæ.

Luc. 23. Matt. 27 Rom. 4. Esai. 9 1. Th. 4 1. Cor. 15 Philip. 3

Et recte nimirum. Nam si non dubitamus de communione naturæ, quam cum ipso secundum humanitatem habemus communem, profecto nec debemus nec possumus dubitare de consortio gloriæ, quam ipse sua resurrectio-

ne

ne gloriosa nobis est adeptus, prout euidẽter testatum faciunt Catholicæ Cęremoniæ, quibus in sanctissimis feriis lætabundæ Iesu Christi resurrectionis toto ferme orbe celebrat ecclesia Catholica, prout paulo post dicemus.

Modus uero & usus earum Cæremoniarum talis, ut sequitur, indiscriminatim est.

Post medium noctis adpropinquante iam albo dilucentis coeli conuenit in templo clerus &c. & de sepulchro cum reuerentia recepto uenerabili sacramento Eucharistiæ una cum signo sanctæ crucis, statim cum eo ipso crucifixo itur ad templi portas, adhuc proinde clausas, & pulsante ter ipso præsbytero, qui defert crucifixum, serioq; dicente uerbum Christi resurgentis apud Dauidem: Attollite portas principes uestras, & eleuamini portæ æternales, & introibit rex gloriæ, respondit quidam foris stans, inquiens: quis est iste rex gloriæ? Respondet qui cum signo crucis pulsat. Dominus fortis & potens, dominus potens in prælio, dominus uirtutum ipse est rex gloriæ. 1 2 3 Psal.23

Quo quidem sic exacto aperiuntur templi portæ, fit campanarum compulsus, itur in circuitu per modum processionis ac interim canitur cum iubilo. Cum rex gloriæ &c. & Christus resurrexit &c. 4

Incipiuntur statim matutinæ preces cum triplici Alleluia, Alleluia, Alleluia, tribusq; lectionibus ex Euangelio desumptis. In quibus aliquot in locis comice quadamtenus repræsentãtur euntes ad sepulchrum domini tres Mariæ, quærentes & cupientes ungere dominum in sepulchro, quibus apud sepulchrum stans persona præ se ferens angelum, respondet, Christum resurrexisse, prædecessurum eas & suos discipulos in Galilæam. 5

Finitis itaq; matutinis precibus, præsenteq; deinceps stata sacrosanctæ Lyturgiæ hora, transeuntibus iam cunctis moesticiæ Cæremoniis, regredientibusq; in templo Cæremoniis omnibus lætis per ecclesiæ cantica & ornamenta, factoq; ad officium Missę campanarum compulso, primum fit uictualium sanctis & ex sancta scriptura deuotis orationibus benedictio, quibus deinde primum uescimur, postea benedicitur aqua cum sale, quod in eã proiicitur partim. Fitq; tandem solennis per ambitum ecclesiæ processio, qualis ferme fuit tempore matutino. In qua pręfertur crucifixus cum uexillo, quẽ sequitur sacerdos maior ac hunc totus populus usq; ad portam templi, unde coepit & egressa est processio, in qua nihil canitur ueteris historiæ, sed dumtaxat, quod pertinet ad gloriam Euangelii & lætitiam gloriosæ resurrectiõis. Statione proinde facta ante templi fores, ingressus fit ad templum magno cũ gaudio, caniturq; historia resurrectionis, quam Marcus una cũ cæteris Euangelistis describit, legendamq; statuit ecclesia in ipso officio Missæ, dici dominicæ resurrectionis, quod illico subsequitur, nil continens, quam pascha nostrum cum gaudio, quod est Christus, uti hoc ipsum declaratio harum Cæremoniarũ paulo post perspicuum reddet. 6 7 8

Inprimis igitur quia crucifixus una cum uenerabilissimo sacramento Eu- 1

charistiæ circa diluculum de sepulchro cum religiosa quadam taciturnitate & psalmodica oratione recipitur, significat ipsum Christum tertia die resurrexisse summo quidem mane iuxta prophetiam & Euangelicam ueritatem. Ipse quidem Dauid in persona patris ait ad filium iam sepultum. Exurge gloria mea. Cui respondens filius, ait: Exurgam & suscitabor diluculo, id est, primo mane, quod est tempus inter tenebras noctis & diei claritatem, quo etiam tempore Lucas ait dominum surrexisse, quod Marcus ualde mane, & Iohannes adeo mane fuisse dicit, ut adhuc tenebræ fuerint, sole nondum plene exorto. Iuxta quos & accipiendus est sermo duorum discipulorum Emaus euntium, qui dicunt mulieres ante lucem apud monumentum fuisse, quando dominus tunc surrexerat, intellige ante lucem solis, non etiam luciferi siue auroræ, ante quam adfuisse non intelliguntur. Quod uero Marcus capite ultimo ait, orto iam sole, accipiendum est, quando cœlum ab Orientis parte albesceret, quod fit utique oriente solis uicinitate: prout ipsemet Marcus intelligit seipsum, dicens eas uenisse ualde mane: quod utique pars est diei, auroræque finitima, quando die iam surgente aliquæ tenebrarum reliquiæ tanto minores sunt, quāto magis oritur lux, nec intelligendum est, quasi sol iam uisus fuisset prorsus super terram, sed quando cœlum ortu suo cœpit illuminare.

Psal. 56. — Luc. 24 — Iohā. 20 — Mar. vl.

2 Secundo, quia sacerdos cum crucifixo templi portam pulsat, designat ipsum Christum, qui, Propheta prædicente, sic serio Cacodæmones est alloquutus, redempturus suos ab inferis, captiuos illic in lymbo in eum credentes, inquiens: Attollite portas principes uestras & cætera. Ipse uero, qui respondit quærens: Quis est iste rex gloriæ? designat ipsum Cacodæmonem stupefactum ex aduentu Christi tam serio præcipientis, qualem nullum sensit unquam, utpote, quæ uox, prout Euangelion Nicodemi narrat, haud secus illi audita est, atque tonitru, præsertim quando respondentem illum audiuit. Dominus fortis & potens, dominus potens in prælio, ipse est rex uirtutum & gloriæ. Et uere nimirum respondit, ut qui suam testatus est gloriam & potentiam.

Psal. 23.

3 Tertio, quod tandem portæ aperiuntur, significat, quia dominus ipse uirtute sua tartaros fregit, & in eis Cacodæmonem uicit, ut noster ante templi portam cantus designat, desumptus ex prophetia, quam tunc ueram reddidit, dicente: Quia contriuit portas æreas, & uectes ferreos confregit.

Psal. 106

4 Quarto, quia fit campanarum compulsus, iturque more processionis cum læto resurrectionis cantico &c. duo sane significat.

Primo, quod magno cum triumpho Christus intrauerit inferos ac suos potenter redemerit & a captiuitate receperit Cacodæmonica, ligans Cacodæmonem & eius uiolentiam aufferens, utpote uerus ille princeps fortior, qui fortem istum armatum uicit, uniuersaque eius arma abstulit, in quibus confidit spoliaque distribuit, id est, homines illos pios ab eius tyrannide uindicauit, ac in eis potenter, uti rex gloriæ, triumphauit, cœpitque fieri tum uere uerum,

Matt. 12. — Luc. 11 — Marc. 3. — Psal. 67. — Ephes. 4

rum, quod Apostolus scribit, quod in eius nomine flexum est omne genu, Philip. 2 cœlestium, terrestrium, & infernorum, & omnis lingua confessa est, quia do minus Iesus in gloria dei patris est.

Secundo, quod magno cum gaudio pij homines illic aliquot millibus & centenis annis capti Christum receperint, eumq; processionaliter sequuti fuerint, deuotissime ac lætissime canentes & clamantes hæc in responsorio uerba. Aduenisti desiderabilis, quem expectabamus in tenebris, ut educeres hac nocte uinculatos de claustris, te nostra uocabant suspiria, te larga requirebant lamenta, tu factus es spes desperatis & magna consolatio in tormentis. Alleluia. Eheu, quis suffecerit exprimere lætitiam, quam ex Christi aduentu conceperunt apud inferos pij patriarchæ & prophetæ, qui millibus aliquot annis in limbo patrum detenti diu noctuq; desiderarunt anxie se liberatum iri per Iesum resurgentem? Cuius sane desiderii facti sunt in nocte resurrectionis compotes.

Quinto, quia canitur officium matutinum, trium dumtaxat lectionum, 5 trium psalmorum & trium responsoriorum, multisq; Alleluia plenum, repræsentaturq; Comicum perinde spectaculum, significat summum illud gaudium, quod habuerunt mulieres piæ, præsertim tres illæ Mariæ, de quibus ipsum testatur Euangelion ex eo, quod ex angelo prorsus intellexerunt, Mar. vi. Christum resurrexisse, ipsumq; discipulos suos in Galilæam prædecessurum die resurrectionis ipsa tertia, prout ipse prædixerat eis in nouissima cœna dicens. Scriptum est: Percutiam pastorem & dispergentur oues gregis. Zach. 13 Postquam autem surrexero, præcedam uos in Galilæam. Quod angelus Matt. 26 sciens ait ad mulieres primum perturbatas. Nolite expauescere, Iesum quæritis Nazarenum, crucifixum: surrexit, non est hic. Ecce locus, ubi posuerunt eum. Sed ite & dicite discipulis eius & Petro: quia præcedet uos in Galilæam, ibi uidebitis eum, sicut dixit uobis. Quem sermonem sequuti sunt illi statim ea die, profecti in Galilæam, teste Matthæo, uiderunt ipsum dominum. Matt. 28. Quo quidem uiso, teste alio Euangelista, gauisi sunt gaudio ualde magno. Iohã. 20.

Sexto, quoniam in die tandem resurrectionis resumuntur omnia læta can 6 tica & uestimenta & ornamenta Cæremonialia, submotis tristibus omnibus, arguit, quod nobis, qui conterendo, confitendo, satisfaciendoq; hactenus cum Christo spiritualiter moriendo propter peccata tristes fuimus, modo nobis gaudendum sit, quia Christus caput nostrum non modo sibi, sed & nobis quoq; resurrexerit, sua resurrectione nostram operatus sit resurrectionem, dicente Paulo: Si commortui sumus, & conuiuemus, si sustinebimus, 2. Tim. 2 & conregnabimus.

Septimo, quia benedicuntur uictualia tum deuotis ex scriptura precibus, 7 ac eis deinde uescimur, significat primo, quod Christus cibus ille benedictus, panis de cœlo descendens, & agnus qui tollit peccata mundi, pro nobis Iohan. 6 in ara crucis oblatus eis, qui susceperunt ipsum sub sacramento Eucharistiæ Iohan. 1. digne, suam dederit benedictionẽ, qua in resurrectione sua propulerit omnem Gene. 3

maledictionem, quam Cacodæmone instigante, per cibum incurrimus, prout olim præsignatum fuit per agnum Paschalem, quem filii Israel ex captiuitate Aegyptiaca redempti manducarunt, in figuram Iesu Christi, cuius sanguine redempti & eius resurrectione uiuificati sumus.

Exo. 12.

Luc. 24. Iohã. vi. Secundo significat, quod Christus post suam resurrectionem cum discipulis aliquoties, & quidem nunquam sine benedictione manducarit, ueluti patet ex Euangelii locis de resurrectione legi solitis, quemadmodum & Petrus Apostolorũ princeps ait in Actis, idq; reliquorum omnium Apostolorum nomine. Et nos testes sumus omniũ, quę fecit in regione Iudæorum & Hierusalem, quē occiderunt, suspendētes in ligno. Hunc deus suscitauit tertia die, & dedit eum manifestum fieri non omni populo, sed testibus præordinatis a deo, nobis, qui manducauimus & bibimus cum illo, postquam resurrexit a mortuis.

Acto. 10

8 Octauo, quoniam fit processio cum uexillo & crucifixo, & cæreo ardente, sequente sacerdotem officiantem populo sexus utriusq; & canente lætum de resurrectione canticum una cum subsequente lætissimo Lyturgiæ sacrificio, significat duas processiones in die resurrectionis magno cum decore & gaudio factas.

Lucæ. 2. Prima fuit in limbo patrum, qui redempti sunt, & usq; in paradysum secuuti Christum, cæreum, hoc est, lumen mundi, quod eis adparuit in tenebris. Cuius uexillum fuit crux sancta, per quam uicit Diabolum & eius tartarum, prout paulo supra diximus.

Secunda fuit discipulorum, qui hoc tempore Paschali magno cum gaudio processionaliter processerunt post dominum in Galilęam, deindeq; Hierosolymam redierunt, quos in nostra processione repræsentamus, egrediendo uidelicet templum, ad & post eum, quasi de Hierusalem in Hierusalem redimus, prout illi fecerunt. Hæc uero processio resurrectionis ita sancta est, sicut est ipsa dies resurrectionis, cuius uti dies omnes toto quidem anno dominicæ sunt Octauæ, sic omnes processiones eius sunt processionis, quæ fit in die resurrectionis, Octauæ,

Esai. 29. Matt. 15. Hæ sunt interpretationes Cæremoniarum in die resurrectionis Catholicarum, quæ tandem proficient nobis, ubi spiritualiter quoque seruauerimus eas in corde, quod non debet abesse Cæremonijs exterioribus.

Ephe. 5 Marc. 24. Primo proinde surgamus ualde mane, id est, statim sine mora de peccato, sicut Christus ex sepulchro dicēte Paulo: Surge, qui dormis, & exurge a mortuis, & illuminabit te Christus, quị designatur per ortum solem, quando sit ipse sol iustitiæ.

Secundo ueniamus deinde cito ad unguendum Christum in sepulchro. i. in corde nostro, bonis unguentis, id est, bonis & deuotis cogitatibus, uerbis

&

& operibus, quæ recte designantur per aromata, quoniam sicut unguenta hominem non modo recreant, sed et eum, qui sumit odorem eorum, exhilarant & lætificant, ita bona opera CHRISTVM deum & hominem sic exhilarant & lætificant, ut nobis reconcilietur, & in nouissimo die nullum passurus sit penes se, nec secum ad æternam uitam ire, præterquam eos, qui bona fecerunt hic opera, dicturus ad fiduciarios istos, opera bona non habentes. Discedite a me omnes, qui operamini iniquitatem. Quia nunquam noui uos. Matth. 7 Matt. 25

Tertio cibum nostrum sumamus semper cum benedictione uerbi dei, & quidem maxime hoc sacro tempore, in quo Cacodæmon iste, si maneret adhuc ista primæua ex peccato gulæ protoplasti maledictio, maxime tentat hominem, ut per ipsum cibum non benedictum, possit ipsum retrahere post ieiunium in peccatum gulæ & luxuriæ, quemadmodum tentauit Christum, & in ipsis Corinthijs ita consumauit, & quia citra benedictionem suos cibos hoc sacro tempore gulose comederint & fuerint facti post Eucharistiæ sacramentum ebrij, corpus domini cessit ipsis in ægritudinem & mortem corporis & animæ. Cuius causa Catholica ecclesia tempore Paschali rectissime statuit, ut more Iesu Christi uictualia benedicat, admonente Paulo, quum dicit. Omnis creatura dei bona est, & nihil reijciendum, quod cum gratiarum actione percipitur. Sanctificatur enim per uerbum dei & orationem. Gene. 3 Matt. 4 Marc. 1. Luce 4. 1. Cor. 11 1. Tim. 4

Quarto sequamur in nouitate uitæ uirtuosæ Christum in Galilæam, hoc est, in transmigrationem, de uirtute in uirtutem, per patientiam tribulationum, angustiarum, passionum & persequutionum, per quas & Christum & Apostolos oportuit ire in Galilæam & redire in æternam & supernam illam Hierusalem. Atque nimirum nisi & ipsi sequamur ad hunc modum, id est, nisi cum eo sustinuerimus, cum eo non neque gloriose resurgemus neque conregnabimus, uti testantur Petrus & Paulus, qui singulariter ait. Sicut CHRISTVS resurrexit a mortuis per gloriam patris, ita & nos in nouitate uitæ ambulemus. Qui si sequemur ita CHRISTVM in Galilæam, dubio procul redibimus ad superiorem illam & cœlestem Hierusalem, ubi Christus sedet in gloria dei patris. Amen. Psal. 83 Luc. 24 Acto. 4 Roma. 8 2. Tim. 2. 1. Pet. 1. Roma. 6

DE CATHOLICIS IN ECCLESIA Cæremonijs in septem a Paschate diebus. Caput XXXIIII.

QVemadmodum Israelitæ quondam in ueteri Testamento suum Pascha septē diebus celebrarūt, ita nos q̄q; Christiani nostrū Pascha in nouo Testamēto, q̄ ueritas rńdeat figuræ, sic septē dieb⁹ celebramus (saltē in choro, sicut ī nascēte ecclesia quodā in foro q̄q;) ut septē illi dies simul q̄dātenus Exod. 12 Num. 28 Deut. 16. 1. Cor. 10

una dies habeantur. Cuius causa quotidie cantitur lætissimus ille cantus Psalmodicus, quo quondam Dauid spiritu sancto ductus populum fidelem quasi tum præsentem monuit ad gaudendum de die resurrectionis tum adhuc futuro, dicens. Hæc est dies, quam fecit dominus, exultemus & lætemur in ea. Quem quidem totum Psalmum composuit idem propheta de prima dominica resurrectionis. Quæ tanta nimirum est ob gloriosam Iesu Christi resurrectionem, quæ in ea facta est, ut omnes in toto anno dominicas dies pro octauis habeat, solaque dominica dies appellari obtinuit, nec ab tempore Apostolorum mutata fuerit unquam.

Psal. 117

Vocatur autem hæc ipsa prima septimana Paschalis temporis, septimana in albis, ab ipsis Cæremonijs, quæ quondam seruari fuerunt solitæ. Quandoquidem in nascente adhuc ecclesia duobus duntaxat diebus solenniter baptizabantur baptizandi, nimirum duobus Paschæ uidelicet & Pentecostes Sabbatis, qui uero baptizabantur, quos primum nominabant Catechumenos, id est, sacræ fidei mysterijs edoctos, sed nondum salutaribus undis Baptismi regeneratos & ablutos, uestibus albis, & candidis induebantur ad significandum animæ hominis puritatem & innocentiam uirtute Baptismi per remissionem peccatorum acquisitam, quam baptizati post ablatas ueteres maculas studiose seruare deberent, uti uestimenta quædam pura & preciosa secundum scripturam dicentem. Omni tempore uestimenta tua sint candida: ad significandum præterea, quod renati per Baptismum gloriosam corporum & animarum futuram habituri sint resurrectionem, quæ utique candore uestium nitido significatur. In cuius argumentum quoque angelus ipse comparuit in sepulchro domini mulieribus in stola candida, quæ fulsit uti nix.

Ecclesi. 9

Marc. 16

Matt. ul.

Ipsi uero baptizati deinde, sicque albati, quos uocabant Neophitos, id est, nouiter ad fidem conuersos & quasi nouum germen uirtute Baptismi plantatos, eiusmodi uestes albas deferebant septem diebus, id est, a Sabbato Paschæ, usque ad Sabbatum proxime sequens, ad designandum primo, quod baptizati debent baptismalem mundiciam seruare omni tempore uitæ suæ, quod numero septenario peragitur, deindeque, quod si baptizati mundiciam corporis & animæ seruauerint, de Sabbato temporario transituri sint, depositis corporibus, ad Sabbatum æternitatis. Atque ob id baptizati uestes eiusmodi candidas exuebantur in alio Sabbato, quoniam animæ illorum de corpore exeuntes, Sabbatum, id est, requiem sint inuenturæ, si uestes eorum fuerint albæ conseruatæ.

Et Hactenus de Cæremonijs albarum uestium, quas in mysterio quondam Neophiti in uigilia & Sabbato Paschæ per totam paschalem septimanam deferebant, unde septimana in albis appellari cœpit. Atque in huius rei memoriã Baptismus in duobus anni diebus, Paschæ uidelicet ac Pentecostes Sabbato solenniter certis suis Cæremonijs, de quibus suo loco dicturi sumus, benedicitur, sanctificatur & consecratur, processionaliterqꝫ per totam

Paſchalem ſeptimanam uſitatur ſub officio ueſpertino.

Ipſum uero ueſpertinum officium claritate Paſchalis feſtiuitatis illuſtratũ nõ inchoatur per Deus in adiutorium meum intende, & cætera, ad deſignandum, quod in uita futura, quam nobis baptizatis operata eſt Chriſti reſurrectio, non indigebimus adiutorio, quum futuri ſimus in gratia & gloria ppetua, & in eo quidem loco, ubi non eſt, quod nobis ultra poſſit inſidiari, quandoquidem nec inibi ſit fames, nec ſitis, nec dolor, nec mors, nec æſtas, nec frigus, utpote a quibus ipſe deus oẽm ab oculis noſtris lachrymam ſit abſterſurus, ſed inchoatur ab ipſo Kyrieleiſon, quoniam ueſpertina hora Sabbati Paſchalis Baptiſma dicitur fuiſſe p Kyrieleiſon inchoatũ, utpote, q̃ uox eſt & exultationis & deuotæ precationis, qua eccleſia, læta de Neophitis renatis, deum (prout adhuc eodẽ tẽpore) rogabat cum ſpũali gaudio, quatenus dignaretur eos in nouitate uitæ conſeruare. Ad quam Paulus hortatur omnes baptizatos, inquiens. An ignoratis, quia quicunque baptizati ſumus in Chriſto Ieſu, in morte ipſius baptizati ſumus? Conſepulti enim ſumus cum illo per Baptiſmum in mortem, ut quo modo Chriſtus ſurrexit a mortuis per gloriam patris, ita & nos in nouitate uitæ ambulemus. Si enim complantati facti ſumus ſimilitudini mortis eius, ſimul & reſurrectionis erimus.

Pſal. 69

Apoc. 7

Apoc. 21

Eſaiæ 64

1. Cor. 2

Romã. 6

Deinde ueſperæ preces tribus duntaxat Pſalmis ſub unõ alleluia cantantur, ad deſignandum primo Baptiſmum dari inuocatione ſanctiſſimæ Trinitatis, eſſentia unum exiſtentis, dicente Iohanne. Quoniam tres ſunt, qui teſtimonium dant in cœlo, pater, uerbum & ſpiritus ſanctus, & ij tres unum ſunt. In eius autem nomine & inuocatiõe iuſſit Chriſtus Apoſtolos baptizare, dicens. Euntes ergo docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris & filij & ſpiritus ſancti.

1. Ioan. 5

Matt. ul.

Secundo ad ſignandum, quod Chriſtus tertia die citra dubium reſurrexerit, cui cõueniunt eiuſmodi Pſalmi.

Quod autem per totam ſeptimanam proceſſionaliter ad fontem Baptiſmi deſcenditur, deſignat, quia quondam eccleſia Catholica gratias egerit deo pro Neophitis & exultauerit, quia receperant ſeptem dona ſpiritꝰ ſancti per Baptiſmum, qui præfiguratus fuerit iam olim in ueteri teſtamento. Atq; hoc eſt, quod apud ipſum fontem Baptiſmi canitur Pſalmus: Laudate pueri dominum, & : In exitu Iſrael de Aegypto &c.

Eſaiæ 11

Pſal. 112

Pſal. 113

In quorum primo monentur pueri, id eſt, Neophiti, ut pro gratia Baptiſmi laudent dominum, gratiasq; agant illi, quandoquidem ſint in eo numero, qui fide per Baptiſmum certo ſaluentur.

Marc. ul.

In ſecundo autem Pſalmo docemur, noſtrum ſacroſanctum Baptiſma quondam fuiſſe præfiguratum per mare rubrum, prout euidenter Apoſtolus arguit, inquiens. Nolo enim uos ignorare fratres, quoniam patres noſtri omnes ſub nube fuerunt, & omnes in Moſe baptizati ſunt in nube & in mari.

1. Cor. 10

Exod. 15 Atq; ideo sicut olim Hebræi, Pharaone & suis in mari rubro submersis septem diebus redierunt ad mare, nec non ibi gratias exultando egerunt deo, canentes canticum, quod illis fecerat Moses, cuius initium est. Cantemus domino & cætera, ita nos quoque baptizati diebus septem redimus ad fontem Baptismi, quod in ipso submersi sunt spirituales inimici nostri, cuiusmodi sunt Cacodæmones una cum uitijs & peccatis, quæ nobis in fide per Baptismum sic remissa sunt, ut certo simus de numero saluandorum, quemadmodum diximus in Cæremonijs Sabbati sancti, dicturi suo loco plura, si fore uidebimus operæprecium.

In præsentia uero non est aliud monendum, quam quod salus Baptismi semel peccatis amissa, recuperari non possit, quam per aquam pœnitentiæ ueræ, qua nos lauabimus, si fuerimus & ipsi tristes, prout olim tristes fuerunt duo discipuli proficiscentes Emautem, timentes uidelicet, ne nostris peccatis ipsum dominum Iesum amiserimus & fugauerimus, prout illi fortassis ueriti sunt. Quandoquidem hæc ipsa tristitia, teste Paulo, sit secundum deum, quæ pœnitentiam stabilem operatur in salutem. Et profecto nihil tristius esse nobis debet, quam amittere IESVM CHRISTVM, sine quo nihil sumus nec possumus, cum quo possumus omnia, quo absente, salus absit nobis omnis. Sicut enim nemo contra nos, si fuerit ille nobiscum, sic nihil non contra nos, si contra nos est ipse.

Lucæ 24. 1. Cor. 7 Iohan. 15 Roma. 8 Psal. 118

Nos igitur per ueram pœnitentiam & per opera pœnitentiæ cogemus dominum, ut maneat sua gratia & misericordia nobiscum, præsertim, quando non solum aduesperascit, sed & ipsa dies sit inclinata, ad eam scilicet noctem, in qua nemo potest operari. Et profecto dies inclinata est, quoniam uidemus omnia passim tendere ad interitum huius mundi, deus sit nobis propitius per filium suum, IESVM CHRISTVM, dominum nostrum. Amen.

Iohan. 9.

DE CATHOLICIS IN ECCLESIA Cæremonijs dominica & hebdomada Rogationum. Caput XXXV.

QVinta post Paschæ dominica dies toto passim orbe appellatur, dominica Rogationum, tum ob sacrosanctum Euangelion, quod eo die legi solet, materiam Rogationum continens, tum ob Cæremonias, quibus ecclesia ubique locorum tribus diebus hebdomadæ subsequentis utitur, quæ quidem hebdomada dici quoq; solet, Crucis hebdomada, quod in ea Cæremoniales fiant processiones, præcedente signo & uexillo sanctæ crucis.

Quæ quidem Cæremoniæ sic se habent. Solent singulis diebus hebdomadę subsequentis quintam post Pascha dominicam diem, circa ferme Missarum tempus, utpote circiter horam diei tertiam uel quartam iuxta distanti-

am loci, quo procedendum est factis ad hoc aliquot campanarum pulsis, utriusque sexus homines tam Ecclesiastici quam seculares siue Laici, quos uocant, in commune conuenire, peractoque dein sacrosancto Lyturgiae sacrificio ad aliquod ipsis iam olim definitum templum, quod alicui diuorum, sicut singulari cuidam patrono, cuius apud deum patrocinatione & intercessione connituntur, consecratum est, solennibus quibusdam canticis & Laetanijs, quas uulgo processiones uocamus, praecedente signo sanctae crucis proficisci, suasque deinde singulariter sub sacrosancto sacrificio precationes ad deum profundere, hocque facto cum prioribus canticis & rogationibus domum redire. Solet autem in eis processionibus hic ordo Caeremonialis obseruari.

Primo quidem in ijsce Caeremonialibus processibus praefertur signum sanctae crucis & uexillum, quo terreantur per ipsum Cacodaemones eorumque fugetur a nobis insidiae & machinationes, quibus moliuntur nobis & anima & corpore nocere, caeterum uidentes hoc signum dominicum, cuius archetypo uicti sunt plagamque receperunt, eminus aufugiunt, nocere non potentes, teste Chrysostomo, prout euidenter testatur signum Thau. T. quod olim fuit figura signi sanctae crucis, huius uirtutem luculenter exprimens. Quicunque enim fuerunt eo tum signaculo frontibus in ipsis signati, liberati prorsus fuerunt ab interitu & exitio, quo puniebatur mali propter eorum scelera p sex uiros, dubio procul angelos, a deo missos in uindictã. Quinimo uirtutẽ sanctae crucis uti figura declarauit, uirtus serpẽtis in deserto, p modũ crucis erecti. Quicunque enim respexerunt in eum, sanati sunt a mortifero morsu serpentium ignitorum. Iam uero si figura potuit habere uirtutem a deo fugandi nocumenta hostium uisibilium & inuisibilium, quur non identidem, imo multo magis ipsa ueritas, scilicet signum sanctae crucis? Quocirca recte canit ecclesia. Ecce crucem domini, fugite partes aduersae, uicit Leo de tribu Iuda.

Ezech. 9.

Num. 21. Iohan. 3. 1. Cor. 10

Apoc. 5

Secundo sequuntur crucem reliquiae sanctorum nunc in coelo uiuentium, quo sciamus quia omnes sanctos, quorum reliquiae deferuntur, in uirtute sanctae crucis crucem suam post Christum, qui per crucem, in qua pependit, designatur, ferentes ipsum quoque cum CHRISTO diabolum uicerunt.

Tertio sequuntur crucem & reliquias ipsi homines, quo monentur omnes utriusque sexus, ut Christum cum eius sanctis sua cruce praecedentem, uiamque nobis uerbo & facto facientem sequantur, utpote qui nobis in facto uiam, in uerbo ueritatem, in mysterio crucis uitam sic fecerit, ut uere dixerit ad Thomam. Ego sum uia, ueritas & uita. Ad quam sane sequelam hortatur Petrus, dicens. In hoc enim uocati estis, quia & Christus passus est pro nobis, uobis relinquens exemplum, ut sequamini uestigia eius, de se dicens. Exemplum dedi uobis, ut quemadmodũ ego feci, ita & uos faciatis. Ipsi autem homines ex antiqua constitutione & consuetudine sic processionaliter & quintuplici ordinatione procedunt.

Matt. 10 & 16 Lu. 9. 14

Iohã. 14 1. Pet. 2.

Ioh. 13.

Primo

Primo præcedit clerus ac hunc ſequuntur Laici, quo ſciant debere paſtores & ſacerdotes ita perfectiores eſſe uirtutibus ipſis Laicis, ut ſunt ſtatu & dignitate ſuperiores & priores, utpote ad quos ſingulariter dictum eſt. Vos eſtis lux mundi. Sic luceat lux ueſtra coram hominibus, ut uideant opera ueſtra bona, & glorificent patrem ueſtrum, qui in cœlis eſt. Id quod præfiguratum eſt in excubijs Arcæ tabernaculi, quum ſacerdotes & Leuitæ duntaxat eam circumgirabant, nec quiſquam Laicorum accedere debuit, nec impune potuit.

Matth. 5

Nume. 3.

Secundo procedunt uiri a mulieribus ſeorſum, quo ſciãt, quæ cœpta ſunt ſpiritu, non debere carne conſumari, prout Paulus apud Galatas docet, ita dicẽs. Sic ſtulti eſtis, ut cum ſpũ cœperitis, nunc carne cõſumemini. Abſurdũ utiqȝ, quaſiqȝ nociuum uidetur, ut cum diuinis intendere debemus, uiri mulieribus miſceantur, præſenteqȝ obiecto nequam, ab intentione ſpiritus ad turpitudinẽ animus diſtrahatur. Cuius cauſa Paulus quoqȝ uoluit coniuges continere ad tempus, ut uacarent orationi. Hinc a naſcente eccleſia ſeorſum orare ſolebant in templo mulieres & uiri ex cõſuetudine, quæ honeſtatis cauſa recte ſeruari debet, ut omnia, Paulo teſte, fiant honeſte & ordinatim.

Galat. 3.

1. Cor. 7

1. Cor. 11

Tertio procedunt bini & bini, quo ſciant ſe mutuo ſicut fratres debere diligere, pacificosqȝ eſſe & concordes, non autem ſingulares, ſeqȝ ſeparare a communitate, quum, qui ſegregant ſemetipſos, ſint animales, ſpiritum non habentes, nec ſolliciti ſint ſeruare unitatem ſpiritus in uinculo pacis, uti Paulus ait. In cuius argumentũ Chriſtus diſcipulos ſuos añ faciẽ ſuã miſit binos & binos.

Iudæ 1.
Eph. 4
Luc. 10

Quarto ſequuntur plęriqȝ omnes crucem ſic ordinate ad templum alicuius ſancti, tanq̃ ſingularis apud deum patroni, quo ſciant ſe tanq̃ peccatores indignos facilius exaudiri intercesſione ſanctorum, quos adeo libenter exaudit deus pater, ut non opus ſit, quo Chriſtus patrem pro eis oret, quemadmodum fuſiſſime docuimus & probauimus in librum noſtrarum Homiliarum & Poſtillarum.

1. Ioan. 1

Iohan. 16

Quinto ſic ordinate ſequũtur crucẽ & reliqas, donec redeãt in eccleſiam, quo ſciant Chriſtum & ſuos in cruce ferenda ſequi debere conſtanter uſqȝ ad finem, donec uideant deum deorum in Sion in triumphali eccleſia, quæ cœlum eſt, memores non fieri ſaluos, niſi qui perſeuerant uſqȝ in finem.

Pſal. 83
Matt. 10

Haſce uero Lætanias & rogationes & proceſſiones primus omnium in eccleſia & in nouo Teſtamẽto, Liberius Papa inſtituit, Anno poſt Chriſtum natum DXCIIII. ut in eis ipſi homines a deo deprecarẽtur famem, peſtem, bellum & id genus alia, quæ timemus obfutura nobis. Sed quas tribus diebus ante Aſcenſiõis diẽ agimus, inſtituit Mamertus Eps̃ in Gallia Vienñ, tpe Zenonis Impe. Anno poſt Chriſtũ natũ, CCCCLXXX. ut uidelicet hoĩes in proceſſiõe cõgregati depcarenẽ a deo frequẽtes terrẽmotus, domos & tẽpla ſubuertentes, itemqȝ lupos ferasqȝ ſylueſtres, tum p pagos & urbes incurſionẽ facientes, hoĩes et pecora deuorantes. Quã qdem deinde conſtitutionem Catholica Eccleſia toto terrarum orbe ſic moribus utentium confirmauit et approbauit ab eo uſque tempore, ut quoties uel animæ uel corporis uel ſubſtantiæ

stantiae nostrae praesto sunt uel immineant pericula, statim soleant agi processiones eiusmodi conuentuales.

Primo, quia primum sit & ultimum in necessitatibus refugium, supplex ad deum oratio, dicente Iosaphat alias in bellica necessitate ad dominum. Domine deus patrum nostrorum, & caetera, quum ignoremus quid agere debeamus, hoc solum habemus residui, ut oculos nostros dirigamus ad te. 2. Par. 20

Secundo, quod scriptura moneat ad huiusmodi processiones in necessitate. Iohelis enim tempore necessitatis ita dicebatur. Canite tuba, uocate coetum, congregate populum, coadunate senes, congregate paruulos & sugentes ubera matris. Iohe. 2

Tertio, quia uerisimile probabileq; sit, deum libentius & facilius nos exaudire processionaliter, ubi multitudo est precantium, quam sigillatim, ubi uel unus est uel alter. Quum enim dominus dicat. Si duo ex uobis consenserint super terram, de omni re, quam petierint, fiet illis a patre meo. Vbi enim duo uel tres congregati fuerint in nomine meo, in medio eorum sum, & tantum placeat domino paucorum consors oratio, quãto magis multorum? Si quoque Iacobus ait multum ualere iusti assiduam deprecationem, quanto magis multorum in processione, ubi praesumuntur multos fore iustos? Matt. 18 Iacob. 5

Atque hoc est, quod ferme semper multitudo processionaliter orantium exaudita est a deo.]

Quum enim olim Moabitae, Ammonitae, Idumaei & Syri cum alijs multis apparatu bellico maxi. uenirent perditum Iosaphat & suos, ille uero congregata suorum multitudine deum precaretur, ut sua uirtute praestaret auxilium, confortatus oraculo prophetico, factus est uoti compos, utpote qui mirabilẽ de cũctis hostibus obtinuerit uictoriã absq; ullo labore & cõflictu. 2. Par. 20

Sic quoq; Holopherne, duce militię regis Nabuchodonozor Bethuliam obsidẽte, cõuocatoq; per Iudith toto urbis populo et unanimiter ad deũ orãte pro auxilio, dominus misertus mirabilem dedit uictoriam populo, nimirum obtruncato Holopherne per sanctissimam Iudith. Sileo de alijs ob temporis breuitatem. Iudith. 7

Sed quare (quaeris) deus facilius exaudit & gratiosius in necessitate plures congregatos, quam singulos seorsum?

Primo, quia congregatio concors est signum charitatis eorum, qui coniunguntur, ipsa uero nostri mutua charitate nihil est deo charius, ut qui uel ob eam nos uult exaudire, dicens. Si duo ex uobis consenserint super terram, de omni re, quam petierint, fiet illis a patre meo. Matt. 18

Secundo, quod ita multi ad actionem gratiarum constringuntur, ubi exaudiuntur, & hoc quidem pacto diuina maiestas latius magnificatur in gratijs suis. Id quod euidenter innuit Paulus, inquiens. Quoniam & adhuc eripiet nos de tribulatione, adiuuantibus & uobis in oratione pro nobis, ut ex multarum personis facierum eius, quae in nobis est donationis, gratiae agãtur deo pro nobis. Et hoc etiam est, quod Iacobus ait. Orate pro inuicẽ, ut saluemini. 2. Cor. 1 Iacob. 5

Tertio, quia processio ex multitudine conflata excellentis est fidei, profun

dæq; humilitatis, quæ duo singulariter orationem faciunt exaudibilem apud deum, qui, teste propheta, respicit in orationem humilium, & non spreuit preces eorum, qui quoq; dicit. Omnia quæcunque petieritis in nomine meo, credentes accipietis, scilicet a deo patre meo & a me. Quod autem processio actus sit fidei & humilitatis hinc patet, quia populus deo processionem faciens, recto ordine & orando protestatur in hoc, deum esse primũ & uniuersale gubernationis principium, excellentissimum, potentiss. & sapientissimum ad omnes miserias subleuandum & cuncta bona tribuendum, utpote a quo sit, Iacobo teste, omne datum optimum, & omne donũ perfectũ.

Psal. 101 Matt. 21 Iacob. 1

Præterea populus ipse processionaliter orans, cantans, mediuans recognoscit suã miseriã & indigentiã atq; subiectionẽ, quando prorsus inermis tam precatur unanimis. Id quod animaduersum est in ipsis filiis Israel, quãdo processionaliter obuiantes Christo Hierusalem ingredienti in die palmarum clamarunt. Benedictus, qui uenit in nomine domini, Osanna in excelsis. Id quod intelligimus etiam in processione Iosaphat, quum in congregatione sui populi dicebat. Domine deus patrum nostrorum, tu es deus in cœlo & dominaberis cunctis regnis gentium, in manu tua est fortitudo, & potentia, nec quisquam potest tibi resistere & cętera, in nobis quidẽ non est tanta fortitudo, ut possimus huic multitudini resistere, quæ irruit super nos, sed quum ignoremus, quid agere debeamus, hoc solum habeamus residui, ut oculos nostros dirigamus ad te.

Matt. 21 Marc. 11 Lucæ 19 Iohan. 12 2. Par. 20

Ita quoq; quum facimus processionem hominibus, nobis eos superiores cognoscimus, quia non fit inferioribus, uel honoramus eos aut eorum iram mitigare studemus, ut quum principem uel regem suscipimus, aut nos inimicis subiugamus, prout Bethuliani fecerunt Holoferni.

Iudith. 3

Ad hũc sane modũ deus a nobis maxime uult orari processionaliter, nõ q̃d ignoret, qbus indigem⁹, q, dño post Danielẽ teste, scit anteq̃ petimus, quo nobis opus ẽ, sed ut recognoscat supior, a q̃ nobis inferiorib⁹ oĩa necessũ sit prouenire. In cuius quoq; argumẽtũ sp, ut dixi, in processiõe etiã hac de causa defert̃ signũ crucis Iesu Christi, ut cõfiteamur, nihil plane nobis esse opus nec habere, nec habituros, nisi mediatore eo, q pepẽdit in cruce, scilicet Iesu Christo, iuxta Paulũ dicentẽ. Vnus enim deus, unus & mediator dei & hominum, homo Christus Iesus, qui dedit redemptionem semetipsum pro omnibus.

Dani. 3. Matth. 6 1. Tim. 2

Atq; hinc est, quod ipse dominus in ipsius dominicæ rogationum Euangelio specialiter tria docet.

Primo ut rogemus deum, omnia potentem, dicens alibi: Petite & dabitur uobis, quærite & inuenietis, pulsate & aperietur uobis, &c.

Luce 11.

Secundo docet, ut deum rogemus in suo nomine, quod quum ipse semper eius uoluntatem fecerit, nihil ei poterit denegare, de ipso dicens. Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui. Hinc Iohannes, filioli mei, inquit, hæc scribo uobis, ut non peccetis, sed et si quis peccauerit, aduocatum habemus apud patrem, IESVM CHRISTVM iustum, & ipse est propitiatio pro peccatis nostris.

Iohan. 8 Matt 17. Marc. 9 Luce 9. 1. Iohã. 2

Quod

Quod uero Christus dicit patrem nomine suo petendum, non uult quo minus in alicuius etiam sancti nomine pater orari debeat aut possit, quum possit utique rogari nomine alicuius sancti, quũ uelit dari nomine sancti ipso dicente. Quicunque potum dederit uni ex minimis istis calicem aquæ frigidæ tantum in nomine discipuli, amen dico uobis, non perdet mercedem suam, sed uult ut credamus omnino, nihil nos sine eo, sicut deo & homine, consequi posse, nec posse quenquam nisi per ipsum ad patrem uenire, dicens. Sine me nihil potestis facere, quum sim uia & ostium, ueritas & uita. Matt. 10 Iohan. 14 Iohan. 15

Hinc rite ecclesia suas orationes omnes ad deum concludit in nomine Iesu dicens, per Christum dominum nostrum, filium tuum, & cætera, utcunque oret sibi hoc uel illud concedi merito huius uel alterius sancti, non tamẽ nisi merito saluatoris, quo merita aliorum sunt efficatia, nec aliter, ut diximus in libro Centuriarum.

Tertio docet, ut deum patrem nihil oremus nec aliter, quam in nomine suo quodque nostrum gaudium sit plenum, id est, nihil oremus, nisi quod nobis sit salutare, et quod gaudium nostrum sit plenum, quod est ipse Christus, in quo uita est nostra et lætitia. Id quod exprimitur in ipso nomine Iesus, quod est salus, notans, nihil debere nos petere, nisi quod ad salutem pertinet. Ideoque ne temporalia quidem & corporalia petenda sunt, nisi sub conditione, quatenus nobis ad animæ salutem prosunt, dicendo cum Christo. Non autem quod ego, sed quod tu uis. Fiat uoluntas tua pater. Poterunt igitur bona precari a deo, & mala deprecari pijssimi quique Christiani. Matth. 1 Matt. 26 Marc. 14 Luce 22

Superest igitur charissimi, quatenus nomine Iesu rogemus patrem ut mala submoueat a nobis & bona tribuat, & hoc quidem rogationum tempore, quod nunc presto est. In quo Catholica ecclesia singulariter suas a nobis uoluit seruari Lætanias, nec sine iusta causa.

Primo quidem, ut singulariter nunc orando terrena despiciamus & corda sursum leuemus ad coelum, quo Christus paulo post ascendit, ut digni se quamur isthuc eum. Hinc Apostolus admonet, inquiens. Igitur si consurrexistis cum Christo, quæ sursum sunt quærite, ubi Christus est in dextera dei sedens, quæ sursum sunt, sapite, non quæ sup terram. Colos. 3

Secundo, quo deprecemur a deo quæcunque temporalia mala, quæ multipliciter & frequentius hoc, quam alio tempore suboriri solent, contra quæ maxime indigemus diuino subsidio ad conseruationem sanitatis, pacis & bonorum temporalium.

Quandoquidem hoc tempore, circa finem scilicet ueris & principiũ æstatis, solent bella, ut plurimum, inter principes commoueri, & reges ad gerenda prelia procedere.

Tunc etiam uarij morbi solent inualescere, & pestes interdum sumere suum exordium, ob mutationem humorum corporis ac transitum in æstatẽ.

Tunc denique fructus terræ crescentes in agris, ut segetes & uineæ, & fructus arborũ, adhuc in cremẽto cõsistentes, in magno uersantur piculo, ne lędanť & pdantur a nimio æstu aut frigore, aut a nimia pluuia uel ariditate.

Vt igitur deus sua benignitate & pacem cōcedat ac auram salubrem, corporumque sanitatem & fructus terrae conseruet in sua integritate, celebrandae sunt diligenter istae Laetaniae, rogationesque in illis ad deum ab omnibus fundendae, prout ecclesia Catholica non utentium moribus solum, sed & decreto singulari: nimirum in Concilio Aurelianensi, serio statuit, inquiens. Rogationes & Letanias ante Ascensionem domini placuit celebrari, sic, ut praemissum triduanum ieiunium in dominicae Ascensionis solennitate soluatur, per quod triduum serui & ancillae ab opere relaxentur, quo magis plebs uniuersa conueniat.

Quo triduo omnes abstineant & quadragesimalibus cibis utantur.

Vide proinde quam procul, quamque turpiter a maioribus suis hac tempestate schismati & haeretici desciscunt, qui prorsus ecclesiam perosi quicquid harum est Laetaniarum & processionum contra scripturam & contra scripturae fundamenta, rationes & exempla partim prorsus negligunt, partim abrogant. Deus ipsos una nobiscum dignetur illuminare. Amen.

DE CATHOLICIS IN ECCLESIA CAEremonijs in ferijs Ascensionis dominicae. Caput XXXVI.

QVando primum paulo superius incipiebamus dicere de Caeremonialibus processionibus, inter caetera diximus, ecclesiam duplices instituisse processiones.

Aliquae processiones ab ipsa ecclesia sunt institutae, ut per eas rememoremus processionū Iesu Christi & suorum, utpote, quae nobis ob oculos ponūt, q̄ sunt inibi uel pro nobis uel nobis in exemplum, q̄d imitemur, gesta. Cuiusmodi processio est in ferijs Purificationis Mariae, in ferijs dominicae Palmarum, Resurrectionis & Ascēsionis, qua de paulo post dicturi sumus, & hoc genus quidem processiones aliae, quae cum solenni gaudio fieri solent, quod nobis suggerunt memoriam rerum quondam laete gestarum.

Aliquae uero processiones ab ipsa sunt institutae ecclesia, ut p eas deuotis orationibus, hymnis & canticis a deo opti. max. quicqd est uel piculi uel nocumenti nobis aut rebus nostris aut imminētis aut futuri depcemur, & quicqd nostrae salutis & eius est gloriae, supplices oremus & pcemur, q̄les sunt processiones in ferijs. S. Marci & in hebdomada Rogationum & earum similes, alioque tempore cum moerore potius & poenitentia fieri solitae, de quibus proxime suoque loco, quatenus licuit, abunde diximus.

Exigit igitur hac parte series, ut dicamus de processione solenni, quae pagi solet in ferijs Ascensionis dominicae, quae nobis non modo, quid acciderit in ea Ascēsione, repraesentat, sed & alias duas gloriosas & laetabundas processiones designat, differtas utique mysterio sanctoque dogmate.

Ipsa uero solennis illa in Ascēsione dominica processio sic ferme peragi, significareque solet.

In pri-

In primis, añ processionē defertur imago saluatoris uexillum resurrectio nis lætabundæ secū ferens, quā sequuntur Christifideles, & orando & canen do historiam de Ascensione domini, partim in Euangelio, partim in Actis apostolicis traditam, donec ad eum pueniant locum, q Cæremoniali ascen sioni deputatus est. Quo quum pueniunt, singulari quadam religione circum & circum quasi coronatim adstant, ac interim imago præparata, digitos perinde ad benedictionem dandam adstātibus erigens, subleuatur sursum ad quoddam in testitudine foramen per unum aut duos aut tres & cætera sa cerdotes, canentes uerba Christi. Ascendo ad patrem meum & patrem uestrum, deum meum & deum uestrum, & id quidem tribus uicibus ca nunt & faciunt. Vice uero tertia prorsus subleuatur & ab oculis adstātium summo cum gaudio, organo & cantico aufertur. Quo quidem ablato & in ipso actu mox aqua copiose quasi de nube quadam defunditur ac si mul demittitur panis non fermentatus, idemque rotundus, & sane sub ea pro pemodum forma, sub qua solet consecrari panis ille in altari in corpus do minicum. Et tantum de modo Cæremonialis processionis in die dominicæ Ascensionis duas alias processiones significantes.

Acto.1

Iohan.20

Primo quidem hæc ipsa solennis processio significat eam processionem, quā Christus cū suis discipulis tā uiris quā mulieribus in die suæ in cœlum Ascensionis habuit, Euangelicis scriptis irrefragabiliter obfirmatam.

Imago qdem saluatoris repsentat ipsum saluatorem, q cum multis mo dis in quadraginta post suam gloriosam & lætabundam resurrectionem di ebus suis apparuisset discipulis in terra uere uiuus, deq; regno dei, teste Lu ca, docuisset, tandem in ipsa die Ascensionis comparuit illis (qui signifi cantur per Christifideles, qui circumstant & sequuntur imaginem) iamiam recumbentibus, nonnullaq; fecit tā memoratu quā scitu digna & necessaria.

Acto.1
1.Cor.15
Acto.1
Marc.ul.

Primo quidem, teste eodem Luca, cum recumbentibus ipsis manducauit, nempe, quo testaretur suum erga ipsos amorem (solent enim amici ab inui cem discedentes simul comedere & bibere) ueritatemq; suæ carnis per effe ctum comestionis commonstraret, suæq; resurrectionis fidem iterum atq; iterum confirmaret, id quod tum summæ necessarium fuit, quando postea nullum signum suæ resurrectionis facturus erat.

Acto.1

Secundo, quo remanerent arctius dicēda & dicta, redarguit serio tardita tē credendoꝝ & duritiā cordis eoꝝ, quod uidelicet nō crediderant eis, utpo te, angelis, discipulis aliquot, tribusq; Marijs & cęteris, q uiderāt eū resurre xisse, meritoq; corrigēdos tātæ infidelitatis de resurrectiōe ipsius, tū quia to ties eā pdixerat eis certo futurā, tū quia nō crediderant, quia toties Christum corporaliter uiderāt, quū totus orbis erat eoꝝ testimonio crediturus, qui tñ Christum corporaliter nō erat uisur⁹, de q post resurrectionē suā dñs aiebat Thomę. Quia uidisti me Thoma, credidisti. Bti, q nō uiderūt & crediderūt.

Marc.ul.
Luc.ul.
Matt.ul.
Matt.20
Marc.10
Lucę 18.
Iohā.20

Tertio cōmisit eis officium & prædicādi Euangelion omni creaturæ, i. o mni populo & omni hoī, oīs creatura nūcupato, quod cōuenit et participat cum omni creatura. Per esse quidem cum inanimatis, p uiuere cum uegeta

bilibus & plantis, p sentire cum aīalibus, per intelligere cum angelis omīno conuenit homo, proinde bñ dici cœptus est omīs creatura a dño dicēte: Euntes in uniuersum mūdum & prædicate Euāgelion oī creaturæ. Id quod ipsi tandem post missionem spūs sancti sunt exequuti, nimirū qui teste Marco, profecti prædicarūt ubiq;, Christoq; & eius fidei testes fuerunt iuxta prædictionē dñi, Hierosolymis, in omī Iudęa & Samaria & usq; ad ultimū terrę. Atq; tūc fieri uerū cœpit, teste Paulo, qđ dudū prędixerat de ipsis propheta, dicēs. In oēm terrā exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ uerba eorum.

Marc. ul. Acto. 10 Rom. 10 Psal. 18

4. Quarto speciatim commisit illis summam prædicandi Euāgelij, q̄ erat in tribus, id quod chorus repræsentat canens. Ite in orbem &c.

Primo in absoluta fide duodecim articulis ex scriptura passim desumptis constante. Deinde in baptismo. Tertio in signis.

In fide quidem, sicut in origine, radice, basi, fundamentoq; salutis & beatitudinis æternæ, p Christum adeptæ & acquisitæ, quum iustus ex fide uiuat.

Roma. 1 Abac. 2

In Baptismo tanquam non solum in symbolo protestanteq; testimonio fidei, sed & ut in ipso, quod fidei salutem consūmate pfecteq; mererī & nāciscitur, utpote sine quo nec prodesse fides posset, dicente ad Nicodemum domino. Amen amen dico tibi, nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non potest introire in regnum dei.

Iohan. 3

In signis autem, ut in ueræ formatæq; fidei testibus, illamq; efficacem facientibus, sine quibus credens ipse est infidelis & corā deo mortuus, quū modo per signa spiritualiter nihil aliud intelligatur, quam fidei fructus & opera, sine quibus fides est mortua, quæ propterea fides semper in uero Christiano debet operari, prout Apostolus docet.

Iacob. 2 Galat.

Atque hoc est, quod Christus aiebat: Euntes in mūdum uniuersum, prædicate Euangelion omni creaturæ, utpote, tale Euangelion prædicate dicentes. Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit. Qui uero non crediderit, condemnabitur. Signa autem eos, qui crediderint, hæc sequentur. In nomine meo dæmonia eijcient, &c.

Primo proinde talia signa nō minus spiritualiter quā corporaliter in nascēte ecclesia sequuta sunt pro testimonio fidei Christianæ credentes apostolos & eorū successores, nēpe martyres & cōfessores, q̄ñ fides, uti nouella adhuc arbor & plāta, miraculis fuit enutriēda & firmāda, qbus nunc, ipsa toties tāq; multifariā cōfirmata, nō est opus. Et hoc ē, quod Lucas ait, quod post Pentecosten magna fuerint signa facta & prodigia in plebe p manus apl'orū, et maxime de quibus singulariter in Euāgelio dñs facit mentionē, p q̄ uoluit oīa cętera intelligi signa, prout antea dixerat. Amē dico uobis, qui credit in me, facit et signa, q̄ ego facio, & maiora quidē horū faciet. In primis eīm testātibus historijs, per Pauli duntaxat apposita sudaria, nequam spiritus egressi sunt & expulsi, discipuli uero quicunque loquuti sunt nouis & uarijs linguis in die Pentecostes. Paulus uiperam, qua fuit percussus sine læsione, ad manus eius pendentem in ignem excussit. Iohannes Euangelista uenenum bibit ita innoxie, ut in hodiernum diem eius & Christi nomine, cuius ipse uirtute

Acto. 5 Iohan. 14 Acto. 19 Acto. 2 Acto. 28

 mansit

mansit illæsus, contra ueneum bibatur, quæ & bibitio dici solet haustus. S. Iohannis, aut nomen. S. Iohannis. Impositione uero manus. S. Petrus non solum ægrotos sanauit, sed & ipsius umbra malehabentes restituti sunt. Sed quid multa? quum centuplicier uera fieri cœperint, quæ Christus hic dicit de miraculis, per credentes futuris, quum iuxta uerbum ipsius, uirtute eius etiam discipuli & martyres maiora fecerint, quam ipse fecit miracula. Acto.2 Iohã.14.

Secundo signa, quorum mentio fit in Euangelio, spiritualiter facta sunt in omnibus a nascente ecclesia credentibus & fieri oportuit ipsa & fieri quoque debent in omnibus credentibus uere, usque in finem seculi, quoniam ipsa uel sola fidelem & sanctum faciunt hominem, sine quibus ipsa fides mortua est, quum nihil aliud sint, quam bona fideique opera & dei mandata, quibus fides uera probatur & testificatur. Id quod uel ex hoc accipimus, quod quũ Christus hæc in Marco dixisset. Signa autem hæc &c. in Matthæo subdidit quasi spiritualis interpres. Euntes ergo docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris & filij & spiritus sancti, docentes eos seruare omnia, quæcunque mandaui uobis. Sed quæ mandauit Christus, nisi dei præcepta seruare, bona que opera facere? Hinc ubi loquitur de faciendis bonis operibus ait ad eos, qui miraculosa opera non autem uirtuosa opera fecerunt. Discedite a me oẽs, qui operamini iniquitatem, quia nunquam noui uos. Iaco.2 Mar. vi. Mat. vi. Matt. 7.

Credens igitur in Christum uere, dæmonia eiicit, quum per ueram pœnitentiam peccatum & eius autorem diabolum expellit, uti septem quondam dæmonia, id est, septem peccata mortalia de Magdalena sunt eiecta. Linguis loquitur nouis, quum cessat mendacia maleque loqui, & deinde non loquitur, nisi quæ ad dei gloriam, suam suique proximi ædificationem. Serpentes tollit, quum peccatis relictis in corde suo uenenosas diaboli suggestiones extinguit, ne recidiuet, quique suis hortationibus maliciã de alienis cordibus aufert. Mortiferum bibit potum innocue, quum uerbo uel facto malo uel per carnem uel diabolum uel mundum prouocatus nec audit nec cõsentit, sed in sua manet integritate. Impositione manuum sanat male habentes, quum bono exemplo alios ædificat, & in egenos opera misericordiæ exercet &c. Quem talia signa siue opera sequuntur, hic uere fidelis & credẽs est. Luc.8 Matt. 25

Quinto definiuit apostolis prædicandi & abeundi tempus, utpote, ut expectarent Hierosolymis usque ad Pentecosten, dicens: Vos autem sedete in ciuitate quoadusque induamini uirtute ex alto. Et ego mittã promissum patris mei in uos, & accipietis uirtutem superuenientis spiritus sancti in uos. 5 Luc. vi. Acto.1

Sexto egressus est e Hierosolymis cum suis discipulis uersus Bethaniam ad montem oliueti, quasi præcedens ipse. Id quod repræsentatur per ipsius imaginem, quæ defertur in principio processionis ad locum ascensionis, quemadmodum singulis dominicis diebus fieri solet in ecclesia, unde monemur, nos Christum bene uiuendo concorditer sequi debere, de uirtute in uirtutem, donec intremus cœlum, quo nobis ipse præcessit, uiam, teste Propheta, pandens, ubi uidebimus eum de facie ad faciem. 6 Luc.24. Psal. 83. Mich.2

Septimo, ualedicens ipsis benedixit eleuatis quidem manibus, id quod re- 7 1.Iohã. 3 1. Cor. 13

 præ

præsentatur per ipsius imaginem, quæ digitos ad benedicendum eleuatos habet. In quo quidē casu sequutus est dñs sanctissimos in uet. Test. patres, q & ipsi a suis discedentes benedixerunt eos. Ita Iacob per mortē suam discessurus a filijs suis, sigillatim benedixit eos. Ita Moses ante mortem suam benedixit filijs Israel. Quæ quidem benedictio non modo fiebat eleuatione manuū, sed & uerbis optabilibus rerū bonarū, quas ipse deus per eam benedictionē efficaciter dare solebat, prout accipimus ex dño deo dicente: Inuocabunt nomen meum super filios Israel, & ego benedicā eis. Ipse uero dñs sub iis uerbis iubebat Mosen et Aaronē filiis Israel bñdicere. Benedicat tibi dñs et custodiat te, ostendat dñs faciē suam tibi, & misereatur tui. Conuertat dñs uultum suū ad te, & det tibi pacem. Cuiusmodi fortasse uel horū similia uerba dixit benedicēdo Christus eleuatis manibus, indubie signū crucis faciēs. Vnde suā sumpsit Ecclesia consuetudinem, qua, sicut Christus, peractis omnibus, ascendere uolens benedixit filiis suis, ita uel Episcopus uel præsbyter peracto diuino officio, uolens iam ab altari recedere benedicit populum, signans eum signo sanctæ crucis, & imprecans ei in nomine sanctæ Trinitatis bona. Quæ dubio procul proueniunt populo, si suscipiat in uera fide & deuotione benedictionem. Quandoquidem dei uerbum nec abit nec redit uacuum, utpote, cuius uirtus in æternum maneat. Ita quidem fuit olim Patriarcharū benedictio efficax, & ipsius quoq; dñi nostri Iesu Christi benedictio tā fuit uirtuosa, ut discipulos usq; in aduentum spūs sancti citra timorē conseruauerit ab omni malo.

Gen.49 Deut.33 Num.6.

8 Octauo dixit dominus ad discipulos uerba, quæ post resurrectionē dixit ad Magdalenam, inquiens: Vade autē ad fratres meos, & dic eis: Ascēdo ad patrem meum & patrem uestrum, deum meum & deum uestrū. Id quod repræsentat sacerdos, canens hæc ipsa uerba, quādo subleuat imaginē tribus uicibus, significans Christū tertiā in diuina Trinitate psonā, tria cōpleuisse, quibus ascendendo, teste Paulo, compleuit oīa, quæ pertinuerunt ad hominis redemptionem & salutem. Nascendo quidem nos sibi naturæ consortio uniuit, resurgendo resuscitauit, ascēdēdo cōsedere fecit in cœlestibus. Quapropter uere potuit ad patrem dicere Christus in cœlum ueniens. Opus consumaui, quod dedisti mihi ut facerem, & nunc uenio ad te.

Esai. 55. Iohā.20. Ephes.4 Ephes.2 Iohā. 17

9 Nono, dominus in altum ascendit uidentibus discipulis, item uersus Orientem, teste Dauide, ut ostenderet se esse illum, cuius Propheta teste, nomē uere sit Oriens, quoniā suo lumine illuminet totum mundum. i. omnem hominem uenientem in hunc mundum. Itemq; in nube, qua susceptus est sursum, teste Luca, remissurus deinde dona hominibus. Id quod repræsentatur p desusionem aquæ decidentis deorsum, repræsentantis nubem, in qua dominus ascendit & abiit, in q & redibit, ipsomet alibi teste, nō quod eius uirtute ascenderit, qui propria uirtuteque diuina ascendit, non aliena, prout Helias olim raptus fuit igneo curru in cœlum, sed quia fuerit illi in ministerium, coarguens maiestatem diuinitatis ipsius, quæ semper significare solita fuit deitatem. Ita quondam gloria dei Israel adparuit super tabernaculum in nube, & in transfiguratione nubes eum lucida obumbrauit, & ipsius quoque dei pa-

Psal.67. Zacha.6 Luc.1 Iohā. 1 Acto. 1 Matt.24 Marc.13 Luc. 21. 4.Reg.2 Exo. 40 Psal. 17.

tris

tris uox erat ex nube. Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene cõplacui. Marc. 9. Lucæ. 9.

Itemq; uisibiliter ascendit, sedẽs ad dexteram patris, inuisibiliter uero sem per nobiscum sub sacramento Eucharistiæ, ipso testãte, quum ascensurus coe lum dixit. Et ecce, ego uobiscum sum omnibus diebus usq; ad consummatio nem seculi: loquens utiq; de uera sua corporaliq;, sed tñ inuisibili & sacramẽ tali præsentia, non autẽ dumtaxat diuina pñtia maiestatis suæ, qua discipu li norant eum a condito mundo, non cum ipsis solum, sed ubiq; & cum oĩni bus fuisse & esse. Mat. vl. Hiere. 23

Quam quidem corporalẽ & sacramentalẽ suã pñtiam post ascensionẽ repræsentat panis ille non fermentatus in forma hostiæ, qui demittitur, nõ se cus atq; quondã in deserto manna, quod uere manna, Christi corpus, figura bat, uti, deo fauente, latius dicemus in ferijs corporis Christi. Exod. 16 Num. 11. 21.

Quod uero hæretici negant eum propterea esse sub sacramento pñtem, quia post ascensionem sedeat in coelis ad dextram patris, uehementer errant, quod arbitrẽtur, sessionem illam significare corporalem localemq; sessionẽ, quasi ligatus ad locum cogeretur perpetuo sedere, quum tñ Stephanus uide rit eum stantẽ in coelo: quũ sessio illa nõ aliud sit quam æqualis gloria & ma iestas, quã tunc dñs cum patre sic supra omnem creaturam habere coepit etiã aliq̃liter secũdum humanitatẽ, ut ei non modo primũ iudiciaria potestas, sed & oĩs in coelo & terra potestas tradita fuerit. Cuius causa Paulus dicit, q̃d deus pater illum constituerit ad dexteram suam in coelestibus, supra omnem principatum & potestatem & uirtutem & dominationẽ, & omne nomẽ, q̃d nominatur nõ solum in hoc seculo, sed etiã in futuro, quodq; exaltauerit illũ, & dederit ei nomẽ quod est super omne nomen, ita ut in nomine Iesu flectat omne genu, coelestiũ, terrestrium & infernorũ, confiteaturq; omnis lingua, q̃a dominus Iesus Christus in gloria est dei patris. Psal. 77. Iohan. 6 Acto. 7. Iohan. 5. Mat. vl. Ephe. 1 Philip. 2

Est igitur hoc loco sedere nihil aliud, quã esse & habitare, & dextra dei pa tris, non aliud quam æqualis maiestas, beatitudo & gloria. Atq; coepit Chri stus in sua ascensione patri deo secundum humanitatem perpetuo esse par & æqualis in iudiciaria potestate, quæ deum alioqui concernit tantum, Dauide & Paulo testibus, quum tamen Christus uenturus sit uti deus in humanitate uiuos & mortuos iudicare. Psal. 49 Heb. 12.

Christus proinde homo deitati unitus æqualiter est in coelis in dextra pa tris uisibiliter, & sub sacramento simul et semel inuisibiliter, prout olim simul & semel in coelo & in terra erat, quum diceret ad Iudæos. Nemo ascendit in coelum, nisi qui descendit de coelo, filius hominis, qui est in coelo, nimirũ per unitatem personæ, in qua fuit secundum utranq; naturam, quamuis coelũ hu maniter nondum ascenderat, quũ diceret se filium hominis esse in coelo, quẽ admodum fusissime docuimus in libro Centuriarum. Iohan. 3

Itemq; ascendit Christus summo cum gaudio, propheta dicente: Ascẽdit deus in iubilatione & dominus in uoce tubæ. Psal. 46

Id quod repræsentat ecclesia in sua processione in die Ascensionis cũ læta bundo cantico, organoq; secundũ consuetudinẽ regionis cuiuslibet.

Fuit

Fuit autem exultatio talis in duabus processionibus.

Prima quidem processio, quã & processio in die ascensionis significat, fuit Christi & discipulorũ, q cũ Christo ascendente lętati sunt, de qua iã diximus. Ait enĩ Lucas, q̃d ipsi adorantes regressi sint in Hierusalẽ cũ gaudio magno. (Lucę.24)

Christus autem in sua ascensione lętatus est, quoniã tunc tandem superatis omnibus diaboli & mundi persequutionibus, deuictaq; morte, quasi dux belli, parta uictoria, reuersus est cum gloria, coronam recipiens æternam, quum quoq; legatione sua functus pacem inter deum & hominem fecerat, pacẽ ipse dein habiturus æternã, dicens ad suos: Cõfidite, quia uici mundum. (Ephes.2.) (Iohã.16.)

Discipuli lætati sunt, qa uiderunt dñm & magistrũ suum pro suis laboribus & passionibus mercedẽ accipere gloriosam & ineffabilẽ, tum etiã lętati sunt, quod sciebant se membra certo dñm suo tẽpore sequuturos ad eandem mercedem, quo dñs uiam pandidisset et p̃parasset, quodq; paulo post eius essent accepturi spm̃ contra quascunq; tribulationes, angustias & persequutiones iuxta illius promissionem. (Mich.2) (Iohã.16) (Iohã.16.)

Secunda uero processio fuit omnium chororũ angelorum, qui quum uiderunt Chrm̃ cum redemptis ex inferno patribus collætãtibus, ut Paulus post Dauidẽ testatur, ascendentẽ, summa cum ueneratione obuiã iuerũt & cũ admiratione mutuo clamarunt. Attollite portas principes uestras, & eleuamini portę ęternales, et introibit rex glorię, gaudentes sane, quod tum certi fuerint deinde suã ruinã restauratum iri per homines ab ipso dño uictore redẽptos. (Psal.67.) (Ephes.4) (Psal.23.) (Esai.14)

Et hactenus de repræsentatione processionis fieri solitæ in ferijs ascensiõis dominicæ, significantis duas gloriosas & lætabundas processiones & angelorum et hominum. Siquidem cœlestes spũs lętati sunt, quia receperunt dñm suum reuertẽtẽ ad palatium suum, terrestres discipuli, qm̃ sperauerint ipsum certo sequi, prout & nos indubie sperare possumus, si modo crediderimus, si demq; nostrã spiritualibus signis, hoc est, bonis operibus confirmauerimus, q̃nquidẽ caput ipse præcesserit & uiã fecerit, ut mẽbra sequamur eo, quo profectus est, quo nos pater per ipsum filium clemẽter perducat. Amen. (Mich.2.) (Iohã.16.)

DE CATHOLICIS IN ECCLESIA CAEREMONIIS in feriis sanctissimæ Pentecostes. Caput XXXVII.

QVANTA sit ac esse nobis debeat ueneratio eius diei, quam nos Gręce πεντηκοστὴν, Latine uero Quinquagenariam uocamus, quod hæc ipsa dies a resurrectione dñi quinquaginta distet diebus, haud obscure percipiemus ex significatiõibus & repræsentationibus Catholicarũ Cæremoniarum, quibus in ea toto passim orbe solet uti Catholica ecclesia, quæ quidem sic, ut plurimum, habere solent, ut sequitur.

In ipsa quinquagesima post Pascha die Christifideles, ut plurimum, ad horam diei tertiã uel circiter in tẽplo perinde processionaliter & unanimiter cõueniunt & in eo loco, ubi nuper Cæremonialis habita est ascensio domini, coram & super ipsis aliquot in locis demittitur imago columbina, cumq; ea statim ignis & aqua cum sonitu nonnunq̃ bombardico uel alterius rei crepitu, canentibus interim Christifidelibus ipsis respõsorium, cuius initium est: Ad-

paruerunt apostolis &c. ex secundo capite Actorum apostolicorum, & uerba quae Christus dicit post resurrectionẽ ad discipulos: Accipite spm̃ sctm̃, quorum &c. Hic uero ritus & actus Caeremonialis omnino creditur repraesentare, quicquid uere gestum traditur in ipsa spiritus sancti missione, quam quinquagesima die post Pascha factam Lucas attestatur.

1 In primis enim Christifideles repraesentant dñi Iesu discipulos, quod & ijdem sub initium nascentis ecclesiae dicti sunt discipuli Iesu Nazareni, & Antiochiae Christiani primitus adpellati. *Acto. 11.*

2 Templum, quo Christiani conueniunt concorditer & gregatim, significat coenaculum & domum ubi post dominicam ascensionem congregati fuerũt apostoli concorditer in oratione & obsecratione cum mulieribus & Maria matre perseuerantes & sorte eligentes Matthiam in apostolum, quo compleretur numerus duodenarius. *Acto. 1*

3 Columba repraesentat spiritum sanctum, nõ qa tum discipulis adparuerit in specie columbae, sed qa dudum descenderit supra Christum in ea specie, qñ fuit ille declaratus a patre filius dei uerus & dilectus. *Matt. 3 Marc. 1. Lucae 3*

4 Hora circiter tertiam, qua Christifideles in templo conueniunt in die Pentecostes, significat ipsum tempus, in quo sobrii sunt aut esse debent homines, quo spiritus sanctus a patre per Christum missus est in ipsos discipulos, id quod fuit hora tertia, testante ipsis Iudaeis Petro. *Acto. 2*

5 Ignis, qui statim demittitur, repraesentat dispartitas linguas, quae tum adparuerunt apostolis tanquam ignis, sedens super singulos eorum, significans spiritum sanctum, quo tum replebãtur omnes. Ipse uero spiritus sanctus adparuit eis in forma ignis, ut ostenderetur, ipsum esse uerum deum, tertiam uidelicet in sanctissima Trinitate personam, quem scriptura uocat ignem consumentem, non quia sit ignis naturalis & corporeus, sed spiritualis, habens septem spirituales proprietates, quas ignis corporeus habet corporeas, designãtes septem spiritus sancti dona, ualẽtia contra septem peccata mortalia, quae, Paulo teste, in die Pentecostes per spiritum sanctum data sunt apostolis, et ab eo tempore semp a spiritu sancto dantur eorum dignis & idoneis. *Deut. 4 Hebr. 12 Ephe. 4. Psal. 67.*

Sunt autem haec septẽ spiritus sancti dona, prout Esaias ea recenset: Sapientia, intellectus, consilium, fortitudo, scientia, pietas, timor domini. *Esai. 11*

Primo proinde, sicut ignis alta deiicit & inclinat, ita spiritus humiliat hominẽ timore dñi, quum gratię spiritus sancti nulla sit uirtus quã humilitas familiarior. Hanc igit̃ humilitatẽ spũs sanctus attulit apostolis per humilitatem sedentibus, nihil alte sentientibus, quum tamen essent principes illi terrae gloriosi, per quos sibi rex regum totum subiecit orbem in fide & religione. *3. Reg. 19 Psal. 44*

2 Secundo, sicut ignis liq̃facit dura, ut cerã ad susceptionẽ impressiõis sigilli, ita spiritus sanctus per donum pietatis liq̃facit corda ad compatiendum miseris propter deum. Id quod apostoli statim habuerunt repleti spũ sctõ, quod signis & prodigiis misericorditer subuenerunt inopibus & indigentibus. *Pietas. Acto. 2 3 4. Acto. 5*

3 Tertio, sicut ignis illuminat obscura, sic spũs sanctus per donũ scientiae illuminat obscuritatẽ cordiũ, ut homo sciat quo sit eundũ, quidq̨ dimittendũ & facien- *Scientia.*

Exod. 13 & faciẽdũ. Id quod olim figuratũ fuit p columnã ignis, q̃ per noctẽ præcedẽs populo dux erat itineris, ne aberraret. Id quidẽ donũ habuerũt Apostoli, qñ Acto. 4 spũ sctõ repleti & docti sciuerunt om̃es scripturas & earũ intelligentiã iuxta ueritatẽ, quã ab illo didicerãt, quorũ scientiã mirati sunt Scribæ & Pharisæi, Matt. 4. Acto. 9 Mat. 8 quũ scirent eos nec literas humanitus addidicisse, nimirũ nescientes, spiritum sctm̃ esse talẽ artificẽ, q mox ut tangit mentẽ, doceat. Ecce quã subito implet piscatorẽ & p̃dicatorẽ facit, implet persecutorem, & doctorem gentium facit, implet publicanum, & Euangelistam facit.

Fortitudo. 4 Quarto, sicut ignis consolidat mollia, utpote, lutum & lateres igne excoctos, sic spiritus sanctus per donum fortitudinis mollia timidaq́ corda consolidat & fortificat in omni aduersitate, dicentibus per Paulum Apostolis. Spiritus adiuuat infirmitatẽ nostrã. Id quod ita cœpit in eis fieri uerũ in Pentecoste, ut etiã q nuper spiritu sancto nondum misso Chrm̃ negauerant, ab eo fugerant, ob metũ Iudæorũ clausi fuerant, inermium ancillarũ uerba timuerãt, accepto spiritu sancto, ipsum Chrm̃ palã liberaq́ uoce cõfessi, testatiq́ sunt, & ne minas quidẽ principũ, nec uerbera tortorũ ueriti sunt, ad eos summa cũ fiducia dicentes, cum ne Chrm̃ p̃dicarent prohibiti essent. Nõ possumus q̃ uidimus & audiuimus non loq, oportet q̃q́ deo magis quam hoĩbus obedire, quinimo cæsi propter Christum gaudentes a conspectu Concilij abierunt.

(Roma. 8, Matt. 26, 27, Mar. 14, Luc. 22, 23, Luc. 24, Iohã. 20, Acto. 4, Acto. 5)

Consiliũ. 5 Quinto, sicut ignis aurũ a plumbo separat, ita spũs sanctus per donũ consilij separat bona a malis, æterna a tẽporalibus, q̃ uitare docet. Id quod ita fecit in Apostolis, ut propter Christum adeo reliquerint omnia temporalia, ut etiam Petrus ad ægrotantem dicere non erubuit. Aurum & argentum nõ est mihi, quod autem habeo, hoc tibi do. In nomine Iesu Christi &c.

(Mat. 19, Acto. 3)

Intellectus. 6 Sexto, sicut ignis rubiginẽ cõsumit, ita spũs sanctus per donum intellectus purgat intellectum a rubigine ignorantiæ, ut possit diuina & mystica intelligere dicente ipso. Intellectum tibi dabo, & instruã te. Id quod ita fecit in Apostolis, ut etiã propterea dñs patri gratias egerit pro discipulis, qui cœlestia sic ceperant, inquiens: Confitebor tibi pater, dñe cœli & terræ, quia abscondisti hæc a sapiẽtibus & prudentibus, & reuelasti ea s. diuina et cœlestia, paruulis.

(P sal. 31, Matt. 11)

Sapientia. 7 Septimo, sicut ignis natura sursum tendit, ita spũs sanctus per donũ sapiẽtiæ facit, ut homo tendat sursum ad cœlestia. Id q̃d ita fecit in Apostolis, ut adeo dũtaxat intenti fuerint ad cœlestia, ut eos Propheta dixerit propterea cœlos, inquiens: Cœli enarrant gloriã dei: q̃s utiq́ cœlos, ut Iob ait, spũs ornauit, quando suis donis repleuit, atq́ illi dei magnalia prædicarunt.

(Psal. 18, Iob. 26)

Iam uero quia constat spiritum sanctum recte comparuisse in igne, quod ille deus sit ignis consumens, quæri nunc posset, quur sic in igne adparuerit, ut ex eodem igne linguas formare dignatus sit, prout Christifideles unanimiter canunt, quod ex actis Apostolicis desumptum est? id quod & Cæremonialis ignis demissus deorsum repræsentat?

(Deut. 4, Heb. 12, Acto. 2)

Respondert recte potest, quod rursus hoc signo magnifica nobis eiusdem spũs sancti cõmendatur opatio, utpote quod spũs coæternus patri & filio p linguã, q̃ maximã habet cognatioẽ cũ uerbo, nõ solũ hoc exp̃ssit, quod eiusdẽ

sub-

ſubſtantiæ cum eodem dei verbo ſit, ſed & quia trifariam per Apoſtolos officium linguæ perfecit.

Primo, quoniam veluti linguã loquutus eſt. Cœperũt enim, inquit Lucas, loqui varijs linguis, prout ſpiritus ſanctus dabat eloqui illis. Hinc elucet, ipſos Apoſtolos non vna tantum, Hebræa videlicet, lingua, ſed pluribus linguis, & ijs quidem nouis, vt pote alienis & non proprijs ſolum eloquutos, quum alioqui non fuiſſet miraculum loquentium, ſed audientium, quando dũtaxat ij ſingulatim ſuam linguam audijſſent, nec iſti cuiuſq; lingua loquuti fuiſſent, prout loquuti ſunt & loqui debuerunt: cũ vt complerent myſteriũ, quo ſignificabatur, quod eccleſia deum, qui tum notus tantum eſſet in vera fide in Iudæa, confeſſura eſſet & loquutura linguis omniũ gentiũ toto terrarũ orbe, quo peruentura vox eſſet Apoſtolorũ: tum quod Apoſtoli alioqui gentiũ magiſtri & doctores fieri non potuiſſent, niſi per ſcientiam omnium linguarum copiam habuiſſent conferendi cum eis ſermonem. Acto.2. Mat.vlt. Pſal.75. Pſal.18. Mat.4 Mar.vlt.

Secundo ſpiritus ſanctus in forma linguarũ comparuit, quoniã lingua docuit Apoſtolos omnia, ſuggeſſitq; illis omnia quæcunq; dixit eis Ieſus. Iohã.14.

Tertio, quia lingua per eos prædicauit vſq; in finẽ orbis terræ. Atq; haſce ob cauſas recte poteſt dici calamus ille, de quo dominus ait in propheta: Lingua mea calamus ſcribæ velociter ſcribentis. Pſal.18 Pſal.44.

Sonitus vero bombardicus vel alterius rei crepitus, q fieri ſolet alicubi, repræſentat ſonũ illũ, qui tanquam ſpiritus vehemẽs repente de cœlo factus eſt, replens, vt Lucas ſcribit, totam domũ, vbi erant diſcipuli ſedentes.

Primo autem ſonus ille de cœlo factus, ſignificauit ſonũ prædicationis verbi diuini, quod Apoſtoli ſic eſſent in fines vſq; terræ prædicaturi, vt vere compleretur, quod de ipſis prædixerat propheta, dicens: In omnem terram exiuit ſonus eorum. Acto.2 Pſal.18. Rom.10

Secundo, quoniam ſonus ille fuerit tanq; ſpiritus vehemens, profecto ſignificauit ſpm̃ ſanctũ, qui recte vento comparatur ob vtriuſq; conditiones.

Primo, ſicut ventus aerem purgat a nebulis, ita ſpiritus ſanctus purgat animam hominis a peccato. Prouer.25

Secundo, ſicut ventus refrigerat, ita ſpiritus ſanctus temperat æſtus cupiditatum carnalium. Daniel.3

Tertio, ſicut ventus deſiccat terram ab humoribus ſuperfluis, ita ſpiritus ſanctus humorem noxium carnalium deſideriorum omnino areſacit. Exo.14.

Aqua vero, quæ demittitur, repræſentat aquam illam ſpiritualem, quæ triplex in ſcriptura reperitur.

Prima eſt dei verbũ, quod tum deinde prædicarũt Apoſtoli. ſicut eñ aqua terram fœcundat, vt fructificet, ita dei verbũ fœcundat hominem de terra factũ, vt fructificet opera bona. Qua propter Apoſtoli dicũtur alibi nubes, quia ſalutarem imbrem verbi diuini mentibus aridis hominũ prædicando viua voce inſtillarũt, ad proferendũ fructũ ſalutis. Vnde Moſes populo cõcionaturus aiebat: Concreſcat in pluuiam doctrina mea, fluat vt ros eloquium meũ, quaſi imber ſuper herbam, & quaſi ſtillæ ſuper gramina. Gene.2 Eſa.60 Deut.32.

Secunda, est fides quam Apostoli toto orbe erant prædicaturi, ac dicturi: Qui crediderit &c. Sicut enim aqua foris hominem lauat, ita fides intus cor hominis lauat & purificat. Hæc est illa aqua, quæ, domino teste, fit in homine fons aquæ salientis in vitam æternam. (Mar. vlt. Acto. 15 Iohã. 4.)

Tertia, est ipse spiritus sanctus adeoque gratia ipsius, quam ille confert in baptismo homini, quod sicut aqua lauat corpus, ita spiritus sanctus animam baptismo a peccatis, ipsumque hominem gignit, creat, & crescere facit in nouum hominem ad vitam æternam, dicente Christo: Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non potest introire in regnum dei. (Iohã. 3) Rem sic habere, testatur Christus, alibi dicens: Qui credit in me, sicut dicit scriptura, flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ, hoc est, spiritus sanctus, viuificans baptismo per gratiam ad æternam salutem, quandoquidem in baptismo fiat remissio omnium peccatorum. (Ioh. 7.) Hæc est nimirum illa aqua, quam Ezechiel vidit egredientem de templo, scilicet Christo, de latere dextro, vnde scilicet aqua manauit, qua baptismus suam accepit virtutem, ad quamqui perueniunt, salui fiunt omnes. (Ezec. 47 Ioh. 19) Id quod vti primum Apostoli in Pentecoste prædicarunt, dicentes: Qui crediderit & baptizatus fuerit, hic saluus erit, ita primo tunc fieri cœpit ipso actu. (Mar. vlt. Acto. 2.)

Cuius causa repetuntur in ijs cæremonijs verba, quæ Christus post resurrectionem dixit ad discipulos: Accipite spiritum sanctum: Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis: & quorũ retinueritis, retenta sunt. (Iohan. 20) Id quod primũ cœpit ab ipsis fieri, quum cœpere baptizare, in die Pentecostes secũdum domini præceptũ, quo iussi sunt Hierosolymis expectare spiritus sancti missionem, ac deinde omnes docere gentes, easque baptizare in nomine patris & filij & spiritus sancti. (Luc. 24. Acto. 1.) Hinc quũ ij, quos Petrus ea die prædicando conuerterat ad fidem, & ad pœnitentiam prouocauerat, dixissent ad Petrum & ad cæteros Apostolos: Quid faciemus viri fratres? Respondit Petrus: Pœnitentiam agite, & baptizetur vnusquisque vestrum in nomine Iesu Christi. (Acto. 2) In cuius argumentum in hæc vsque tempora repetuntur celebres baptismatis in vigilia & die Pentecostes cæremoniæ.

Et hactenus de significatione cæremoniarum catholicarum, quibus in die Pentecostes vtitur ecclesia catholica, vnde facile percipimus, quàm sit ac esse nobis debeat venerabilis hæc ipsa dies, quæ prorsus est quasi consummatio perfectioque omnium festiuitatum, in qua summus ille artifex & rerum omnium opifex Christus Iesus, ad perfectum deduxit ac perfecit, quod in cæteris ad salutem nostram inchoauit.

In præcedentibus eñ festiuitatibus ecclesia recolit diuina beneficia & opera, quibus redemptor noster redemit nos, debitum nostrum soluens, salutis impedimenta remouens, locumque apud patrem præparans, viamque isthuc perueniendi ostendens, & finaliter omnia exhibens, quæ nostræ redemptioni & perditæ beatitudini necessaria videbantur, & ita quidem, vt nihil vltra restaret, quàm vt ipsi transiremus, & reparatam nobis beatitudinem appræhenderemus & possideremus.

Id quod nequaquam poteramus, nisi virtute spiritus sancti, qui propterea

missus est, vt non solū Apostolos, sed nos omnes pusillos, ignaros & infirmos per sanctificationem & viuificationem septem suis donis consolaretur, erudiret, & corroboraret contra omnia mundi, carnis & diaboli tentamenta, donec venturi essemus ad eum gloriæ locum, vnde nobis ille missus est, quo nos pater perducat per filium suum, dominum nostrum in vnitate spiritus sancti. Amen.

DE CATHOLICIS IN ECCLESIA CAEremonijs in Ferijs sacrosancti Christi corporis.

CAPVT XXXVIII.

QVum pene nihil sacrosanctæ nostræ sit religionis & fidei Christianæ, q̄d non sit aut esse debuerit præfiguratum in veteri testamento, prout Apostolus ad Corinthios scribens, haud obscure perdocet, profecto vix poterit in nouo testamento creditu dignius esse, quàm hoc ipsum, cuius in ipso veteri testamento figura prorsus euidenter præcessisse dignoscitur. Cuiusmodi sane non potest esse non inter perquamplurima, quod sacramento Eucharistiæ venerabilissimo defert ecclesia catholica ceremonialiter in ferijs eiusdem sacrosancti sacramenti, quod Vrbanus quartus pontifex maximus, Anno post Christum natum millesimo ducētesimo sexagesimotertio, anno pontificatus eius primo, annua processione summaq; deuotione & reuerentia semper a nobis quinto die quintaq; feria post festū sanctissimæ Trinitatis, adeoq; post octauas Pentecostes peragendum statuit, ecclesia toto terrarum orbe, multis iamdudum annis ipso continuo vsu fideliter approbante. 1.Cor.10.

Primo quidem, vt Christo domino pijs nostris cæremonijs, accedente ad eas corde, gratias quas possemus, maxime ea die ageremus pro tam incomparabili dono sui corporis, quod nobis hinc ad cœlum decessurus, post se reliquit in sui & omnium suorum in nos beneficiorum memoriam, in sacrificium, in contra hostes animæ munimentum, in nostræ peregrinationis viaticum, & in fortitudinem denique contra languores animi nostri: quandoquidem tantum munus & donum hoc est eius gloriosi corporis sacramentum, vt illi satis nec ex aliqua parte venerationis exhiberi potuerit in die, qua dominus ipse primitus, tēpore videlicet quadragesimali, instituit, ob varia & multa tunc peragenda mysteria & officia. Matt.26 Mar.14. Luc.22

Secundo, vt & ipsæ quoque cæremoniæ catholicæ testes forent, Christum cum vero suo corpore iuxta promissionem ipsius semper nobiscum inuisibiliter esse, qui visibiliter cœlos adscendisset feria quidem quinta, quadragesimo videlicet post resurrectionem die, rediturus idem visibiliter sub finem huius seculi, iudicaturus viuos & mortuos. Mat.vlt. Mar.vlt. Luc.24. Acto.1.

Tertio, vt quum exhiberemus eidem venerabilissimo sacramento cæremonialem reuerentiam in veritate noui testamenti, hoc indubitabilius amplecteremur, cuius vmbra & figura longe certius in veteri testamento præcessit, & quidem cuius veritas ita tandē sequuta est, vt ex obligatione grati Christo debeamus esse modis omnibus, quod eius benignitate & gratia, quasi singulariter in die corporis Christi videmus & facimus, quod veteres olim patres, reges & prophetæ vsqueadeo reuelata facie videre & facere desiderarunt, vt etiā summo cū gaudio & tripudio figuris repræsentarunt, q̄d re ipsa nec videre nec facere potuerunt, vt pote quod ipsis illa plenitudo temporis, de qua Paulus scribit, hauddum aduenerat, quibus deus multifariam multisq; modis loquebatur duntaxat in prophetis & figuris, nobis vero in diebus istis nouissimis, in quos ipsi deuenimus, loquitur in filio suo dilecto, domino nostro Iesu Christo, qui quum sit ipse lux & veritas æterna, sic a nobis omnem fugauit vmbram & figuram, vt hoc tempore, & illa præsertim die, reuelata facie, in veritate fidei videmus, quod patres olim non nisi figuris sibi præ nimio desiderio repræsentarunt, nempe manna illud cœleste, sub specie panis absconsum, quod in die eiusdem honoramus ex institutione Apostolica, quæ non potest errare in ijs quę salutem fidei nostræ concernunt. Cæterum, quo veritas, quam nunc colimus, magis elucescat, recensebimus figuram ipsius, sic habentem:

Luc. 10. Gala. 4. Heb. 1 1. Cor. 10. Ioh. 1. Iohā. 14 Apo. 2.

Quum quondam deus ille optimus maximus Israelitis, vti populo suo selecto, inter infinita & immensa beneficia contulisset & hoc beneficium longe maximū, quod ipsos ex Aegyptiaca captiuitate mirabiliter redemptos, & penuria annonæ oppressos, in solitudine mirabiliter annis quadraginta cibasset manna, quod eis e firmamento cœli mirabiliter pluere dedit, id quod omne delectamentum in se habebat, donec venissent in terram promissionis, ne tanti beneficij forent immemores, sed perpetuam eius cum gratiarum actione memoriam haberent, iussu Mosi manna collegerunt, ipsumque deinceps iussu Aaronis summi sacerdotis, in vas subauratum, teste Paulo, reposuerunt, & in tabernaculum reseruandum curarunt coram domino cum omni reuerentia in futuras retro generationes, vt recordarentur eius mannæ, quo essent in solitudine nutriti, & eius vel solius virtute ex Aegypto essent per longum idemq; durum iter reuersi ad terram promissionis, melle & lacte fluentem.

Deut. 8. Exo. 16. Psal. 77. Heb. 9

Denique in gratiarum actionem, vas illud aureum, quod vrnam Paulus appellat, in quo erat māna simul cū archa testamenti, ex omni parte auro circūtexta, stato per annum tempore summa cum reuerentia & lætitia mirisq; modis, pompis & cæremonijs circunferebant, concinente interea coram archa & vrna, in qua erat māna, rege sanctissimo, eodemq; maximo propheta Dauide in cithara cum omni iubilo, cantantibus quoque interea musicis in tripudio & sonitu buccinæ, tubis & cymbalis, nablisq; crepantibus. Id quod deus ipse optimus maximus (vt ex eo loco conijcitur) vtiq; gratum habuit. Iam vero charissimi, quum illi, vt pauloante diximus ex Paulo, hæc & id genus alia in figuram fecerunt, significantes tale quid longe verius & rectius in nouo testamen

Heb. 9 2. Reg. 6. 2. Par. 13. 1. Cor. 13

mento futurum, qui putamus Israelitæ sunt?

Israelitæ sunt Christiani,teste Apostolo,non secundū carnem,sed secundum promissionem & virtutem fidei. [1] Roma.9 Gene.35

Aegyptiaca captiuitas est ipsa diabolica captiuitas,qua capti fuimus omēs ad quinq; millia annorum,per Christum verum deum & hominem liberati. [2] Osee.13 Hebr.2.

Solitudo est hic mundus, quod in eo nihil est,neque gaudij neque veri boni quidquam,nempe plenus vanitate,mœrore & luctu, vbi nos tanquam peregrini & exules,multarum rerum penuria oppressi vagamur,non habentes locum manentem,sed alium quærentes, vnde sumus ob peccata depulsi. Eccl.1.2.3 [3] 2.Cor.5 Heb.13

Manna est verum corpus Christi, quod ipse nobis dedit ad vescendum in vltima sua cœna proprijs manibus,& deinde dat quotidie per manus sacerdotis, dicens:Panis,quē ego dabo,caro mea est, pro mundi vita. Id quod verificauit, quando omnipotentia verbi sui in vltima cœna panem mutauit in corpus suum,dicens ad discipulos: Accipite & manducate: Hoc est corpus meum, quod pro vobis tradetur. [4] Ioh.6. Matt.26 Marc.14 Luc.22. Ioh.6.

Dominus, qui nobis hunc panem cœlestem e cœlo misit & pluit,est deus pater optimus,dominus dominantium,qui misit hunc nobis panem per castissimum vterum gloriosissimæ virginis Mariæ. Pro quo mittendo clamarunt olim suppliciter veteres illi patres, Rorate cœli desuper,& nubes pluant iustū. Matth.1 Luce.1. Esa.45

Terra promissionis,melle fluens & lacte,est terra viuentium cœlestis,quam deus nobis eius voluntatem facientibus, passim in sanctis literis repromisit, quæ non modo melle & lacte, sed tanta bonorum omnium copia fluens est, quantā,teste Propheta,nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis descendit, ad quam non possumus venire, nisi manducatione veri mannæ, id est, corporis Christi, quemadmodum Israelitæ non potuerunt ex deserto venire in terram promissionis,nisi manducatione figuratiui mannæ,quod venit duntaxat ex firmamento cœli, verum autem ex summo cœlo,prout testatur Propheta. Atque hinc est,quod corpus Christi quasi viaticum datur homini,hinc per mortem decedēti,vt eius virtute possit corroboratus contra quascunq; cacodæmonum tentationes peruenire ad terram promissionis,vt Helias quondam virtute panis subcinericij profectus est ad montem dei Oreb. [5] Psal.141 Esa.64. 1.Cor.1 Psal.18. 3 Reg.19.

Moses & Aaron,qui manna iusserunt recolligendum, reseruandum,& annuatim solenniter cum canticis,organis & cęremonijs circunferendum,est Petrus & quilibet eius successor,vt Aaron ad sacerdotium vocatus & electus: & hoc quidem casu Vrbanus quartus,qui nobis sua authoritate,quam a deo habuit,pręcepit,vt hoc supercœleste manna in vrnam auream,hoc est,pyxidem, quam vocāt Monstrātiam, colligeremus,& in tabernaculum coram domino, qui sua maiestate,qua cœlum & terram implet,vbique est,collocaremus:& positis candelabris & hoc genus alijs cæremonijs, circūferendo coleremus. [6] Hebr.5 Hiere.23

Dauid rex,qui tantopere coram manna lusit,est omnis rex, princeps & magistratus,qui hac quidem pietate Dauidem sequitur, prout hactenus catholici quiq; magistratus Christianissime factitarunt. Quo nihil fuit rectius,nihil honoratius, nihil Christianius. [7]

Cantores sunt, quicunqꝫ subditi maximeqꝫ ecclesiastici, qui suam potestatem Christianam hoc casu sequũtur, sacramentum corporis Christi, canendo, orando, meditando (quisqꝫ pro virili sua) venerantes & adorantes.

2. Reg. 6. Michol vxor Dauidis & filia Saulis, qui Dauidem propter cæremonias, quas honorifice detulit mannæ, derisit: est, quicunqꝫ contemnit eos, qui Christiano more venerabilissimum Eucharistiæ sacramentum per pias cæremonias venerantur.

Ex ijs proinde omnibus, adeoqꝫ ex ipso Euangelio, quod ipso die corporis Christi legitur, colligunt̃ & concludunt̃ nonnulla scitu & vtilia & necessaria.

Primo colligitur: In sacramento Eucharistię sub specie panis veram esse carnem Iesu Christi, adeoqꝫ totum corpus & sanguinem ipsius, nec adesse vltra panem post consecrationem, sed totum prorsusqꝫ mutatum esse in carnem & sanguinem Iesu Christi, adfirmante ipsissima veritate, & dicente: Panis, quem ego dabo, caro mea est, quam ego dabo pro mundi vita. Id quod præstitit, quando suis discipulis in cœna nouissima (& quotidie per sacerdotem) dedit panem, transmutans eum omnipotenti sua benedictione in carnem propriam, dicensqꝫ: Accipite & manducate: Hoc est corpus meum.

Iohan. 6 — Mat. 26 — Mar. 14.

Ne proinde qs per cacodæmonem seductus, non veram carnem, nec verũ eius existimaret esse corpus, sed vel figuratiuum vel phãtasticum vel simplex, addidit: Caro, quam ego dabo pro mundi vita, Corpus est, quod tradetur pro vobis, scilicet in ara crucis. Iam vero plus satis constat, non simplicem panem, nec solum corporis figuram, sed carnem propriam corpusqꝫ proprium, adeoqꝫ animam suam dedisse pro nobis, vt testatur omnis scriptura & ratio. Nec catholicus quisquam sensit secus vnquam. Væ proinde, qui repugnante natura, ratione & scriptura, nostris temporibus tam horribiliter ludunt cum Christi corpore, peruertentes eius sensum peruersissime.

1. Petr. 2. — Hebr. 10. — Esa. 53

Secundo colligitur, Christum sub specie panis non solum esse cum humanitate sua, sed & cum diuinitate sua, adeo, vt ibi Christus vere realiterqꝫ lateat, vt deus & homo verus, quum vtraque natura sit inseparabiliter vnita. Id quod ipsemet probat, dicens: Ego sum panis vitæ, de cœlo descendens. Ipse autem, quod constat, secundum deitatem, non secundum humanitatem, de cœlo descendit: & carnem humanam in vtero virginis non ex virili semine, sed per sanguinem eiusdem virginis, cooperante spiritu sancto, suscepit.

Esa. 7. — Matth. 1 — Luc. 1

Tertio colligitur, illum qui manducat corpus Christi, in quo est & preciosus sanguis ipsius, vtcunque non sub propria specie, nunquam spiritualiter moriturum, sed semper victurum, scilicet per gratiam hic, & alibi per gloriam, velut sole clarius euangelij verba contestantur. Intellige autem, qui digne, id est, vera fide, spe & charitate, mundatus per veram pœnitentiam manducat: nam qui manducat indigne, reus erit corporis & sanguinis domini, sibiqꝫ, teste Paulo, iudicium manducat, non diiudicans corpus domini.

1. Cor. 11 Sequitur proinde ex ijs, cæremonias illas, quibus venerabilissimum eucharistiæ sacramentum veneramur, prorsus testari, corpus Christi verum esse sub spe-

ſpecie panis,& in ipſo compleri ſicut in veritate figurã,quæ fuit manna, quatuor ob cauſas.

Primo,ꝙ vterq; panis non natura, ſed diuina virtute fuerit effectus. Secundo,quod vterque creatus fuerit pro viatico degentibus in ſolitudine, vt ex hoc per ipſum venire poſſint in terram promiſſionis, ij ad terram lacte & melle fluentem & temporaneam,illi ad terram omnium bonorum copia abundantem. Tertio,quod vterque nutriat,ille corporaliter,hic ſpiritualiter. 1

Quarto,quod vterque conferat vitam, ille temporalem & tranſitoriã,hic vero æternam & omni gaudio plenam.

Deinde ſequitur ex dictis,quod ſacramentum euchariſtię recte adoramus, quum in ipſo lateat deus & homo, qui ſua maieſtate cœlum & terram implet ac vbiq; eſt,dominus virtutum,rex gloriæ & deus maieſtatis,in cuius nomine flectitur omne genu cœleſtium,terreſtrium & infernorum. 2 Hiere. 23 Eſa.23. Phil.2.

Poſtea ſequitur, nos idipſum quoq; recte luminibus, candelis, ſertis, canticis,organis,& id genus pompis & cęremonijs honorare,præſertim,quod Dauid cum ſuis figuram illius ſacramenti honorauit ad hunc modum, & ipſum quoque dominum talibus honoribus,vtpote canticis,floribus, frondibus, & veſtibus loco tapetarum, & id genus alijs cæremonijs longe diuinioribus, honorarunt, Hieroſolyma venientem, Iſraelitæ. Nunquid figuram veritate nobiliorem, fuiſſeq; Chriſtum olim quàm nunc,maiorem putemus? Abſit, quum hoc veritas præſtet figura,quo lux vmbra,Chriſtusq; nunc quàm tũc præſtat,quanto præſtat ipſe angelo,quum nunc ſedeat a dextris dei, tum vero nondum:nunc traditam habens cœli terræq; poteſtatem, quam tunc nondum habuit iuxta humanitatem. 3 2.Reg.6. 2.Par.15. Matt.21. Marc.11. Luc.19. Ioh.11. Mat.vl.

Primo non obſtat dicere, q̃d quẽ adorare debemus in ſacramento,non videmus:quia reſpõdeo,deum nos adorare, quem nullus mortaliũ videat vnq̃, nec videre poterit,proinde nos adorare illum,quia non videmus.nõ eñ Thomas,quod vidit,ſed quod credidit,adorauit,quum duntaxat videatur creatura,quæ non adorari debet,ſed ſolus creator,qui eſt inuiſibilis. 1 Exo.33. 1.Tim.6. 1.Ioh.4. Ioh.20

Secundo nec obſtat dicere, quod hoc ſacramentũ non fuerit in hunc vſum inſtitutum,vt vel ita cæremonialiter honoretur & circunferatur vel adoretur, quia reſpondeo,nec manna propterea fuiſſe datum,nec Chriſtũ propterea veniſſe vt vel adoraretur,vel Hieroſolymis & alibi cęremonialiter honoraretur, qui tamen ne dehoneſtaretur,adhuc puerulus a tribus regibus & deinde ſæpenumero voluit adorari & honorari. Matt.2.

Et quid niſi quũ videmus multoties ita cæremonialiter honorari Cæſares, reges,principes,& id genus ſatrapas, plerunq; peccatores,non modo mortales hoĩes, & recte quidem, q̃n Ieſu duntaxat ſint vicarij,locumq; tenentes: quur non eũ,q dñs eſt oĩm eoꝝ,deus & homo,nulli peccato obnoxius? Nõ itaq; dubiũ ẽ, q̃n q hoc ſanctiſſimũ ſacramẽtũ euchariſtiæ cęremonialiter honorare cõtẽnit, vel ipm ſic honorãtes irridet, cũ Michol ipſa punieẽ ſterilitate ſpũaliũ & corporaliũ fructuũ,carebitq; pane cœleſti & terreſtri,prout ſtatim nũc Eſa.53. 1.Pet.2. 2.Reg.6. 2.Par.15.

videmus: is vero qui sequẽs ecclesiam, veneratͅ ipsum, fœcundus erit in omnibus, quæ tam temporaneam quàm æternam concernũt vitam. Quam deus pater nobis per filium suum, dominum nostrum Iesum Christũ, cõcedat, Amen.

DE CATHOLICIS IN ECCLESIA CAEremonijs dominica prima post Trinitatis vsque ad primam dominicam Aduentus domini.

Caput XXXIX.

A Tempore aduentus domini catholica ecclesia vsque ad festũ corporis Christi, festa peragit ea, nec non ea nobis euangelia proponit, in quibus quæ singulariter fidei sunt ad salutem æternam consequendam, quæ nobis pater ille cœlestis ita per filium suum Iesum Christum, dominum nostrũ, dignatus est exhibere, vt per eadem nobis esse voluit reconciliatus, antiquæ suæ in nos immemor indignationis. Cuius quoq; causa eo ipso tempore cantica paulo lætiora passim frequentiusq; decantari solent, duplicato etiam non solum, sed & triplicato aliquoties pro loco & tempore Alleluia. Deinde vero, post videlicet ferias corporis Christi, quanuis eadem cantica lætiora, vtpote Alleluia, & Gloria in excelsis, & si quæ sunt alia, decantet ecclesia, tamen ipsa non semper vsurpat, sed aliquoties obmittit, imo nec ea, sicut antea, duplicat, significãs nobis eo quidem tempore tam esse gaudendum quàm tristandum.

Gaudendum quidem, quod deo patri p Iesu Christi filij, domini nostri aduentum, natiuitatem, vitam, doctrinam, passionem, mortem, resurrectionem, adscẽsionẽ, spũs sancti missionẽ &c. ita recõciliati sumus, vt nobis aliud non restet, quàm vt ipsam viam bonis operib9, quam fides vera per charitatem producere debet, veluti peregrini arripiam9, quatenus patriam, de qua fuimus ob peccata proscripti, recipiamus, ipsamq; salutem, per dominum recuperatam arripiamus.

Gal. 5

Atq; hinc est, quod vti tempus ab aduentu dominico vsq; ad festum corporis Christi, dici potest ac solet tempus reconciliationis, quod ita nos dominus Iesus modis, quibus oportuit, omnibus deo patri recõciliauit, & nihil eorum, quod nostræ salutis est, obmisit, vt plane non restet aliud, quã vt ipsi nos ea recõciliatione bonis operibus dignos efficiamus, ne nobis ipsis alioqui causa damnationis constituamur, dicente dño: Ex te perditio tua Israel, tm̃modo in me auxiliũ tuum: Quid vltra debui facere tibi, & non feci? sic tempus a prima dominica post festum corporis Christi, tempus peregrinationis appellari cœpit, & ideo quidẽ, vt memores simus, nos hic (vt Apostol9 testatur) locum non habere manentem sed vti peregrinos aliam ciuitatem, vtpote cœlestem, vnde propter peccata recessimus, inquirere bonis vtiq; operibus.

Ose. 13
Esa. 5
Hebr. 13.
2. Cor. 5.

Sicut enim pegrini non possunt redire domum, nisi multa variaq; multorũ laborũ fatigatiõe, q̃ruuis sua sit illis ppria domus, ita nõ possumus ipsi redire ad patriã felicẽ, quã nobis vti ppriã creauit de9, nisi labore bonorũ operũ, quæ vel sola beatos, vti mala dãnatos, post mortẽ sequãt: tristãdũ q̃q; nobis eo est tpe pegrinatiõis, qa velut recõciliatiõis immemores male opamur, in antiqua peccata

Apoc. 14

peccata relabentes, in pristino damnationis statu positi, quibus, Petro teste, melius fortassis esset viam iustitiæ non nouisse, propterea nobis esse tristan dum ea tristitia, quæ operatur pœnitentiam in salutem stabilem. Quod nisi fe cerimus, damnandi sumus perpetuo cum diuite epulone, de quo euangelion est, quod legi solet prima post corporis Christi dominica. Id quod vel proinde statuit ecclesia in principio temporis peregrinationis audiendum & legendum, vt tam lœta Lazari mendici consolatione, quàm horrendo supplicio diuitis, nos ad bene viuendum & operandum, deinde ad æterna gaudia cohortaretur, & a male operando & ab æterna damnatione dehortaretur.

2.Petr.2. Luc.16.

In eo quidem singulariter euangelio dominus consolatur & pauperes & oēs, q tribulant̄ bn̄q opant̄ hoc in mūdo, p cōsolationē Lazari, ne putent sua bona opera nihil habere mercedis: male vero operantes ita supplicio diuitis territat, vt vel eius supplicij metu vitam impiam corrigant, alioqui futurum sit ipsis tormentum, quod diuitis est epulonis. Insuper idem nos omnes admonet, vt si qui non amore beneficiorū, quæ nobis sua humanitate præstitit Christus, hucusque emendauerint, saltem nunc & posthac ad emendationem moueantur horrore supplicij diuitis, misere in tormentis ad patrem Abrahā exclamātis: O pater Abraham, miserere mei, quia misere crucior in hac flamma.

Superest igitur charissimi, vt neglectis ijs rebus mundanis, tendamus ad superna, vt illic sit cor nostrum, vbi est thesaurus noster, & patria vera, vnde hic exules peregrinamur, quibus hic non est aliud nisi labor, dolor, afflictioq spiritus, adeoq nihil omni ex parte iucundum, vt pene mori quàm viuere lætius sit, & quidem maxime, quod ex eo euangelio intelligimus diuinam iustitiam, cuilibet prout in hac vita meruit, siue in bono siue in malo, pœnam vel gaudium retribuentem, iuxta Paulum, dicentem: Non habemus hic manentem ciuitatem, sed futuram inquirimus. Et oportet nos omnes manifestari ante tribunal Iesu Christi, vt referat vnusquisq propria corporis, prout gessit, siue bonum siue malum. Ideoq fratres mei dilecti, stabiles estote & immobiles, abundantes in omni opere domini semper, scientes quia labor vester non est inanis in domino.

Matth.6. Iob.7.14 Hebr.13. 2.Cor.5 1.Cor.15

DE CATHOLICIS IN ECCLESIA CAEREmonijs circa lectionem Euangelij S. Iohannis & pulsationem campanarum, seruari solitis æstatis tempore contra tempestates Caput. XL.

Diximus pauloante de cæremoniali processione, quam catholica ecclesia ex institutione Papæ Vrbani iiij. obseruat in festo corporis Christi, & q̄dem statim feria quinta post octauas Pentecostes, vt videlicet, qui per totum anni circulum eo glorioso corpore sub sacramento vtimur ad salutem, eius institutionem illo specialiter tempore recolamus, quo spūs sanctus discipulorum corda perdocuit ad plene cognoscendum huiuscemodi sacramenti mysterium. Nam in eodem tempore cœpit non modo hoc sacramētum a fidelibus frequētari, ꝑut legit̄ i actis Apl̄icis de ꝑseueratiōe doctrinæ aplorum &

Act.2

Mat. vi. Mar. vi. Psal. 18 Rom. 10

rum, & communicatione & fractione panis, verum etiam ab ipsis apostolis, Christo iubente, per quatuor mundi climata, vt pote orientis, occidentis, meridiei, & septentrionis alta voce sic prædicari, vt sonus eorum exiuerit, propheta teste, Pauloq́ꝫ subscribente, in omnem terram, verbaq́ꝫ eorum vsque ad fines orbis terrarum. Atque hinc est, quod in huius rei argumentum in ipsa p̄fata ceremoniali processione leguntur voce sonorosa ad quatuor mundi præmemoratas partes initia euangeliorum quatuor euāgelistarum, qui nobis memoriæ prodiderunt tanquam historici veridici, mysterium eiusdem venerabilissimi sacramenti, quod quinta feria dominus in nouissima cœna sua instituit, dicens: Hoc est corpus meum, quod pro vobis tradetur &c.

Matt. 26. Marc. 14 Luc. 22. Ioh. 6

Cœpit autem in eodem die mos in toto propemodum Christiano orbe, vt deinde quoties vel procellæ, vel tonitrua, vel id genus aliæ tempestates paulo horribiliores imminent, die etiam qualibet, legi soleat initium euangelij sancti Iohannis, atque sub ipsa lectione pulsari campana, ea quidem spe & fide, vt per pulsationem eiusmodi, fragor grandinum, procella turbinum, impetus tempestatum & fulgurum temperentur, & infesta denique tonitrua ventorumq́ꝫ flamina suspendantur, spiritusq́ꝫ procellarum prosternantur. Atque licet natura quoque comparante tonitrua, quæ generantur in nubibus, per crepitum sonorosiorem sicuti fragore quodam bombardarum posse fugari videantur, vti plumæ a vento per sonum excitatæ propelluntur, huius tamen rei ratio subest hoc in casu pijs Christianis longe alia.

Esa. 14. Ephe. 2 6. Iudæ. 1.

Siquidē constat ex Paulo & Iuda Thaddæo, non quoscunq́ꝫ spiritus olim angelicos, qui cum Lucifero propter superbiæ peccatum ceciderunt, ilico protrusos ad inferos, sed quosdam ad tempus in aerem esse proscriptos, quos proin Christus per volucres cœli videtur intellexisse, vt inibi, quoad deus voluerit, crucientur, qui cum nihil æque semper agant, quàm vt perpetui aduersarij, & tanquam leones rugientes circumeant, & quærant, quibus quoquo modo vel in animabus, vel in corporibus, vel in substantijs noceant, fieri solet, vt quoties insurgunt tonitrua, venti vel aliæ tempestates, ipsi se suis insidijs immisceant, quo possint, deo permittente, vel fulmine vel fulgure vel ruptu nubium perinde quodam cataclysmo nobis incommodare.

Id quod edocti Christiani, campanas consecratas tum compulsant, sperantes, q̄ isti sonitum compulsationis audientes, deterreri proculq́ꝫ simul cum tempestatibus fugere debent, prout sæpenumero factum comperimus. idq́ꝫ fieri credimus nō simpliciter virtute pulsus campanæ, sed ob rationes aliquot, a scripturarum fundamentis & exemplis minime discrepantes. Prima qdem ratio est, qa quū campanæ sint quasi tubæ militātis ecclesiæ, cuius rex est Christus, abesse neqt, qn sicut tyranni timent & aufugiūt, audiētes in terra sua tubas potentis alicuius regis inimici, sic etiā cacodæmones, vere tyrāni, tubas Christi regis

gis æterni audientes, terreantur & fugiant, & a tempestatis concitatione con quiescant. In cuius signum singulariter tum legi consueuit initium euangelij Iohannis, in quo Christus mundi creator, & conseruator eorum quæ sunt in ipso, omnium describitur, & eius in mundum carnalis aduentus. Ioh.1. Gene.1.

Atque propterea tempestatibus huiuscemodi paulo terribilioribus enatis, aduersus tonitrua cæterasque tempestates alicubi proferri solet venerabilissimum sacramētum eucharistiæ, quod hæc speretur præcipuum fore munimentum & præsidium cōtra tales Cacodæmonū insidias & machinationes, quum in ea veraciter contineatur dominus fortis & potens, dominus potens in prælio, dominus virtutum & rex gloriæ. Hinc est, quod ad hoc sacramentum canat & oret ecclesia: Psal.23.

O salutaris hostia,
Quæ cœli pandis ostium,
Bella premis hostilia:
Da robur, fer auxilium.

Secunda ratio, quia quum in consecratione campanarum summa cum reuerentia sit ab episcopo prolatum dei verbum, & ipsum non prodeat vacuum, sitque qualibet potestate multo potētius, atque ipsum Cacodæmones nec audire, nec eius virtutem ferre possint: fieri solet, vt quum campanæ verbo dei consecratæ sonum audiunt, eminus fugiant vti prorsus attoniti, quemadmodum probat hoc ipsum melodia citharæ Dauidicæ, vtpote quam cum Saul, maligno spiritu tribulatus & agitatus, audiret, cœpit melius habere, nimirum fugiente ab eo maligno spiritu, qui carmen diuinum, quod in cithara propheta canebat, & eius sonitum ferre nequiuit. Esa.55. 1.Reg.16.

Tertia ratio, quod quum pulsatis campanis Christi fideles admoneātur imminentis periculi, fit, vt deterriti, confugiant deuotis orationibus ad deum, deprecātes ab eo instantia pericula, prout alias Salomon subindicat. Exaudiente proinde deo precationem deuotam, Cacodæmones aufugiunt: siquidem oratio sit, domino teste, per quam maligni spiritus eijciuntur. Huius argumentum habemus apud Tobiam, quum dicit angelus ibidem dæmonium depulsum iri fumo cordis & iecoris: quippe per fumum ex igne procedentem, significans virtutem Tobiæ & Saræ orationis, quæ (quod Dauid optat alibi) sicut incensum debet in conspectu domini dirigi, cuius causa fumus incensi pro oratione deuota in scripturis accipi solet. 3.Reg.8. Matt.17 Tob.6. Psal.140. Apoc.8.

Ex ijs igitur rationibus modo liquet, non esse superstitiosum, sed plane religiosum contra tempestates tempestuosiores pulsari campanas, atque tum proferri venerabile sacramentum eucharistiæ, credique sic sedatum iri tempestates, quas aliquando, domino permittente, Cacodæmones concitare solent, vtpote hoc ipsum non fieri virtute pulsus campanæ, sed verbi diuini deuotæque ad deum orationis. Id quod experientia plus millies hactenus comprobauit, ad ostensionem virtutis diuinæ religionis.

Deca-

DE CATHOLICIS IN ECCLESIA CAEREmonijs vltima dominica peregrinationis, quæ proxima est ante dominicam Aduentus domini.

Caput XLI.

QVum postrema dominica temporis, quod ecclesia tempus peregrinationis appellare solet, vel ideo credatur vsq; adeo cæremonialis esse, quia legi consueuit in ea Euangelion, quod pro tempore pariter legi solet dominica mediæ quadragesimæ, cui sane tempori magis quadrare videtur, vt etiam plerique omnes mirentur hanc cæremonialem institutionem, qua videlicet ecclesia legendum instituit Euangelion, quod etiamnum legendum censuit dominica in medio quadragesimæ: visum est, hac quoque parte paucis reddere rationem huiusce cæremonialis institutionis.

Primo quidem catholica ecclesia statuit propterea legendum præmemoratum Euangelion dominica postrema peregrinationis temporis & proxima dominica ante dominicam Aduentus domini, quod in eo Euangelio turba, spiritus sancti suggestu testatur ipsum verum & vnicum Messiam, mundiq; saluatorem Iesum Christum aduenisse, cuius Aduentum in hunc mundum proxima dominica toto terrarum orbe celebrat ecclesia. Clamat enim turba, dicens: Hic est vere propheta, qui venturus est in mundũ. In cuius euidens argumentum ecclesia quoque statuit eadem dominica in sacrosancta Liturgia legendam loco epistolæ lectionem propheticam sic habentem: Ecce dies veniunt, dicit dominus: Et suscitabo germen iustum, & regnabit rex. Quod igitur in hoc verborum compendio Hieremias olim de Christo Iesu vẽturo prophetauit, in eo ipso Euangelio propter stupendum miraculum turba cognoscit impletum, dicens: Hic est vere propheta, qui venturus est in mundum.

Ioh.6. *Hiere. 23*

Primo autem testatur hoc suo verbo turba, de Christo venturo diu multumq; fuisse prophetatum, vtpote non solum a tempore Samuelis per omnes deinde prophetas, teste Petro, vsque ad Christi tempus, sed & mox a principio mũdi per verba, facta, mysteria, figuras, patriarchas & ꝓphetas esse prædictum, velut euidenter accipimus ex verbis Zachariæ, dicentis: Benedictus dominus deus Israel, quia visitauit & fecit redemptionem plebis suæ, Sicut loquutus est per os sanctorum, qui a seculo sunt, prophetarum eius. Et recte nimirum oportuit ita prædici ab initio aduentum Iesu saluatoris per incarnationem in hunc mundum: cum, quia mysterium tam gloriosum, tam præclarum, tam mirabile, tamq; incredibile propemodum vix alioquin creditum fuisset: tum quia credendum fuit ab omnibus saluandis ab initio, quod genus humanum secus deo patri reconciliari non potuisset, nisi aduentu per incarnationem Iesu Christi filij eius vnigeniti. Cuius sane causa quotquot fuerunt ab initio fideles, ad deum patrem clamarũt, dicẽtes: O domine, mitte quem missurus es, & qui mittendus est, qui est expectatio gentium, ad illuminandum ijs, qui in tenebris & in vmbra mortis sedent &c.

Act.3 *Luc.1.* *Gene.49* *Exo.4.* *Luc.1*

Secundo testatur turba Christum quidem esse prophetam, sed non vulgarem,

rem,sed vnicum,qui singulatiter in hunc mundum ob necessitatem salutis humanæ reparandæ venturus erat, prophetarum propheta & dominus, quo de prædictum sciebat per deum Max. ita ad Mosen dicentem: Prophetam suscitabo eis de medio fratrum suorum, similem tui, & ponam verba mea in ore eius, loqueturq; ad eos omnia quę præcepero illi. Qui aūt verba eius quæ loquetur in nomine meo, audire noluerit, ego vltor existam. Illū ipsum, fuisse Iesum Nazarenum patet, quia Iudæus frater Iudæorum fuit, quiaq; prophetiam pater in nouo testamento declarauit, inquiens de Christo filio ad discipulos: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui: hunc audite. De quo Paulus sic ait ad Hebræos: Videte ne recusetis loquentem. Si enim illi non effugerūt, recusantes eum qui super terram loquebatur, multo magis nos, qui de cœlis loquentem nobis auertimus.

D.ut.18. Matth.17 Marc.9. Lucæ.9 Heb.12

Absit igitur alium Messiam & propiciatorem expectemus, quàm dei Opt. Max. filium naturalem & vnigenitum, Iesum Nazarenum, Mariæ virginis filium iuxta humanitatem, qui dudum venit, veluti diximus alibi fusius.

Secundo catholica ecclesia propterea statuit vltima dominica peregrinationis temporis legendum Euangelion, quod legitur in medio quadragesimæ, vt sciamus nos haudquaquam frustra facere bona opera, quæ debemus hoc loco & tempore peregrinationis, quod repræsentatur per tempus a dominica Trinitatis vsque ad tempus proximæ dominicæ ante aduentum domini, facere: tum ad testificationem nostræ veræ fidei, quę sine operibus coram deo mortua est: tum ad gratitudinem pro remissione præcedentium peccatorum & in pœnitentiam eorundem, quæ deus pater nobis remisit per dispensationem eorum, quæ fidei sunt in vnigenitum eius filium Iesum Christum, id est, per ipsius natiuitatem, vitam, passionem, mortem, resurrectionem & adscensionem, & id genus reliqua, quæ nobis præcipue præscribunt euangelia, legi solita per totum tempus dispensationis & reconciliationis. Cuiusmodi singulariter est & habetur tempus, quod a prima dominica Aduentus domini vsq; ad dominicam Trinitatis currit.

Iaco.2.

Sed quid, inquit aliquis, mercedis habebimus pro tam duris operibus fidei nostræ, quæ facere debemus aut facimus hoc toto tempore nostræ peregrinationis, quæ vtiq; fiduciarijs istis plane dura & aspera videtur, quum non sponte peregrinentur in ea ad patriam, vnde propter mala opera protrusi sumus, nec illuc venturi, nisi per fidem & bona opera ipsius?

Matt.7 Gene.3.

Respondeo, habituri sumus in vita æterna futuri seculi specialem quandam & eandem cœlestem, spiritualem & diuinam refectionem, quinq; panibus constantem, quæ repræsentatur per miraculosam illam quinque millium virorum refectionem in Euangelio, in qua Christus quinq; millia virorum quinq; panibus hordeaceis & duobus piscibus ita pauit, vt saturatis illis, adhuc plus remanserit quàm appositum fuit.

Primus aūt panis, est præsentia dei, quem facie ad faciem summo cum gaudio videbimus, quem modo per speculū in ænigmate videmus. Beati proinde, ait dominus, mundo corde, quoniam ipsi deum videbunt.

1.Cor.13. 1.Ioh.3 Matt.5. Luc.6.

Secundus eſt, pulchritudo viſionis faciei dei, vtpote quæ ineffabilis eſt, & ita pulchra, vt ipſa præ pulchritudine & claritate multo minus videri poſſit plene, quàm radius ſolis ab homine viuente in terra, prout patet ex clarificatione domini in monte Thabor, in quam vſq; adeo diſcipuli domini videre nequiuerunt, vt in faciem ceciderint. Hinc ad Moſen dominus: Non poteris, inquit, videre faciem meam. Non enim videbit me homo, & viuet.

Mat. 17 Marc. 9. Luc. 9 Exo. 33

Tertius eſt, ſocietas angelorum, quorum ſimiles erimus in reſurrectione, & inter quorum ſortes, ſors eſt noſtræ beatitudinis.

Matt. 22 Marc. 12. Luc. 20.

Quartus eſt, conſortium ſanctorum in cœlo, In quorum partem ſortis in lumine nos faciet deus participes, vt Paulus ſcribit.

Coloſſ. 1

Quintus ē, dulcedo beatitudinis internæ, quæ eſt in æterna gloria, quæ tanta erit, vt inibi mille anni præ nimia dulcedine beatitudinis internæ perinde erunt, vt vna apud nos dies, teſte Petro.

2. Petr. 3.

Nec eſt, quod in ijs panibus interim eſt hordeum, quod eſt dilatio perfectionis huiuſce cœleſtis in hac dura miſeraq; peregrinatione refectionis, quandoquidem hordeum illud, quamlibet amarū, dulcoratur interea duobus dulcibus piſcibus.

Primus eorum eſt, ſpes certitudinis perueniendi ad eandem beatam refectionem, quæ non confundit.

Roma. 5

Secundus, eſt fidelitas dei promittentis, vtpote qui non mentitur, certe potens facere & faciens quæ promiſit, quum cœlum & terra potius & citius ſint tranſitura, quàm verbum eius promiſſionis. Ideoq; patientes ſimus In hac noſtra peregrinatione in omnibus bonis operibus vel quamlibet duris, ſcientes quia nobis merces copioſa certo eſt in cœlis.

Hebr. 6. Mat. 24. Marc. 13. Lucæ. 21 Matth. 5.

DE CATHOLICIS IN ECCLESIA CAEREmonijs, in dedicatione templi fieri ſolitis.

CAPVT XLII.

NOn opus cenſeo, vt multis hac quidem parte verbis dicam, quanta nobis veneratione, laude, deuotione & gratiarum actione peragenda ſit dies templi dedicationis, quando pateat hoc ipſum ſatis ſuperq; ex dedicationis deſcriptione, inſtitutione, origine, & cæremonijs, & harum ſignificatione & authoritate eorum, qui diem dedicationis templi venerabiliter & diligenter inſtituerunt, ac viſitarunt. De quibus vniuerſis & ſingulis in præſentia, quatenus deus ille optimus maximus dederit, qua potero breuitate dicturus ſum, applicaturus tandem Euangelion, quod eccleſia catholica ſtatuit In dedicatione templi legendum.

In primis igitur ſcitu dignum eſt, dedicationem, prout nobis hoc loco de ea ſermo eſt, eſſe ſpecialem quandam alicuius rei vel loci vel domus appropriationem, qua res ipſa ſiue domus ita ſubmouetur ab omni prophano vſu,

& deo

& deo deputatur, vt deinde nihil inibi fiar, nec fieri debeat, nisi q̄d ad dei laudem, & ad hominis salutē tendit ac cedit. Cuiusmodi res dedicata, est quælibet ecclesia dedicata, quę propterea domus dei dici soler ac est.

Cuius causa Dauid ad dominum dicit: Domum tuam decet sanctitudo domine, in longitudine dierum. Atque propterea Christus nunquam magis & contra nullos vnquam magis excanduit, quàm contra Iudæos, qui negociationes & res illicitas in templo perpetrabant, quos ob id flagello de templo eiecit, dicens: Scriptum est, Domus mea, domus orationis vocabitur: vos autem fecistis illam speluncam latronum. Auferte ista hinc, & nolite facere domum patris mei, domum negociationis. Id quod olim sensit Iacob, quando de quolibet loco, deo cōsecrato, dicebat: Terribilis est locus iste, non est hic aliud quàm domus dei & porta cœli: vere dominus est in loco isto, & ego nesciebā.

Psal.92. Mat.21 Mar.11 Lucæ.19 Ioh.2. Esa.56. Hiere.7. Marc.11. Gene.28

Dedicatur propterea domus aliqua deo, propter res singulariter sanctas inibi peragendas. Quarum præcipuæ sunt, prædicare, offerre, psallere, sacramenta ministrare, & orare.

Primo quidem domus aliqua deo consecratur, vt eius inibi verbum prædicetur. Id quod Christus suo exemplo iussit: quandoquidem Lucas scribit ipsum dominum die docuisse in templo, nocte vero exijsse, & reuersum mane isthuc, & ad ipsum venisse populum vniuersum.

Luc.21.

Quare ipse rogatus ab Anna de eius doctrina, dicebat: Ego semper docui in synagoga & in templo quo omnes Iudæi conueniunt, & in occulto loquutus sum nihil. Quid me interrogas? Interroga eos q audierunt, qd loquutus sum ipsis: ecce hi sciūt quæ dixerim ego. Cuius exemplum statim sequuti sunt Apostoli, qui fuerunt vnanimiter in templo perdurantes, vt ait Lucas, vtpote docentes. Id quod Paulus singulariter seruauit, qui traditur omnem populum in templo docuisse, gentilesq; isthuc introduxisse.

Matt.26. Marc.14. Lucæ.15 Ioh.18 Acto.2.5 Acto.21.

Secundo consecratur deo domus, vt inibi offerantur oblationes, quarum præcipua est oblatio Missæ, in qua sub mysterio offertur Christus deo patri, cui diua deipara ipsum Christum filium palam in templo obtulit & statuit, qui postea realiter offerri debebat in ara crucis, & deinde sub specie panis & vini in altari iuxta ordinem Melchisedech vsque ad consummationem seculi. Quæ propterea oblatio dicitur iugis oblatio, non abroganda, nisi per Antichristum & suos.

Luc.2 Gene.14 Psal.109 Heb.9. Dani.8.11

Tertio, vt inibi psallatur, iuxta prophetam, dicētem: In templo eius omnes dicent gloriam. Sic Apostolus vult in spiritu psallendum esse in templo. Psallendæ sunt autem singulariter horæ canonicæ, quas ecclesia recte statuit septē, vt in eis repræsententur septem horæ, quibus deus singularia quædam patrauit a mundo condito, in quibus quoque Christus suam passionem pro nobis consummauit. Cuius gratia & Apostoli solebant in eis horis adire templum frequentius quàm alio tempore.

Psal.28. 1.Cor.14 Acto.3

Quarto, vt inibi ministrentur sacramenta, quæ sunt præsentissima contra peccatum remedia, & efficacia gratiæ erga nos diuinæ signa, & signa denique

memoralia passionis ac mortis Iesu Christi, adeoq; consolationis futuræ gloriæ, quæ denicp nos excitant ad veram fidem, & cohortantur ad mutuam inter nos dilectionem. Quod vero sacramenta debeant potissimum ministrari in templo, sufficit Apostolus in hoc, quod voluit sacramentum Eucharistiæ sumendum in templo, cæteros vero cibos materiales domi. Et ipse quoque propheta satis innuit, baptismum esse conferendum in templo, quum de ipso dicat: Vidi aquam egredientē de templo a latere dextro, & omnes ad quos peruenit aqua ista, salui facti sunt.

1.Cor.11 Ezec.47

Quinto consecratur deo domus, vt illic ipsumprecemur & oremus, cuius causa domus orationis appellatur. Hinc Apostoli traduntur ad horam orationis ingressi templum. Et ipse Paulus propterea singulariter docuit, quomodo sit & viris & mulieribus honeste precandum in templo.

Hiere.7 Iohā.2 Acto.2.3 1.Cor.11

Sed inquit aliquis: Possent ne huiusmodi res sanctæ, modo recēsitæ, fieri tractaricp alio in loco quàm in templo?

Possent quidem, inquam, sed non æque salutariter vt in templo: sicut enim deus vbiq; est, sic vbique laudari potest: ita quoque res illæ, quæ pertinent ad dei laudem, fieri possunt vbique, causa legitima subsistente: sed non, vti dixi, tam salutariter & fructuose, sicut in templo consecrato, & hoc propter certas aliquot causas.

Prima earum est, quod quum inibi multi conueniunt ad dei laudem & nomine Iesu, facilius eorum preces exaudiuntur, & gratiosius eorum laudes a deo acceptantur, prout Apostolus grauiter ostēdit, memor verbi Christi, dicentis: Vbi duo aut tres in nomine meo congregati sunt, ibi sum in medio eorum.

2.Cor.1. Mat.18

Secunda, quia inibi diabolus deum laudantes non facile potest impedire, quum nec facile possit illuc accedere propter virtutem verbi dei, quo deo tēplum dei consecratur, & ob potentiā signi sanctæ crucis, q̄d iste maxime timet & abhorret, id quod ab episcopo consecrante multipliciter inibi fieri solet, vt audiemus in cæremoniarum expositione. Hinc Gregorius adserit, quod quū consecraretur ecclesia quædam Arrianorum, in nomine sancti Sebastiani, ab ea statim consecrata, dæmones visibiliter in forma porcorum exierunt, & multis comparuerunt.

Greg.lib. dialog.

Tertia ratio, quod inibi multæ sint & Christi & Mariæ & eius sanctorum memoriæ, similitercp perquàmplures in templo fiunt & habentur cæremoniæ, quę homines inibi monent rerum cœlestium & spiritualium, & prouocant eos ad pietatem & deuotionem. Id quod aliàs fieri non potest, vt suo loco fusius retuli. Rem vero sic ad omīa haberi, testatur oratio, quam Solomon quondam habuit in consecratione templi Hierosolymis a se, deo iubente, constructi, q̄d pater Dauid inceperat.

3.Reg.8.

Est autem tam sanctæ rei, vt pote consecrationis ecclesiæ institutionis, author omnium longe sanctissimus, deus videlicet, sanctorum sanctus, ab origine

ne mundi, qui sibi templum non modo fieri, sed & consecrari voluit a sanctissimis, sapientissimis & iustissimis. Siquidem Moses, iubente deo, quo vix sanctior, post egressum ex Aegypto tabernaculum deo erexit, illudq; sanctificauit, vnxit, & dedicauit cum vasis eius omnibus. Solomon quoq;, quo vix sapientior, dei iussu, templum a patre Dauide inceptum, cum summa solennitate & deuotissima oratione consecrauit. Iudas item Machabaeus, quo vix alius iustior & fortior, victoria potitus, nouum templum deo dedicauit, & eius diem semper octo diebus solenniter, & singulis quidem annis, cum magna populi frequentia celebrauit. Id quod filij Israel vsq; etiã ad Christi aduentũ diligentissime obseruarunt. Et eam quidem dedicationis diem vsq; adeo inter maximas solennitates habuerunt, vt eam summa quoq; deuotione & reuerentia & laetitia visitauerint principes, duces & primores vnà cum vniuerso populo.

Num. 7 Exo. 30. E co. vlt. 3. Reg. 8. 2. Par. 5. 1. Mac. 4

Inter quos fuit Christus Iesus, dei filius, mundi saluator, rex regum & dominus dominantium, qui tanti fecit Encenia, sic enim vocabatur dedicationis solennitas, vt ea etiã longo itinere & hyemali tẽpore visitauerit, ac Hierosolymis in templo, vbi tum frequens adueniebat ex omni prouincia populus, docuerit. Iohã. 10.

Ex ijs igitur, vtpote ex dedicationis descriptione, institutione, origine & authoritate eorum, qui, iubente deo, templa dedicarunt, & eorum qui dedicationis ferias quotannis visitarunt, accipimus, quàm venerabilis esse nobis debeat & solennis, anniuersaria dies dedicationis, vtpote quod dies dedicationis sit, in qua deo singulariter appropriata est domus ad laudem ipsius, & ad salutem nostram, cuius origo fuerit ab initio pene mundi, &, deo iubente, fieri coepta a sanctissimis, sapientissimis & iustissimis, & ab eisdem regibus, ducibus & principibus, & rege regum & duce ducum reuerenter visitata.

Nec quidem sine causa, quum per eam materialem dei domum & eius dedicationem, longe alia dei domus & eius dedicatio repraesentetur & recolatur, vtpote spiritualis quaedam dei domus & ipsius consecratio, cuius illa sic figura potest existimari & idea, vt de ea merito dici queat, quod olim dominus repetendo de forma construendi consecrandiq; tabernaculi, dixit ad Mosen: Inspice & fac secundum exemplar, quod tibi in monte monstratum est, prout satis euidenter arguunt catholicae caeremoniae, quae haberi solent in consecratione templi siue domus materialis. Exo. 25. Exo. 26. Heb. 8.

Vt autem res magis fiat perspicua, scire profuerit, duas esse domos siue templa dei. Vna est materialis, de qua hactenus. Altera spiritualis, quae viuis construitur lapidibus, id est, ex hoibus fidelibus, fundata supra petram, quae Christus est. In qua Christus fide & gratia, teste Paulo, conuersatur vti dñs in sua domo, non aliud existens quàm fideliũ congregatio, quam ecclesiam spiritualem vocamus, & consequenti ordine vnaquaeq; anima fidelis, in qua dominus spiritualiter habitat & habitare vult. Hinc Iohãnes de hac spirituali domo vocem de coelo audiuit, ita dicẽtem: Ecce tabernaculũ dei cum hominibus, & habitabit cum eis. Quod Paulus repetens, ait ad nos omnes: Vos estis templum dei viui, sicut dicit deus, quoniam inhabitabo in illis, & inambulabo inter eos, & ero illorum deus, & ipsi erunt mihi populus. Heb. 3 Apo. 21 2. Cor. 6. Exo. 25

Nos autem domus dei spiritualis, dedicati sumus deo peculiariter, quando relicta infidelitate, per fidem cœpimus esse filij Abrahæ, quibus propterea sicut alicui domui facta est a Christo salus, quum restituta sit nobis per fidem vita æterna, quam prius amiseramus peccato infidelitatis primorum parentum. Quorum sane dedicationem spiritualem repræsentat dedicatio materialis ecclesiæ. In cuius rei argumentum statuit ecclesia legendum in die dedicationis templi euangelion de Zachæi domo, cui facta est salus.

Gene.3.

Luc.19.

Quem enim Zachæus designat nisi nosipsos? Sicut enim Zachæus statura pusillus erat & publicanorum princeps, ita nos adhuc infideles, certe publicanorum fuimus principes, & in gratia dei plus quàm pusilli, quoniam filij iræ, sine deo in hoc mundo.

Ephe.2

Domus Zachæi, quæ fuit omnis ipsius familia, designat nostri omnium congregationem, quæ dicitur ecclesia, cui facta est salus a Christo, quando nos recepit ad suam gratiam per fidem Abrahæ, cuius propterea Zachæus appellatur filius, non vtique sanguine, sed fide, qualem Abraham de Christo venturo habuit, quæ illi reputata est ad iustitiam, sicuti & nobis, prout in Centurijs nostris abunde passimque docuimus.

Gen.15.17
Rom.4.

Rem vero sic omnem habere, non obscure declarant cæremoniæ, quæ fieri solent in dedicatione materialis ecclesiæ, quæ nos etiã figurat in sua forma, quæ præ se fert hominem crucifixum, vt suo loco diximus.

Primo quidem episcopus adest in dedicatione templi, & repræsentat Christum, summum episcopum, qui vere spiritualiterque consecrat, vtens episcopo sicut instrumento, sicut facit in omnibus benedictionibus, dicente ipso ad Mosen de sacerdotibus & episcopis: Inuocabunt nomen meum super filios Israel, & ego benedicam eis.

1.Pet.2

Nume.6

Secundo pontifex ipse ter circumit domũ consecrandam, significans se ecclesiam consecrare in nomine Trinitatis, in quo baptizatur ipsa spiritualis ecclesia, quam dñs Iesus triplici transitu significauit & redemit, transitu videlicet de cœlo in mundum, de mundo ad limbum, de limbo rursus ad cœlum, quo post resurrectionẽ quadragesimo die redijt iuxta scripturas: quorum primus transitus fuit ad saluationem peccatorum, secundus ad liberationem captiuorum, tertius ad glorificationem beatorum.

Mat.vlt.

Acto.1

Tertio, qualibet vice circũeundo veniens ad ianuã, percutit superliminare cũ baculo pastorali, significans triplex ius, quod Christus habet in ecclesia spirituali, vtpote quæ eius sit iure creationis, redẽptionis, & promissiõis glorificatiõis. Hinc ad nos propheta: Venite, inquit, adoremus & procidamus ante dñm, qui fecit nos, quia ipse est dñs deus noster, nos aũt pplus eius & oues pascuæ eius.

Psal.94.

Psal.23.

Quarto, ter percutiendo clamat: Attollite portas principes vr̃as, cui diaconus rñdet: Quis est iste rex gloriæ? Cui eps: Dñs fortis & potens in prælio, & ipse virtutũ rex est gloriæ, significans triplicẽ potestatẽ, quã Christus habet in cœlo, mũdo & inferno, cui propterea flectitur omẽ genu, cœlestiũ, terrestriũ & infernorum. Hinc ipse ad discipulos: Data ẽ, inquit, mihi oĩs ptãs in cœlo & in terra.

Phil.2
Mat.vlt.

Quinto, apertis portis ingreditur ecclesiã cũ duobus vel tribus ministris, clero

& po

& pp̃ro foris stāte, vt verbū cōsecrationis stet in ore duorū vel trium testium. Deut.17.
Sexto, ingrediens ait: Pax huic domui, & omnibus habitantibus in ea, significans, Christum suę ecclesiæ nactum pacem apud deum, illicꝙ eam suo aduentu per fidem reconciliasse, prout Paulus testatur. Matt.18. Ephe.2.

Septimo, prostratus orat pro sanctificatione domus, quum legitur interim Letania, significans, Christum ante passionem suam pro ijs, qui credituri erāt in ecclesia, orasse, & dixisse: Pater, sanctifica eos in nomine meo. non pro eis autem, scilicet discipulis, rogo tantum, sed & pro eis, qui credituri sunt per verba eorum in me. Ioh.17.

Octauo, surgens orat sine salutatione, dominus vobiscum, significans, Christum in ecclesia nondum baptizata non fuisse, quum in baptismo tandem acciperat eius spiritum sanctum, qui propterea sub specie columbę super Christum baptizatum descendit. Mat.3. Marc.1. Lucę.3. Ioh.1.

Nono facit crucem in pauimento ecclesiæ de cinere & sabulo ex transuerso ecclesiæ, super quam crucem pulueris, scribit baculo pastorali Alphabetum instar crucis literis Græcis & Latinis, significans, Christum cruce sua per dei verbem & scripturam in vnitate fidei coniunxisse Gētiles & Iudæos, quorum pastor factus sit vnus, quanuis multi Iudæorum manserint increduli & a fide recesserint, quorum propterea literæ obmittentur in scribendo. Quod vero facit crucē, siue versum scribit ex trāsuerso ecclesiæ directū, videlicet vnū a sinistro angulo orientis in dextrum occidētis, & alterum a dextro orientis in sinistrum occidētis, significat, quod populus Iudæorum, qui prius erat dexter, fact⁹ est sinister: & qui erat in capite, factus est in cauda, & ediuerso, & hoc ob crucis virtutem. Christus enim ab oriente transiēs, reliquit Iudæos in sinistra, quia infideles, & venit ad gentes, quibus, licet fuerint in occidente, dedit esse in sinistra: & tandem a gentibus in dextra orientis positis, visitabit Iudæos in sinistro angulo occidentis, quos constat deteriores esse quàm prius inuenerit gentiles. Ideo autem scribit in obliquum & in modum crucis, & non in directum, quoniam nullus ad sanctæ scripturæ fideiꝙ intelligentiam pertingere potest, nisi qui crucis mysterium recipit, & Christi passione se credit saluandum: quandoquidem solus Christus sit fundamentum, extra quod aliud poni nequit, vt Paulus ait, quum sit ille lapis angularis, super quo fundamento positum est fundamentum apostolorum & prophetarum. Ipsa vero elementa, quæ scribuntur cum cinere & zabulo, significant, articulos Christianæ fidei syncereꝙ huius doctrinæ, quibus erudiuntur in ecclesia rudes & neophyti, qui debent esse humiles, seꝙ nihil aliud reputare quàm cinerem & puluerem, vnde vnusquisque nostrum creatus est, in eundem denuo conuertendus, dicente scriptura: Puluis es, & in puluerem reuerteris. Et alibi: Quid superbis o puluis & cinis? Ita quidem se Abraham humiliauit, dicens: Loquar ad dominum meum, quum sim puluis & cinis. Ioh.10.11. Acto.13. 1.Cor.3. Ephe.2. Gene.3. Gene.18.

Decimo, accedit Episcopus ad altare, stāsꝙ incipit: Deus in adiutoriū meum intende, cum versu, Gloria patri &c. significans, ipsam ecclesiam in primis consecrari & dedicari ad honorem sanctæ Trinitatis, & deinde ad laudem

eius sancti, qui suum inibi sanguinem nomine fidei sanctæ Trinitatis effudit, cuius propterea reliquiæ, si præsto fuerint, in altari eius ecclesiæ reconduntur, vt quotquot inibi conueniunt Christiani, memores sint, se quoque, sicubi necessitas & causa postulet, pro honore fidei eiusdem mori velle.

Vndecimo Episcopus adspergit ecclesiam ter intus, sicut prius eandem foris ter adspersit, aqua cum sale benedicta, quæ notat sacrum baptisma, significans, ecclesiam quoque spiritualem, quæ fidelium est congregatio, baptizari nomine sanctæ Trinitatis, iuxta præceptum Christi, dicentis: Ite, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris & filij & spiritus sancti. Trina vero adspersio traditur tria facere in ecclesia. (Mat. vlt.)

Primo dæmones expellit virtute verbi dei, quo consecrata est aqua.

Secundo ecclesiam purgat & expiat ab eis, quæ propter peccatum corrupta fuerunt & defœdata. Hinc in lege quondam ferme omnia solebant per aquam mundari.

Tertio remouet maledictionem & introducit benedictionem: quandoquidem terra, non autem aqua, fuerit ab initio maledicta, quum fuerit ex illius fructu deceptio facta. Vnde factum existimant, quod dominus noster plerunque semper pisces comederit, non autem carnes, nisi quum manducauerit ex lege agnum paschalem: exemplo, debere nos aliquando etiam a licitis abstinere, possecque nos eisdem tandem pro loco & tempore rursus vti, modo non sequatur scandalum, quod hoc casu semper est vitandum, vti Paulus vitauit. (Gene. 3. Luc. 24. Exo. 12 Mat. 18. Rom. 14 1. Cor. 8.)

Sal autem miscetur aquæ benedictæ, quæ significat baptismum, vt ecclesia dedicata, eademque spiritualis, sciat se debere in omnibus habere sapientiam & prudentiam simplicem, quæ omnium virtutum est condimentum, sicut sal omnium ciborum. Cuius causa sal in scriptura sumi solet pro sapientia, domino dicente: Habete sal in vobis, & pacem habete inter vos. Item ad discipulos ait: Vos estis sal terræ. Quod si sal infatuatum fuerit, in quo condietur? Et Paulus ait: Sermo vester sit sale conditus. Atque ideo putant in lege quondam nullam fuisse hostiam sine sale oblatam, sed in omni sacrificio appositum esse salem. (Marc. 9. Col. 4)

Duodecimo adspergens Episcopus, procedit ab oriente in occidentem, & per medium semel in formam crucis, significans, Christum præcepisse omnes gentes baptizari debere & Iudæos, a quibus ortum duxit ipse. Qui propterea cœlos adscensurus, ait ad discipulos: Sic scriptum est, & sic oportebat Christum pati, & resurgere a mortuis tertia die, & prædicari in nomine eius pœnitentiam & remissionem peccatorum in omnes gentes, incipientibus ab Hierosolymis, vt pote quæ fuit orientis ciuitas omnium longe clarissima. (Luc. 24.)

Tertiodecimo Episcopus chrismatizat ipsas duodecim cruces, quæ prius in quatuor parietibus ecclesiæ depictæ fuerunt, ante quas incensa sunt duodecim luminaria, significans, duodecim Apostolos, qui designantur per luminaria, quum fuerint lux mundi, per fidem crucifixi, qui per cruces designatur, ecclesiam docendo collegisse per totum mundum, qui quatuor (Matt. 5.)

climati-

climatibus consistit, eamque illuminasse ad cognitionem, inflãmasse ad amorẽ, vnxisse ad conscientiæ nitorem, quod per oleum, & ad bonæ famæ odorem, quod per balsamum designatur. Id quod ipsi factitarũt ex præcepto Christi, dicentis: Ite in orbem vniuersum, & prædicate euangelion omni creaturæ, dicentes: Qui crediderit, & baptizatus fuerit &c. Qui profecti prædicarunt vbique, domino cooperante, & sermonem confirmante sequentibus signis. Id quod propheta prædixerat futurum, dicens: In omnẽ terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum.

Mar. vl.

Psal.18

Rom.10.

Conducunt & valent quoque cruces eiusmodi trifariam. Primo deterrent dæmones ne isthuc accedant ad impediendum ecclesiæ deuotionem, quãdo nihil æque fugiant atque signum crucis, qua sunt deuicti. Secundo monent nos triumphi Iesu Christi, qui triumphauit signo crucis, quod propterea est ac habetur pro signo victoriæ, significãs, eum locum a diabolo per Christi crucem Christo subiugatum, cuius testimonium præbeat vexillũ crucis. Id quod olim Iacob videtur præfigutasse, quando lapidẽ, quem supposuerat capiti suo, erexit in titulum, videlicet præconialem, memorialem & triumphalem. Hinc est, quod in die dedicationis ecclesiæ ex turre proferri solet vexillũ cum signo crucis, significãs, inibi esse fideles, quos Christus sua cruce, quasi triumphali signo redemerit a peccato, diabolo, inferno & æterna morte, vnde merito gaudendum sit ipsis in eo templo, per fidem crucis collectis. Tertio reducunt ad memoriam fidem passionis, quæ cruce potissimum facta est.

Heb.2.

Gene.28.

Ex ijs proinde præmemoratis omnibus haud obscure conijcimus, consecrationem materialis ecclesiæ duo propemodum pręcipua significare & efficere, propter quæ dies ipsius consecrationis & dedicationis esse nobis debet valde venerabilis.

Primo consecrat, id est, appropriat deo ipsam materialem domum, vt vlterius esse possit non alius quàm ipsius, nec aliud inibi agi, nisi quod in eius laudem cædit.

Secundo designat & insinuat nobis domum ipsam spiritualem, qualis est congregatio in illa fidelium, quæ per fidem in baptismo consecrata est ipsi deo tanquam sponsa desponsata. In qua nihil quoque agi debet, nisi quod suæ salutis est ac illius laudis & gloriæ. Id quod admonet quidquid est aut fit in ecclesia materiali cæremoniarum, de quibus satis abunde pro loco & tempore me hactenus dixisse crediderim.

Reueren-

REVERENDISSIMO
PRINCIPI AC DOMINO, D. IOHANNI A MALtitz &c. Episcopo Misnensi digniss. Fridericus Nausea Blancicampianus, Episcopus Viennensis, S. P. D.

INgratus, opinor, non modo sim, sed & vehementer inhumanus, & a communi sensu procul semot⁹ & alienus, reuerendissime princeps, si te non vnius saltem mearum pro catholica nostra religione, tot hucusque modis per schismaticos & hæreticos abrogari cœpta, lucubrationum partis quoquo modo participem fecero, & eius p̄sertim partis, quæ catholice tractat catholicas ecclesiæ catholicæ cæremonias, cuiusmodi pars est huius in catholicum catechismum de cæremonijs de sanctis libri VI. secũda, quæ statim subinde sequitur. Quãdoquidem tu illam pridem tuis ad me literis humanissimis planeq; catholicis magnopere, ni fallor, habere desideraueris. Sic ẽm inter cætera scribis: Quare etiam vehemẽter te rogo, vt ad me mittas, si quos editurus es libellos. Facies ẽm ea in re officium cum primis pium, & magno me demereberis. Et polliceor me daturum operam, ne videaris in ingratum beneficiũ posuisse. Cupio te in dño Iesu semꝑ bene valere. datũ ex arce nostra Stolpen. xi. Decemb. Anno xxxix. Et iterum in alia epistola: Quandoetiam nobis relatum est, te Catechismum Christianum nunc adornare, qui in publicum propediem ꝓgrediatur, obnixe D.T. rogamus, vt eundem ad nos mittas. Quidquid ẽm constiterit liber, nos bona fide soluem⁹. datũ in arce nostra Stolpen xvij. Aug. Anno xl. Et rursus in alia epistola: Si editus est liber de institutione Christiana, summopere peto vt exemplar ad me mittere velit reuerendissima D.V. Quam in domino Iesu semper valere cupio. datum in arce nostra Stolpen. xxix. Iunij, Anno dñi xlij. Accipe igitur reuerendissime princeps, non opus modo nostrum catholici catechismi pro catholica religione nostra totũ dono quãlibet exiguo, sed posteriorem etiam nostri posterioris in eundem catholicum catechismum libri de catholicis cæremonijs in ipsos cœlites partem, nomini tuo vel propterea dedicatam, vt habeas, quo ex aliqua saltem parte gratam animi erga te mei beneuolentiam cognoscas, ac interim quadantenus hoc calamitoso, turbulento, molesto, maligno, vereq; tristi tempore solari te possis ac pariter confortare. Inibi quidem certis pro loco & tempore cæremonijs quasi viuis quibusdam statuis ardentibusq; facibus conspicies sanctos Apostolos, Martyres, Confessores & hoc genus reliquos Iesu Christo, regi regũ supra q̃ scribi potest dilectos, idem (imo lõge maius) q̃d nos hac calamitosa p̄fidaq; tẽpestate patimur, religionis Christianæ causa sustinuisse, necnõ sectas & hæreses olim non secus atq; nũc contra catholicos modis omnibus & vniuersis p̄sidijs, vtpote ꝑ Iudæos p̄textu religiõis, ꝑ philosophos omĩ doctrinæ gñe p̄cellẽtes, ꝑ sophistas disputandi perti-

di pertinacia inuictos,per rhetores eloquentiæ viribus admirabiles, per tyrannos omni genere sæuitiarum armatos, p Impp.reges,præsides,magistratus,per Magos ac pstigiarum artifices,per dæmones, perq; id genus aduersarios multo nimirum tempore desæuijsse,superatos tamē suas tandem pœnas,iusto dei iudicio,dedisse. Id quod ipse paulo fusius ex posteriore parte libri nostri de catholicis cæremonijs in ferijs diuorū obseruari solitis, accipies. Quam quidem partem vel ideo tibi non omnino difficile probatum & commēdatum iri confido,quod in ea sine vllo(quod equidem sciam)in hoc hactenus argumenti genere versantium exemplo,præter cætera quasdam etiam comœdias in templis agi passim consuetas,& cordatioribus iam olim viris haud prorsus improbatas,ita scripturis euangelicis & inde mutuo rationibus acceptis,declaro diluci doq;,vt illæ possint ipsis etiamnum laicis non esse solum ad reuocandam religiosiorem pietatem,fidem, charitatem & ad deuotionem prouocandam efficaciores aliquanto quàm de diuis historiæ,quas ob non contemnendam causam Legendas hucusque vocarunt, sed ipsis etiam statuis & imaginibus ad res diuorum sancte præclareq; ad gloriam Iesu Christi,regum regis gestas, paulo deuotius & ardentius intelligendas, multo potentiores & aptiores:maxime,quia nihil interea dissero,quod pias,teneras & castas aures offendere facile,nihil quod ad vitia persuadere,nihil quod a veræ religionis cultu quenquam auocare possit. Quandoquidem non alias inibi suscipiendas esse cæremonias arbitrer,quàm quæ aliqualem saltem grauitatem & castitatem præ se ferant,non autem,quæ populum obscœnis iocis ad impudicos scurrilesq; cachinnos quoquo modo concitare valeant.Insuper operam quoq; dedi,vt Legendæ,quas appellant,diuorum duntaxat eatenus a me dicerentur,quatenus veritati consonarent.Siquidem quę fabulis quàm historijs similiora visa sunt, ne attigerim quidem:si verisimilia,leniter:eaq; quę visa sunt imitatione digna, non secus atque rosas & lilia ex spinis decerpserim. Nec interim miracula & prodigia iactitaui,nisi quæ vel scripturis tradita, vel a non leuibus authoribus summa cum historiæ fide prodita, vel euangelio consona sunt, & quidem parciter recensui:non quia scriptis de cœlitibus historijs derogem quicquam,sed quia nollem aliquid in dei templo vel cani vel legi,quod non ex diuinis literis, aut illis aliquo modo grauitate consonis, haustum sit. Ad quod equidem iamdudum conatus sum duodecim diuorum libris, reuerendissimo & illustrissimo principi ac dn.dn. Alberto Card.Moguntineñ ac Magdeburgeñ Archiepiscopo,principi electori &c.domino meo singulari oblatis, sed nondum redditis. Vbi reddentur,reuerēdissima D.T.suam ini bi iustam habitura est partem. Interea dominus noster Iesus rex sanctorum cum suis sanctis reuerendissimam D.T. ab omni prorsus aduersitate vindicet,& in omni tribulatione consoletur, vtriusq; nostrum memor. Viennæ Austriæ. VIII.Idus Decemb. Anno salutis humanæ M. D. XLII,

Secun-

SECVNDA PARS DE CATHOLICIS IN ECCLESIA CAEremonijs de Sanctis, & in eam

PRAEFATIO.

EXpoſuimus hucuſq; catholicas cæremonias, quibus eccleſia catholica paſſim utitur in ipſis ferijs, quæ præcipue dicatæ ſunt deo in eſſentia uni, & in perſonis trino, nimirum ſancto ſanctorum, quales ſunt ferię Aduentus, natiuitatis, circuncisionis, Epiphaniæ, paſſionis, mortis, reſurrectionis, Aſcẽſionis, & corporis Ieſu Chriſti, itemq; miſſionis ſpũs ſancti, & Trinitatis, & deniq; omnes dies dñicæ, quarum, ut plurimum, toto numerãtur anno quinquagintaduæ, ſic appellari cœptæ a domino Ieſu, quod ipſe dominica die fuerit annunciatus, in ea die reſurrexerit, in apoſtolos ſpm̃ ſanctum miſerit, & mundum ea die creauerit, quem & in eadem die ſit diſſoluturus, primatum ꝓpterea tenente inter omnes dies feſtos, quam & omnino dominicam & quietam eſſe oporteat ab omni ſeruili operatione Chriſtianis, eſſeq; dicatam diuinis ſolum laudibus & diuinis in eccleſia ſacrificijs, in eaq; Euangelion & fidei præcepta a ſacerdotibus prædicantibus addiſci, ac quibuſcunque modis cœleſtis in nos numinis iram, diebus ſex præcedentibus & intermedijs demeritam, deprecari expiariq;, prout etymologia Germanica eius nominis, quod eſt, Sontag, ſatis appoſite uidetur arguere, quaſi dies illa, in qua filius ſcilicet æterni patris ſemel nos reconciliauerit, & in qua nos relapſos, rurſus per eundem filium eidem patri reconciliari oporteat ob peccata, quæ per totam hebdomadam commiſimus.

Ordo nunc expoſcit, ut deinde declaremus eas cæremonias, quibus eccleſia uti ſolet in ferijs ſanctorum. Sed priuſquam deſcendamus ad earundem declarationem, operæprecium facturi uidemur, ut initio de rebus nonnullis pro loco & tempore paucis præſemur, utpote dicturi, qui quotuplicesq; ſint ſancti, quurq; ferias ipſis habendas inſtituerit eccleſia, & hoc genus, quę huc pertinent, alia.

Eſt itaq; ſanctũ, Vlpiano, Martiano, Seruio, Donato, & id genus iuriſconſultis & Grammaticis Latinis teſtibus, quod ita prorſus immune eſt ab omni labe, ut quaſi ſanctione aliqua firmatum, ſub terrore pœnæ lædi nec poſſit nec debeat. Et tale quidem ſanctum ſolet eſſe duplex:

Vnum quidem natura, quod ſuam natura, nec aliunde, habet ſanctitatem & puritatem, nec fieri prophanum potens unquam. Eiuſmodi ſanctum nõ poteſt eſſe niſi ſolus deus, unde ſanctitas omnis, dici proinde cœptus ſanctus ſanctorum, qui ſuam ſanctitatem nemini niſi ſibi ipſi acceptam ferre poteſt. Vnde mater Samuelis Anna dicebat: Non eſt ſanctus ut eſt dominus: neque enim

Dani. 9. 1. Reg. 2.

eſt

est alius extra te, & non est fortis sicut de⁹ noster. Quo sane sensu quotidie cā nimus in hymno angelico: Tu solus dominus, tu solus sanctus, tu solus altissimus.

Alterum vero sanctum est ac dicitur per gratiam & participationem eius, qui solus natura sanctus est. Quo quidem pacto sanctus est ac dici solet oīs, qui nullis se prophanis negocijs implicat, vt sancto sanctorum placeat, cui se probauit, qui separatus est & segregatus a reliquis hominibus carnaliter viuentibus, haud quærens ea quæ super terram, sed quæ sunt in cœlis. Iam vero, quia eiusmodi esse debent omnes, qui crediderūt ab initio in Christum Iesum, vere sanctū sanctorum, quos &, vt sancti essent, proprio sanguine redemit: factum est, vt omnes qui sunt ante Christi aduētum, fide ipsius vel postea renati, ab Apostolo passim appellentur sancti.

2.Tim.2. Col.3. Col.1.

Ipsi vero eiusmodi sancti, duplicis sunt differentię. Nonnulli sunt cœlicolę siue cœlestes, vereq; beati, non quia semper, sicut angeli, fuerint in cœlo, sed quia pridem per mortem sic ad cœlum peruenerint, ibiq;, quoad animas eorum, sint in cœlo, vt quasi cœlestes effecti, nihil terreni sapiant, sed angelis sanctis adeoq; deo sint ipsi per participationem ex gratia conformes: vnde diui quoq; cœpere dici, quasi diuinitatem suis virtutibus per gratiam meriti, nimirum modo vsqueadeo diuini facti, vt per participatiōem vere dij cœperint ab ipso propheta appellari, quum dicit: Deus stetit in synagoga deorū. Id quod fit in cœlo, vbi deus est omnia in omnibus, qui iuxta scripturam venturi sunt olim cum CHRISTO, mundum iudicaturo. Et de ijs quidem nobis in præsentia sermo est, quibus ab ecclesia merito festa celebrari solent in eis ipsis diebus, quibus per mortem temporalem nati sunt in cœlis ad vitam æternam: quandoquidem sunt vere sancti & beati, nequaquam posthac a sua beatitudine & sanctitate casuri, quum perseuerauerint hoc in mundo vsq; in finem, vicerintq; per fidem regna, venerintq; de tribulatione magna, stolasq; suas dealbauerint in sanguine agni, stantes ideoq; ante thronum dei, seruientes ei die ac nocte in templo eius, non esuriētes nec sitientes amplius, quibus nec est nec erit vltra luctus, nec dolor, nec clamor, nec mors, vtpote a quorum oculis absterserit deus omnem lachrymam. De quibus propterea Dauid ad dominum dicit: Beati qui habitant in domo tua domine, quia in secula seculorum laudabunt te.

Psal.81. Iohan.10. 1.Co.15. Esaię.3. Iudæ.1. 2.thess.1. 2.Pet.1. Mat.10. Heb.11. Esai.25. Apo.7. Apo.21. Psal.83.

Scitu vero deinceps dignum est, eiusmodi cœlestes sanctos, qui vixerunt in nouo testamēto, quamlibet alioqui (teste Apocalypsi) innumerabiles, in quadruplici haberi vel ordine vel differentia, per anni circulum statis ferijs honorari solitos, & per quatuor mundi partes, vt Rabanus ait, significatos, Apostolos videlicet, Martyres, Confessores, & Virgines.

Apoc.7.

Apostoli, qui per orientem significantur, sunt quos Christus in vniuersum mundum misit, vti legatos suos, prædicare euangelion omni creaturæ. proinde dictos apostolos, id est, missos, a Græco verbo ἀποστέλλω, id est, mitto, quoniam rex ille regum & dominus dominantiū miserit eos, veluti legatos euangelicos in orbem vniuersum, nihil aliud acturos, q̄ quod haberent in manda

Mar.16. Luc.6. Apo.19.

Psal.18. Rom.10. tis,prout de ipsis propheta vaticinatus est,& ipsi quoque(teste Paulo)satis fideliter & diligenter perfecerũt.De quorum suprema inter cæteros sanctos in ecclesia & militante & triumphante, dignitate dicturi sumus in dissertatione cæremoniarum in ferijs Diuisionis Apostolorum.

Martyres, qui per meridiem significantur, sunt,qui Christum esse verum deum & hominem,& eius fidem & Euangelion violenta morte testati sunt, (quandoquidem Martyr Græce,Testis sit Latine)de se dicentes ad dominũ: Psal.43. Rom.8. Propter te mortificamur tota die,æstimati sumus sicut oues occisionis: sed in ijs omnibus superamus propter eum qui dilexit nos. Quales fore testes Apostolos suos & eorum similes prædixit Christus,rex gloriosus martyrum & corona confitentium,dicens: Iohan.15. Cum venerit paracletus,quem ego mittam vobis a patre,spiritum veritatis,qui a patre procedit,ille testimonium perhibebit de me:& vos testimonium perhibebitis,quia ab initio mecum estis. Idipsum vero testimonium fore per mortem violentam,satis arguit ipse,quum dicit;Hęc loquutus sum vobis,vt non scandalizemini. Absque synagogis facient vos. sed venit hora, vt omnis qui interficit vos, arbitretur se obsequium præstare deo. Sic idem prędixit Paulum fore martyrem & testem,quando dixit ad eũ: Actor.23. Constans esto. sicut enim testificatus es de me in Hierusalem,sic te oportet et Romæ testificari. De quibus quidem martyribus agitur in libro Sapientiæ, Sapien.5. Apoca.7. Hebr.11. Apocalypseos,& in epistola ad Hebræos.

Confessores,qui per aquilonem significantur,sunt, qui tametsi violẽta morte,adeoq; ipso opere Christum & eius fidem testificati non sint, voluntate tamen adeoq; vitæ innocentia & carnis mortificatione constanter eum sunt testificati & venerati,a confitendo, id est,testificando & laudando nuncupati:quia dominum confitendo laudauerint intus per credulitatem,& foris per prædicationem,ac boni exempli operationem, prorsus de illis sanctis confessoribus existentes,de quibus ait dominus: Marc.8. Luc.12. Qui me confessus fuerit coram hominibus, confitebor & ego eum coram patre meo.

Virgines,qui per occidentem significantur,sunt qui puritate virginea,quã corpore & animo seruarunt,dominum & eius fidem vsq; ad mortẽ sunt confessi & testati, Apocal.14. quos dicit Apocalypsis canere ante thronum dei nouum canticum,quod præter eos nemo canere posset,& ipsos emptos esse de terra, sequi agnum immaculatum,cuius sponsę sint,quocunq; proficiscatur. virgines enĩ sunt,& cum mulieribus haud coinquinati. Et hactenus de diuisione sanctorũ cœlestium noui testamenti,adeoq; catholicæ ecclesiæ.

Iam vero charissimi,quum synagoga quondam fuerit cum omnibus ferme suis cæremonijs figura catholicæ ecclesiæ & eius cæremoniarum, & illa ipsa synagoga suas statas habuerit ferias,vti diximus a principio,loco quarum dominicas & dei ipsius optimi dies habet Ecclesia, profecto non iniquum fuit, vt ipsa quoque ecclesia suorum in cœlo sanctorum festos celebresq; per annum dies obseruaret,quum synagoga quoque dies aliquot olim sibi dedicauerit ob quaspiã insignes victorias dei optimi per viros & mulieres illustres, Hest.9. Iudith.16. 1. Mach.4. 2.Mac.10. veluti Hester,Iudith,Iudam Machabæum ac similes partas,præsertim quando

do tot pro se causas habeat ecclesia feriarum de sanctis coelestibus.

Prima quidem causa, propter quam sanctorum in coelo ferias ecclesia festiua solennitate instituerit, est ipsa diuinae maiestatis collaudatio: quia enim in ipsis sanctorũ ferijs eorum pias virtutes & miraculosas operationes ad memoriam reducim⁹, eosq; propterea veneramur, abesse nequit, quin praecipue veneremur in eis ipsum dominum deum, adeoq; dominũ nostrum IESVM Christum, eũdemq; in ipsis mirabilem praedicemus, vtpote qui quum sanctificauit eos, & ipsi laudabilia quaeque in eo fecerunt, nõ poterit omnis eorũ laus & honor nõ in ipsum velut in vltimum scopum verti, & praesertim, quod oẽs sancti non aliud sint, q̃ opera, organa, & plasmata dei opt. atq; is omnia laudabilia opera (teste propheta) sit in eis operatus. Esaię 26.

Iam vero constat, nos operatorem deum laudare & honorare, quum sanctos eius a pijs virtutibus & operibus honoramus, quãdo vulgo vere dici soleat, Opus laudare magistrum suum. Nonne, quaeso, deum scriptorem, pictorem & sculptorem laudas, si coeli firmamentum, si librum, si picturam, si sculpturam & statuam laudas? Vtiq;. Atque hoc est, quod propheta regius hortatur nos, inquiens: Laudate dominum in sanctis eius, quoniam gloriosus deus in sanctis suis. Nec ille hortatur solum nos ad sanctorum honorationem, sed quam & ipsemet illis exhibuit, dicens ad dominum: Mihi autem nimis honorati sunt amici tui deus. Sic ipsi quondam Christiani in Syria & Cilicia deũm clarificabant in ipso Paulo, quem admirabantur ob eius gratiam & virtutem, quã a deo habebat. Est igitur res & relatu & auditu indigna, quod nostri temporis & haeretici & schismatici, sequẽtes iam olim Eustachium, Vigilantium, Waldenses, Wiclefum, Hussum, & hoc genus haereticos condemnatos, contra omnem & veteris & noui testamenti scripturam, & huius rationem & exempla, negant sanctos in coelo venerandos, quum deus sanctus sanctorum eos in terra honorauerit tam multifariam, nuncq; honoret ipsos, Christo teste, in coelo: quinimo scriptura moneat eos honorare, dicens: Laudemus viros gloriosos & parẽtes nostros in gñatione sua, qui reliquerunt nomen narrandi laudes eorũ. Nec ipsa modo monet illos honorari, sed & ipsamet laudat eos, eorum laudes glorioso catalogo recensens. Id q̃d Apostolus quoque facit in ad Hebraeos epistola. Sileo authoritatem totius catholicę ecclesiae, columnae & firmamenti veritatis, quae semper ab initio festos dies habuit sanctorum, quos in eis debito modo venerata est, vti claret ex Origenis, Basilij, Cypriani, Chrysostomi, Gregorij, Augustini, Ambrosij, Hieronymi, & hoc genus antiquissimorum catholicorum scriptorum sermonibus, homilijs & alijs scriptis. Psal. 110. Psal. 67. Psal. 138. Gal. 1. Daniel. 9. Ioh. 12. Ecci. 44. Heb. 11. 1. Tim. 3. 1. Cõ. 15. Rom. 12.

Secunda sanctorũ institutionis feriarum causa est, vicissitudinaria recompensatio, vt videlicet in eis ferijs eorum summam beatitudinem recolentes, eam illis cum spirituali gaudio congratulemur, prout fraterna charitas, quae nunquam debet excidere, postulat, volens, teste Paulo, vt ploremus cum plorantibus, & gaudeamus cum gaudentibus: & quum glorietur vnum membrum, congaudeant omnia membra. Iam vero quum constet, sanctos in glo- 1. Corin. 12.

cedis in cœlo propterea nacti sunt, abesse non potest, quin ad consimiles eorum virtutes accedamur, fierique deinde soleat, qui fuimus eorum virtutis participes & operationis eiusdem, futuri quoque tandem simus participes beatitudinis & mercedis in cœlo sempiternæ. Ad quam quidem sanctorum sequelam hortatur Paulus, inquiens: Mementote præpositorum vestrorum, qui vobis loquuti sunt verbum dei, quorum intuentes exitum conuersationis, imitamini fidem. Quod ipse monuit, iam antea pro se fecit, admodum fideliter & grauiter ex catalogo perinde diuos veteris testamenti & eorum virtutes recensens. Heb. 13. Hebr. 11.

Quinta est causa, sanctorum in eorum ferijs imploratio, quatenus videlicet memores eorum apud deum authoritatis, gratiæ & meriti, deuotius imploremus ipsos, vt, ecclesia precante, nostri memores, apud dominum pro nobis ita dignentur intercedere, vt ille nostri nostrorumque peccatorum misereatur, & propicius cōcedat, vt eius sanctorum imitatores esse possimus, manereque constantes in vera fide, perfruique tādem sempiterna cum illis beatitudine, cū ipsis maiestatem eius diuinam perpetuo laudaturi. Iam vero sicut illi non poterūt pro nobis, vti diximus, non intercedere & orare, sic nos nō possumus non pie illorum suffragia implorare & inuocare, prout ecclesia catholica a sui principio facere consueuit, edocta nimirum per scripturam, rationem & sanctorum exempla.

Scriptura quidem dicit: Ad aliquem sanctorum cōuertere, scilicet in aduersitate tua. Quid est autem ea conuersio, nisi inuocatio & imploratio? At inqt hæreticus: Hæc ipsa & imploratio & intercessio intelligitur de sanctis in terra viuentibus, qui recte possunt a nobis, vt apud deum intercedant, implorari. Respondeo, posse quidem vtrosque & in terra cœloque sanctos implorari, & eos pro nobis intercedere: rectius tamen & efficacius eos, qui sunt in cœlo vere sancti & beati. Nam quæ, obsecro, causa est, quod vnus ab altero imploratur, & alter pro altero debet intercedere? Nonne charitas? Vtique. Iam vero constat, teste Paulo, charitatem nō excidere, sed multo etiam maiorem esse erga nos sanctorum charitatem in cœlo, quàm vel fuerit, quando adhuc vixerunt, vel nostra mutua sit adhuc inter nos viuētes charitas, quum sint in cœlo quæque perfectissima. Quæ sane ratio nisi militaret hoc casu, nec Christus esse nunc posset apud deum noster interpellator, nec quouis modo a nobis inuocari, quum nec ipse nunc in terris, vt antea, viuat, sed sedeat ad dexteram patris in cœlo, tanquam caput omnium sanctorum tanquam suorū membrorum. Iam vero quia Christus, teste Paulo, viuens in cœlis, deū pro nobis interpellat & aduocatus est noster, cōsequens est, vt pro nobis etiam cum eo rogent omnes sancti, possintque ad pro nobis intercedēdum inuocari. Sique sancti cum Christo viuentes, in terra potuerunt ad subueniendum nobis implorari, & ij pro nobis deum rogarunt, & exauditi sunt, quando pro se adhuc esse soliciti debuerunt, quia non perfecte beati: quanto magis post coronas, victorias & triumphos a nobis possunt ac debent implorari, ipsique pro nobis orantes exaudiri, præsertim quum sint vere viuentes in regione viuentium, in

Iob 5. 1.Co.13. Marc.16. Heb. 1. Rom. 8. Hebr. 7. 1.Ioh.2. Iacob.5. 3.Reg.17. Exo. 17.32. Matt.15. Luc. 7. Acto. 27.

Zach.1. Tobi.12. Daniel.10. Apoc.8.

ſtatu gratiæ & gloriæ,non etiam peccati? Adde quum & angeli pro nobis orent,vt aperto ſcriptura docet,quur non ſancti in cœlo, ſimiles angelorum, & ad interceſſionem magis obligati?

Nunc autem, licet negantes ſanctorum venerationem, interceſſionem & inuocationem contra ſcripturas & harum rationes,quas Eccleſia pro confirmanda eorundem ſanctorum veneratione,imploratione & interceſſione habet,ad eas ſcripturas & rationes nihil reſpondeant,nec eas,vti deberent,refellant, id quod vtique non poſſunt aliqua ſcriptura et ratione:nos tamen ad ea friuola puerilia&q; obiecta,quibus ipſi plus quàm pueriliter ſanctorum præmemoratam venerationem,implorationem & interceſſionem negant, paucis reſpõdebimus,eaq; veraciter ſcripturis & rationibus,vti cõuenit, cõfutabim⁹.

Nec itaque eſt, quod dicunt, idololatriam eſſe, ſanctos inuocare, quum ſolus deus ſit inuocandus. Reſpondeo, nullam eſſe ſcripturam, quæ prohibeat excluſiue,non eſſe alium præter deum inuocãdum,vel eſſe idololatriam, ſanctos inuocare, ſed ſcripturam bene velle, quod nemo debeat quampiam creaturam inuocare latriæ inuocatione, ſicut nec latriæ veneratione & adoratiõe venerari & adorare. Id quod fit, quum quiſpiam creaturam aliquam, vtpote ſanctum aliquem in cœlo vel terra veneraretur, inuocaret & adoraret,vt id quod per ſe eſſet,dareq; poſſet quidquid peteretur. Id quod ſolius eſt dei maximi,a quo ſicut omnia ſunt eſſentialiter,ita ſolus per ſe dare poteſt omnia.

Iacob.1.

Cæterũ tali inuocatione Chriſtiani ſanctos in cœlo nõ inuocãt,ſed inuocatione duliæ,qua ſancti inuocantur,venerantur & intercedunt & adorantur, non vt natura,ſed participatione & gratia dij,nec vti petitorum datores,ſed vt impetratores et interceſſores,qui quoniam,dum vixerunt,bene meriti ſint de deo bene viuendo,nuncq; ſint in ſtatu gratiæ, dei voluntatem perfecte de nobis ſcientes & facientes,facilius rogati per nos exaudiuntur. Iam vero ſatis euidenter patet,eum qui ſic ſanctos implorat,vt deum ſecũ ſiue pro eo roget, quaten⁹ hoc aut illud ꝓpicius cõcedat, certe deũ in primis inuocat,vti deũ latria,ſanctos vero ſicut creaturas dulia:deuotiusq; & humilius & honorificẽtius deum cum ſanctis inuocat,q̃ qui ſolus inuocat.

Atque hoc eſt,quod eccleſia a ſpirituſancto perdocta,in Letanijs ſiue Rogationibus,quas celebrat,alio modo orat deum, & alio modo orat ſanctos. Nam Deum orãs,ait:Pater de cœlis deus,miſerere nobis: Fili redẽptor mundi deus,miſerere nobis.Orans vero aliquem ſanctorum, nõ ait, Miſerere nobis,quanquam poſſet aliquo ſenſu:ſed ait,Ora pro nobis.

Proinde orans eccleſia,petit a deo miſericordiam,a ſanctis autem interceſſionem & impetrationem. Niſi enim res ita haberet de Sanctorum inuocatione,profecto totus Iſrael aberraſſet, quia clamauit ad Moſen pro liberatione ignis de cœlo:quia eundem implorauit, vt oraret, quatenus tolleret ab ipſis ignitos ſerpentes.itemq; totus populus Bethuliẽſis,qui dixit ad Iudith:Nũc ergo ora pro nobis,quoniam mulier ſancta es & timẽs deum.itemq; Iob ,qui

Num.11. Num.21. Iudith.8.

con

consuluit ipsi Heliu, vt inuocando ad aliquem sanctorum se conuerteret: itemque Paulus, quia petit se Romanorum precibus adiuuari apud deũ, quatenus liberari possit ab infidelibus: itemque idololatræ essent plerique, non solum omnes qui mutuo petunt suffragia in necessitate, sed & Moses, Iob, Paulus & Iudith, & plerique omnes, qui sustinerent implorari suam opem in necessitate: quales tamen non sunt, quum non vti dij natura, sed vti homines deo grati rogantur, vt suis a deo medijs subueniant. Iob.5. Roma.15

Nec est, quod obijciunt, vnum esse mediatorẽ dei & hominũ Iesum Christũ, qui solus sit inuocãdus, vt pro nobis intercedat apud deũ patrẽ. Respondeo, Christũ vtique natura vnicũ esse mediatorẽ & saluatorẽ per redemptionẽ, qui solus vt pastor bonus animã suã pro nobis posuit, per quem & solum ad patrem & eius gratiam peruenire potest tanquam per portam vnicam: sed plures esse mediatores per gratiã & participationẽ, videlicet intercedẽdo, qui quidquid nobis impetrare debẽt, Christo mediatore impetrant. Id quod ecclesia satis euidenter insinuat in suis orationibus, quas vocant Collectas, quæ quum diuinam implorat clemẽtiam per merita & intercessiones sanctorum, concludendo precatur, Per dominum nostrum Iesum Christum, vtpote per quem vel solum ad patrem tutum habemus accessum, de quo vel solo pater ipse ad nos dicit: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui, ipsum audite. Nisi res ita haberet, scriptura a spiritu sancto tradita, plurimũ erraret, quæ dicit, Mosen fuisse sequestrum & medium inter deum & Israel, Noeuum in tempore iracundiæ fuisse factũ reconciliationem, saluatorem fuisse Othonielem, & ipsum quoque mundi fuisse saluatorem, quinimo dedisse deum Israelitis saluatores, qui saluauerunt eos. Et mirum est, quod nostræ tempestatis hæretici, quum sint Grammatices & Rhetorices quàm Theologiæ, iudicio plurimorum doctiores, ignorent æquiuocationem significationis in id genus dictionibus & nominibus. 1.Tim.2. Ibidem. Heb.9.12 Ioh.10. Ephe.2. Ibidem Matt.3.17 Marc.1.9 Luc.3.9 Deut.5. Gene.5. Eccl.44 Iudic.3 Neem.9 Gene.14

Nec est, quod obijciunt, quia sancti nec nos nec nostras pces sciant, nec intelligant in alio seculo, iuxta illud: Et Abraham nesciuit nos. Respondeo, verum quidem esse, quod naturali scientia nequeant nos nec pces nostras scire, sed supernaturali cognitione queunt & videre & scire omnia, & quidẽ maxime, quæ scitu necessaria sunt eis. Et quomodo nõ scirent apud nos omnia, qui nõ modo vident deũ facie ad faciem, qui videt oĩa, quemque nihil latet, sed qui est in ipsis oĩbus omnia? Rem sic habere, claret ex eo, quod Moses quondam & Helias in monte Thabor nouerũt & locuti sunt de excessu Iesu, quẽ cõpleturus erat in Hierusalẽ. Et quidẽ ipse diues epulo, licet in dãnatione cõstitutus, fratres suos quinque & eorũ vitã nõ ignorauit. Absit igit̃ id beatis in cœlo negatũ esse, quod damnatis in inferno cõcessum quoquo modo credit̃. Credi vero pium est, animas a corpore separatas, in cœlo cognoscere, quæ in hac vita agunt̃, cognitione videlicet supernaturali, vel ex pṗuia cognitiõe, vel ex superiorũ illuminatiõe. Si eñ angelis, qui dño adsistunt, petitiões nr̃æ innotescũt in verbo dei, quod cõtemplant̃, quare nõ & sanctis quibus idipsum Christus moriturus a patre petijt, inquiens: Pater, quos dedisti mihi, volo vt vbi ego sum, & illi Esa.63. 13.q.2.de mortuis. 1.Cor.13 1.Cor.13 Luc.9. Luc.16. Danie.9. Ioh.17

1.Cor.13. sint mecum,vt videant claritatem meam.Id,vt omnia ab illo dicta, vere fieri credidit Apostolus,quando dixit,modo nos videre per speculum in ænigmate,tunc autem facie ad faciem.

Esai.63. Ad ipsum vero, quod olim Esaias in persona Iudæorum in captiuitate existentium dixit,Et Abraham nesciuit nos,& Israel ignorauit nos,plurifariam responderi queat.

Primo,quia nō naturali cognitione,sicuti deus, Abraham & Iacob Iudæos posteros sciuerunt & cognouerunt.

Secundo,quia fortassis ignorauerunt filios post eorum mortem natos,vel quid eis acciderit,q̄ diu in limbo fuerunt,nisi quatenus ab angelis vel ab animabus de mundo ad limbum venientibus,ipsis fuerit reuelatum.

Tertio,quia fortassis illi suos in hoc mundo posteros ignorarunt, vt pateret, deum potius esse patrem eorum, quàm patriarchas prædictos. quia enim ignorauerūt posteros suos,cōstat, q̄ posteri aīam habeant a Deo,nō ab illis.

Quarto, quia nescierunt, id est, scire noluerunt nec approbare posteros,id est, filios impios, quales fuerunt, vt conijcitur ex hoc, quia Malachias ait de Malac.4. Lucæ.1. Helia:Et cōuertet cor patrum ad filios, & cor filiorum ad patres eorū. In hoc ferme sensu dicturus est olim ad operarios iniquitatis dominus: Et tunc confitebor illis,quia nunq̄ noui vos. Quemadmodū dixit ad imprudentes virgines Matth.7. Mat.25. idem dominus:Amen dico vobis, nescio vos.

Nec est quod obijciunt,q̄ scriptura non expresse p̄ceperit sanctos inuocare. Ad hoc quidem responderi potest plurifariam.

Primo,nec etiam quoquo modo scriptura ꝓhibuit.Iam vero p̄sumitur,scripturam concessisse quod non ꝓhibuit.

Iob.5. Secundo,scripturam in p̄sona Iob dicere: Cōuertere ad aliquem sanctorū.

Tertio,perq̄plurima fieri,seruari,crediq̄ debere, quæ scriptura non præcipit,quum nec omnia scripta sint,quę vel Christus dixit,vel fecit,īmo quę nec omnia scribi potuerunt. Iohā.20.21.

Quarto,inuocatiōem sanctorum facile concedi,fieriq̄ debere,præceptáq̄ esse exemplis sanctorum,a deo per omnia probatorum:quando vel idem,vel etiā maius habeatur,aliquid exemplo,perindeq̄ ipso facto,quàm scripto doceri. Cuiusmodi est ipsa sanctorum inuocatio, quæ varijs diuorum exemplis ab initio fuisse pia,nec recens esse probatur. Quid,obsecro,demonstrat aliud dominus,quàm pro nobis in alio seculo sanctos orare,posseq̄ illos,vt pro nobis orent,inuocari,quum dicit:Si steterint Moses & Samuel coram me, non Hier.15. est anima mea ad populum istum? Et quid aliud quoq̄ testatur Iacob,quàm sanctos posse inuocari, & eos alibi pro nobis intercedere, quum moritur? ait: Gen.48. Deus,in cuius conspectu ambulauerunt patres mei Abraham & Isaac,Deus qui pascit me ab adolescentia mea vsque in præsentem diem: angelus qui eruit me de cunctis malis,benedicat pueris istis,& inuocetur super eos nomē meum,nomina quoq̄ patrum meorū Abrahā & Isaac,& crescāt in multitudinē Exo.32. sup terrā?Ita q̄q̄ Moses ꝓ peccato populi deum orās,dicit: Quiescat ira tua; & esto placabilis sup nequitia populi tui. Recordare Abrahā,Isaac & Israel

seruorum tuorum. Sic quoq; Azarias in fornace accensa positus, orabat: Ne, quæ sumus, tradas nos in perpetuũ propter nomen tuum, & ne dissipes testamentum tuũ, & Isaac seruum tuum, & Israel sanctum tuum. Danie.3.

Si proinde Iacob, Moses, Azarias, Hieremias, Onias, & id genus alij, post mortem pro viuentibus hic in terra precati sunt, & eos qui dudũ decesserunt, inuocauerunt, vti tenor eorũ verborũ præ se ferũt, & ipsi misericorditer a deo sunt exauditi: quur nõ longe magis inuocare possemus eos, & ipsi pro nobis intercederent implorati, qui nunc in æterna beatitudine deũ facie ad faciem perpetuo cõtemplantur, quũ isti pro suis orabãt, adhuc in limbo existẽtes, nõdum clara diuinæ faciei visione beati? Quanuis tunc vt inuocarẽtur mortui pro intercessione apud deum, nequaq; præcipiebaĩ in scriptura, sed id ipsum dubio procul instinctu spũs sancti faciebãt illi. Nec quidẽ tunc oportuit, nec profuit, nec insuper in nouo testamẽto, nascẽte adhuc ecclesia. 2.Mac.15 1.Cor.13

In veteri quidẽ testa. nõ debuit inuocatio sanctorũ pcipi, duas ob causas.

Primo, ne populus tum pronus ad idololatriã, (qui nõ solũ adorauerat vitulũ in Oreb, imo & postmodũ, relicto sæpe dño deo suo, gentiũ idola in templo dei erecta adorabat) patriarchas & prophetas non vt sanctos inuocaret, sed vt deos adoraret. Cuius etiam causa dñs corpus Mosi & eius sepulchrum volebat eis esse absconditum, & serpẽtem æneum ab Ezechia cõfringi, quod ei filij Israel incensum adolerent. Deut.9. Deut.vl. 4.Reg.18

Secũdo, q tũ pces supplicantiũ nõ ita sicut modo, cœlicolis innotescere crederẽt, qñ sedẽtes in limbo, nõ eo pacto, q nũc cœlicolæ, diuinã maiestatẽ de facie ad faciem in lumine gloriæ diuinæ cõtemplari potuerunt.

In nouo q̃q; testamẽto nec pcipi debuit sanctorũ inuocatio. Primo, ne gentiles q̃q; nouiter ad fidẽ cõuersi, adhuc rudes & paruuli in fide, qui cibum solidũ adhuc capere nõ potuerũt, sed eis opus erat lacte, rursus ad idololatriã & in errorẽ, quẽ pridẽ abiurauerãt, relaberẽtur, si ad suã inuocationẽ viderẽt sanctos auxiliari sibi, credituri fortassis cœlicolas vti deos, nõ vt patronos & intercessores apud verũ & vnũ deũ interpellãtes, queadmodũ erãt Lycaonici, quũ volebãt Paulo & Barnabæ sacrificare, cõspicientes claudũ ad vocem Pauli sanatũ. Secũdo, ne nuper ad fidẽ cõuersi, si docuissent Euangelistæ sanctos honorãdos & inuocandos, ipsorum arrogantiæ ascriberẽt, quasi ipsi ad eundem adspirarent honorem, quem suis socijs iam defunctis haberi docerent, vt & ipsi vita functi, pari gloria clarerẽt in terris. Preterea nec opus adeo censemus præcepto venerationis & implorationis sanctorum, sed opus longe magis prohibitionis mandato, quo caueretur, ne quis vel negaret vel negligeret eam venerationem & inuocationem, perinde prorsus impiam, qualis certe non est, vtcunque non æque absolute, sicut ipsa fides, duodecim articulis compræhensa, quasi sine ipsa saluari nemo posset, necessaria, quum voluntaria potius esse, quàm coacta debeat, proinde monitionem magis quàm coactionem præceptoriam deposcens. Heb.5. Acto.14

Et hæc hucusq; sufficiat dixisse de sanctis cœlestibus siue cœlicolis, deq; eorum ferijs, veneratiõe, inuocatione & intercessione, ab orbe propemodum

condito

condito, deuote & religiose a pijssimis quibusque obseruata, a sanctis scripturis & harum rationibus nequaquam discrepans, sed cum illis ad omnia consentiens, vti paulo fusius in Centurijs, in Catholicis, in Homilijs nostris, & in Crisi nostra &c. contestati sumus.

Sancti vero terrestres sunt, non qui carnem terramque sapiūt, sed qui sunt adhuc imperfecte sancti, vtpote qui sancto sanctisanctorum sanguine ex parte illius sanctificati, eidemque fide per baptismum incorporati, viuentesque in terra adhuc sanctis operibus militant & pugnant cōtra diabolum, seculum & carnem, currunt, necdum comprahēderunt. Cuiusmodi sanctus erat Dauid, adhuc in terra viuens, quando dicebat: Custodi animam meam, quoniam sanctus sum. Cuiusmodi sanct⁹, erat Paulus, quum de seipso dicebat: Mihi omnium sanctorū minimo data est gratia haec. Cuiusmodi sancti erāt omnes Christiani, quos ipse suis in epistolis vti sanctos appellabat & vocabat.

1.Corin.9. Psal.85. Ephe.3. 2.Cor.13.

Eiusmodi vero sanctos etsi conueniat operibus misericordiae, adeoque decenter gratia virtutis, qua pollent, honorari, minime tamen, vt in coelo sancte perfecteque beati, quasi iam de inimicis triumphassent, diebus festis, hymnis & canticis venerandi sunt, quoniam sanctitas eorum, quam diu viuunt in variabili statu, nulli mortalium satis constet, quòd ipsorum iudicium saepenumero fallatur, sed penes deum solum lateat & clausa sit. Et quomodo (precor) eos vt victores & triumphatores in eo loco laudabimus, vbi nec secura esse potest laudatio, quum ibi nec vita possit esse secura, nec coronari nisi qui legitime certarit cum Paulo? cuius certaminis hęc est lex, vt ille vere sit saluus, beatus & sanctus, qui perseuerat vsque in finem. Quomodo autem scies, quis sit perseueratur⁹, quum nemo mortalium certo sciat, an amore an odio dei dignus habeatur, qualem nec Paulus ipse, qui tamen sibi nullius mali conscius erat, audebat se fateri? Cuius causa prohibet scriptura laudari quenquam ante mortem, ante quam nemo vere possit esse nec sanctus, nec beatus, sanctitate videlicet ac beatitudine in patria.

Iob.14. 2.Timot.2. Matt.10. Eccēs.9. 1.Cor.4. Eccl.11.

Quum proinde neminem in terra sanctorum tuto laudare possumus, sed in futurū incerta seruari cūcta scimus, superest vt ex institutione catholicae ecclesię laudemus & veneremur caelesti honore sanctos, in cęlo nunc viuentes, quorum per vitam & mortem sanctā, multisque prodigijs & miraculis & sanctis scripturis, iam certa est victoria, illos deuotis extollamus praeconijs, quorum secure possumus aggaudere coronis, qui vtique tuto a nobis laudantur, quum non sua iam viuunt vita, sed dei. Nam hominum vita, vtique tentatio est & militia. Laudabiles igitur sunt in coelo agentes omnes dei sancti, qui sic absorpti sunt in gloria, vt nostra omnino laudatione moueri nequeāt. Haud enim est vt illuc vanitas intret, vbi veritas iam totum occupauit.

Rom.6. Iob.7.

Inter quos sane sunt nonnulli, qui cęteris habētur certis ex causis priores, in q̄rum ferijs in ecclesia passim obseruantur aliquot caeremoniae, quae tam sunt a nullo reprahendendae, q̄ non negligendae sunt de vitis & mortibus eorundem historiae. Quae vero tam non sunt, quasi vel fictae, vel falsae, vel inutiles, adspernandę, vt in Ecclesia passim sibi non historiarum nomenclaturam, sed

Legen

Legendarum vendicant, quia videlicet singulariter vtiles sint ad legendum, sua nimirum vtilitate historias ethnicorum multo præcellentes, nec esse quicquam in gentilium historijs commodi, quod non decuplo maius reperiatur in Legendis, siue sacris diuorum historijs.

Hinc quis non nauseabundus, in nostræ tempestatis hæreticos & schismaticos stomachetur, qui tametsi vel soli volunt esse euangelici, diciq; Christiani, nosq; qui veterem, eandemq; vere Christianam profitemur religionem, odiosa sane nomenclatura Antichristianos appellitant, quoties in Hagiographas historias incidunt, vel eas audiunt vel legunt, de eis, vt de Nilo canes, non solum bibunt, & fugiunt, sed & eas plerasque omnes rident, nihil esse verum existimantes, quod non vel Thucydides, vel Herodotus, vel Plutarchus, vel Titus Liuius, vel Salustius, vel Cæsar, vel id genus gentilium alius conscripsit: belli nimirum euangelici, qui plus penes se fidei tribuere videntur infensissimis euangelistarum hostibus, quàm ipsis Euangelistis.

An non merito pudere debeat istos, quod esse Christiani, appellariq; cupiunt, & tamen aut solis ethnicis, aut plus quàm Christianis credunt, falsum putantes quidquid ethnici non dixerunt, perinde Christiani non etiam suos post Euangelistas habeant authores, quorum tum fidei tum authoritati facile tutoq; credant?

Vah, quales ij sunt vel Christiani vel euangelici, qui plus ethnicis quàm ecclesiasticis historijs, quas hactenus haud absurda ratione Legendas appellarunt, fidei tribuunt, Cæsarum vitas admirantes, cœlitum vero vitam contemnentes, quum tamen, quod satis abunde constat, in istis tam multa nugis similima, quædam nefaria, perquammulta denique fidei Christianæ contraria traduntur?

Ecquam putemus istos vere Christianos, quos vsqueadeo iuuat, quidquid in libris ethnicorum reperiunt, licet a fide Christiana palam dissentiat, & cum veritate ex diametro pugnet?

Iam vero si ethnici scriptores adeo depræhenduntur à veritate deuiasse, si tam mentiti sunt impudenter, vbi canonica nostrorum librorum obsistit, secusq; nos instruit authoritas, quid in reliquis eorum historijs esse potest veritatis, quarum in libris ecclesiasticis nulla est mentio, vnde refelli queant? Aut si veridicæ sunt, quas isti scripserunt, historiæ, quomodo præter ipsos non etiam verum scribere possent ecclesiastici scriptores, præsertim, quũ quæ scribunt de gestis & vitis diuorum, plane sint pia, quanuis non ea habeantur authoritate, qua scripturæ canonicæ?

Sin cauillantur, quia cuncta, quæ de diuorum vitis traduntur, ficta videantur, quum quod vel incerto authore hæc ipsa sola nobis tradiderit antiquitas, vel quod valde rara & miranda, & nonnunquam plane puerilia & ridicula legantur: profecto multo magis in canonicis libris complura iudicabunt talia, vtpote in quibus sane non parum multa reperiuntur, quæ sunt eius generis, vt nisi canonica compelleret authoritas, fidem etiam apud

pios

pios vix inuenirent, quippe delirametis ferme similia, nec morum grauitati, nec honestati conducentia.

Quum proinde blaterões isti, quia nobis ea tradidit authoritas ecclesię, sciant, omni certe veneratione suscipere nobiscum deberent, nec minus eiusmodi ecclesiasticis q̃ canonicis historijs fidei tribuere, quanuis nõ par sit in vtrisq; authoritas, modo sit vtrobiq;, quod æque fidem Christianam iuuet, quod æque compunctionem administret, moribusq; pijs & honestis ad ædificationem æque conducat, quemadmodum nemo negabit inesse historiæ, quã doctissimi pientissimiq; viri memoriæ prodiderunt de diuo Andrea apostolo, quo de prior inter cœlestes sanctos erit sermo.

DE CATHOLICIS IN ECCLESIA CAERE monijs in ferijs diui Andreæ protoapostoli. Cap. I.

QVãm præcellentis apud deum sit meriti, in quantoq; nobis honore debeat esse diuus Andreas protoapostolus, cuius gloriosas agit ferias Ecclesia catholica pridie calendas Decembres, hoc est, vltima die Nouembris, argumento nobis esse possunt haud obscuro catholicæ cæremoniæ, quibus ecclesia catholica in ferijs eiusdem sancti apostoli non citra rationem consueuit vti, quæ tales sunt:

In ferijs & in vigilia earũdem diui Andreæ apostoli, nõ secus in choro templi rursus omnes inchoantur de diuis sanctisq; cœlestibus diuinorum officiorum libri, sicut in Vigilia & die primæ dominicę Aduentus dominici solẽt inchoari libri diuinorum officiorũ de superbenedicta Trinitate, adeoq; de deo patre, filio & spiritusancto: quemadmodumq; primũ de deo officium in choro, incipit prima dominica Aduentus, ita primum de Sanctis cœlicolis officium incipit in ferijs diui Andreę, non secus atq; primi in nouo testamento sancti, quem cæteri cum suis peranni circulum officijs sequuntur, prout euidenter accipimus ex declaratione & significatione ceremoniarum, quas hoc loco præmisimus. Sicut enim renouatio & mutatio om̃ium de deo librorum & diuinorum in templo officiorum, quę fieri solet cæremonialiter prima dominica Aduentus, repræsentat & significat, in aduentu noui regis Iesu Christi, videlicet regum regis, vt suo loco diximus, omnia cœpisse mutari & renouari, creatorem scilicet & creaturam, angelicam pariter & humanam, ita quoque mutatio renouatioq; librorum & diuinorum de Sanctis officiorum, quæ fieri solet in ferijs diui Andreæ, significat, ipsum sanctum Andream, adstipulante, quod in eius ferijs legi solet, Euangelio, priores præ cæteris in nouo testamento sanctis habere partes & prærogatiuas, nonnullis ex causis.

Apocal. 19. Matt. 4. Marci. 1. Lucæ. 5.

Primo, quia primus omnium vocatus sit ab eo, qui suo aduentu renouauit omnia, deditq; salutem & redemptionem omnibus, qui fide vera credunt & diligunt aduentum eius. Qua tamẽ parte scire profuerit, diuum Andream tribus vicibus & tribus de causis esse a domino vocatum.

Iohã. 1. 2. Timo. 4.

Primo, ad

Primo, ad eius notitiã, quando videlicet audiuit a Iohãne magistro suo de Christo: Ecce agnus dei, ecce q tollit peccata mũdi. & cũ alio discipulo sequutus est Iesum, quem primus pdicauit Petro fratri suo, & hunc duxit ad illum. Ioh.1.

Secũdo, ad sui familiaritatẽ, quãdo scilicet iuxta mare Genezareth, turbis occurrentibus, Christus intrauit nauem Simonis, q capiens miraculosam piscium multitudinem, cum fratre Andrea sequutus est Iesum. Luc.5.

Tertio, ad sui discipulatũ & apostolatũ, quando videlicet relictis oĩbus, se quutus est Iesum: factus iuxta dñi verbum in euangelio, piscator nõ piscium, sed hoĩm, vtpote prædicator & apostolus, nec vltra deinde reuersus ad propria sua negocia, sed manens intentus Christi doctrinæ. Matt.4. Marc.1. Luc.5

Secũdo, præ cæteris habet prrogatiuas, qa primus apostolorũ cognouit & pdicauit mũdi redemptorẽ, q suo aduẽtu mutauit & renouauit oĩa in melius, noua faciens oĩa, veteraqꝫ finiuit, vt pdictũ de eo fuerat. Ipse qdem Andreas, quũ primo Iesum inuenerat, statimqꝫ a baptismo venientẽ cognouerat, venit ad Simonem fratrem, dicens, ac de Iesu primum prædicans: Inuenimus Messiam, quod est, interpretatum, Christus. & adduxit eum ad Iesum. Esa.43. 2.Cor.5 Apo.21. Iohã.1.

Tertio, prærogatiuas præ cæteris habet, quia primus perinde omnium dedit inter apostolos prima rudimenta in seipso, quæ cuilibet Christiano, & quidem mox a principio sunt seruanda.

Primo, qa Christum vocantem citra moram audiuit: docuit, vt homo vocatus a Christo, mox audiat, monente ad hoc ipsum Dauide, quum ait: Hodie si vocẽ eius audieritis, nolite obdurare corda vestra. Sed ĩquis, qñ & quõ vocat nos dñs? Quãdo, inquã, dehortat̃ nos ab infidelitate ad fidẽ verã, & a male viuendo, ad bene beateqꝫ viuendũ, vel per sanctæ scripturæ lectionẽ & pdicationẽ, vel per alicuius hoĩs admonitionẽ, vel per internã inspirationem, vel per miraculorũ, prosperarum & aduersarum rerum permissionem & concessionem. De cuiusmodi vocatione dñs ad vnumquenqꝫ dicit in Apocalypsi: Ego sto ad ostiũ, s. cordis, & pulso. Si quis audierit vocem meã, & aperuerit mihi ianuam, s. per pœnitentiam: ad illum intrabo, s. per gratiam meam. Psal.94 Apoca.3

Sed quare, inquis, ilico Christus ad pœnitentiã & vitã bonã vocantẽ mox audire debemus? Ne videlicet ipsum tandẽ plus nimis sero inuocauerimus, & ipse nos in suo beneplacito nõ sit exauditurus, sed in aduersitate perditurus, eo ipso dicente: Quia vocaui, & renuistis, & neglexistis increpationes meas, ego quoqꝫ in interitu vestro ridebo: quũ venerit super vos calamitas, nõ exaudiam vos ad me clamãtes. Quod & Sapiens corde percipiẽs, ait: Nõ tardes conuerti ad dñm, & ne differas de die in diem. Subito venit eñ ira illius, & in tempore vindictæ disperdet te. Id qd sæpenumero & in multis verũ reddidit. Quur eñ, obsecro, viuentes tẽpore Noe, diluuio? quur viuentes tẽpore Loth, igne de cœlo? quur viuentes in deserto tempore Mosi, pestilentia? quur deinde Iudæos bello & captiuitate toties adeo turpiter & crudeliter per Salmanasar, per Nabuchodonosor, per Antiochum, per Titum & Vespasianum vsqꝫ ad internecionem corripuit & perdidit? vtiqꝫ, quia eius vocem & admonitionem, ad pœnitentiam vocantem, audire noluerint, prout ipsemet Prouer.1 Eccl.5. Gene.6. Gene.19. 2.Para.26 Hiere.35 Luc.19.

dominus ad Hierusalem clamabat, dicens: Hierusalē Hierusalem, quoties volui congregare filios tuos, quemadmodū gallina congregat pullos suos sub alas, & noluisti? Ecce relinquetur vobis domus vestra deserta. (Matt. 23, Luc. 13)

Iam vero charissimi, quum hæc omnia scripta sint, Paulo teste, ad nostram doctrinam, nostriq; monitionem, caueamus negligere vocem domini, vocantis ad pœnitentiam de peccatis, ne nobis, quod illis, contingat, quemadmodum certe non semel contigisse meminerimus nobis Christianis, quos indubie Turca crudelissimus inimicus, haud aliam ob causam, deo permittente, superauit, & a multis hactenus annis pene perdidit, quàm quod noluimus audire dominum, qui nos hisce nouissimis temporibus a peccatis ad pœnitentiam per abundantiam & prosperitatem rerum omnium, per prodigia cœlo, terra, mariq;, per variam ægritudinem, pestilentiam, famem & bella, & hoc genus aliis modis, & paterne & serio dehortatus est. (Roma. 15, 1. Cor. 10)

Et verendum vtiq; est, si fuerimus post hac ita surdi & obstinati, nec pœnitere voluerimus a peccatis nostris, quin futuri simus in longe quàm vnquam antea maiore tribulatione, ex qua dominus etiam nos clamantes haud sit neque exauditurus, neque liberaturus, sed iusto suo iudicio perditurus, veluti dicit de induratis peccatoribus in Hieremia: Cum ieiunauerint, non exaudiam preces eorum: et si obtulerint holocaustomata & victimas, non suscipiam ea, quoniam gladio & fame & peste ego consumam eos. Quod olim præscientes Niniuitæ, quum audirent sibi prædici vrbis euersionem & suam perditionem a Iona, proptereaq; se moneri ad pœnitentiam, sine mora vestiti saccis a maiore vsque ad minorem, in cilicio, cinere & ieiunio pœnituerunt. Id quod & diuus fecit Andreas, qui mox, admonitus de bono statu ad meliorem a domino, audiuit. (Hiere. 14; Ionæ 3)

Secundo, quia S. Andreas dominum vocantem non solum mox audiuit, sed & eius nomine retia, & omnia quæ habuit, reliquit: docet, hominē a dn̄o a peccatis ad pœnitentiam vocantē, non solū debere audire, sed & ilico re ipsa pœnitere, prout Niniuitæ fecerunt, proptereaq; cuncta temporalia sic postponere & negligere, vt ea videatur habere & æstimare cū Paulo sicut incommoda & stercora, modo Christū & eius gratiā in remissione peccatorū lucrifacere possit, atq; eo sic totus sit intentus, vt habens etiā ista tēporalia, sit, vt Paulus ait, tanq; non habens: hocq; mundo vtens, tanq; non vtatur. (Phil. 3; 1. Cor. 7.)

Postremo, quia sanctus Andreas dn̄m vocantē non tantū audiuit, & eius noīe reliquit omnia, sed & ipsum sequutus est, vtpote non minus animo q̄ corpore: docet, hominē non modo vocatū debere & audire & omnia mundi delectamenta deserere, sed & ipsum dominū non tam corporaliter q̄ spiritualiter sequi. Quem ita tandem sequemur, quum, Iohanne teste, vixerimus & ambulauerimus, sicut ipse vixit & ambulauit, cruceq; nostram tribulationis, sicut ipse suā, suscipientes, eius nomine patienter feramus, ad nos ipso dicente: Exemplum dedi vobis, vt quemadmodum ego feci, ita & vos faciatis. Si quis vult post me venire, abneget semetipsum, & tollat crucē suā, & seq̄t me. Qui eñ voluerit animā suā saluā facere, perdet eā: & qui perdiderit animā suā pro- (1. Ioh. 2.; Iohā. 13; Mat. 16; Marc. 8)

pter

pter me,inueniet eam.

Ita nimirum diuus Andreas vſqueadeo ſequutus eſt dominū,vt non modo,teſtante euangelio, Chriſti nomine reliquerit omnia,ſed & poſt multos pro Chriſto labores,miracula & tormenta,biduo pendēs in cruce diſtractus, vitam tanto cum deſiderio & exceſſiuo gaudio per mortem perdidit,quanto vix aliquis alius ſanctorum.

Ipſe quidem videns crucem,in qua pendere debebat,ait:O crux bona,decorata membris domini mei Ieſu Chriſti:o crux diu deſiderata, ſineq; intermiſſione quæſita,en ſecurus & gaudens venio ad te,vt & tu exultans ſuſcipias me:accipe me ab hominibus,& redde me magiſtro meo,vt per te me recipiat,qui per te me redemit:nimirum biduo pendēs in cruce, ſic redemptorem mundi,qui ſuo aduentu renouauit & mutauit omnia, verbo & opere mirabiliter prædicauit,vt per id temporis viginti millia hominum ad Chriſti fidem conuerterit. Qui ſummo per ſeſquihorium de cœlo ſplēdore perfuſus, mortē in domino obijt, cuius aduētum primus omnium prædicauit, iuxta etiam repræſentationem cæremoniarum,quæ ſolent in eius ferijs obſeruari, teſtantes inſuper,ipſum ſanctum Andream merito ſic ab eccleſia catholica primum haberi inter omnes noui teſtamenti ſanctos poſt dominicam adſcenſionem,vt cum illa quoq; perinde primum inter ſanctos toto quidem terrarum orbe,feſta nimirum die celebrare,venerariq; cœperit. Iohā.1.

DE CATHOLICIS ECCLESIAE CAEREmonijs,in vigilia & die feſta S.Nicolai epiſcopi. Cap. II.

QVām precelſæ S.Nicolaus Pataræus,epiſcopus olim Myræus,apud homines ſanctitatis & virtutis, quāmq; præcelſi apud deū meriti,quāmq; pleriſq; omnibus,& præſertim ſacerdotibus & epiſcopis, ad bene ſancteq; viuendum exemplo fuerit,binæ,præter ſacroſanctum euangelion,quod in eius memoriam legi ſolet,cæremoniæ teſtantur,quibus hactenus paſſim,quaſi per manus maiorum receptis,Chriſticolæ plerunq; ſemp in ipſius S.Nicolai ferijs,& earum vigilijs vſi ſunt, vtcunq; fortaſſis ineptire videantur eis, quibus nihil,q̄d vel ad deuotionem,vel ad pietatem,vel ad aliam quampiam virtutē prouocandam pertinet, aptum piumq; videri conſueuit, nimirum ſubſannantibus omnia.

In primis autem conſueuerunt hactenus in vigilia diui Nicolai ſub noctē parentes filiolis ſuis,maximeq; paulo iunioribus,eaq; die ieiunantibus, ſubtus veſtes,vel aliō,ipſis neſcientibus, occulendo conferre pecuniolas, poma, virgas,nuces, placentas,cruſtulas,& hoc genus res alias,& per huiuſmodi q dem occultam rerum largitionem & puerilem ieiunationē,duo præcipue ſubinſinuare ſatis pie voluerunt:

Primo,vt meminerint admirādæ mox ab infantia S.Nicolai ſobrietatis, quam & ipſi ſequi ieiunando debeant adhuc pueri,memores ꝓphetæ, dicentis:Bonum eſt viro,quū portauerit iugum ab adoleſcentia. Cuius argumento plūs q̄ mirando Nicolaus infantulus adhuc,bis in hebdomada ieiunauit, Threñ.3

vt qui quarta & sexta feria non nisi semel vbera suxerit:non absimilis Iohanni Baptistę, quo maior inter natos mulierum non surrexit, qui puer adhuc infans propemodum res humanas adspernatus, e medio excessit, eremũ ingressus, nihil præter aquam bibens, nec nisi locustis & melle syluestri vescens.

Matt.4. Luc.1. Matt.3

Secundo, vt meminerint admirandæ pietatis & liberalitatis sancti Nicolai, quam & ipsi amplecti debeant, vtpote qui memor Christi, dicentis: Si vis esse perfectus, vade & vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cœlo: amplum patrimonium per manus a patre acceptum, pauperibus & egenis distribuit: in quo illud eximium atque omni æuo memorabile, tantum auri alienæ domui occulte intulit, vt trium filiarum pater, qui inuitus ob inopiam prostituere decreuerat inuitas, auri abundans factus, honesto puellas matrimonio locarit, nempe Iesu Christi hoc in casu seruans mandatum, sic habens: Te faciente eleemosynam, nesciat sinistra tua, quid faciat dextera tua, vt sit eleemosyna tua in abscondito: & pater tuus qui videt in abscondito, reddet tibi. Id quod vtiq; parentes hac sua cæremoniali largitione, eaq; occulta, in filiolos suos prætendunt, exemplo diui Nicolai.

Matt.19. Mat.6.

Cuius piæ liberalitatis opus, quo de nunc dictum est, ex varijs processit virtutibus.

Primo ex charitate dei, ne videlicet ille tam grauiter offenderetur.

Secundo ex charitate proximorum, quibus subuenit, ne in tantum inciderent dedecus & scelus.

Tertio ex misericordia, qua condoluit inopibus, eisq; subuenire nõ distulit, nec solum inopiæ consulens, sed muliebri etiam pudori, cuius iactura est omni egestate calamitosior. Discamus igitur ex ijsce cæremonijs, & sancti Nicolai exemplo, sine iactantia ieiunos & misericordes in pauperes esse iuxta Iohannem, dicentem: Filioli mei, non diligamus verbo neque lingua, sed opere & veritate. Qui habuerit substantiam huius mundi, & viderit fratrem suum necesse habere, & clauserit viscera sua ab eo, quõ charitas dei manet in eo?

1. Iohã.3

Deinde solet passim in ferijs sancti Nicolai citra omnem simoniam & ambitionem, sed iuxta dispositionem indolis ex scholasticulis eligi quispiam in episcopum, qui familia contentus exigua, & collocatus in cathedam, orationẽ habet, Collectasq; quas appellant, ipsemet in diuinis officijs legit, nec se prophanis negocijs admiscet, nimirũ rebus duntaxat ecclesiasticis intentus, cuius causa selectus est, &c.

Quæ quidem cæremoniæ duo prætendunt.

Primo admonent nos, qualis fuerit episcopus sanctus Nicolaus, vtpote q̃ in episcopum renitens electus fuerit. Defuncto enim episcopo ciuitatis Myręæ, in qua sanctus Nicolaus habitauit, quum conuenirent vicini episcopi, ex amore alium episcopum in locum demortui electuri, reuelauit deus episcopo inter illos eminentiori, vt hora matutinali circa ecclesiæ ianuã vigilaret, & quem primũ ad ecclesiam conspiceret venientẽ, ordinaret episcopũ: sicq; Nicolaum ante cæteros ad matutinas preces venientẽ, ipse cũ episcopis cæteris ordinauerunt episcopũ, & licet maxime reluctantem, in cathedram collocauerunt,

cauerunt,qui deinde ficut antea fuam femper humilitatem & morum grauitatem in omnibus fectabatur,nullo conftipatus comitatu fatellitum, fed fuis contentus facellanis, officijs diuinis iugiter interfuit, a negocijs fecularibus abhorrens,per fe dei verbum prædicans,in oratione peruigilans,corpus macerans,mulierum confortia pro conferuanda caftitate deuitans,vita prorfus exhibens quod verbo docuit.In cuius teftimonium legi folet in illius memoriam euangelion,Sint lumbi veftri præcincti,&c. Luc.12

Quandoquidem ipfe S.Nicolaus præcinctos lumbos,id eft,cordis & corporis caftitatem:lucernas ardentes,id eft, bona opera coram deo & hominibus in exemplum habuerit,dominumq; Chriftum de nuptijs æternæ beatitudinis venturum,& ipfum per mortem vocaturum expectauerit feruus vigilans in omnibus bonis operibus, tam in prima quàm fecunda & tertia vigilia,id eft, tam in puerili quàm in iuuenili & fenili ætate fuerit inuentus a domino,qui dubio procul eum nunc in regno cœlefti difcumbere & requiefcere facit,ei miniftrans quidquid beatitudinis eft æternæ.

Secundo docent præfatæ in fefto fancti Nicolai cæremoniæ, quæ boni funt epifcopi fiue prælati cuiufcunque,tam ecclefiaftici q̃ fecularis.

Primo quidem, vt dignitatem non ambiat,fed ad eam,fi fuerit ipfe habilis,citra fimoniam eligatur, dicēte Paulo:Nec quifquam fumit fibi honorem, fed qui vocatur a deo tanquam Aaron:quemadmodum nec Chriftus femetipfum clarificauit,vt fieret pontifex,fed qui loquutus eft ad eum:Filius meus es tu, ego hodie genui te. Hebr.5. Pfal.2.

Secundo,vt diuinis officijs interfit,ipfemetq; quod fui officij eft peragat, nimirum precetur ac prædicet, fi donum linguæ habet, quod proprium eft epifcopi officiū,dicente Paulo in perfona Timothei ad quēlibet epifcopū:Tu vigila,in omnibus labora, opus fac Euangeliftæ, minifterium tuum imple, fobrius efto. 2.Tim.4

Tertio,fuperfluum comitatum & fumptum deuitet,contentus familia neceffaria,quādoquidem deceat epifcopum,tefte Paulo,ficut dei difpenfatorem effe humilem,non fuperbum:hofpitalem,non autem dilapidatorem ipfius patrimonij Chrifti. Tit.1.

Quarto,fe rebus fecularibus, quæ non pertinent ad ipfum, haud immifceat,ne fit, vt Paulus ait,turpis lucri cupidus:qm̄ nemo,eodē Paulo tefte,deo militans,implicat fe negocijs fecularibus,vt ei placeat,cui fe probauit. Ibidem. 2.Tim.2

Quinto,vt fit omnibus in omnibus viuendo & docendo exemplaris,dicēte ad epifcopum Timotheum Paulo:Exemplum efto fidelium,in verbo,in cō uerfatione,in charitate,in fide & caftitate. Id quod totum fubindicant,monent ac docent de confícto in S.Nicolai ferijs epifcopo, & ex innocentibus fcholafticulis electo cæremoniæ,quantūuis a multis Zoilis contemptæ, quia non ab ipfis intellectæ. 1.Tim.4

DE CATHOLICIS ECCLSIAE CAEREMOniis,in ferijs S.Iohannis Euangeliftæ. Cap. III.

SI paulo diligentius excusserimus virtutem & efficaciam catholicarum in ecclesia cæremoniarum, maxime earum,quibus ipsa mater ecclesia vtitur in ferijs diui Iohannis Euangelistæ & apostoli,profecto inueniemus eas hoc præstare literis mortuis,quod oculati testes præstant auritis testibus: ob oculosq; nobis historias de Christo,deq; ipsius sanctis,quasi signacula quædam & imagines in tabella depictas collocare,a verbis euangelij non modo nihil omnino discrepantes, sed & ea longe magis exprimentes & declarantes, vti singulariter propemodum videre est in ipsis catholicis ecclesiæ cæremonijs, quibus ipsa vtitur ecclesia in ferijs diui Iohannis Euangelistæ.

Quæ quidem cæremoniæ tales sunt,quod sacerdos ipse verbo dei consecrat vinum , quod bibentes ipsum, vocant benedictionem & amorem sancti Iohannis:in cuius nomine vel amore consueuerunt hactenus catholici simplici synceroq; aïo bibere, q̃ties amici mutuo discedunt,sperãtes per huiusmodi bibitionem se tutos fore a tam spirituali quàm materiali veneno, si quod ipsis bibere daretur,quemadmodum non obscure colligitur ex oratione,qua tale vinum consecratur ab ipso sacerdote,sic vulgo deprecante:

Iohan. 2 / Ioh.15.

Domine Iesu Christe,qui in Chana Galileæ ex aqua vinum fecisti, qui es vitis vera,multiplica super seruos tuos misericordiam pietatis tuæ , quemadmodum fecisti cum patribus in tua misericordia sperantibus,& benedicere & sanctificare digneris hanc creaturam vini, quam ad sustentationem seruorũ tuorũ tribuisti, vt vbicunque ex hac creatura fusum fuerit,vel a quolibet potatum,diuinæ benedictionis opulentia repleatur,& accipientes ex ea cum gratiarum actione,sanctificentur in visceribus suis,qui viuis & regnas cum patre in vnitate spũs sancti deus,per omnia secula seculorum, Amen.

Nec dubitamus eos sui voti pro loco & tempore compotes fore,qui iuxta deprecationis huius sententiam,eoq; nomine & amore,quo Iohannes Euangelista,bibunt.

Primo quidem potatio huius vini,quod amoris & benedictionis S. Iohãnis recte solet appellari,signat dilectionem & benedictionem,quam Christus vsqueadeo præ cæteris habuit erga Iohannem apostolum & Euangelistam, & hic erga illum,vt peculiari propemodum nomine cœperit appellari, discipulus quem dominus dilexit,scilicet cæteris vehementius.

Ioh.20 / Ioh.21

Primo autem Christus suum singularem amorem erga Iohannem arguit in eo,quod eum in ordinem apostolatus elegerit,quo nõ est ordo præcellentior in statu hierarchiæ ecclesiasticæ.

Matt.4. / Marc.1. / Luc.5

Secundo,quod eum penes se habuerit in seriosioribus & secretioribus negocijs,vtpote in resuscitatione mortis puellæ archisynagogi:item in transfiguratione super montẽ Thabor:item in reuelatione sui traditoris Iudæ Ischariotis super pectore:item in oratione montis Oliueti.

Matt.5. / Matt.17 / Mar.9. / Luc.9. / Ioh.13. / Mat.26 / Mar.14. / Ioh.19.

Tertio,q̃ ei pendens in cruce,moriturusq; paulo post,cõmiserit legatũ & clinodium omnium & thesaurũ longe preciosissimum, nempe matrem suam dilectissimam:qui & illam in curam suam recepit.

Quarto,q̃ eum nõ modo fecerit Euangelistã,sed & cæteris ita p̃cellentiorem

rem in omnibus scriptis, vt eum propheta per aquilam, qui versat in altitudi- ne versus firmamētum cœli; cæteros vero Euangelistas per hominē, leonem, & bouem, qui super terram gradiunt, præsignarit: arguens eum præ cæteris, & ita quidē maxime cœlestia tractaturum, vt sicut aquila vel sola volucrum sublimius volat, fixisq; in solem oculis irreuerberatis persistit, ita ipse Iohan- nes Euāgelista solus omnium altius ingenio volaturus esset, ac visurus in cœ- lo solē iustitiæ, de quo scripturus & depromptурus esset, quod Esaias inenar- rabile censuisset: quippe æternam dei verbi generationē, quam profecto sic in suo Euangelio & totam illius diuinitatē conscripsit, vt iure barbatus ille Hie- ronymus dixerit, ipsum Iohannē hoc sciuisse, quod Plato doctus nesciuit, & Demosthenes eloquens ignorauit, vtpote quia sanctus Iohannes vere fuerit vnus ex illis paruulis, pro quibus ipse dn̄s patri suo gratias egit, dicens: Cōfi- teor tibi pater, dn̄e cœli & terræ, q; reuelasti ea paruulis, & abscondisti a pru- dentibus. Ita enim placitum est ante te.

Ezech.1 / Malac 4 / Esa.53 / Matt.11.

Quinto, quod eum tantum noui test. prophetam fecerit, vt ita in sua Apo calypsi statū vtriusq;, tam triumphantis q̄ militantis ecclesiæ descripserit & p̄dixerit vsq; ad finem mundi, vt si nobis nunquā alius fuisset, q̄ ipse, vates de falsis istis schismaticis, p̄ quos totus nūc orbis periclitat, satis superq; esset, sufficeretq; nobis vel solum, quod ipse contra istos in tribus suis Christianis- simis epistolis tradidit.

Postremo, quod eum placida, non violenta, morte ex hoc seculo migrare voluerit, quod ipse satis euidenter in euangelio palam testatus est, ad Petrum dicens, de Iohānis exitu rogantē: Quid ad te, si eum sic volo manere? Tu me se quere. Q. d. Nihil est quod de ipso soliciteris, aut anxius sis de eius vitę exi- tu, nec tuū est scire, quid de alio statuit in eiusmodi re deus. Quo sane verbo dn̄s arguit Iohannē moriturū non violenta morte, sicuti Petrū, sed naturali placidaq; morte decessurū. Quod & ipse Iohānes innuit in hoc, q̄a videat cor rigere cōdiscipulos suos, q; dicerēt ipsum nō moriturū, q̄n Chr̄s hoc ip̄m non dixisset, nec fortassis sensisset, quū dubio p̄cul alioqui apertius fuisset locut⁹.

Ioh.21. / Acto.1.

Ex ijs & alijs argumētis, q̄ tam ex scripturis q̄ ex earū circunstātijs colligi possunt, haud obscure est colligere, quantā Christus erga diuū Iohannē ha- buerit dilectionē, quā repræsentat ecclesia p̄ vinū benedictionis, quē propter- ea appellant & eius potū, dilectionis & benedictionis S. Iohannis vinum.

Secundo hoc ipsum vinū benedictionis & amoris S. Iohānis, adeoq; ipsa potatio, signat vehementē dilectionē, quā Iohānes ipse, natura etiamnū cogē te, vicissim habuit erga Christū, quē pariter aliquot argumētis ostendit.

Primo quidē verbis & scriptis. Etenim verbis, quū vnà cum Petro, q̄n post Christi adscensionē principes sacerdotū prohiberēt apostolis p̄dicare fi- dem & Euāgeliū Christi, præ nimio in deū & eius vnigenitū Christū Iesum amore respondit: Obedire oportet deo magis q̄ hominibus.

Acto.4.5

Scriptis vero, quod vnus inter omnes apostolos in suis epistolis, quarum tres scripsit, in prima p̄sertim, copiosissime charitatē laudat, cōmēdat, docet & p̄cipit: ita nimirum totus in charitate accensus, & quasi in charitatis affectum

1.Ioh.3. / 1.Ioh.4

transformatus fuit, vt etiam ad finẽ vitæ suæ in Epheso moraret, & inter discipulorum manus ad ecclesiam præ nimia decrepita ætate (natus erã tum erat, annũ XCIX. & mortuus post Christi passionẽ anno LXVIII. vsq; ad tempora Traiani Imp.) duceret, nec posset plura verba proferre, ad quãlibet pausam dixit: Filioli, diligite alterutrũ. Discipuli autem & fratres qui aderãt, admirãtes q eadem semper verba repeteret, dixerunt: Magister, quur semper ea dem verba resumis? Respondit: Quia istud præceptum est dñi, & si hoc fit, sufficit: nẽpe, memor q Christus adhuc viuus dixerat, in pcepto duplici duplicis charitatis in deum & proximũ, prophetas & vniuersam legẽ pendere.

Matt. 22
Marc. 12

Secũdo, suã erga Christũ dilectionẽ factis & operibus multifariã ostẽdit.

Primo, q etsi iuxta pdictionẽ Iesu Christi, cuius verbũ oportebat esse verũ, cõpræhẽsionis ipsius hora cũ cæteris apostolis fugerit, resumens tamen ex feruenti in Christũ amore fiduciã, sequutus est Christũ vsq; in domũ pontificis, adstetitq; Christo vsq; ad emissionẽ spũs vnã cum beatissima virgine & matre Maria, quã ex cõmissione Iesu Christi in cruce, in suã recepit custodiã.

Mat. 26.
Marc. 14
Iohã. 18.
Iohã. 19.

Secundo, q quũ in die resurrectionis a Maria Magdalena audiret Christi corpus ex sepulchro sublatũ, mox vna cũ Petro primus præ nimia charitate cucurrit ad sepulchrum, illudq; intrauit, quem sequutus est Petrus.

Ioh. 20

Tertio, quod innumerabiles homines ad Christi fidem & charitatem, & inter eos aliquot mundi sapientissimos, nimirum Cratonem philosophum, & Aristodemum idolorum pontificem, & cum ipso Proconsulem, & aliquot etiam doctissimos, quos deinde habuit in fide discipulos, inter quos fuerunt Ignatius & Polycarpus, conuertit.

Iam vero constat, vnumquenque esse in dei amore perfectiorem, quanto ad eius amorem plures cõuertit, aut saltem cõuertere nititur aut affectat: nempe desiderans omnes illum amare, quem ipse amat.

Quarto, q eius amore non renuit periculum mortis, quam pro ipso subire procul dubio paratus fuit, & hoc præsertim bifariam.

PRIMO, quando positus est a Domitiano Imperatore in dolio feruẽtis olei, sed illæsus euasit, deo disponente: sicut tres illi Hebræorum pueri manserunt illæsi.

Daniel. 3

Secundo, quãdo venenũ lœthiferum bibit. Id quod ad hunc ferme modũ contigit: Quum ipse S. Iohannes, iuxta prædictionem S. Dionysij, rediisset Ephesum ab exilio Patmi, suaq; oratione deiecisset templum Dianæ & eius statuam, cœpissetq; propterea pontifex idolorum Aristodemus aduersus ipsum concitare populum, dixit ad eum Iohannes: Quid faciam tibi, quo mitigeris? Qui ait: Si vis vt credam, dabo tibi venenum potare, quo si læsus nõ fueris, verus deus tuus dominus apparebit. Cui S. Iohannes: Fac ita. At ille: Volo vt alios inde videas primo mori. Petijt ergo Aristodemus a Proconsule duos reos decapitandos, qui de veneno ipso bibentes, statim expirauerunt: deinde sanctus Iohannes venenum accipiens amore & nomine IESV Christi, signoq; crucis se muniens, totum epotauit venenum, mansitq; prorsus illæsus: quandoquidem violenta morte decedere nec debuit nec potuit,

ex ver

ex verbo dñi,quod(teste propheta)manet in æternum, id est,semper verifica tur,nec transit in vanum,licet interea transeant cœlum & terra. Psal.118 Mat.24.

Dixerat autẽ Christus:Sic eum volo manere,donec veniam. Quid ad te? Q.d.volo,vt non,sicut tu,violenta morte moriatur, sed naturali morte,per quam venturus ad finem vitæ ipsius,vocabo eum ex hoc seculo per eam naturalem mortem. Dixerat quoque iam ante dominus: Signa autem eos qui crediderint, hæc sequentur:In nomine meo &c. si mortiferum quid biberint, nõ eis nocebit.Id quod plane verum fieri cœpit in sancto Iohãne Euãgelista. Mar.vlt.

Ab eo tempore cœperunt a Christianis cæremoniæ, vt discessuri, dubijq; de reditu(quemadmodum nemo discedens,an redeat certo sciat, quum sit in manu dei)biberint vinum vel etiam alium potum, quem dixerunt potũ nominis & amoris S.Iohannis:significantes per ipsum dilectionis excellentiam sancti Iohannis erga Christum,& huius erga illum,interimq; credentes,hũc ipsum sibi potum fore(sicut dixi) contra tam spũale q̃ materiale venenum. Id quod vel in hunc vsque diem fieri posset in eo,qui biberet ipsum eo nomine & amore Christi,quo Iohãnes bibit. Ille vero bibit eo nomine & amore, qui bibit instante necessitate confirmandæ veritatis fidei Christianæ, credẽs firmiter,quia manus domini non ita sit adhuc abbreuiata,quo minus possit eum saluare a veneno bibito,pro confirmanda fide sua,quandoquidem credenti sint omnia possibilia. Matt.19 Marc.9. Luc.18.

In primis igitur nostro tempore peccant,vt in alijs perquamplurimis, hæretici & schismatici,qui prorsus negligunt hasce cæremonias, tum quia per hoc sublatam velint memoriam dilectionis Iohannis Euangelistæ,quam habuit erga Christum,bibens eius nomine & amore venenum:tum quia negãt vinum verbo dei benedictum,cæteris esse vinis efficacius contra pericula, negantes quod Apostolus ait: Sanctificatur enim omnis creatura per verbum dei & orationem: tum quoque quia negant aliquid fieri debere vel amore vel nomine alicuius sancti,sed totum duntaxat nomine Christi,nescientes nomine fieri Iesu,quidquid nomine suorum fit,dicens alibi:Quicunque potum dederit vni ex minimis istis calicem aquæ frigidæ tantum in nomine discipuli,Amen dico vobis,non perdet mercedem suam. Sed quid multa, quum isti nescio cuius nomine ita potant,vt plerunque nec pedibus sistere,nec seipsos agnoscere possint? 1.Timo.4 Mat.10 Marc.9.

Deinde peccamus & nos catholici,quod nunc vsqueadeo leuiter tam verbo quàm opere abutimur eiuscemodi cæremonijs in potu sancti Iohannis amoris & nominis,haud attendentes spiritualem significationem earundem cæremoniarum.

Bibentes igitur,oportet moderate bibamus,memores summæ erga Christum dilectionis sancti Iohannis, ex animo precantes,vt & ipsi tantam queamus erga eundem habere dilectionem, quatenus ipse redamet nos,ab omni veneni haustu præseruaturus,quod sumere non simus eius amore recusaturi, sicubi necessitas asserendæ diuinæ laudis & fidei postulet. Amen.

Deca

DE CATHOLICIS IN ECCLESIA CAEREmonijs, in die Innocentum. Cap. IIII.

CAeremoniæ quæ seruari solent in ferijs innocentum puerorum, quæ peragi consueuerunt altera die post ferias sancti Iohannis Euangelistæ, multis in locis eiusmodi sunt:

In multis sane ecclesijs, maximeq́ue cathedralibus, in ferijs innocentū puerorum diuina in templo officia legunt & canunt non seniores & presbyteri, sed innocentes pueri: quales sunt plerunq́ue paruuli scholastici, ex quibus ille, quē crearunt in ferijs sancti Nicolai episcopum, cunctas Collectas etiam in sacrosancta Liturgia legit ac canit, & inibi facit omnia, quæ sunt episcopi: præterea, quæ sunt sacri ordinis, cuiusmodi est consecratio sacramenti corporis Christi, quæ pertinet ex sacro ordine duntaxat ad sacerdotem. In ipsis vero diuinis officijs omnibus obmittunt, Gloria patri, Te deum laudamus, Gloria in excelsis, Alleluia, Credo, Ite Missa est, & id genus si qua sunt verba & cantica lætitiæ reliqua, quæ tamen legi & cani solent in octaua feriarum, & si feriæ illorum ceciderint die dominica. Post finitam vero sacrosanctam Liturgiam ipse ludimagister eos omnes, quasi prorsus improuisos, non sine fletu & vlulatu virgis cædit, non quia tum sibi sint illi criminis alicuius conscij, sed innocētes: & ita quoque pij patresfamilias eo die suos filios & pueros cædūt, qui strenas eis deinde donant in ferijs dominicæ circuncisionis.

Primo proinde pueri minores, officia diuina canentes in ferijs innocentū: significant eos ipsos innocentes, quos tum celebrat ecclesia, simulq́ue per se duo prætendunt:

Primo, quod ijdem pueri Bethlehemitæ fuerunt prorsus innocentes corde, corporeq́ue puri & casti, prout attestatur lectio ex Apocalypsi, tum legi solita, asserens eos esse emptos de terra, nec vnquam cum mulieribus coinquinatos: esse quidem virgines, proptereaq́ue sequentes agnum quocunque proficiscatur, in quorū ore nō fuerit inuentū mendacium, sintq́ue ob id sine macula ante thronum dei. Et quomodo etiam poterant nocentes esse, qui nō erant vltra biennium, teste euangelio?

Apoc. 14

Secundo, quia fuerint vere de ijs infantibus & lactentibus, de quibus Dauid ait: Ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem propter inimicos tuos, vt destruas inimicum & vltorem. Illi nimirum innocentes ita fuerūt, teste Chrysostomo, sic primam vocem in Christi gloriam aperuerunt, vt facti sint diserti laude, qui fuerant sermone imperiti, obtulerintq́ue domino primitias linguæ, nouos oris immolauerint fructus, verborum principia libauerint. Qui enim per ætatem loqui non potuerunt, gloriam dei cum gaudio resonarunt. Nouerunt laudare Christū, qui loqui nondum nouerunt. Facti sunt pueri sine magistro diserti, docti sine doctore, periti sine eruditore. Agnouerunt Christum, prædicarūt dominum, nō quē persuasio humana docuerat, sed quē ipsis innocētibus diuinitas inspirabat. Ecce, quō locuti sunt & dn̄m laudarūt, qui fuerūt infantes. Sed quō, inquis, lactētes dn̄m Iesum laudarūt & locuti sunt, qui nōdum loqui nouerunt? Nec enim potuerunt illi per ætatem,

Psal. 8.

quod

quod natura non dedit. Quid quæris? Nõne sanguis innocens Abel de ter- Gene.4
ra clamat ad dominum? Nonne occisorum animæ ab altari ad eundem vo- Apoca.6
ciferantur? Nonne Euangelista dicit, quod in ijs lactẽtibus fuerit impletum,
quod per prophetam prædictum sit? vtpote quod vox ploratus & vlulatus
audita sit in Rama, quod est, locus excelsus. Sed quid excelsius cœlo, quo per Hiere.31
uenit vox innocentum puerorum? Trucidati ab Herode innocentes & lactẽ-
tes, loquuti sunt sanguine, quod lingua non potuerunt: passione cecinerunt,
quod sermone non nouerunt: occisi prædicarunt, quod viui non potuerunt.
Eorũ sane sanguis clamauit & laudauit, q voce narrare nõ potuerunt. Quod Matt.21
vsqueadeo verum est, vt etiam lapides clamare cœpissent, si illi tacuissent. Marc.11.

Tertio, quod eos, qui deum diuinis officijs laudare debent aut volunt, cã- Luc.19.
stos & innocentes esse oporteat, quoniam, teste scriptura, laus in ore peccato- Eccl.15
ris esse speciosa non possit. Laudarunt igitur innocentes sua passione domi-
num, laudesq̃ deo cecinerunt, qui nondum delictorum crimen nouerunt, di-
gnum digni laudarunt, & innocentes innocentem prædicarunt. Quos vtiq̃
nos laudando sequi conuenit, ne sit alioqui contra nos dicturus dominus,
quod dixit ad peccatorem: Quare tu enarras iustitias meas, & assumis testa- Psal.49
mentum meum per os tuum. Arguam te, & statuam contra faciem tuam.

Secundo, quia paruuli illi scholastici, postquam exequuti sunt diuina offi
cia, sine culpa virgis cæduntur: significat, quod paruuli Bethlehemitæ pror-
sus innocenter occisi sint & passi, nec aliquam ob culpam suam. Quomodo
enim potuerunt esse nocentes, culpamq̃ suæ mortis habere bimi, quorum lin
gua tacuit, oculi nihil viderunt, nihil audierunt aures, manus nihil fecerunt,
& quibus actus nullus? Et quomodo, obsecro, & vnde potuissent culpæ su-
mere mortem, qui viuere nescierunt, & in quorum ore, teste Apocalypsi, non Apo.14.
est inuentum mendacium?

Atque nimirum, nihil eis fuit culpæ, nec pro culpa reputatum, q̃ quod cũ
Christo nati fuerant, ante cuius thronum nunc propterea traduntur esse sine
macula. Quibus in testimonium & præmium vicissim dedit ille prius trium- Ibidem.
phare q̃ viuere, coronis donauit priusquam membris, ante cœlum possidere
q̃ terram, qui statim nati sunt ad martyrium, qui pro Christo mortui sunt,
quos causa mortis fecit martyres.

Arguit deinde eorum mors innocẽs, ipsos non solum fuisse martyres, qa
causam habuere martyrij, quos odio in Christũ occidi iussit Herodes, q pro
Christo mortui sunt, & quem non loquendo, sed moriendo confessi & testati
sunt, coronã martyrij acceperũt, sed & eos non passionẽ & mortẽ, sed causam
facere martyres, qui patiuntur, quantũuis glorientur se Christi martyres esse.
Sic Stephanus verus fuit martyr, quia causam sui martyrij & mortis habuit fi Acto.7
dem Christi, quam morte testatus est. & Iohannes Baptista verus fuit mar- Marc.6.
tyr, quia iustitiam sui martyrij causam habuit. Matt.14

Atque ex hoc sequitur, hæreticos & schismaticos, quũ patiunt vel occidun
tur ob hæresim, æque minus esse martyres q̃ vel fures, q propter furtũ suspen-
dunt: vel homicidas, qui propter homicidiũ plectuntur: vel incendiarios, qui
propter

propter incendium comburunt, vel alios malefactores, qui propter maleficiũ mulctantur, quum nõ propter defensam iustitiam, quã non sunt sequuti, nec propter fidem testificatã, quæ dudum per infinita millia martyrũ & confesso rũ, miraculis & scripturis & vitis & mortibus abunde testificata est, sed pla ne propter causam temeritatis, seditionis, superbiæ, rebellionis, & aliorum sce lerum & peccatorum, quasi incorrigibiles puniantur & patiantur, non patien tes ob Christum, vel vt Christo testificent. Quo sane modo ne patiamur, Pe trus dehortatur, inquiens: Nemo vestrum patiatur vt homicida, aut fur, aut maledicus, aut alienorum appetitor, sed vt Christianus.

1. Petr. 4

Sed inquis, tamen isti clamant vsq; in mortem Iesu Christi, & sic viden tur confessione nominis Christi occidi & mori.

Respondeo, propterea non esse martyres ipsos, sed vehementius a deo, & suo ipsorum iudicio damnatos, quum non omnis intret regnum cœlorum, qui dicit, domine domine, sed qui facit voluntatem patris qui in cœlis est. Et si enĩ isti fortassis in confessione nominis Christi occidantur, quia tamen ex tra ecclesiam sunt, studentes discordiæ, martyres esse nequeunt, cuius tam gra uis est culpa, vt nulla deleri possit passione, quũ & inibi nõ sit charitas, quan do inibi abijciatur vinculũ pacis & vnitatis spiritus, quo connectit ecclesia: a qua, quia se hæretici seiungunt, & vt lupi rapaces occidunt, prout passim vi demus, & cõtra Christum sunt, qui coniungit & colligit, & sunt extra quoq; omnem charitatem, fit vt procul dubio non modo non sint martyres, sed pla ne damnati, qbus omnis vana est mors & passio, dicente Paulo: Si tradidero corpus meũ ita vt ardeam, charitatem autem nõ habeam, nihil mihi prodest. Non igitur passio, sed causa facit martyrem.

Matt. 7. Ephe. 4. Matt. 12 Luc. 11. 1. Cor. 13.

Tertio, q̃ scholastici paruuli & alij in templo quodãmodo aliqua ex par te mœrent, obmittentes cantica lætitiæ, quum in diebus obitus aliorum mar tyrum summo cum gaudio solennizamus, duo videntur significare:

Primo repræsentãt ingentem tristitiam, tribulationem cordialemq; com passionem earũ mulierum Bethlehemitarum, quarũ filioli ꝑpter Christũ tam fuerunt crudeliter sine omni culpa ab Herode immanissimo tyranno trucida ti. Quæ profecto vsqueadeo doluerunt, vt Euangelista dicat in eis fuisse cõ pletũ, quod propheta ꝑdixit, inquiens: Vox in Rama &c. vt eo magis expen deremus crudelitatẽ Herodis, doloremq; acerbissimũ tam filiorũ q̃ matrum erga filiolos dulcissimos, quorum erat fletus, sicut illarum præ nimio dolore vlulatus. Ita quidem sonat Hieremiæ prophetia de cæde puerorum innocen tum per Herodem futura: Vox in Rama audita est, ploratus & vlulatus mul tus. Rachel plorans filios suos, & noluit consolari, quia non sunt. Quæ qui dem verba tametsi multifariam exponi possint, omnis tamen expositio ten dit ad vnum sensum.

Math. 2. Hiere. 31.

Primo, quia Rama sit locus in tribu Beniamin, distans duodecim mil liaribus a Bethlehem, quæ intelligitur per Rachel, matrem Beniamin, in cuius partu illa periclitata est, & non procul a Bethlehem sepulta, vt ipse IACOB eius maritus in Genesi testatur: sensus erit, quòd tantus

Gene. 35. 3. Reg. 12 Gen. 48.

fuerit

fuerit in occisione puerorum præ nimio dolore fletus & ululatus puerorum & matrum Bethlemitarum, & earum, quæ fuerunt circa illius regionem, ut earum lugubris clamor etiam fuerit audita in Rama, loco satis remoto a Bethlehem, imo & ipsa Bethlehem, id est, uniuersitas mulierum Bethlehemitarũ, nec uoluerunt nec potuerunt præ nimio mœrore & dolore consolari de occisione puerorum infantium, quoniam non essent, scilicet uiuentes, sed ab earũ uberibus misere ablati.

Et profecto, quomodo potuissent a fletu abstinere, quove pacto potuissent mulieres, alioqui natura molles & miserabiles, consolari, quum uiderent dulcissimos suos & liberos innocentissimos & tenerrimos plus quã crudeliter a spiculatoribus ab ipsis uberibus arripi, sine compassione trucidari, disse cari dilaniariq; ? Deindeq; uita & sanguine carentes ita miseros in terram prostratos iacere uiderent.

Et quis etiam tam lapideus tamq; ferreus, qui non cogatur illis compati, q meminerit ac imaginaretur saltem, quã misere corruerint matres illæ super filios, eosq; exangues exosculatæ sint & uulnera exiccauerint. Nonne putes plerasq; earum præ uehemẽtia doloris sibi crines euulsisse, scidisse uestes, unguibus facies sibi lacerasse, omniaq; ea fecisse, quæ supra modum dolentes & lugentes natura quidem solent?

Secũdo, quia Rama sit hebraice idem quod excelsum, rursus erit sensus duplex: Literalis, utpote, quod tantus fuerit in occisione puerorum innocentiũ clamor, fletus & ululatus, ut ascenderit usq; ad firmamentum cœli, quasiq; æther plangeret, nec potuerint consolari matres de morte filiorum, sicut nec Iacob patriar. cõsolari potuit, qñ filium Ioseph existimabat a bestia deuoratũ.

Mysticus & spiritualis sensus, utpote quia uox puerorum innocentũ tanta fuerit, ut ascenderit in cœlum, ultionem deposcens, uelut Iacobus ait: Clamorem eorum. s. pauperum oppressorum introijsse in aures domini Sabaoth: quẽadmodũ uox sanguinis Abel occisi fertur clamasse de terra ad dñm. *Genesis 37* *Iacobi 5.*

Secundo scholastici pueri per obmissionem canticorum lætitiæ in ferijs innocentum arguunt, ipsos innocentes, utcunq; pro Christo trucidatos, haud ilico ascendisse cœlos, sed coactos ad inferos, id est, ad lymbum patrum descẽdisse omnes quotquot mortui sunt ante Christi ascensionem, qua ille primum cœlos aperuit, quo sancti deinde cum eo sunt ducti, quoquo nunc omnes ueniunt in eius nomine morientes. Id quod pleriq; omnes in ueteri testamento non potuerũt, sed plane cõpulsi sunt descendere ad inferos, ut euidẽt intelligere possumus ex eo q̃d Iacob aiebat: Descendã ad filiũ meũ lugẽs in infernũ. *Psalm. 67. Ephe. 4.* *Gene. 37*

Cuius sane causa tametsi Orientalis ecclesia, sicut & Venetiæ, quod fertur, sanctos ueteris testamenti solennizet, ipsa tamen Occidentalis ecclesia, propt causam iam præmemoratam non celebrat, quum descenderint ad inferos oẽs, sicut pueri quoq; innocentes, quos tamen solennizat, quod in singulis eorũ mortuus est Christus, & eis in occisus: sed noui testamenti quidẽ omnes, qui post ascensionem dñi mortui, per mortem cœlo sunt nati, nõ aũt inferno sicut illi. Quapropter rectissime scholasticuli innocentes in ferijs innocentũ obmis

ſione canticorum lætitiæ ſub diuinis officijs repreſentant & eorum & matrũ ipſorum dolorem, fletum & ieiulatum, & mœrorem, quem conceperunt illi, quoniam licet martyrio coronati ſint, non tamen illico ad gloriam, ſed ad infernalem mœſtitiam deſcenderint.

Quod uero iſti canunt cantica & uerba lætitiæ in ijſdẽ ferijs, ſi ceciderint in diem dominicam, cauſa eſt, gaudium reſurrectionis dominicæ, quod contigit die dominica, quo plerique omnes, qui mortui ſunt unquam in domino, gaudere debent ob ſuam futuram in nouiſſimo die reſurrectionem, quam dominus Ieſus ſua reſurrectione, quæ die dominica contigit, operatus eſt. Atque hinc eſt, quod & ijdem ſcholaſticuli innocentes eiuſmodi cantica letitiæ nõ ob mittunt in eorum innocentum puerorum octaua. Quandoquidem feriarum octaua ſignificat nouiſſimam ſanctorum in corporibus reſurrectionem, quę non poterit non omnibus ſanctis eſſe lætiſſima, ſecundum dominum, de nouiſſimo iudicio dicentem: His autem fieri incipientibus, reſpicite & leuate capita ueſtra, quoniam appropinquabit redemptio ueſtra. ſ. ueſtrorum corporum. Quia proinde ſicut primus dies ſignificat natiuitatem ſanctorum, qua per mortem naſcuntur cœlo, & in ſocietatem angelorum & ſanctorũ patrum, quando animæ eorum a corporibus ſeparantur, ita dies octaua ſignificat reſurrectionem corporum in octaua ætate futuram. Quare ſanctorum noui teſtamenti & qui mortui ſunt poſt Chriſti aſcenſionem dies obitus & eorum octauæ cum gaudio ſolennizantur. Ipſorum uero innocentũ dies obitus licet celebretur, non tamen ut aliorum ſanctorum feſtiue, quum non adeo ſtatim poſt mortem ſuam peruenerunt ad glorioſum gaudium, ſed quia ipſi in reſurrectione dominica cum reliquis ſanctis liberari & glorificari meruerunt, congruenter & ipſi iuxta ordinem, ſolitam gloriã in officijs obtinent, & eorum octauam ſicut aliorum ſolennizamus cum canticis lætitiæ, quam ipſi certo ſunt accepturi in octaua. i. in reſurrectione gñali, quã rẽpſentat octaua.

1. Corint. 15. Rom. 6. 1. Theſſa. 4 — *Luce 21.*

Quarto & poſtremo, quia pueri innocentes, poſtquam ſunt in ferijs innocentum nulla eorum culpa cæſi, ſtrenas & munera natalicia recipiunt in Calẽn. Ianuarij, ſignificat, non modo pueros iſtos poſt mortem ſuam participes fuiſſe factos ſalutis, quam dñs ſua natiuitate & circuncíſione acquiſiuit, ſuamque fuiſſe mortem in conſpectu domini precioſam, ſed & eos cum omnibus qui quicquam nomine Ieſu patiuntur mercedem pro ſuis tribulationibus, paſſionibus & bonis operibus habere in cœlis, nec quicquam fruſtra nec ſuſtinere nec facere. Id quod ueritas & ipſa iuſtitia confirmat, inquiens: Beati eſtis, quum maledixerint uobis homines & perſequuti uos fuerint, & dixerint omne malum aduerſum uos, mentientes, propter me, gaudete & exultate, quoniam merces ueſtra copioſa eſt in cœlis. Supereſt igitur chariſſimi ut iuxta ſignificationem & admonitionem Cæremoniarum in ferijs innocentum ſeruari ſolitarum, ut modis omnibus iuſte & innocenter uiuamus, & in innocentia noſtra deum glorificemus, nec inde deterreamur, ſi quid contra iuſtitiam uel huius nomine quicquam patiamur, ſed eius nomine cuncta patienter ſuſtineamus, pueros innocentes imitantes, & memores cum eis nos certo coronatũ

Pſalm. 115. 1. Corint. 15. Math. 5

iri

iri in cœlesti patria, ubi legittime contra diabolum, carnem & mundum depugnauerimus, prout oportet semper, donec uixerimus, cõstanter faciamus, quando uita nostra non sit aliud quam militia quædam, quæ non potest nisi post uictoriam coronari & triumphare, prout dubio procul ante thronum dei triumphant innocentes pueri. Quo nos clementer perducat innocentissimus dominus noster Iesus Christus, omniũ martyrum corona, sufficiensq; merces. Amen.

Iob. 1

DE CATHOLICIS IN ECCLESIA CAERE-monijs in solemnibus ferijs Purificationis gloriosæ Virginis Mariæ. Caput V.

ETsi dies gloriosissimæ uirginis deiparæ Mariæ tribus insignitur nomenclaturis per Euangelion in ea die satis aperto fundatis, postrema tamen apud Laicos, & præsertim apud Germanos, in frequentiore nominatione propter in ea Cæremonias, obtinuit primatum.

Primo quidem hęc ipsa dies adpellatur dies Purificationis, quia uirgo Maria uenerit in ea quadragesima post partum die in templum, quo seruaret legem purificationis fœmineæ, quæ habebat, ut si mulier suscepto semine pareret filium, septem diebus ut immunda uitaret consortium hominum, & deinde adhuc xxxiij diebus prohiberetur ab ingressu templi, quod ipsa quadragesima die ingrederetur & munus suum offerret. Id quod & ea die perfecit Maria, quamuis tota pulchra & in qua nulla fuit macula, non indigeret purificatione, quum non de suscepto semine, sed de spiritu sancto filiũ, non hominem modo, sed deum conceperat, uirgo, iuxta prophetam, ante, in & post partum inuiolata, dicente ad ipsam angelo: Spiritus sanctus superueniet in te, & uirtus altissimi obumbrabit tibi. Ideoq; & quod nascetur ex te sanctum, uocabitur filius dei. Et eodem angelo ad Ioseph, relinquere cogitantẽ Mariam, dicente: Ioseph fili Dauid, noli timere accipere Mariam, cõiugem tuam: Quod enim in ea natum est, de spiritu sancto est.

Lucæ. 1

Matth. 1.

Secundo hæc ipsa dies adpellatur, dies Præsentationis, quod in ea Christus Iesus (qui futurus erat in ara crucis oblatio pro omnibus hominibus ad iustificandum eos coram patre) fuerit deo patri, ceu primogenitus homo pręsentatus, oblatus, & pro eo iuxta legem, cuius etiam meminit Euangelion, oblatio facta fuerit qua redimeretur iterum. Lex quidem habebat, ut quæ peperisset, transactis diebus purificationis, ingrederetur templum & filium uel filiam offerret, muneraq; pro se, hoc est, pro suo peccato, pullũ scilicet columbæ siue turturem daret, pro filio autem siue filia daret agnum anniculum in holocaustum, quæ uero agnum habere non posset, offerret duas turtures, aut duos pullos columbarum, alterum pro partu in holocaustum, alterum autem pro se, hoc est, pro suo peccato. Ipsa uero eiusmodi primogeniti oblatio, sanctificatio & redemptio cępit ab eo tempore, quo primogenita Aegyptiorum dominus deus interfecit, filios Israel saluans, omnes non solum fructuum primitias, sed & omnia q̃q; primogenita filiorum Israel sibi uendicauit, sibique of-

Lucæ. 2

Exodi 13

offerri præcepit per Mosem dicens & alias repetens: Ex quo percussi omne primogenitum Aegypti tam in hominibus quam in iumentis, sanctificaui mihi omne, quod primo aperit uuluam in filijs Israel, tam in hominibus quam in iumentis.

Tertio nominatur hæc ipsa dies, dies candelabria siue luminaris, ob catholicas in ea ceremonias, quas Ecclesia Catholica, authore Papa Sergio, eius nominis primo, post Christum natum anno DCXCIIII. passim recepit, quum antea Purificationis festum fuerat institutum sub gloriosissimo Imperatore Iustiniano primo, ab ipso pontifice sancto Agapito, anno post Christum natum, DXXXIIII. quum pestis horrenda grassaretur Constantinopoli, quæ propter institutionem festiuitatis eiusdem statim mirabiliter sedata traditur. Cæremoniæ uero sunt tales, quod in ea ipsa die candelæ cereæ diuinis orationibus ex uerbo dei desumptis, ab ipso sacerdote consecrantur & exorcizantur, deindeq́ꝫ solemni processione deferuntur ardentes, donec perueniatur ad cancellos, ubi cantatur: Responsum accepit Symeon. Quæ quidem ceremoniæ non modo sunt institutæ ad submouendã erroneam & impiam gentilium, maximeq́ꝫ Romanorum, consuetudinem, qua isti semper anno quinto calendis Februarijs urbem cæreis ac facibus lustrarunt ad honorem matris Martis, ut is propterea concederet eis uictoriam contra hostes, prout eorum Idolatriam in hoc etiam scriptura uidetur damnasse, sed & longe potius ad significationem mysticam & admonitionem nostram moralem.

Lucæ.2 — In primis enim ipsa solemnis processio significat piam illam processionem Ioseph, Mariæ, Symeonis & Annæ, in qua Christus deo patri in templũ oblatus, præsentatus & benedictus est, ut testatur Euangelion, prout & nos ipsum in nostra processione pro peccatis nostris deo patri offerre, præsentare & benedicere debemus. Id quod pia fit oratione, quam Paulus adpellat hostiam laudis.

Hebræ.13. — Cantatio uero ante cãncellos, significat gaudium, quod antiqui patres susceperunt ex oraculo Prophetarũ sic prædicentium in persona Christi: Ecce ego mitto angelum meum, qui præparabit uiam ante faciem meam. Et statim ueniet ad templum sanctum suum dominator, quem uos quæritis, & angelus testamenti, quem uos uultis. Id quod in die Purificationis impletum est, de quo patres illi antiqui lætabundo corde dixerunt, ut ea die canitur in introitu Missæ: Suscepimus deus misericordiam tuam in medio templi tui, secundum nomen tuum deus, ita & laus tua in fines terræ, iustitia plena est dextera tua.

Malach.3

Psalm.47.

Candela cærea eademque succensa significat duo.

Primò quidẽ significat Mariam uirginem, quæ tam sit pura quã est ignis ipse, nõ modo nihil impuritatis hñs, sed & res oẽs ab impuritate purificans,

ita

ita uirgo Maria tam fuit pura, ut fuerit etiam sine peccato originali, & ita per uniuersam uitam ab omni ueniali & mortali peccato præseruata, ut non solum nihil inclinamenti ad peccatum remanserit in ea, sed & uirtus eius puritatis & sanctitatis ad alios transfundebatur. Cuius causa comparatur ab Ecclesia Cedro & Myrrhe, quod uti Cedrus odore suo serpentes interficit, ita Mariæ puritas & sanctitas in alijs radiauit, ut omnes motus in carne serpentinos occiderit. Et sicut Myrrha uermes interficit, ita puritas & sanctitas Mariæ carnales concupiscentias interficit: nempe, quæ sic fuerit præ cæteris in utero sanctificatis & uirginibus priuilegiata, ut uirtus eius castitatis etiam impudicorum corda medullitus penetrauerit, ea, quo ad ipsam protinus casta reddens. Atq; hinc est, quod & si ipsa uirgo Maria fuerit omnium pulcherima, a nullo tamen unquam, Iudeis etiam testibus, concupisci potuit, quia uirtus suæ castitatis cunctos adspicientes penetrauerit, & omnem ab eis concupiscentiam repulerit. Id quod in cæteris, quantumuis sanctis, uirginibus & mulieribus fieri non potuit. In quas propter earum pulchritudinem multi damnabiliter mortaliterq; exarserunt, ut patet in Dyna, filia Lyæ, quam Sichem rex terræ, in Iuditha, quam Holophernes, in Hester, quam rex Assuerus siue Artaxerxes, in Sara filia Raguel, quam septem uiri ex ordine, in Susanna, filia Ioachim, quam duo uiri senes deperierunt maleq; concupierunt, quod & in sanctissimis noui testamenti uirginibus accidit, quarum nullius uirtus castitatis & sanctitatis transfundi potuit in alios, nec in alijs carnales motus extinguere, sicut Mariæ uirginis. Cuius ineffabilis puritas recte significatur in die Purificationis per ardentem candelam, quã Christianus in manũ gestans reipsa uidetur eius puritatem testari, nec ipsam aliqua purgatione indiguisse quamtumuis legem dierum Purificationis obseruauerit; & quasi dicat: En, o uirgo Maria, puritate huius, quod gesto luminis, testor te prorsus fuisse puram, nec aliqua indiguisse purificatione, quum sis etiam omni lumine purior, rutilantior & splendidior.

Genesis 34

Sed ais, cur ergo legem purificationis, ut testatur euangelion, obseruauerit quando non habuit opus purificatione?

Matth. 5

Primo, quia sicuti filius eius, ita nec ipsa uenerat soluere legem, sed adimplere.

Secundo quia fuit humilis, nolens esse singularis, sed in omnibus licitis & honestis esse par omnibus hominibus, uti filius Iesus fecit, docens nos ueram humilitatem, constantem in hoc, ne singulares esse uee uideri uelimus, quasi cæteris meliores, sed hoc nos deberi magis humiliari, quo maiores alijs sumus, ita Paulus studuit omnibus fieri omnia.

Eccles. 3.

Tertio, quia fuit obediens, uti filius eius unigenitus, docens nos ueram obedientiam, constantem in hoc, ut sustineamus etiam ea, ad quæ non obliga

mur ex lege, quam nescit obedientia, nullis artata terminis, nisi charitate, quæ suffert omnia.

1. Corint. 13.

Quarto, quia noluit scandalizare eos, qui suæ conceptionis admirandæ nescij erant, qui alioqui facti fuissent rebelles, ac dixissent, nec se seruaturos legem, quum nec Maria seruasset eam.

Quo quidem pacto uirgo Maria nos docuit summe uitare scandalum, & ad ipsum uitandum nos plerunque debere facere & obmittere, ad quæ facienda & obmittenda non obligamur, memores, omnia quidem nobis licita licere, sed non omnia expedire. Sic Christus uectigal soluit, quod rigore iuris non debuit. Sic hodie cum uirgine matre uideri potius uoluit immundus ut alij, & seruare legem purificationis, ad quam non debuit, ut modo non scandalizaret, ad nos indubie dicens: Exemplum dedi uobis, ut quemadmodum ego feci, ita & uos faciatis.

1. Corint. 10.

Secundo, ardens & eadem cærea candela, significat Christum esse uerum & æternum illud lumen, quod Maria tanquam pulcherrima & purissima illa aurora in Canticis & stella matutina peperit ac incendit, quod sua gratia, uita & doctrina illuminat omnem hominem, uenientem in hunc mundum, de se dicens: Ego sum lux mundi, qui sequitur me non ambulat in tenebris, sed habebit lumen uitæ æternæ. In cuius luminis ortu Magi ab Oriente usque ad Bethlehem citra errorem ambularunt. Quod & ipse Simeon, senex uenerandus summa cum lætitia & congratulatione testatus est, dicens: Nunc dimittis seruum tuum domine, secundum uerbum tuum in pace, quia uiderunt oculi mei salutare tuum, quod parasti ante faciem omnium populorum, lumen ad reuelationem gentium. Et significatur admodum recte Christus dominus per lucentem eandemque cæream candelam, quod hæc contineat, quæ ipsius sunt Iesu Christi.

Iohan. 8.

Matthæi. 2.

Lucæ. 2.

Primo quidem cæra signat eius carnem, quæ sine corruptione nata est de gloriosa uirgine Maria, sicut cæra fit ab apibus sine alterutrorum permixtione.

Secundo, lichnus signat animam Christi, quod ipsa latuerit in carne, sicut lichnus in cæra.

Tertio ignis uere signat eius diuinitatem, quia deus noster, ait scriptura, consumens est ignis. Et hactenus quoad mysticam candelæ cereæ ardentis significationem.

Deinde quoque catholicæ ceremoniæ purificationis Mariæ sunt institutæ ad moralem admonitionem. Ipsa quidem processio in ea die cum cantico admonet nos Christianæ charitatis & concordiæ, per paritatem constantis, in qua sicut fratres mutuo debemus in domino gaudere, dicente Paulo. Charitatem fraternitatis inuicem diligentes, spe gaudentes, idipsum inuicem sentientes, non alta sapientes, sed humilibus consentientes. Ipsa uero tota cerea & ardens candela significat tria, nobis necessaria. Cera ipsam fidem signat, basim salutis. Lumen opus bonum fidei, quæ citra illud nihili ualet, sicut cæra sine lumi-

Roma. 12

Iacobi 2.
Matth. 5.

lumine siue igne tanq̃ mortua est. Lichnus signat ipsam rectam intentionem, quæ seruanda est in omni opere bono, ne uidelicet fiat a nobis ostensionis causa, sed duntaxat in dei honorē, & in nostrā nostriq; proximi salutem. Sicut enim lichnus sub cæra latet, ita intentio boni operis, licet ipsum fiat in publico, manere debet in occulto. Id quod Christus unico uerbo docuit, inquiens: Sic luceat lux uestra coram hominibus, ut uideant opera uestra bona, & glorificent patrem uestrum qui in cœlis est. Matth. 5.

Ex ijs igitur sequitur, quod qui hactenus hasce catholicas in ecclesia cæremonias in die purificationis, aut derident aut abrogant, uel eas nō intelligūt, uel Christū esse lumen ad reuelationē gentiū negant, & Mariā indiguisse purificatione, quia suscepto semine Christum concepit, ut credit Iudæus impie, & nobis fide, per charitatem operāte bona opera, nō esse opus. Id quod totū est euangelion negare, & totū blasphemare Christianismū. Atq; hinc est, q̃d qui quondā cæreis luminibus deū & eius gloriosam genitricē & cæteros ipsi sctōs honorarunt, modo laruati nepotantesq;, cursitantes more gentiliū impiorum, honorant Plutonē & eius deā proserpinā infernalē, cū cęteris dijs infernalibus Quorū grauis pctī argumentū uel ex hoc animaduertimus, q̃d sic interim luminibus abutentes cariore precio cogamur emere quascunq; candelas ex quacunq; materia confectas, quā antea. Demum uero dicunt hæretici, & sacro sanctæ nostræ religionis derisores, ad quid ipsa candelarū consecratio: quibus multi quasi incantatores abutuntur, cuius causa merito deberent tolli præmemoratæ cæremoniæ. Respondeo, Dn̄m dissuadere & prohibere triticū propter lolia & zizania eradicari, sed hæc tolli, illud uero seruari debere. Propterea nobis non cōstat per huiusmodi consecratas candelas incantationes fieri, q̃ nec in hoc ipsum cōsecrantur, sed ea quidē ratione dei uerbo bn̄dicuntur, ut ab eis ita discedere abesseq; cogantur oēs cacodæmonū machinationes & insidiæ, ut eas digne gestare possimus, & ita lucere queamus interius p uerā fidē, sicut extra lucemus p lumen, & eis sine diabolico p̃pedimēto quocunq; loco & tp̄e uti, in Dei Opt. honorē, & in nostrā salutē, credentes omnē quidem dei creaturā esse bonā, sed pctō protoplasti maledictā aliquo modo, sed eam maledictionem uirtute dei uerbi remoueri, deniq; benedici, & sanctificari. Amen. Matth. 13. 1. Timo. 4

DE CATHOLICIS IN ECCLESIA CÆREMONIIS in solennibus ferijs Annunciationis gloriosissimæ uirginis Mariæ. Cap. VI.

QVanta laude, spiritualiq; exultatione & deuotione toto terrarū orbe solennis dies, quæ uulgo solet adpellari, dies Annunciationis Mariæ uirginis nobis sit peragenda, uel ex hoc accipere possumus, q̃d quēadmodū oīa festa tp̄a gloriosæ uirginis p̃cellunt oīa festa tp̄a sctōr̄ omniū (quod ipsa sanctos oēs tanto p̃cellit in omni laude gn̄is, quanto p̃cellit splendore suo sol oīa alia sydera) sic festa dies annunciationis Marianæ præcellit omnia alia ipsius festa tēpora, uel ideo, quod hæc ipsa dies Annunciationis tam sit ipsius dn̄i nostri Iesu Christi filij dei & Mariæ, quam ipsius matris & uirginis Mariæ:

quandoquidem in ea die fuerit annunciatus domini Iesu, filij altissimi, regis regum, futurus in utero uirginali conceptus, futurusque ex ipso aduentus in gunc mundum, quum uel nterque contigerit ea solenni die.

Apoc. 19

Id quod aperto testantur catholicæ Cæremoniæ, quæ tum obseruari consueuerunt in ipsa sacrosancta Lyturgia, in qua uidelicet, eadem legi canique solet præfatio, quæ legi solet in natalitio Iesu Christi, præsertim in Rhomana ecclesia, quæ sic habet inter cætera: Gratias agamus deo nostro. Vere dignum & iustum est, æquum & salutare. Nos tibi semper & ubique gratias agere, domine sancte, pater omnipotens, æterne deus. Quia per incarnati uerbi mysterium noua mentis nostræ oculis lux tuæ claritatis infulsit. Vt dum uisibiliter deum cognoscimus, per hunc in inuisibilium amorem rapiamur. Et ideo cum angelis & archangelis. &c.

Vel mutatis alicubi uerbis ita: Æterne deus. Et te in Annunciatione Beatæ Mariæ semper uirginis collaudare, benedicere & prędicare Quę & unigenitum tuum sancti spiritus obumbratione concepit, & uirginitatis gloria permanente huic mundo lumen ęternum effudit Iesum Christum, dominum nostrum. Per quem maiestatem tuam. &c.

Et recte nimirum, quia qui debuit ea die concipi, moxque incarnari uerbi diuini uirtute, in uirginali utero, annunciatus est ea die uirgini Mariæ, quæ concepit illum dicens: Ecce ancilla domini, fiat mihi secundum uerbum tuū.

Lucæ. 1.

Quo quidem uerbo dicto mox concepit uirgo citra uirile semen, factaque est uera dei, filij altissimi mater, ad eam statim dicēte Elizabetha, uisitata per illam: Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus uentris tui. Et unde mihi hoc ut ueniat mater mei domini ad me? Ecce enim, ut facta est uox salutationis tuæ in auribus meis, exultauit in gaudio infans in utero meo, & beata quæ credidisti, quoniam perficientur ea quæ dicta sunt tibi a domino.

Iohan. 1

Statim proinde quando gloriosissima uirgo firma fide hæc quinque uerba protulit, Fiat mihi secundum uerbum tuum, spiritussanctus in eam superuenit, ac ipsa dei filium concepit, ac in ea uerbum sic caro factum est, ut ipsa uerbum respondens, suscepit uerbum, proferens suum uerbum, suscepit diuinum, emittens transitorium, amplexa est uerbum sempiternum, manens inæternum.

Matthæi. 26. Psal. 109

In cuius sane memoriā quotidie adhuc fide per quinque uerba, HOC est enim corpus meum, uerbum efficitur caro, & panis ille uiuus, qui de cœlo descendit, mundo dans uitam, qui primum decoctus est in utero uirginis gloriosissimæ, trigesimo deinde tertio, uel circa, anno, oblatus mystice est primū in nouissima cœna secundum ordinem Melchisedech sub specie panis, ac deinceps realiter in ara crucis pro peccato totius mundi, & una quidem eademque die, non numero & specie, sed genere, diuerso quidem tempore, sed uigesima quinta tamen Marcij, quæ fuit dies ueneris.

Et

Et recte nimirum, ut sic tam ratio temporis quam prophetia prophetarum conueniret euangelio, fidemque faceret indubitatam toti mundo, quem fide nec aliter saluandum uoluit deus omnipotens, uti non obscure est intelligere ex collatione præcipuorum punctorum euangelij eiusdem diei, & prophetiarum.

Primo quidem, quia dicit euangelion in aduentu & conceptu Iesu Christi, mundi saluatoris & Messiæ, missum esse angelum in ciuitatem Galilææ, cui nomen Nazareth, & eum inibi conceptum, fieri cœpit uera prophetia Isaiæ, dicentis: Nazaræus de radice eius ascendet. Quamuis Iudæi, scribæ & pharisæi, prorsus increduli, & loci paruitatem præ superbia contemnentes censuerint Messiam non oriturum nec in Galilæa, nec in Nazareth, dicentes Nicodemo: Scrutare scripturas, quia non surgit a Galilæa propheta. Quos simpliciter sequutus Nathanael, uir ille Israelita, in quo non fuit dolus, quum diceret Philippus: Quem scripsit Moses in lege, & prophetæ, inuenimus Iesum, filium Ioseph a Nazareth, respondens ait: A Nazareth potest aliquid boni esse? Nimirum nescientes scripturam & rationem. Ipse quidem dominus totius humilitatis semper elegit infirma & abiecta, tum ut nos doceret humilitatem, nec gloriaremur de patria, tum ut constaret Christianam fidem & religionem non humana potestate, sed diuina uirtute firmatam & introductam, teste Paulo.

Lucæ. 1. Matth. 2. Isaiæ 11. Iohan. 7. Ioan. 1.

Secundo quia dicit ipsum esse missum ad uirginem, quæ conceptura esset filium altissimi, scilicet, Dei, de progenie Dauid, non ex uirili semine, sed de spiritu sancto, fieri cœpit uera duplex prophetia.

Vna quidem Isaiæ, dicentis: Ecce uirgo concipiet, & pariet filium, & uocabitur nomen eius Emanuel, quod est, nobiscum Deus. Isaiæ. 7

Altera Dauidis, in persona patris æterni, de seipso dicentis: De fructu uentris tui ponam super sedem tuam. Hinc quando Iudæos rogaret Iesus, cuius ipsi filium censerent futurum Christum, responderunt ex hac prophetia, filium Dauidis.

Psalm. 131. Matthæi. 22

Et recte, nimirum concipi nascique debuit a uirgine. Et quidem ab integerrima, castissima & purissima, quæ tam nomine Maria quam re ipsa sic omnibus spiritus sancti donis, dotibus & gratijs illuminata fuit, ut non immerito dicatur speciosior esse sole, & super omnem dispositionem stellarum, & quæ luci comparata prior inueniatur, author ipse totius puritatis, integritatis & castitatis, utpote splendor gloriæ & figura substantiæ dei patris, candor lucis æternæ, sol existens iustitiæ, illuminans omnem hominem uenientem in hunc mundum.

Sapient. 7. Hebre. 1

Atque proinde uerissime salutauit eam angelus ea salutatione, quâ nulla creatura

tura fuit unquam salutata, dicens: Aue gratia plena, dominus tecum, benedicta tu in mulieribus. Quæ quidem salutatio fuit ac est inicium lætissimi de Christo tunc nasciturο, euangelij. Quod futurum Deus olim in mundi principio promisit, ad serpentem dicens: Inimicitias ponam inter te & mulierem, & semen tuum & semen mulieris. Ipsa conteret caput tuum. Id quod uirgo Maria fecit instrumentaliter, quando concepit & peperit filium dei, qui sua uirtute caput, id est potestatem serpentis antiqui, Cacodæmonis uidelicet, fregit & ita superauit, ut nobis credentibus nihil prorsus sine consensu nostro damnationis inferre potest.

Gene.3

Hebre.2

Tertio, quia dicit ipsum Christum conceptum a sexto mense conceptionis Ioannis Baptistæ, fieri cœpit uera figuralis comparatio scripturæ, quæ subindicat Christum conceptum in Martio, primo apud Iudæos omnium mensium, dicente ad ipsos de Martio Mose: Mensis iste, scilicet Martius, uobis principium mensium, primus erit in mensibus anni. Quod uero Christus fuerit in Martio conceptus in utero uirginis, arguit hoc, quia Iohannes fuerit conceptus viij. Calen. Octobris, quæ est dies Vicesima quarta Septembris, inter hunc uero & illum mensem reperiuntur sex integri menses. Fuit autem præterea Christus in utero uirginis conceptus Vicesima quinta Marcij, quæ tum fuit feria sexta, quam nos adpellamus diem ueneris.

Exod.12

Primo uero uoluit dominus in Martio concipi, quod uti mundus esset in eo mense materialiter per uerbum nondum incarnatum conditus, ita pariter in eo mense deberet idem mundus spiritualiter creari per uerbum incarnatum, quod ea die mox factum est caro, quando respondit uirgo: Ecce ancilla domini, fiat mihi secundum uerbum tuum. Sicut proinde quinque uerbis filius dei factus est caro cum sanguine, sic quotidie quinque uerbis fidei, Hoc est enim corpus meum, fit idem caro & sanguis, ita quidem ut nec de hoc nec de illo dubitandum est. Quando non sit apud deum impossibile aliquod uerbum.

Iohan.1.

Secundo, quod uti Mense Martio cuncta elementa & terræ nascentia renouari soleant, & ad esse nouum & lætabundum reduci, sic in eo Mense cuncta spiritualiter in homine, qui est omnis creatura suis dotibus, renouarentur, ad esse nouum & beatum reducenda per conceptionem suam, qui dudum eiusmodi renouationem promisit inquiens: Ecce noua facio omnia. Quam quidem renouationem dudum plerique omnes homines pij desiderarunt, clamantes: Innoua signa, immuta mirabilia. Quibus ille fidem fecit, quando fuit conceptus in utero uirginis, iuxta prophetam, dicentem: Creauit dominus nouum super terram, fœmina circundabit uirum. Id quod concipiendo filium dei fecit uirgo Maria, quæ sexu fœmina circũdedit concipiendo Christum, qui quamuis secundum humanitatem paruulus erat in utero, uir tamen fuit ab æterno perfectus.

Isaiæ 6.

Tertio uero uoluit in in ipsa sexta feria nasci, ut quemadmodum ea ipsa die

die creatus erat homo primum, simulq; transgressus, lapsus in æternam & temporalem mortem, ex paradysoq; pulsus, ita ipse ea die hominem rursus sua conceptione & morte (quæ contigit ea quoq; die) recreare, restituere uel let ad uitam æternam patriq; suo reconciliare, ueraeq; paradyso collocare.

Ad hunc sane modum charissimi non modo habetis, quare dies Annuntiationis Mariæ, tam sit domini, quam matris ipsius, & quare tum ceremonialiter legatur eadem præfatio, quę in ferijs Nataliciј Christiani legi solet, quod conceptio Christi tam per ipsum, quam per matrem ex spiritu sancto perfecta fuerit, sed & comprobationem supremi articuli fidei nostræ, quæ est, ut credamus Iesum Christum, filium dei, conceptum citra uirile semen, uidelicet a spiritu sancto, natumq; ex Maria, quæ, figura per Ezechielem testante, uirgo mãsit inuiolata ante, in & post partum, concordantibus, ut dictum est, prophetijs cũ Euangelio, quod in die Annuntiationis Mariæ legitur. Eze.44.

Credere igitur non modo debemus cum Maria & Elisabetha tantũ Christi conceptionis mysterium, sed & grati esse pro ipso debemus semper domino deo, fidem de eo nostram bonis operibus, uti Maria & Elisabetha fecerunt, adprobantes. Amen.

DE CATHOLICIS IN ECCLESIA CÆREMONIJS IN DIE S. MARCI PROCESSIONALITER SERUARI SOLITIS. CAPUT VIII.

IN ferijs diui Marci Euangelistæ Cæremonialis haberi solet Lætania & processio de loco sancto, ad alium locum sanctum. Quibus uero ceremonijs hæc ipsa Lætania & processio peragi soleat, haud operæ precium censuerim hoc loco repetere, quum supra dixerim, quando de Cæremonijs dominicæ & Hebdomadæ Rogationum sermonem habui. Hac proinde parte hoc duntaxat monendum putauerim, esse uidelicet Lætaniam ab Ecclesia duplicem institutam & a multis hinc annis seruatam.

Vna earum est dici cæpta minor, quia fuerit authore minore & in loco, ut pote, a Mamerto Episcopo Viennæ, ciuitate Galliæ temporis Zenonis Impera. anno post Christum natum CCCCLXIIII. instituta, quæ in Hebdomada Rogationum peragitur, qua de paulo superius egimus.

Altera uero dicitur Lætania maior, quia fuerit in loco magno, Romæ uidelicet, a magno Episcopo, ut pote, a magno Gregorio Papa, pro magna causa, nimirum pro submouenda grandi peste, quæ populum Romanum miserabiliter uexauit, & subitanea morte prostrauit. Anno post Christum natum D.XCIIII. solẽniter instituta.

Quum enim temporibus Magni Gregorij populus Romanus, qui tempore quadragesimali continenter uixerat, ac in pascate dominici corporis ꝑceptiõe dño se uniuerat, cito oblitus bñfactorũ ab eo recessit, mandata q̃que

transili

transsiliens, cōmessationibus, ludis, luxurij, & cęteris uicijs ac sceleribus frena laxauit. Dominus proinde non ferens iniuriam, secundum Pauli cōminationem, tanta eum inguinariæ pestis crudelitate percussit: ut in uia, mensa, ludis, colloquijs sternutantes & oscitantes plurimi subito morerentur. Gregorius itaq; pastor pius & prudens, ut domino populum reduceret, ipsiusq; liberationem ab ira eius impetraret, processionem instituit, & per orationum, confessionum ac humiliationum instantiam, desiderata impetrauit. Cuius institutio ab eo usq; tempore prorsus inuiolabiliter toto Christiano orbe obseruata est, & quidem semper in die S. Marci Euangelistæ, cum quo, charissimi, hac etiam tempestate pestifera deuotius est orandum, quum sit ex numero eorum iustorum, qui perpetuo uiuunt cū deo. Nec proinde dubium, quin eius pro nobis apud dominum Iesum intercessio plurimum prosit, iuxta S. Iacobum, dicentem: Multum ualet assidua iusti deprecatio. Quanti uero, uiuens adhuc fuerit idem sanctus Euangelista, non obscure est intelligere in nostro sermone, qui positus est in lib. nostrorum Fragmentorum de diuo Marco, quo lectorem remitto.

1. Corint. 11. — Sapien. 5 — Iacobi 5

DE CATHOLICIS IN ECCLESIA CÆREMONIJS, In ferijs S. Ioannis Baptistæ. Caput VIII.

QVAm uenerabilis, magna & sancta nobis esse debeat dies ipsa natalitia diui Ioannnis Baptistæ præcursorisq; domini nostri Iesu Christi, uel ex ipsius S Ioannis uenerabilitate, magnitudine & sanctitate cognoscimus, quæ ex multis plane dignoscitur. Et quidem in primis, quod eius magnitudinem & sanctitatem non modo prænunciauerit angelus Gabriel, inquiens ad Zachariam, ipsius genitorem: Ne timeas Zacharia, quoniā exaudita est deprecatio tua. Et uxor tua Helisabeth pariet tibi filium, & uocabis nomen eius Ioannem, & erit gaudiū tibi & exultatio, & multi in natiuitate eius gaudebunt. Erit enim magnus coram domino, nec solum homo ipse magnitudinem illius ex miraculosa ipsius & cōceptione & natiuitate pręsagiuit, mutuo dicens ad alterum: Quispuțas puer erit iste? etenim manus domini erat cum illo, sed & Iesus Christus, deus & homo, dominus angelorū & hominum, uerbo ueritatis ita confirmauit eum, ut ipsum Ioannem Baptistā nemini præterquam sibi ipsi postponendum censuit, nec ei præferendū quenq̄, utpote quem uel omnibus post se æquauerit, ut est Hieronymi & Augustini sententia, uel longe prætulerit, ut est Theophylacti & Ambrosij & mea quoque sententia, dicens: Amen dico uobis, non surrexit inter natos mulierum maior Ioanne Baptista.

Lucæ. 1. — Matth. 11 — Lucæ. 7 — Matthæi. 11 — Lucæ. 7

In quo recte quidē uidetur distinctione generis & sexus excepisse Christū, quo iam minorē dicebat se esse Ioannes, ut indignus esset soluere corrigiam calciamentorum eius, & eius benedictam matrem Mariam, quæ non natus fuit, sed nata, sicut ille non mulieris sed uirginis fuit natus. Maior proinde fuit Ioanne Christus, uerum non mulieris, sed uirginis filius: maior quoq; Ioanne fuit Maria, sed inter natas: propter cuius ineffabiles gratias & dotes ad eam

Isaiæ. 7 — Lucæ 1. — Eze. 44.

dicit

dicit scriptura: Multæ filiæ congregauerũt diuitias, tu sola supergressa es uniuersas.

Non potuit utiq; Ioannes nõ esse maior quolibet, qui participauit de una quaq; Hierarchia sanctorum, & non solum in omnibus choris hominum sanctorum in cœlo, sed & in choro angelorum reperitur.

Magnus utiq; fuit, quia Patriarcha, quum fuerit, domino teste, limes & terminus utriusq; testamenti, cum quo lex uetus, & ea quidem rigoris & iustitiæ cessauit, lex uero cœpit noua, & ea quidem gratiæ nouæ, quam & ipsum nomen Ioannes, quod gratiam sonat, exprimit. Cuius sane præscius angelus hoc ipsum nomen simul cum natiuitate prænunciauit, dicens: Et uxor tua Helisabeth pariet tibi filium, & uocabis nomen eius Ioannes. Atq; hoc est, quod parentes eius ab angelo præmoniti puero in circumcisione nomen patris Zachariæ dandum noluerint, dicente matre, quum uellent eum uocare Zachariam: Nequaquam, sed uocabitur Ioannes. Et ipse pater quoq; mutus & surdus adhuc propter incredulitatem, accepto pugillari scripsit, dicens: Ioannes est nomen eius, quum tamen nemo esset in eius cognatione, qui uocaretur eo nomine, sed esset etiam ueteris apud Iudæos consuetudinis, ut pueri nominarentur nomine parentum, maxime Primogeniti, decuit igitur eum habere nomen nouum & nouæ gratiæ, qui prædicturus erat eum, qui noua faceret omnia ueteraq; finiret. Lucæ. 1

Magnus etiam fuit Ioannes, quia non modo propheta sed plus quam propheta, teste domino, fuit, quãdo dominum prophetarũ uidit & tetigit, quem cæteri duntaxat a longe prædixerunt. Matth. 11 Lucæ. 7 Iohan. 1

Magnus fuit Ioannes, quia fuit apostolus & angelus a deo missus, ut de lumine præberet testimonium.

Magnus fuit, quia uirgo, quum uxorem habuisse non legatur.

Magnus, quia confessor, ut qui confessus est uere & non negauit, se scilicet non esse Christum, sed ipsum esse Iesum Nazarenũ, cuius non esset dignus soluere corrigia calciamentorum.

Magnus, quia monachus, heremita, similis Heliæ, spiritu, habitu, uita, pũer adhuc existens in desertis usq; in diem ostensionis suæ ad Israel, uinum & syceram non bibens, melle & locusta pastus, pellibus Camelorum indutus, pellicea zona cinctus.

Magnus, quia uita prædicatione sua multos filiorum Israel ad dominum deum conuerterit, illiq; plebem perfectam reddiderit.

Magnus deniq;, quia martyr, ob ueritatem & iustitiam misere ab Herode inuidia Herodiadis in carcere decollatus fuerit. Subsequens igitur est, q̃d dominus ipse uere censuerit illum maiorem cæteris esse, dicens: Amen dico uobis, inter natos mulierum non surrexit maior Ioanne Baptista.

Iam uero charissimi si Lucas Euangelista uel ideo magnus habetur, quod ab ipso Paulo commendetur, quum dicit eum esse, cuius laus sit in Euangelio per omnes ecclesias, quam putemus habendus sit magnus Ioannes ipse Baptista, cuius non solum ubiq; laus est in Euangelio, sed & per authorem Euan-

gelis, utpote Christū, regē laudis & gloriæ passim expressa, nec modo per ecclesias, sed & p̄ synagogas Iudæorū & Æthnicorū congregationes, utpote q̄ illius etiā magnitudinē iam olim certis cæremonijs, q̄ uariæ sunt, ostenderunt & inter natos mulierū dignitate Christo & deiparæ Mariæ non esse quenq̄ proximiorē, prout utriusq̄ tēpus & cōceptionis & natiuitatis, q̄d pulchre sibi mutuo conueniens est, arguit, prout statim ostendemus in cæremonijs in eius ferijs seruari solitis.

Prima earū est, quod in eius feriarū natiuitatis uigilia ieiunat ecclesia proptē eū quidem, q̄a puer adhuc in hæremo quoad ostēsionē suā in Israel, ieiunauit & asperā duxit uitā, cui merito cōpatimur, & proptē nos quoq̄, quatenus ieiunando carnalit̄ & sp̄ualiter ad deuotā celebrationē eius feriarū futuri simus aptiores magisq̄ idonei, sicut eñ crapula grauat cor, ita absti. leuat & purgat.

Matth. 3. Secunda, q̄m in plerisq̄ in locis in eius ferijs summo mane legit̄ circa solis ortum lyturgia sacrosancta, sicut in die natiuitatis Iesu Christi, in argumentū, quod ipsius natiuitas, q̄ die xxiiij. Iunij pagitur, non secus atq̄ aurora fuit, quę nobis p̄dixit esse propinquū Christū, solē iustitiæ, unde & aurora & Lucifer adpellari cœptus est, q̄a Christū q̄si lucifer solē p̄cesserit, atq̄ ꝓpterea p̄cursor dñi dictus est. Tertia, q̄d multis in locis cū singulari tripudio & gaudio fiunt incendia & rogi, q̄bus significat̄, q̄a Ioannes Baptista fuerit illa lucerna, qua de Christus ait: Ille erat lucerna ardens. Vnde dici cœpit apud grecos, lampas, de qua dudū pater cœlestis p̄dixerat per ꝓphetā, inquiens: Paraui lucernā Christo meo. Ardens utiq̄ fuit & lucens lucerna in utero matris, post partū infans & factus deniq̄ uir. In utero quidē lucerna fuit ita uehemēter ardens ab igne sp̄ussancti, ut iam Christi sentiret aduentū, q̄ needū sentire potuit seipsum, qui quū illo adhuc in spe sub modio adhuc in utero matris poneretur, & soli matri luceret, magnum ei pietatis sacramētū reuelans ipso motu nouæ exultationis, postea luxit oībus, qui erāt in domo dñi, q̄ppe multos filiorū Israel ad dñm conuertens, quibus arsit & luxit. Arsit inquam fide & dilectione, luxit uerbo & actione puer adhuc, & deinde uir factus, utpote, qui euangelista teste, puer creuerit, & confortatus fuerit sp̄u, fueritq̄ in desertis usque in diē ostensionis suæ ad Israel. Huius igit̄ ardētis & lucentis lucernæ memores esse debemus, eāq̄ sicut exemplar imitari apud ignē, q̄ fieri solet in eius ferijs, q̄ quoq̄ fieri debet cum deuota memoria diui Ioannis Baptistæ.

Non proinde cęremonias catholicas, sed potius superstitiones abusionesq̄ diabolicas planeq̄ post hac minime ferendas obseruant, qui non modo tp̄e eiusmodi incendij uel ignis sed & in totis ferme sanctissimi uiri ferijs quasi uesani, lasciuis & impudicis cantilenis, saltationibus, choræis, crapulis, bibitionibus, conuiuijs, iocis & id genus a'ijs abusionibus indulgent, dehonestantes sanctissimum uirum, qui nihil horū fecit unquā, de quo ueritas ait: Venit Ioannes neq̄ mādūcās neq̄ bibēs, imo sic innucēs, eū nō fuisse lucernā sanctæ

Matth. 11. uitæ & doctrinæ, sed uitiorū tenebras, similes proinde peruersissimis Iudęis, ad quos de Ioanne Christus aiebat: Ille erat ardens lucerna & lucens, uos aūt noluistis ad horam exultare in luce eius.

Sed

Sed inquis nõ lętādū est in tāto festo tanti uiri? Est inquā gaudendū, in ferijs eius uiri, in cuius natiuitate teste angelo multi debebāt gaudere, cū ipsemet nōdū natus in utero exultauit ultra legē paruulorū nascētiū, q plerīq; oēs a materno utero pdeūtes mœrēt & plorāt, sed gaudēdū ē nō carnali sed spūali gaudio, q nō aliud est q̄ q̄dā interior lętitia, q̄ nascit ex recordatione diuinæ gratię & sanctitatis eius, cui gratia data est, quā deinde sanctitatē bene beate q uiuendo qs sequtur. Atq; hoc est, q Christus increpauerit Iudęos, q noluerint exultare in luce scilicet uirtutū, nō aūt in tenebris, quas ille nō habuit, in qbus gaudēt, q sic insaniunt in ferijs S. Ioannis. Quarta cęremonia est, q in qbusdā Christiani orbis finibus & locis uoluitur rota, & ea qdē q̄nq; incensa, significans, solē in firmamēto cęli, ad significādū uidelicet, q quēadmodū sol, p rotā significatus, q nup cū radijs suis ad altiora sui circuli pueniens, in die natiuitatis S. Ioannis altius peruenire non potens, sed se uertens descendit, diesq; tunc minor breuiorq; fieri solet (unde & dies natiuitatis sancti Ioānis Baptistæ dici cęptus est apud Germanos a uersione solis: Sant Ioannes Sonnuuend, apud gręcos uero Lampas, q̄d tū sol instar lampadis altissimus adpareat, q̄d tamē res nō habet, sed ante octiduū fuit altior) in die vo natiuitatis Iesu Christi cū radijs suis inferius descendere nō potēs ascēdit, redditq; tū dies longior & prolixior, ita quidē Ioannes Christo nōdū nato nec adhuc pdicāte ita summus & altissimus, & in primis a suis discipulis est habitus, ut a multis cœperit haberi Christus, quasiq; uulgi iudicio supra Christū longe ascendēs: sed Christo nato, eoq; pdicante miraculaq; patrante, cū xij. discipulis suis, q p radios accipiunt, cœpit ipse Ioannes descendere p famā, fieriq; minor, Christus uero ascendere maiorq; reddi, prout Ioannes ipse, quū discipuli eius admirarentur, q Christus cui paulo ante apud Iordanē dederat testimoniū, baptizaret, & pleriq; oēs ad eum uenirēt, rñdens ait: Illum oportet crescere, me autē minui. Qui de sursum uenit sup oēs est, qui est de terra de terra est, ostendens se esse hoiem de terra factum, sed Christum eē deum adeoq; dei filium, nec a terra, sed hominē a deo spiritu scto̅ cōceptum, qui recte fama diuinitatis deinde cresceret, ipse uero minoraret fama diuinitatis, q̄ nulla esset in eo natura. Creuit proinde dn̄s, qa toto terrarū orbe fidelibus creditus ē, q ipse solus Christus esset, q pauloante solum, ppheta credebat, innotuit. Decreuit aūt ac minoratus ē Ioannes, quia qui Christus æstimabatur, q non esset Christus ipse, sed Christi pręco, prorsus adparuit. Igitur iure nato Ioāne, lux diurna minorari incipit, cuius fama diuinitatis desitura, & baptismus in breui finē esset habiturus. Iure q̄q; nascēte dn̄o dies abbreuiata ad incremētū luminis redit, qa adparuit ille q lucē suæ cognitiōis, quā prius sola Iudęa, & hoc tm̄ ex parte, habebat, cūctis gētibus adapiret, calorēq; suę dilectiōis in totā mūdi latitudinē diffunderet. Hoc itaq; uult sibi alicubi rotæ uolutio, nēpe significās Ioannē utiq; maiorē oībus, sed eo tñ esse Christū maiorē, cuius ipe fuit ppheta, pcursor, lucerna, baptista & amicus singularis, ut de seipso testat alias. Id q̄d & dn̄s apte subindicat, inquiēs: Amen dico uobis, nō surrexit inter natos mulierū Ioanne Bapti maior, q autem minor est in regno dei, maior est illo,

Lucę 1
Iohan. 5
Iohan. 3
Genesis 3
Matth.
Iohan. 1

se ipsum uidelicet significans, qui, in regno dei siue etiam cœlorū, quod idē est, id est, in ecclesia militante minor aliquando habebatur ipso Ioanne: fuit re uera Ioanne ipso teste, multo maior.

Hæc nimirū sunt cæremoniæ, quæ passim in Christiano orbe geruntur, in ferijs natalicijs diui Ioannis Baptistæ, quæ profecto nec sunt impiæ nec inutiles, si ipsis utimur cum deuota quadam rerum cœlestiū & diuinarū, eaq; graui maturaq; memoria & significatione, quā in se continent, ut audiuimus, satis iucundam.

Quod uero nonnulli in eisdem ferijs colligunt ossa & quædam alia immūda, cōburentes ea, ut deinde fumus in aerem producatur, ferentesq; deinde tædas & faces arua circumeunt, partim sequuntur superstitiose Æthnicos, partim mendaciter repræsentant ossiū diui Ioannis cōbustionē, qui nec xxiiij. Iunij, sed tempore paschali mortuus traditur, decollatus per Herodē anno post Christū natū xxxij. utpote anno passionem dñi præcedente.

Quum olim ut nonnulli tradunt circiter tpa Iunij & Iulij, dracones in aere uolantes sub tempus feriarū Ioannis Baptistæ sua libidine & immunditia per calorē solis, qui tunc plerunq; intēsissimus est, excitata, puteos & fontes infecissent, cœpissetq; deinde aer una cū aqua sic corrūpi, ut multi propterea uel infirmarent uel morerent, ex cōsilio philosophorū psuasi, passim circa puteos & fontes fecerunt ignes & incēdia, facesq; iactitarūt in aliū, credentes ex eorū ardore & fumo uenenū & corruptionē, ppulsatū iri. Sed qd aūt ad Ioannem Bap. q̄si hæc ipsa infectio nō grassata fuisset nisi in eius die, quasiq; ipse fuisset caula talis corruptionis. Nec uere nec indubitato repñsentare possunt cōbustionē ossiū S. Ioannis Bap. q̄ nōnulli opināt cōbusta a gētilibus in ciuitate Sebasto, qñquidē nulla fide digna satis historia serio testet hoc ipsum, sed cōtrariū a doctioribus, & ijs quidē recentioribus ferī & a uetustioribus quoque, uidelicet hoc,, quod Ioannes Bap. cōiectus sit ab Herode propē libertatē ueritatis in carcerē Macherūte, quod castellū fuit, quodq; post eius decollationem corpus eius discipuli uenerint & ipsum sepelierint in Sebaste ciuitate, q̄ dicebat antea Samaria, ciuitas regia in Israel inter Iudæā & Galilęā, latine Augusta, quia fuerat ab Herode in Augusti Imp. gratiā renouata, caput uero trāstulerint Hierosolymā, q̄d deinde mirabilit cū ossibus ipsius, cura diligētiaq; Imp. Theodosij, Martiani, Valentis trāslatū est Cōstantinopolim, ubi in eius honorē cōstructa est ædes sacra, deindeq; Genuā ossa delata sunt, ubi adhuc quiescere dicuntur, caput uero Pictauiū in Gallia a rege Pipino deportatum. Hac de re satis ubiq; dubia uide Eusebiū in noībus locorū ex Actis apost. & de locis Hebraicis Hieron. sup Abdiā. Scholast. histo. cap. lxxiij. Euseb. Hist. Eccl. lib. ij. cap. xxviij. Tripar. lib. vi. cap. xv. Sozomenū lib ix. cap. xxxiiij.

Matth. 14
Marci 6

Ego sane cæremonias eiusmodi dubias, nec omnino nos admonentes rerum Christianarum, uel præteritarum, uel præsentium, uel futurarum, censeo uel submouendas, uel ita agendas, ut euidenter in dei gloriam, uel in suorum laudem, uel nostram salutem quoquo modo cædere uideantur, & hasce quidē de ignibus & incēdijs in S. Ioannis Bap ferijs aut submouēdas aut ita celebrādas, ut

ut citra leuitatem sint nobis in memoriam sanctam sancti Ioannis, tanq̃ lucernæ, in cuius luce simus spiritualiter gaudentes & eius imitatores, donec perueniamus ad ęternam illam lucem claritatis æternæ. Amen.

DE CATHOLICIS IN ECCLESIA CÆREMONIIS in ferijs diuisionis apostolorum. Caput IX.

QVamuis dies ipsa, quæ diuisionis apostolorum inscribitur, non toto terrarũ orbe, sed multis dũtaxat in locis eiusdẽ celebris ẽ & solẽnis & festa, ego tñ a puero in hoc usq; tempus semper & quidem maxime desideraui eã dem diem nobis omnibus qui Christum profitemur, fieri debere summe festam, celebrem & solennem. Quanta enim ueneratione & obseruantia eadem ipsa dies modis omnibus digna sit, partim ex eius nomenclatura, partim ex ipsius cæremonijs, quæ in multis prouincijs, & præsertim Germaniæ, peragi solent, intelligere possumus.

Eius enim nomenclatura est, Dies apostolorum diuisionis, haud utiq; sic adpellari cœpta, quod illi quoquo modo fuissent ea die discordes inter se & diuisi, quos usq; adeo spiritus unitatis & concordiæ uinculo pacis statim post ascensionem dominicam perseuerantes unanimiter in oratione coniunxit animo, ut cor omnium fuerit unum & anima una. De quibus canitur, quia nec in uita nec in morte fuerint separati. Sed ideo dies diuisionis apostolorum uocari cœpta, quod ea die, idibus uidelicet Iulij, quæ quintadecima est eiusdem, anno post Christi ascensionem duodecimo, ipsi duodecim apostoli tradantur diuisi sigillatim, & profecti in singulas totius orbis partes, & diuisas iuxta domini iussionem & impletionem oraculi regij prophetæ dicentis: In omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines terræ uerba eorum. Id tum esse completum, quando se partiti sunt in singulas partes, alibi Paulus satis insinuat. Sunt enim illi ter quatuor proceres, qui sicut ecclesia canit, in quatuor terræ plagis tanquam gloriosi legati summi regis euangelion annunciarunt, perindeq; gloriosi principes Christo belligerati sunt. Siquidem Oriens cesserit Thomæ & Bartholomæo, Meridies Simoni & Matthæo, Aquilo Philippo & Thaddæo, medium mundi Matthiæ & Iacobo iusto, mediterranęi maris prouincię Ioanni & Andreę, Occidentis regna Petro & Iacobo Zebedęi, ipsi autem Paulo totus mundus, quem, ecclesia testante, suis prędicationibus & scriptis docuit.

Acto. 4.
Psalm. 18.
Roman. 10

Iam uero licet ab inuicem corpore non tamen animo sunt separati, neq; a charitatis uinculo, quod in unitate consistit, sunt diuisi, qui concorditer deum trinum & unum prædicarunt. Quinimo semper in unum coniuncti, atque in Christo tanquam in centro coincidentes, locorum tamen spacijs seiuncti, filios dei, qui dispersi erant, congregauerunt in unum, & dissipatas oues ad unũ ueri pastoris ouile coegerunt.

Ioan. 11

Quomodo autem hoc ipsum fecerint, satis argumento sunt cæremoniæ, q bus plerique pluribus in Christiano orbe locis utuntur in ipsa die diuisionis apostolorum. Sunt autem hæ ceremoniæ.

Claudũt scholastici literarij ædes ludi literarij, quas ludi magister una cum suis fortiter oppugnat, contra quē illi repugnant, donec iste uel uolũtarie pollicetur eis a studijs remissionem uel eam ipsam uincendo expugnandoq; largiatur.

Scholastici claudentes ædes contra suum magistrum & qui cum eo sunt, repræsentant quoscunq; infideles, Christum & apostolos, qui per ludimagistrum & suos collaboratores designantur, primum recipere nolentes, donec per illum expugnati obligatam habuerunt remissionem peccatorum. Quandoquidē, illi, inquã, apostoli sunt principes illi uere gloriosi, quos summus ille monarcha, Dauide uaticinante, constituit super omnem terram, ut eam sibi belligerando subiugarēt, quos ecclesia proinde uocat inclytos dei bellatores.

Psalm. 44

Sed contra quem belligerati sunt? Contra diabolum & eius satellites & adhærentes, cuiusmodi fuerunt infideles impij, quem dominus uocat antiquum draconem & serpentem, quum in persona ecclesiæ dicit ad apostolos: Estote fortes in bello, & pugnate contra antiquum serpentem &c.

Sed quibus armis illi pugnarunt contra cacodæmonem & infideles? Vtique non materialibus & corporeis, sed spiritualibus, de quibus Paulus ad Ephesios: Sunt autem ipsa arma spiritualia nihil aliud quam dona dei uirtutesque diuinæ adeoq; theologicæ, quæ alias adpellat idem Paulus arma lucis, inquiens: Abijciamus ergo opera tenebrarum, & induamur arma lucis. Qui se alio in loco declarans quodammodo ait: Induite uos electi dei sancti uiscera misericordiæ, benignitatem, humilitatem, modestiam. Siquidem per eiusmodi uirtutes pugnetur contra diabolum, mundum & carnem. Ad hũc sane modum fides ipsa apostolorum fuit scutum, galea, spes, lorica iustitia, gladius ipsum dei uerbum efficax & penetrabilius omni gladio ancipiti, pertingens usque ad diuisionem animæ ac spiritus, compagum quoq; ac medullarum. Hinc Paulus admonens ait: De cætero fratres confortamini in dño & in potentia uirtutis eius. Induite uos armaturam dei, ut possitis stare aduersus insidias diaboli. Quoniã non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus principes & potestates, aduersus mundi rectores tenebrarum harum, contra spiritualia nequiciæ in cœlestibus. Propterea accipite armaturã dei, ut possitis resistere in die malo, & in omibus perfecti stare. State ergo succincti lumbos uestros in ueritate, & induti loricam iustitiæ, & calciati pedes in præparatione euangelij pacis. In omnibus sumentes scutũ fidei, in quo possitis oĩa tela nequissima ignea repellere, & galeam salutis assumite, & gladiũ spũs, q̃d est uerbum dei. &c. Ad idē hortat̃ Petrus, inquiens: Sobrij estote, & uigilate, q̃a aduersarius uester diabolus tanq̃ leo rugiens circuit, quærēs quē deuoret, cui resistite fortes in fide. Id q̃a apl̃i bellatores inclyti fecerũt, cœpit fieri uerũ q̃d ait Ioannes: Omē q̃d natũ ē ex deo, uincit mũdũ. Et hęc est uictoria, q̃ uincit mundũ fides nostra. Quis ē q uincit mundũ, nisi qui credit, q̃m Iesus est filius dei. Quales quia fuerunt apostoli, factũ ē, ut p fidē & reliquas theologicas uirtutes uicerint regna mũdi, carnis & cacodæmonis, estq; eorũ iuxta prophetã principatus ita nimis cõfortatus, ut eorũ armis, hoc est, diuinis

Roman. 13

Coll. 3.

Hebræ. 4.

1. Petri. 5

Psalm. 138.

uirtutibus

uirtutibus & pdicationibus etiã totus mũdus resistere nõ potuerit, quinimo uerũ fieri fecit dñs in eis, quod ad ipsos antea dixerat: Cõfidite, qa uici mũdũ. Ioan. 16 Nolite timere pusillus grex, qa cõplacuit patri uestro, dare uobis regnum. Lucæ 12.

Nonne quæso, Christus, rex regũ hoc ipsum, quod semel promisit, eis in tẽpore præstitit abunde, quum ipsi uirtutibus euangelicis & doctrinis suis quãtumuis paradoxiacis effecerint quod ante ipsos mortalium nemo quouis modo potuit efficere. Fuerunt sane magni quondã uehementesq; legumlatores apud Athenieñ. Solon, apud Lacedæmonios Lycurgus, apud Cretenses Minos, apud Romanos decemuiri: nullus tamen eorum efficere potuit, ut leges, quas tulisset, utcunq; carni quandoq; plurimũ arridentes, aliæ quoq; natiões amplecterentur. Ac ne quisquam illorum tentauit quidem hoc, ne pter inanẽ operam impudentiæ quoq; lucrifaceret opinionẽ. Nonne, obsecro, Solon uix decenni exilio leges suas uni obtrusit ciuitati? Et Plato uir tam doctus & facundus nunquam persuadere potuit, ut Athenieñ. reciperent leges ipsius. Quum tamen non addubitãdum est, quin omnes sibi persuaserint, leges, quas condidissent esse ueras, & optasse, si fieri potuisset, ut totus terrarũ orbis eas amplecteretur. Insuper ne Moses quidem leges ultra nationẽ unam propagatæ sunt, quamuis pharisæi magna ambitione proselytos aliquot uenarentur. Addo, quod ne uiolenta Cæsarũ quidem authoritas extorquere potuit, ut ipsorum leges apud omnes gentes pondus haberent. Et quod illi conati sunt ꝑditis legibus, idem conati sunt philosophi, præceptis suis, magno iudicio summaq; cura proditis. Quorum nemo tam eloquens fuit tamq; eruditus, ut uni cuipiam nationi persuadere potuerit.

Soli apostoli, qui nec genere nec potentia, nec æloquentia nec numero, nec id genus rebus humanis aliis humano more ualentes & pollentes, (utpote q̃d Acto. 1 eorum duodecim duntaxat, & magna quidem ex parte piscatores, cerdones, illiterati, simplices & prorsus inermes extiterint) armis suis spiritualibus, id est, euangelicis uirtutibus, dotibus & prædicationibus, Christo cooperante & illas signis pro loco, tempore & persona sequentibus confirmante, intra plane paucos annos cunctas totius orbis regiones & prouincias occupauerunt, persuaserunt ac uicerunt, nempe Graecos & Barbaros, doctos & indoctos, plebeios & reges, quãlibet antea rebelles, ad se pertrahentes, tam pugnãdo efficaces, ut ad eorum oppugnationes ac prædicationes infinita propemodum milia hominum, relictis patriis legibus, relicta maiorum religione siue potius superstitione, relictis uoluptatibus ac uiciis, quibus ab incunabilis assueuerant, nouam ac peregrinam religionem & fidem, quippe Christianam, quantumuis inuisam primitus, amplexati fuerint, seq; totos Christo dediderint, & eo quidem tempore, quo nullum magis fuit instructum, nec eruditionis nec facundiæ præsidiis, nec Monarcharum potentia, nempe quando Romanum imperium cum aliis orbis regnis mire doctis hominibus, diuiciis & populis modis omnibus floruit.

Atq; licet uniuersus mũdus omnibus suis p̃sidiis aduersus tãm paucos, & eos inermes apostolos & eorũ dogmata pugnaret, nec se primũ dedere uellet,

efficere tamen non potuit,quin ipsi occupata primum Graecia,Neronis urbẽ & aulam inuaderent,deinq; statim per omnes Romani imperij prouincias sese conferrent,& dilatarẽt usq; ad Gades & Indos,usq; ad Aphros & Schytas,& penitus toto diuisos orbe Britannos, quum tamen eæ gentes interim omnes linguis,legibus,ritibus,moribus,institutis,dijs,religione,forma plurimum inter se dissiderent: mox ex tanta discordia usq; adeo sunt factæ concordes,ut pleræq; omnes unum principem,regem regum, & unicum totius orbis dominum & seruatorem,Iesum Christum adorauerint, & laudibus uexerint,qui nec interim direptiones bonorum,exilia,carceres,cruciatus, mortes quicquam duxerunt,sed pro nihilo habuerunt ob Christi & eius religionis amorem. Iam uero,quæso,quis unquam repertus est,qui uel pro Solonis legibus uel Zenonis decretis mortem oppetere sustinuerit? & pro simplici Christi & apostolorum doctrina & religione tot etiam senum,tot iuuenũ,tot matronarum,tot uirginum myriades suas ceruices secandas usq; adeo præbere non dubitauerint,ut ecclesia de eis in hæc usq; tempora adhuc canat: Isti sunt sancti,qui pro testamento dei sua corpora tradiderunt, & in sanguine agni lauerunt stolas suas, In qua quidem re uel hoc maxime mirandum est, quod Christi & apostolorum dogmata longe fuerint admirabiliora, magisque a sensu communi abhorrentia carni, mundoq; contraria quam philosophorũ paradoxa: & quia doctrinam istorum nemo principum oppugnauit, & sua tamen sponte euanuit,ueluti & leges & magia & ritus sacrificiorum. Quis nãque modo sacrificat dijs Æthnicorum uel mactat Iudaicas uictimas? Quis nunc nouit Zoroasten? Quis Pythagoræ ænigmata pili facit? Quis Apollonij Tyanæi uitam non instar somnij legitimo quis legere dignatur?

Aduersus Christum & eius apostolos eorumq; doctrinam,fidem & religionem,adhuc teneram nascentemq; mox totus coortus est mundus omnibus suis præsidijs,per Iudæos prætextu religionis aduersus omnis religionis fontem pugnantes,per philosophos omni doctrinæ genere pollentes, per Sophistas disputandi pertinacia inuictos,per rhetores æloquentiæ uiribus admirabiles,per tyrannos omni genere seuiciarum armatos,per reges,præsides,magistratus,per magos ac præstigiarum artifices,per dæmones huius mundi dominos. Quos quidem omnes omnium tumultus & oppugnationes uelut inundans malorum pelagus,Christus & apostoli simul cum sua doctrina exceperunt,sustinuerunt,perruperunt & deuicerunt. Ad quorum prædicationẽ euangelicam omnia humanæ potentiæ simulachra euanescere coacta fuere, quamuis ipsos & eorum fidem pleriq; omnes obruere moliti sint: quum interim libri eorum,qui summo ingenio,mirabili eruditione, exquisita facundia scripserunt aduersus Christum & apostolos & eorum euangelion, ueluti somnia quædam euanuerint,adeo,ut ne extent quidem, nisi si qua fragmenta seruata sint a Christianis.

Reges quod prius impugnarunt,deinde adorarunt, magica uis euanuit, dæmones eiulantes eiecti sunt. Philosophia suam confessa est insciriam, relictaq; stulta hominum sapientia suscepit sapientem crucis stultitiam. Rheto-

res scripserunt encomia Iesu Christi, poetæ deos ueteres exibilarunt, & pro innumeris unū Iesum Christum decantarunt. Sed quanto, obsecro, tempore hęc tanta mundi expugnatio & mutatio per apostolos facta est? Non utique mille, nec aliquot centenis, sed paucis annis a Christo occiso per totum terrarum orbē fieri cœpta est, ac nullis humanis p̄sidijs ita semper in maius creuit, ut non multo dein tempore per tres orbis partes, Asiam uidelicet, Aphricam & Europam, imo per quatuor mundi plagas, Orientem, Meridiem, Septentrionem & Occidentem transierit. Est & hoc admiratione dignum, quod qui Christum & eius apostolos persequebantur, non modo habuerint uaria terriculamenta, quibus etiam mascula pectora labefactare possent, utpote ædicta, tribunalia, confiscationes, proscriptiones, exilia, carceres, eculeos, uirgas, secures, cruces, ignes, bestias, mortes, uerumetiā illecebres uarias, qbus animus quālibet continens, corrumpi posset. Quandoquidem imperator, uti dubiū non est, dixit: Abnega Christum, & esto inter proceres meos primus. Quod nisi feceris, confiscabuntur omnes tuæ facultates, sæuiam in uxorem & liberos, tu uero bestijs obijcieris. Tantum autem absuit, ut quispiā apostolorū & eorum, quos ad fidem spirituali prælio coegerunt, retrocesserit aut apostatauerit a Christo & eius religione mœstus, ut etiam gauisi fuerint omnes, deoq; gratias egerint, conspicientes sibi quidquid habuerunt ereptum, quiq; deinde se ultro excarnificandos præbuerunt. Adde, quod nec philosophorū dogmata lenocinio caruerint. Siquidem Stoici libertatem, ueras diuitias, sanitates, regna aliaq; dictu magnifica polliciti sint: Epicuri auribus hominum uoluptatem cōmendauerint: Peripatetici bona corporis cū uirtute copulauerint: ipse uero Christus & apostoli nullis plane terroribus humanis quępiā ptraxerint, nec habuerint plausibile quicquam apud mundum & carnem, sed incredibilia prorsus omnia. Ipsi quidem apostoli non annunciarunt nec defenderunt pugnando, nisi quendam Iesum crucifixum, qui morte sua liberasset totū genus humanum, hunc esse deum & hominem, natum ex uirgine, fuisse mortuū & resurrexisse a morte, sedereq; nunc ad dexteram dei patris, in quē qui crederet, fideq; suā bonis pijsq; uirtutibus & opibus quasi quibusdā signis adpbaret, eum habiturum remissionem peccatorum, per pœnitentiam eundē, suoq; tempore, utpote in nouissimo die, reuicturum, habiturūq; uitam deinde sempiternam, qui tamen interim Christi nomine lugeret, esuriret, sitiret, affligeretur, male audiret, & demum occideretur, &c.

Act. 5.

Nunc aūt, oro, quis philosophorum fuisset ausus hæc tam paradoxa, tam non placentia carni proponere? Et hoc ipsum tamen perpauci uiri, utpote, duodecim, ignoti, humiles, abiecti, tenues, idiotæ, ignobiles, nulla propemodum data opera sic toto terrarum orbe, quantūuis omni sæuiciæ genere mundo rebellante, sic passim persuaserunt, ut ad se regna, prouincias, ciuitates, oppida, castra, humilesq; casas traxerint Christoq; sic pugnando lucrati sint & adiecerint, ut interim habitus fuerit insanus, qui nō credidit, imo ut multa hominum milia uitam citius deseruerint quā ut a Christo desciscerent. Cœpit proinde uerū fieri quod illis p̄dixerat ipse Christus ad discipulos dicens: Cū

Matth. 5. Luce. 6

audie-

audieritis p̄l a & seditiões, nolite terreri, oportet primū hæc fieri, sed nōdū fi nis statim. Sed ante hęc oīa inijciēt uobis manus suas, & psequēt uos, traden tes in synagogas & custodias, trahentes ad reges & p̄sides ,ppt̄ nomen meū. Cōtinget aūt uobis in testimoniū. Ponite ergo in cordibus uestris nō p̄medi tari queadmodū rñdeatis: ego em̄ dabo uobis os & sapientiā cui nō poterunt resistere & cōtradicere oēs aduersarij uestri. Nō em̄ uos estis q loquimini, sed spūs p̄ris uestri q loquit̄ in uobis. Nolite timere eos q occidūt corpus, aīam autem non possunt occidere, sed potius timete eū q potest aīam & corpus pde re in gehennā. Ecce ego mitto uos sicut oues in m. lup. est. er. pru. sicut ser. &c.

Lucæ 21. Math. 10

Id sane apostoli ipi tantopē cęperūt exequi die Iulij, xv. (q̄ ,ppterea diuisio nis inscribit̄ apostolorꝝ) ut & in ppetuā rei memoriā scholastici qbusdā bellis & p̄lijs pinde atq; comicis quibusdā siue tragicis ludis & spectaculis multo iam olim tpe cęremonialit̄ spūale eorūdē bellū (sicut dictū est) rep̄sentauerint, canentes interea cū catholica ecclesia, q̄d ex propheta desumptū est oraculū: In omnē terrā exiuit sonus eorꝝ, & in fines orbis terræ uerba eorū. Isti sunt tri umphatores & amici dei, q cōtēnentes iussa principū meruerūt p̄mia ęterna. Modo coronant̄ & accipiunt palmā. Isti sunt q uenerūt ex magna tribulatio ne, & lauerūt stolas suas in sanguīe agni. Isti sunt q uiuentes in carne, plātaue runt ecclesiam sanguine suo: nō sunt de terra corpora eorꝝ separata, q̄rū me rito sunt in cęlis aīæ sctōꝝ coęquales. Siquidē sine q̄rela fuerint añ dñm, & ab inuicē non separati, & tradiderūt corpora sua ,ppt̄ deū ad supplicia, ideo nūc coronant̄ & accipiūt palmā. Calicē dñi biberūt, & amici dei facti sunt. Habi ta em̄ passim p fide uictoria Christi & eius fidei noīe singuli suā mortē uiolē tam, sed tñ libent̄ obierunt. Petrus & Paulus una die Romæ sub Nerone im perat ultimo anno eiusdē, ille crucifixus & in Vaticano sepultus, hic uero ca pite plexus ad aquas Salinas in uia Ostieñ. Andreas, q Scythiā accepit in sor tem, in Patris ciuitate Achaię crucifixus sub pcōsule Ægæa. Iacobus cogno mento maior, Hierosolymis sub Herode Agrippa decollatus. Iacobus cogno mine minor, Hierosolymis occisus anno Neronis vi. Thomas, qui Parthos, quos in sortē accepit, in India martyrio coronatus. Matthæus in Æthiopia, quā sorte accepit trucidatus, Simon & Thaddęus in regionibus Persidis mar tyrio coronati sunt. Bartholomæus, qui & ipse Indiā accepit in sortē, in Alba no urbe maioris Armeniæ mortē subijt. Philippus Hierapoli crucifixus est: quāuis sint qui tradant eū solū & Ioannē euangelistā uiolentā mortē nō op pecijsse. Matthias secundū aliquos in Iudæa, secūdū aliquos in Ægypto pro Christi nomine trucidatus est. Sed de tpe, loco & modo martyrij uniuersorū & singulorū apostolorū, deq; miraculis & prodigijs eorundē, post alios, ui de nostrū Phylaletū Anonymū Eusebianū in uitis apostolorū, & nostras paf sim homil. & cōciones. Ipsi sane sufficere, q̄ diximus, arbitramur ad declaratio nē cæremonialis scholariū ædiū oppugnatiōis & expugnatiōis, q̄ fieri cōsue uit alicubi in die diuisiōis apłorꝝ, sic adpellatā, q̄d nō ab uno, sed in unū diui si, filios dei p orbē diuisos in unū collegerūt. Deus opt. Ma. dignet̄ gregē quē ipsi in sua diuisiōe cōiūxerūt, recolligere in uinculo pacis indiuisū custodire, ut

Psal. 18 Roman. 10

Acto. 1.

cū illis unū si

simus in eo, qui trinus est & unus. Amen.

DE CATHOLICIS IN ECCLESIA CÆREMONIIS in summis ferijs admirandæ Adsumptionis gloriosissimæ Deiparæ uirginis Mariæ. Caput X.

QVanta semper a nascēte ecclesia dignitate, deuotiōe, laude & ueneratione cæteras gloriosissimæ deiparæ uirginis Mariæ ferias excelluerint ferię, q̄ uulgo adsumptionis inscribunt, uel ex hoc facile dignoscimus, quod hæ ieiuniū habēt & octauas, cæterę uero minus habēt. Quid aūt in ijsce ferijs gestū sit, cuius a nobis toto terrarū orbe agēda celebris ē memoria, declarāt nomenclaturæ, quibus hæ ipsæ feriæ passim nominant: quarū p̄cipue sunt tres.

Primo quidem nominari consueuit hæc ipsa dies feriarū trāsitus siue obitus gloriosę deiparę uirginis Marię, quia teste ecclesia quę ueritatis est columna, nobilissima anima uirginis Marię transierit ex castissimo eius corpore, deindeq; migrauerit per mortē naturalē ex hoc uano malignoq; seculo, iuxta legem naturę, sic habentē: Statutū est oībus hoībus semel mori: quū enim omnes descendūt ab Adamo q̄ mortuus est, oportet ut omnes in eo moriantur. Hebre.

Nec obstat dicere, Mariā nō debuisse obnoxiā fuisse ei legi, quę lata tradit ob pc̄m̄ originale, a quo uirgo deipara scd̄m fidē ecclesię fuit immunis, utpote, quę nec hęreditario nec proprio ope cōtraxerit pc̄m̄, unde nec mori debuit. Siquidē r̄nderi debet, aliud esse citra pc̄m̄, & esse immortalē, Mariam quidē propria sua natura mortuā esse, quam cōmunē habuit cum oībus hoībus, qui quū sint ex corruptibili corpore & materia mortali, necessum est, ut ob ipsam moriant, prout propt̄ eā mortua est uirgo Maria, nō aūt ob pc̄m̄, sicut nec filius eius unigenitus, q nec ipse cōceptus est in pc̄ō nec pc̄m̄ fecit unquā, mortuus tamen: prout in alijs nostris opibus abunde disputauimus. Iam uero & si mortua uere fit diua uirgo Maria, mors tamen eius singulariter fuit preciosa, quemadmodum ueridicæ testantur historiæ. 1. Corint. 15.

Primo quidem preciosa fuit, qm̄ reuelante per angelum dn̄o mortē suā illa & ipsius horā cognouerit. In quo nec tantillū dubitandū est, quur enim dn̄s dilectissimę suę matri nō concessisset, quod Dauidi, quod Petro, quod Paulo, quod Martino, quodq; cęteris suis ministris concessit?

Secundo, q̄d omnes apostoli, quotquot tum uixerunt, mirabiliter angelico ministerio circa tempus obitus ipsius Hierosolymam perducti sunt ad ipsam, quod desiderauerat. Sicut enim Iacob olim Patriarcha omnes suos filios quorū duodecim habuit, moriturus ad se uocauit, & quid se mortuo facere deberēt instruxit, istiq; de faciendis cōsiliū petierūt, ita dubio procul, deipara uirgo Maria tanq̄ mater & dn̄a apostolorū loco filij, in qua fuerūt oēs thesauri sapiēcię & sciencię, penes se circa finē uitę suę habuit apostolos, q̄s indubie cōsolata ē, instruxit, in fideq; cōfortauit, eis diuinū p̄mittēs auxiliū, uirtutē, gratiā, & illuminationē spiritus sancti, q̄m̄o deinde cōtemnerēt martyria, pęnas & supplicia tyrannorū, aduersitates uoluptatesq; huius mundi, solūq; timerent deum qui posset occidere animam & corpus, & mittere in gehennam, sicut a filio suo perdocti essent, & id genus alia.

Nec

Neç dubites ita fieri potuisse, ut omnes apostoli ex diuersis, & ijs quidem lõginquis, mundi partibus in momento conuenerint Hierosolymis apud uirginem Mariam, quum angelus domini prophetam Abacuc arreptum adsumpserit ex Iudæa, in ipsoq; aere deduxerit usq; repente in Babylonem super lacu leonum, in quem coniectus erat Daniel, qui nutu domini pasci debuit ab ipso Abacuc. Nonne spiritus domini Philippum, quando baptizasset Eunuchum inter Hierosolymam & Gazam arripuit & in Azoto, collocauit. Nunquid potuit & hoc angelus & spiritus domini facere apostolis, & Petrum ex Roma, Paulum ex Galatia, Thomam ex India, quodam etiam momento, perducere, quum deo nihil factu sit impossibile, cuius ob id nomẽ omipotẽs est?

Lucæ 1.

Tertio preciosa fuit mors deiparæ uirginis, quod ante mortem suam uiderit filium suum Iesum uisibiliter & carnaliter, prout sæpe numero desiderauerat more dilectæ matris, prout & Iacob olim desiderans ante mortem uidere filium Ioseph profectus est in Ægyptum, quantumuis senio confectus. Nec dubium, quin ita Christus suæ matri cõparuerit ante finem uitæ, quum sic adparuerit S. Martino, Ioanni euangelistę, Barbaræ, & fortassis omnibus apostolis, ut uidentur indicare uerba Christi dicentis: Vado parare uobis locũ, & si abiero & parauero uobis locum, iterum ueniam & accipiam uos ad me ipsum. Nunc uero quum quondam Iacob dixit, uidens filium Ioseph, iam lætus moriar, quia uidi faciem tuam & superstitem te relinquo, quanto putamus gaudio exultasse uirginem matrem, quando iam ad se uidit uenire filiũ suum, quem dilexit ineffabiliter? Quantum putas exultauerit, quando Christum audiuit ad eam dicere: Surge, propera amica mea formosa, ueni de lybano, ueni coronaberis? Nec dubium, quin Maria ultro se obtulerit, cum Dauide dicens: Paratum cor meum deus, paratum cor meum. In manus tuas cõmendo spiritum meum. Sileo interim multa alia & ea quidem suauissima colloquia, de quibus Salomon quodammodo uidetur prophetasse in libro Canticorum, uelut alias abunde diximus.

Genesis 46. Iohan. 14. Gene. 46.

Quarto quia fuerit libera a mortis nexibus, quorum tres sunt, quibus oẽs homines obnoxij sunt natura.

Primo quia defuncta est absq; morbo & dolore, sicut sine dolore peperit. Quia enim ipsa passa est in uita in parte impassibili, scilicet in anima, plusquã quispiam martyr alius gladio doloris, uoluit eam proinde dominus a dolore mortis esse prorsus immunem. Errant igitur, qui illam quasi ægrotam in lecto decumbentem depingunt, & quidem morituram.

Secundo, quod neq; effigiem neq; tentationem diaboli senserit, ut alij homines: cœpitq; tum singulariter fieri uerum, quod de illa dixit ad diabolum dominus, Ipsa conteret caput tuum, quandoquidem ipsa uirgo Maria non secus diabolo sit formidabilis & terribilis atq; castrorum acies ordinata.

Tertio quod corporis sui putredinem non senserit, pręter legem, dicentẽ: Cinis es, & in cinerem reuerteris. Nec immerito, quum enim Christus uoluit suę matris integrum uirginitatis seruare pudorem, quur non uoluisset ipsum corpus seruare incorruptũ a putredinis fętore, prout in seipso seruauit, iuxta

Pro-

prophetam, dicentem: Non dabis sanctum tuum uidere corruptionem. Ecce proinde ex ijs, q̃ fuit singulariter mors deiparæ preciosa, nec iniuria, quum, teste Dauide, mors q̃rumcunq; sanctorum preciosa sit in conspectu domini. Psal. 15 Psal. 115

Secundo, dies obitus gloriosæ deiparæ uirginis nominatur dies assumptionis, & in nostra quidem uernacula lingua significantius adpellatur dies cœlestis ascensionis gloriosæ uirginis, quod uidelicet ipsa nõ uulgariter secundũ animam suscepta fuerit in cœlum, sed & secundum corpus illuc adsumpta super choros angelorum & glorificata, nimirum tertia post obitum ipsius die, utpote, quæ mortua est XVIII. calend. septemb., id est, XV. die Augusti, & eius deinde corpus XVI. calẽd. Augusti XVII. die resuscitatum & in cœlum gloriose adsumptum, ita quidem, ut tam in Christo quã eius matre Maria factũ est uerũ, q̃d Dauid olim ad Christũ, in sepulchro adhuc secundũ corpus existentẽ, dixit: Surge domine in requiem tuã, tu & archa sanctificationis tuæ. Quis est dñs qui debet surgere? nimirũ Christus, cæli terræq; dñs, qui tertia die resurrexit a mortuis de sepulchro. Quæ archa sanctificationis ipsius? utiq; Maria uirgo, quã sibi sicut tabernaculũ, teste Propheta, dñs sanctificauit in utero Annæ matris & ab omni labe cõseruauit. In qua quidẽ purissima archa Christus, manna illud cæleste, iacuit nouem mensibus, quemadmodũ de seipsa dicit: Qui creauit me, requieuit in tabernaculo meo. Psal. 131. Matth. vlt. Lucæ. vlt. Marci vlt. Iohan. vlt. 1. Corint. 15. Ioan. 6. Exodi 16 Hebre. 9 Ecclesi. 24

In cuius argumentum Ecclesia recte statuit legi Euangelion, quod disserit de quodam castello, in q̃d Christus intrauit, atq; ibi Martha ipsum hospicio cœpit, erga plurima turbata, ipsa uero Maria Magdalena sedit ad pedes ipsius audiens uerbũ illius, eligens sibi partẽ optimã, q̃ non auferetur ab ea.

Cæterum, quando hoc ipsum euãgelion literaliter scriptum sit de duabus sororibus Lazari, Martha uidelicet & Magdalena, profecto spiritualiter de nulla alia rectius intelligi potest quam de uirgine Maria.

Castellum quidem ipsa est, in quod Christus in sua conceptione intrauit, nouemq; menses ibibi habitauit.

Martha fuit, quia prout ecclesiã canit, Christo domino cœli præbuit hospicium sui sanctissimi corporis, quæ satagit & frequens fuit circa ministeriũ, & turbata erga plurima, quando dominum Christum adhuc infantulum anxie pannis inuoluit, in præsepium posuit, esurientem pauit, sitientem potauit lacte suo uirgineo, imbecillem adhuc balneata est, fouit & gestauit. Eheu quã fuit perturbata, quando, ne ab Herode interficeretur, longo itinere cum ipso in Ægyptum aufugit, septemq; illic annis remansit, tantoq; deinde spacio itineris redijt, & eum Hierosolymis amissum triduo quæsiuit. Matthæi. 2.

Eheu quis enarrauerit quã fuerit diua uirgo perturbata, quando ei ualedixit Christus, filius eius unigenitus feria quarta ante parascheues, itemq; quando audiuit eũ capi, immaniterq; ab uno ad alium trahi, quando ludibria, cõtumelias, uerbera uidit & audiuit, q̃n audiuit Iudæos clamare, crucifige, q̃n uidit eum graui mole crucis oppressum & exire dãnatũ, maxĩo omniũ cõtẽptu, quasi malefactor esset omniũ maximus, quũ tamen esset innocentissimus? Iohan. 19

Eheu, quam stetit perturbata circa crucem, eheu quam desiderauit ferre

ministeriũ illi pendenti in cruce in conspectu oim & amicorꝫ & inimicorum nudo, uulnerato, deriso, consputo, spinis coronato & perforato, sitio clamanti, & o deus deus meus, ut qd me dereliquisti? An nõ ita fuerit tum turbata, ut iuxta Simeonis uaticiniũ gladius doloris eius animã pertrãsiuit? Vere ꝓinde fuit deipara uirgo Martha, q̃ in domum sui pectoris & uteri dñm excepit frequensq; circa eius ministeriũ & ꝑturbata, sicut audiuimus, erga plurima fuit.

Iohan. 19
Lucæ. 2

Maria Magdalena nihilominus interim fuit uirgo Maria, q̃ & partẽ optimã sibi elegit, qñdo circa unũ duntaxat deũ cõtemplatrix fuit, nec solũ ad pedes dñi sed ad caput eius sedens audiuit uerbũ ex ore ipsius, q̃ & eius & angelorꝫ, pastorꝫ, magorꝫ uerba in corde suo cõferens conseruauit: q̃ & ꝓpterea post ascensionẽ filij creditᷓ superstes mansisse, ut quasi secretorum Christi & eius Euangelij tanq̃ magistra fidelis apostolos aliquãto tẽpore de uerbo incarnato deq; alijs filij sui gestis plenius instrueret, utpote, quæ & plenius fuerit per spiritum sanctum edocta. Quæ & ꝓpterea Marthę partẽ bonã elegit sed Magdalenę optimã, q̃ illi nõ auferẽ, q̃ nunc ulterius haud est solicita nec turbata, ut ei ministret sicut puero, cui seruiunt ut dño suo oẽs ordines angelorꝫ. Quæ dudum archa nobilis cũ filio suo surrexit in requiẽ suã, adsumpta gloriose in cęlum & sup oẽs angelorꝫ choros exaltata, nõ tristatᷓ fugiens a facie Herodis, quum sit ipsa adsumpta in cęlum, ipse uero ad inferos deiectus: quę nunc nõ turbatᷓ erga plurima, q̃ Iudęi filio eius fecerunt, quũ subdita sint ei cũcta. Nec etiã filius eius a Iudęis uel militibus flagellabitᷓ, nec occidetᷓ, quũ resurgẽs a mortuis iam nõ morit̃, sed uitã uiuit ęternã, in qua cũ ipso gloriose uiuit corpore & aĩa. Nec eñ fas est credere eã esse alibi q̃ ubi id est, q̃d ex ea sumptum est. Hæc sane pars est illa optima, quæ nunq̃ auferetur ab ea, utpote adsumpta in cælum, & super omnes angelorum choros exaltata, pro nobis intercedit, prout secunda nomenclatura feriarum Adsumptionis ostendit.

Lucæ 2.
Matthæi. 6.

Roma. 6

Tertio, dies adsumptionis uirginis Mariæ adpellatur benedictionis herbariæ, nimirum a cæremonijs catholicis, quibus ecclesia passim in ea die deuotius utitur, quæ tales, ut plurimum, existunt.

Scholastici in die Adsumptionis gloriosæ deiparæ uirginis Marię ferunt arbusculas spinetosas, rosis & pomis pulchre decoratas, quum plebs & interim deferat in templum uarij generis herbas easq; suauiter odoriferas, quas deinde sacerdos benedicit, sanandis morbis & ægritudinibus haud inutiles, fide in uerbum dei uera concurrente.

Arbusculæ quidẽ, quas scholasticuli deferunt, haud obscure subindicant Mariam esse multipliceẽ, & qdem spiritualiter, arborem, cuius uirtutes & laudes arborum quarundã naturę declarant, prout ecclesia testatur, legens ac canens in ferijs adsumptionis uerba Solomonis, in quibus uirgo Maria allegorice introducitur, de seipsa sic dicens: Quasi cædrus exaltata sum in Libano. Recte nimirũ, quia sicut in Libano Cædrus altius crescẽdo eleuatᷓ super oẽs arbores, ita Maria in cælos adsumpta sup oẽs creaturas sic est eleuata & altior, ut quicqd supra se est, nõ est, nisi deus, & quicqd infra se est, oĩs est creatura, quę & exaltata est, ut Cędrus in plebe fideli, cuius constituta est domina,

Ecclesi. 24

mater

mater, regina & aduocata. Et quasi Cypressus, dicit ulterius, in monte Sion. Recte quidem, quō sicut cypressus est arbor imputribilis, suaq; proprietate plurimum eminet, boni odoris, uti Cedrus, ita Maria corpore fuit & animo imputribilis, & nimirum suauissimi fuit odoris, piarum uirtutum, propter quas ita cæteris excelluit, ut nec in terris nec in coelis secundum deum habuit parem. Cuius causa, quū in coelū adsumeretur, cęlicolæ dixerunt admirabundæ uerba Salomonis ex Canticis: Quæ est ista quæ ascendit p desertū sicut uirgula fumi ex aromatibus Mirrhæ & thuris? Ista est speciosa inter filias Hierusalem, sicut uidistis eam plenam charitate & dilectione. Cantic. 3

Quasi palma, inquit ulterius, exaltata sum in Cades. Recte nimirū, quō sicut palma, quæ est in Cades, in sorte uidelicet Iudæ, semper & in æstate & in hyeme uirescit, plurimumq; exaltatur, constans contra aduersa consurgit, ita uirgo Maria in omni aduersitate ac prosperitate mansit in uigore uirtutum, nec unquā cessit uicijs, ideoq; super oēs coelestiū ordines exaltata. In cuius signum refert hystoria, q Mariæ paulo post moritūræ portauerit angelus ex paradyso ramum palmæ, nimia claritate splendentē, uirgæ uiriditate cōsimilē, cuius folia sicut stella matutina refulserint, quē apostoli ante feretrū ex iussu angeli portarūt. Spinosæ uero, qa sunt eiusmodi arbusculę & rosis tamē & pomis ornatæ, significant, Mariā uirginē nō secus a pctīs immunē natā eē ex parentibus pctōribus, quā rosa nascitur pulchra ex ipsis spinis. Atq; hinc est quod de ipsa spūs sctūs ait: Sicut liliū inter spinas, sic amica mea inter filias, utpote, quæ licet inter spineta uiciorū progenita sit, spinæ tñ ipsa nescia fuit, uernans ut liliū & uirginitatis cādore nec nō & suaui uirtutū odore gratissima, nihil in se asperū acerbūue sustinens: Quæ & propterea de seipsa dicit: Iosue 15

Et ego quasi plantatio rosæ in Hiericho. Recte nimirum. Quia sicut rosa in Hiericho plantata pulchritudine sua sublimatur, quū rosa sit pulcherrima florum: sic inter oēs coelestis paradisi atq; ecclesiæ flores, uidelicet sctōs, pulchritudine sapietię ac uirtutū, uirgo Maria pfulsit. In cuius argumentū refert rursus hystoria, q ubi apostoli corpus gloriosæ uirginis ad sepeliendū in uallem Iosaphat detulerunt, mox eam circundedisse flores rosarū, nempe nō minus materiales quā spūales, quales fuerūt angeli, patriarchæ, prophetę, martyres, confessores, uirgines & uiduæ, cum quibus oībus aduenit Christus ad gloriosissimam suam matrem Mariam ante ipsius obitū.

Poma uero in ipsis spinosis arbusculis significant duo. Primo, q ipsa propter gratissimas eius uirtutes sit ac dicatur esse paradysus illa uoluptatis, de qua in Canticis, cuius emissiōes sunt malorū punicorū cū pomorū fructibus.

Secundo quod ipsa sit, quæ fructu benedicto sui uentris abstulerit maledictionem gñis humani, quæ coepit a pomo paradysi. Genesis 3

Herbæ pterea odoriferæ deferūtur ab ipsa plebe in templū die adsumptionis gloriosæ uirginis Mariæ, ut pariformiter per eas odor spūalis uirtutum eiusdem uirginis arguatur. Peculiare quidem scripturę est quod per ipsa aromata similiterq; frutices ac herbas odoriferas spiritualit accipiat pro uirtutibus, a nimi odorē late dispergentibus, quales usq; adeo pclaras habuit ipsa uirgo

go deipara, ut iuxta allegoricũ sensum, quẽ ex litera decerpit ecclesia, de seipsa dicit: Sicut cynamomũ & balsamũ aromatizans odorẽ dedi, & quasi myrrha electa dedi suauitatẽ odoris. Vere nimirum, q̃a quẽadmodũ spẽs istę seu herbę aromaticę bonũ ualde producunt odorẽ, sic Maria uirgo fundit nõ modo dulcedinẽ in mentes fideliũ & uirtutũ spargit odorẽ, ac bonæ redolentiã famæ ubiq; diffundit, sed & ita bonus odor deo facta est, ut admirantes angeli cũ iam adsumeret in cœlũ, dixerint: Quę est ista quę ascendit p desertũ, sicut uirgula fumi ex aromatibus myrrhæ & thuris? In summa protestantur Christiani huiusmodi arbusculis, spinis, fruticibus & pomis & herbis insignes gloriosæ uirginis uirtutes & laudes, quę eiusmodi diuersis rerũ naturaliũ similitudinibus, ut aromatorũ, florũ, rosarũ, fruticũ, arborũ, herbarũ odoriferarum & pomorũ paulo clarius & amabilius & iucundius intelliguntur, ut de singulis, si uacaret, essemus ostensuri.

Cant. 3.

Primo aũt eiusmodi arbores, herbæ, poma & res aliæ cõsecrantur, ut ipsę dei ṽbo bñdictæ certius inseruiant nobis ad recolendã gloriosæ uirginis memoriã, & laudẽ ipsius insignẽ, depulsis diuini uerbi uirtute fraudibus & insidijs, q̃bus nullo nõ tpe molitur hũano gñi nocere, & huius salutis inimicus diabolus, nostrã & fidẽ & piã actionẽ & deuotionẽ, & q̃dq̃d ad dei & eius sctõrum gloriã est, impedire, cuius conatuũ effectibus obsistit dei uerbi uirtus, uti diximus de consecratione cãpanarũ. Secundo, ut q̃dq̃d earũ est herbarũ magis ad aĩæ & corporis salutẽ & hoĩm & aliorũ animaliũ pficiãt eiusmodi uirtute cõsecrationis. Etsi enĩ negari neq̃t, herbas nõ solũ animantibus ad uictum, sed etiam ut ægris corporibus prodessent ad medicamentũ a deo max. creatas esse, quũ tñ ut aliæ creaturæ, ppt pctm̃ primæ maledictiõi sint obnoxiæ factæ, fit, ut cacodæmon suis insidijs earũ uirtutẽ possit, deo pmittente, pimpedire, quappt deus bñdicendo imploratur, ut ipse eas diuersi gñis herbas sua clementia bñdicat & sanctificet, ac nõ solũ ad necessitates hoĩm, sed & aĩaliũ salubres facere dignet, ut qcunq; ex eis in ueneranda festiuitate adsumptiõis mariæ sumpserint, seu in quęcunq; licitũ usum fuerint ab ipsis adsumptæ, accipiant tam aĩæ q̃ corporis salutẽ. Et q̃dẽ maxĩe, ut q̃ esu interdictæ arboris lętalis pomi in protoparente iusta fuimus sententia damnati, p illustrationẽ dñi nostri Iesu Christi spũs sancti, cuius bñdictione sctificata sunt oĩa atq; bñdicta, deus pater, depulsis antiq̃ hostis insidijs salubritatẽ mentis & corporis sic concedat, ut ipsa poma, q̃ nunc noua sunt, & ipsæ herbæ naturaliter suã uirtutẽ efficacius continent, nobis haud noceant, sed ea pcipientes sanctificemur. Id q̃d totũ facilius intelligimus ex exorcizmo, qui sic habet: Exorcizo te creatura herbarũ in noĩe patris oĩpotentis, & in noĩe Iesu Christi filij eius, & spũs sancti paracleti. Exorcizo te oĩs uirtus aduersarij, oĩs exercitus diaboli, oĩs spũs inimici, incursio dæmonũ, eradicare & explantare ab hac creatura herbarum, ut ad dei gratiã festinãtiũ uestigia nõ sequaris interdico tibi. p eũdẽ dñm nostrũ.

Psal. 103.
Gene. 3

Quod uero eiusmodi creaturarũ bñdictio fiat ad incantandũ & obfascinãdũ, ut pleriq; nunc hæretici garriunt, nec scio nec credo, quũ fuerit eiusmodi creaturarũ exorcizatio & bñdictio ad bñfaciendũ duntaxat, nõ aũt ad male facien-

ciendũ,ficut incantatio,nõ folũ in ueteri teftamento ufitata,& q̃dẽ Iofepho te fte,a Salomone primitus inuenta,fed & in nouo teftamento,ptrita uelut ex euangelio & actis apoft.accipimus,q̃bus & apoftoli ufi funt, & ipfe q̃q; Paulus eã manifefte cõprobat,adferẽs oẽm creaturã dei effe bonã, & p uerbũ dei & orationẽ fanctificari,put fieri folet in folennibus ferijs adfumptionis Marianæ,qua gloriofa deipara uirgo Maria nõ fecus fpũali uirtutũ odore redolens atq; odorifera herba,fic adfumpta eft in cœlũ,ut nobis apud unigenitum efficaciffima fit in omĩbus aduerfitatib. interuentrix, fi modo ftuduerimus & nos bonus effe odor Chrifti.Id q̃d deus patẽ p ipfum filiũ Iefum cõcedat.amẽ.

Matthæi. 15 Lucæ. 11

1.Corint. 1. Ephe. 5.

DE CATHOLICIS IN ECCLESIA CÆREMONIIS in folennibus ferijs omnium fanctorum. Caput XI.

IN paulo præcedentibus huius de catholicis in ecclefia cæremonijs partis capitulis auditũ eft,qualis & quã,pr fus rationabilis fit illa cęremonialis catholicæ ecclefiæ inftitutio,qua cenfuit a nobis fefta memoria fingulorũ p anni circulum diuorũ,qui uitæ fanctimonia miraculorũq; uirtute,pbati funt,certis quibufdam cæremonijs concelebrari dies, in quibus illi ex hac temporanea tranfitoriaq; uita per mortẽ naturalem uel etiã uiolentã decefferunt ad uitã fempiternã.Quiquidem dies,etfi in eis obierint illi mortem, non tñ dies obitus,fed natalicij dies,& quidem ideo dicti funt,q; ipfi in ijs diebus ex hac uita(q̃ propter eius breuitatẽ,miferiã & uanitatẽ, mors fit potius quã uita dicẽda)per mortem nati fint in eam uitam,quæ uera eft uita,utpote non temporalis nec incerta,ficut huius feculi,nec morti obnoxia,fed æterna,intermina,& fecura,fine labore,fine dolore,fine infirmitate,fineq; omni mœrore. In qua q̃ uiuunt,in perpetuũ fane uiuũt,nec ultra moriunt̃,requiefcẽtes a laboribus fuis, fub quorũ caput eft lætitia fempiterna,a q̃bus fugit omnis dolor & gemitus,

Sapien. 5.

Iam uero deindeq; audire eft quã fit rationabilis illa catholicæ ecclefiæ cæremonialis inftitutio,qua cenfuit illa caled.Nouẽb.hoc eft,prima die eiufdẽ menfis a nobis feftã folennẽq; agi memoriã oĩm in cœlo gñatim diuorũ, q̃uis eorum memoria alioqui figillatim per anni circulum folennis agi foleat.

Añq̃ã uero dicã rationẽ eius cæremonialis inftitutionis feriarũ oĩm fctõrum,q̃ modo cũ Chrifto fcdm animã uiuere certo credunt̃, apiendus ẽ ordo eorũ fctõrũ & ftatus in ecclefiaftica & cœlefti etiãnum hierarchia, q̃s alioq̃n uere beatos appellamus.Initio,pinde fciendum ẽ beatos effe diciq; duplices.

Primo quidẽ funt nonnulli uere pfectẽq; beati ijdẽq; fancti, q̃ uidelicet in fumma funt felicitate & fanctitate,quæ eft in cęlefti patria,unde fumus depulfi,& q̃ tẽdimus pleriq; oẽs.Quæ q̃dẽ felicitas & beatitudo,ppterea dicit̃ patriæ:nõ aliud exiftens Boetio tefte,quã ftatus oĩm bonorum aggregatiõe pfectus,in q̃ q̃ funt ,habẽt q̃dq̃d uolunt,& nihil mali uolunt, habentes fcilicet omne bonũ q̃d recte uelle poffunt,deũ pfecte diligẽtes,cognofcentes & poffidentes,in q̃ uera eft beatitudo,q̃ uera eft beatitudo.De q̃bus q̃dẽ beatis inibi habitãtibus,q̃rũ dies agit̃ uniuerfalis,ppheta regius ait:Beati q̃ hab. in domo tua dñe in f.f.laudabũt te.Et illic q̃dẽ uere funt fancti, q̃ p fidẽ uicerũt regna.

Pfalm. 83.

Ad quos in die omniũ ſctõrum ſic precatur eccleſia: Beati eſtis ſcti dei oẽs qui meruiſtis conſortes fieri cęleſtium uirtutum, & pfrui æternę claritatis gloria. Ideoq̃ p̃camur ut memores noſtri intercedere dignemini pro nobis ad dominum Ieſum Chriſtum. Secundo ſunt nonnulli ueriſimiliter & quidẽ imp fecte beati & ſcti, q̃ uidelicet in ea ſunt ſanctitate & beatitudine, q̃ imperfecta eſt, & beatitudo uiæ proinde dici cœpta, q̃ per eã quaſi p uiã ad terminũ certo peruenitur ad ipſam uerã & perfectã beatitudinẽ, nõ aliud exiſtens q̃ omis uirtus uniuerſalis, q̃ octuplex tangiẽ in euangelio, q̃ legiẽ in die omniũ ſctõrum. In quo dñs noſter octo recenſet uirtutes, q̃ beatitudines octo dicũẽ, quas qui habent in hac uita uel ideo ſancti & beati dicuntur, q̃ certo p eas peruenturi ſint ad ueram illã in cœleſti patria ſctitatẽ & beatitudinem, q̃uis uel ideo dicunẽ impfecti ſancti & beati, q̃d nondũ ſufficienẽ ſint radificati in ipſa charitate, a qua poſſunt adhuc cadere, quũ in eo ſint ſtatu, qui mobilis eſt & inconſtans, in quo nemo poteſt bonorũ eſſe ſatur, ſed ſp adhuc aliquo æget. Atq̃ ideo dicitur, neminẽ eſſe nec dici beatũ ante obitũ. Quum eñ pfctã illa beatitudo nõ habeẽ niſi ſatiata uolũtate & repleto deſiderio, & deſideriũ noſtrũ in bonis nullus poteſt replere niſi ſolus deus, deũ aũt nemo habet, niſi qui eũ perfecte amat, deus aũt perfecte nõ poteſt amari in hac uita, q̃ non poteſt in eadem perfecte cognoſci (q̃ eñ minus cognoſcimus, minus etiã amamus) q̃m q̃ non cognoſcuntur, amari non poſſunt. Iam uero cõſtat deũ ex lege cõmuni in hac uita clare & faciali notitia cognoſci non poſſe, iuxta id q̃d diciẽ in Exod. Non uidebit me homo & uiuet. Et Paulus ait: Videmus nunc p ſpeculũ in ænigmate, tunc autem facie ad faciem. Quapropter perfecta ſanctitas & beatitudo in hoc mundo eſſe nequit.

Cuius etiam cauſa dies oĩm ſctõrũ nõ inſtituta eſt in honorẽ eorũ ſctõrũ & beatorũ q̃ uiuunt adhuc in terris, quũ ſcriptura prohibeat quenquã tali honore laudari, quum neſciat homo utrum amore an odio dignus ſit, ſed omnia in futurum ſeruantur. Sicut enim miles ſtans adhuc in acie non laudandus eſt, quia neſcitur an perſeueret ſtando uel caſurus ſit & uincendus, ita nec homo donec uiuit, quum ſemper in ancipiti ſtet, & eius ſit incertus exitus.

Eſt aũt hæc ipſa ſanctorũ omniũ dies inſtituta in eorũ memoriã beatorum & ſctõrum, qui, q̃m hic beati fuerunt imperfecta beatitudine, conſtante octo beatitudinibus, id eſt, uirtutibus. de quibus in euangelio, nunc ſunt in uera æternaq̃ beatitudine, cum Chriſto ſecundum animam perpetuo uiuentes & regnantes in ſumma ineffabiliq̃ omniũ bonorum lętitia & exultatione, prout paſſim teſtati ſumus in libris noſtrorũ catholicorũ ſermonũ, Fragmentorũ, & Homiliarũ. Iam uero q̃a donec in hoc ſumus corpore q̃ ſunt inuiſibilia & ęterna cognoſcere nequeamus, niſi per huius mundi uiſibilia & tẽporalia, fieri ſolet ut etiã a Chriſto ſummo & unico doctore & magiſtro, inuiſibilia, q̃ lia ſunt diuina & cœleſtia, cõparenẽ uiſibilibus & terreſtribus. Id q̃d & de regno cœlorũ, q̃d alioq̃ triũphãs eccleſia adpellari cõſueuit, fieri ſolet, utpote eius ſtatus & ordo ſe habet uti ſtatus & ordo regni terreni. Sicut eñ in regno terreno ſtatus ſunt & ordies ix. ſic q̃q̃ ix. ſunt ordies & ſtatus in regno cęleſti, qui

Manth. 5. Lucę 6
Iob. 14
Exodi 33
1. Corint. 13.
Matth. 5
Roman. 1

qui uere sunt oẽs sancti & beati perpetua beatitudine, quos ipse dominus in euangelio de octo beatitudinibus satis scite subindicat.

Primus quidem ordo & status in regno terrestri, est ipse rex, qualis in regno coelesti est ipse deus trinus & unus adeoq; dominus noster Iesus Christus dominus & rex regum, coeli & terræ, qui loquitur in euangelio. 1.Timo.6

Secundus ordo est reginæ, qualis est in regno coelesti ipsa gloriosissima uirgo Maria, regina coeli & terræ, quæ propheta teste, astat a dextris Iesu, regis regum, in uestitu deaurato, circundata uarietate, scilicet uirtutum & gratiarũ omnium, quibus ita decorata est, ut a Ioanne perhibeatur habere coronã duodecim stellarum, existens præcipua inter eos beatos, quorum regnum est cęlorum, quia sic pauper spiritu fuerit, ut merito super omnes choros angelorũ fuerit exaltata superq; omnes creaturas. Psal. 44 Matthæi. 5

Tertius est cubiculariorum & ministrorum regis, quales sunt in cęlesti regno angeli, qui Daniele teste & Paulo, stant ante summum regem, seruientes ei laudando die ac nocte sine intermissione, existentes pcipui inter eos beatos qui terrã possident, quia sic humiles & mites pstiterunt, cæteris cũ Lucifero in superbiã cadentibus, ut deus illis merito regimen terrenorũ cõcesserit, ut teste Daniele, totius uniuersi gubernationẽ, ad eius tñ uoluntatẽ disponerent, regnis & nationibus præsiderent. Hebræ.1. Isaiæ 14.

Quartus est cõsiliariorũ regi iudicando assidentiũ, quales in coelo sunt apostoli, ad quos olim regũ rex ait: Amen dico uobis, qui sequuti estis me, in regeneratiõe, quũ sederit filius hoĩs in sede maiestatis suæ, sedebitis & uos super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israel: atq; illi sunt inter eos beatos, qui nunc cõsolantur cum Lazaro per ineffabilẽ lętitiã gloriæ ęternę, qm̃ euntes olim iuerint & fleuerint, mittentes semina sua, prout eis rex pdixerat inquiens: Amen amen dico uobis, quia plorabitis & flebitis uos, mundus autẽ gaudebit. Vos contristabimini, sed tristitia uestra uertetur in gaudium. Matth. 19 Psal. 115. Hebre.11

Quintus est pcursorũ & caduceatorum, quales in regno coelesti sunt patriarchæ & prophetę, q̃ pcedentes Christum regẽ, nunciarunt eius in hunc mundum aduentum: existentes inẽ eos beatos, q saturãẽ æterna gloria, qm̃ sic esurierint & sitiuerint iustitiã, ut pleriq; oẽs ob iustitiã usq; ad mortẽ psequuti, tandẽq; diuersa duraq; morte, teste Paulo, trucidati sunt, q̃rum causa rex ipse dicebat ad Hierosolymitanos: Hierusalẽ, Hier. q̃ occid. p. & la. eos q mis. &c.

Sextus est nobilium equitum & militum, quales sunt in coelesti regno sctĩ martyres, q̃ fortes sctĩ in bello, p fidẽ uicerunt regna, castra uerterunt, & deniq; pro regis honore usq; ad effusionẽ sanguinis decertarũt: existentes inter eos beatos, qui misericordiã consequuti sunt, qm̃ sic erga oẽs misericordes fuerint, ut quantumuis in bello læsi sint, ipsi tñ neminẽ uicissim lęserint, sed omĩbus oĩa donarint, quidquid etiã habuerũt, inopibus misericordię distribuerũt in persona Pauli dicentes: Maledicimur, & benedicimus. Persequutionẽ patimur & sustinemus, blasphemamur, & obsecramus. Psalm. 41. Rom. 8.

Septimus est nobilium primariorũ opariorũq; fideliũ, spũaliũ agricolarũ, uinitorũ & piscatorũ, q̃les sunt sctĩ cõfessores, epĩ & doctores, q ṽbo pdicationis, exẽplo uitæ 1.Corint. 4.

bonę

Secundo, propter negligentiarum expiationem. Etsi enim paucorum sanctorum ferias agimus, adhuc tamen illas paucas ferias sæpenumero negligenter agimus, & multa ibidem per ignorantiam omittimus. Instituit igitur ecclesia diem omnium sanctorum coniunctim, vt quidquid humana fragilitas per ignorantiam vel negligentiam, vel occupationem rei secularis, in ferijs sanctorum singulis minus peregisset, in ea omnium sanctorum die expiaretur & solueretur.

Tertio, propter orationum nostrarum faciliorem impetrationem, quibus petimus, quę nobis necessaria sunt a sanctis impetrari. Sicut em̃ ecclesia ea die honorat & implorat omnes in vniuersum sanctos, ita & eadem die pro nobis illi omnibus vnà creduntur apud dominum Iesum intercedere, proùt mirabiliter olim ostensum est in quadam visione custodi ecclesiæ S. Petri Romæ, viro vere pio, quum postea quam omnia altaria circumisset, & omnium sanctorum suffragia implorans, raptus esset. Id quod minime discrepat a sententia sancti Pauli, volentis a deo optimo gratiosius & citius plures, quàm paucos, petentes exaudiri. 2. Cor. 9

Atque hoc est quod in ea die precetur ecclesia, dicens: Omnipotens sempiterne deus, qui nos omnium sanctorum tuorum merita sub vna tribuisti celebritate venerari, quæsumus, vt desideratam nobis tuæ propiciationis abundantiam multiplicatis intercessoribus largiaris, Per Christum &c. Amen.

Proinde recte nimirum ecclesia statuit, vna die plerosque omnes sanctos festiuis cæremonijs concelebrandos, vt in ipsis omnibus deum, hortante Psalte, glorificemus, ac eos imploremus, quatenus apud eundem pro nobis in necessitate intercedant, intercedendoq; subueniant. Id quod indubie facient, vbi bene sancteq; viuendo vestigia eorum sequemur. Psal. vlt.

Est autem hæc ipsa dies omnium sanctorum Calendis Nouembribus instituta, quum fuerit antea tertio Idus Maij. Qua die celebrabatur dedicatio templi sanctæ Mariæ virginis & omnium sanctorum martyrum (quia tunc nondum celebrabātur festa confessorum) quod prius in honorem Cybeles omnium deorum apud ethnicos matris, extructum vocabatur Pantheon, nunc vero ad sanctam Mariam Rotundam, vt peractis tum messibus & vindemijs, maior esset omni populo commoditas feriandi, nec victualium penuria. xiij. die Maij.

Hæc itaque dilectissimi, rationabilis est cæremonialium feriarum omnium sanctorum institutio, scripturæ nequaquàm dissona, nec inutilis, nec impia, nec nuper, sed prorsus vtilis & pia & antiquitus instituta, & toto terrarum orbe summa veneratione seruari cœpta, nempe Anno post Christum optimum natum sexcētesimo decimoquarto, præsidente vniuersali ecclesiæ Bonifacio quarto, sub Imperatore Phoca. contra nostræ tempestatis hæreticos & schismaticos impudentissimos, qui sic sub hæc tempora crudeliter agunt cum omnibus dei electis, vt nihil aliud conari videantur, quàm non modo eorum omnium memoriam prorsus in obliuionem dare, sed & Christum & totam eius veram fidem & religionem funditus delere & abrogare: sed omnino tandem frustra, sensuri quandoque iustam ab ipso optimo Christo vindictam, quam

 digne-

nent nostræ tempestatis hæretici & schismatici, præcursores Antichristi, operæprecium videtur, vt hac etiamnum parte pro catholicæ religionis veritate tuenda, dicam de catholicis in ecclesia cæremonijs, in exequijs & funeribus mortuorum.

Interpretaturus autem eas exequiarum cæremonias, in primis in rem mihi facere videor, vt primum quid appellatione exequiarum veniat, & vnde exequiæ dici cœperint, & quis primum eas obseruauerit ac instituerit, & quæ pertinent isthuc reliqua, dicam.

Exequiæ proinde sunt, quæ in funere exequimur, ita dici cœptæ, quod homines pompam post sequātur. Quæ & dici cœpere duobus nominibus.

Primo, parentalia, non modo quia in parentum aut propinquorum mortibus fieri consueuerint, & parentibus iā defunctis celebrari soleant, sed & quod illa sic sibi post mortem suam fieri iusserint, nec sint a filijs, sed ab ipsis parentibus seruari solita, quæ filij parentibus præstare oporteret.

Secundo, iusta, quoniam iure prorsus fiant ijs, qui de nobis viuentes benemeriti sunt.

Atque licet exequiarum cæremoniæ sic varientur iuxta varietatem regionum, nec parentur vbique æqualiter exequiæ, vt singulæ propemodum cæremoniæ sint exequijs singulis, quia tamē nō de singulis (quod factu videtur impossibile) sed de catholicis, hoc est, vniuersalibus & generalioribus cæremonijs, quibus generalior & iustior orbis Christiani pars vtitur, noster institutus est catholicus catechismus, ideoque eas duntaxat cæremonias in præsentiarum attingam, quæ frequentius & apud plures, vt plurimum, circa vita defuncturos & defunctos obseruari consueuere.

Primo, moriturus super terram cineremque ponitur, vt ipse humilitatis admoneatur, mori quasi dignus haud recuset, memor, quia quoad corpus, non sit aliud quàm puluis & terra, qualis sit certo futurus, & illuc vnde venit, reuersurus ob maledictionem, quā propter peccatum incurrit, domino serio dicente: In sudore vultus tui vesceris pane tuo, donec reuertaris in terram, de qua sumptus es, quia puluis es, & in puluerem reuerteris. Ita Iob quondam mori præsentiēs, aiebat: Nudus egressus sum de vtero matris meæ, & nudus reuertar illuc. Ita nec sanctus Martinus alibi voluit quàm in cinere finire vitam suam. [1; Eccle.10; Eccl.17.; Gene.3; Iob.1.]

Proinde charissimi memores simus, nos non modo mortales, sed & aliud non esse, quàm vanitatem, vertendi in terram & cinerem, fierique demum, scriptura teste, nihil aliud quàm cibus vermium. A qua quidem maledictione nullus vnquam mortalium fuit nec erit liber, vtpote quam cogimur plerique omnes subire. Eam sane conditionem præterfugere non potuit, sed subire compulsus fuit sanctissimus rex & propheta Dauid, cum filio Salomone sapientissimo, cū Samsone fortissimo, cum Absalone pulcherrimo. adeo, vt vere dixerit Ecclesiastes: Cuncta subiacent vanitati, & omnia pergunt ad vnum locum: de terra facta sunt, & in terram pariter reuertuntur. Hoc charissimi si cōsideraremus, non modo non superbiremus, sed & in æternum non peccaremus. [Eccle.,10; Eccl.3; Eccl.7]

Secundo admonetur, & plerunque ad pedes morituri erigitur imago san- [2]

ctæ crucis, ac interim alicubi passio dominica legitur, admonens morientem in summo eius dolore, patientiæ, fidei & spei in CHRISTVM, vtpote quo memor sit, ipsum quoque dominum IESVM, dei vnigenitum, longe omnium innocentissimum, nobilissimum & optimum, esse passum, mortemque subijsse vsque adeo omnium acerbissimam & ignominiosissimam, vt in cruce pendens, per prophetam dolenter exclamauerit: O vos omnes qui transitis per viam, attendite & videte, an sit dolor, sicut est dolor meus. Quod vbi moriturus (prout debet) ex animo cogitauerit, debet pœnitere de peccatis suis, pro quibus ipse dominus innocentissimus tanta sustinuit, beneque & firmiter in eius misericordiam confidere, nec vllo modo desperare de venia, nec æternam mortem, nec passionem timere: quum Christus ipse sua morte mortem destruxerit, & omnem pœnitentem liberauerit, proque eo satisfecerit abundanter, vt apud eum, teste Dauide, misericordia sit & copiosa redemptio, nec velit mortem peccatoris, sed cupiat, vt conuertatur & viuat. Cuius argumento etiam in gratiam recepit latronem in cruce duntaxat momento pœnitentem, & dicentem: Memẽto mei domine, quum veneris in regnum tuum: in gratiam (inquã) recepit, quãuis non legitur, quia fecerit vnquam aliquid boni.

Thre. 1. — Esa. 53. — 1. Pet. 2. — Psal. 129. — Ezec. 18. — Luc. 23

3 Tertio, porrigitur morienti ardens candela, monens ipsum morientem, vt constanter speret, & credat se per verũ lumen Iesum Christum, ex huius mundi tenebris iturum ad lumen claritatis æternæ in cœlesti patria, vbi ciuitas est illa, quæ nec sole nec luna eget, vt luceant in ea, quoniam nox illic haud est, sed claritas dei illuminat eam. Cuius ipse dominus lux cœli & terræ, specimen dedit admirandum, quando in monte Thabor eius facies splenduerit vti sol, & vestimenta eius facta sint alba sicuti nix.

Esa. 60 — Apo. 21 — Matt. 17 — Marc. 9. — Luc. 9

4 Quarto, defunctus veste induitur, sudarioque vt plurimum colligatur. Id quod etsi moneat nos bonarum operationum, quæ vel solæ nos sequuntur post mortem, quibus moriturum oportet, vti veste nuptiali, indui, ornatumque esse, tamen verisimile videtur, vt hæc ipsa vestis induatur defuncto, ad tegendam vel partem corporis aliquam pudendam, vel ob deformitatem & pallorem corporis & faciei, ne quis paulo formidolosior & nauseabundus exhorrescat.

Apo. 14 — Mat. 22

Quod vero sunt, q velint in ea veste mortuũ aliquando resurrecturũ, qua fuerit indutus moriens, adfirmare nihil audeo, nisi huc retorserim, quod Christus post resurrectionẽ in veste quidem rubea apparuerit, & in ea cœlũ adscenderit, iuxta illud: Quis est iste qui venit de Edom, tinctis vestibus de Bosra? Et ipse quoque angeli ad ipsum dixerunt: Quare rubrum est indumentum tuum? Vtcũque res habeat, sufficerit nobis, scire, quod ita mortuum vestiendi vel tegendi mos, semper fuerit vel apud sanctissimos homines obseruatus. Ita legimus, quod Lazarus Magdalenę & Marthæ frater, post resurrectionem adhuc fuerit & manibus & pedibus ligatus institis, & eius facies sudario tecta. Præterea Christus legitur inuolutus fuisse sindone ab ipso Ioseph. Et Petrus quoque sepulchrum ingressus, adhuc linteamina vidit & sudarium, quod fuerat ei super caput positum.

Esa. 63 — Ioh. 11. — Mat. 27. — Marc. 15. — Ioh. 20.

Insuper sufficiat etiã nobis, quod per huiuscemodi mortui vestitũ moneamur vestiũ spiritualiũ, quæ sunt piæ virtutes & operationes, qbus est opus nobis post mortẽ, quæ nos solæ post mortem sequuntur, quum cætera nos oĩa deserant, vt pote qui nudi sumus ingressi in hunc mundum, nudi inde regressuri, Paulo hoc ipsum confirmante, quũ ait: Nihil enim intulimus in hunc mundum, haud dubium quia nec auferre quid possumus. Apo.14. 1.Tim.6

Quinto, pulsantur campanæ, propter non parum multas causas.

Primo quidẽ pulsatio campanarũ monet auditores suos de morte defuncti.

Secundo significat ipsum defunctum certo in nouissima die resurrecturum admiranda voce filij dei & domini nostri, descensuri quondã in voce archangeli & in tuba dei, prout Paulus testatur, declarans quodammodo verbum Christi, dicentis: Amen amen dico vobis, quia venit hora, quando mortui audient vocem filij dei: & qui audierint, viuent: & in qua omnes, qui in monumentis sunt, audient vocem filij dei: & procedent, qui bona fecerunt, in resurrectionem vitæ: qui vero mala egerunt, in resurrectionem iudicij. In cuius testimonium Christus sua duntaxat voce tres suscitauit mortuos. 1.Thess.4 Ioh.5.

Tertio hortatur audientes, vt pro defuncti ipsius anima cum clamore cordis, id est, deuote deum precentur, vt eius misereatur, si pro suis in hac vita peccatis non satis pœnituit, ex fide ecclesiæ orantis: Requiem æternam dona ei domine, & lux perpetua luceat ei. Quàm vero pro mortuis prosit orare inter varias & efficacissimas scripturas & earum rationes, hæc vnica pio homini sufficere merito debeat, quæ dicit: Sancta & salubris est cogitatio, pro defunctis exorare, vt a peccatis soluantur. Id quia Iudas ille Machabæus fortissimus iuste & religiose cogitaret, bello peracto, duodecim millia drachmas argẽti misit Hierosolymam, offerri ea ibi pro peccatis eorum, qui ceciderant in bello. Matth.9 M.t.5. Luc.8 Lucæ.7 Iohã.11. 2.Mac.12

Id quod adeo semper creditum est, & (Damasceno teste) ab Apostolorum temporibus obseruatum, vt antiquitus etiam, vt accipimus ex Euangelio, homines in funere mortuorum per quædam instrumenta musica prouocarentur ad lamentationem & compassionem super mortuis habendam: quippe quo deuotius orarent pro eis deum, vt animas ipse eorum aliàs ex tormentis purgatorijs liberaret, in quibus fortassis essent ob incompletam ipsorũ in hoc mundo pro peccatis pœnitentiam: quum lugere alioqui non aliud esset q̃ insanire. Matt.9. Marc.5

Et hoc est, quod etiam Tobias olim religiosissimus filio iusserit, vt panem & vinum suum super sepulturam suam constitueret, quo videlicet pauperes inde refecti, pro salute defuncti deprecarentur, maxime quòd eleemosyna a morte liberet, & purget peccata, & faciat inuenire vitam æternam. Tob.4

Ipsa quoque sancta Monica, mater sancti Augustini, petijt sibi post mortem suffragari per altaris sacrificium: quandoquidem defunctorum animæ singulariter eleemosynis, ieiunijs, orationibus & sacrificio sacrosanctæ Liturgiæ iuuari soleant, iuxta sententiam catholicæ ecclesiæ & omnium ipsius doctorum. Quapropter recte conamur quibuscunque pijs modis in die omnium animarum præcipue suffragari ipsis animabus in loco expiationis detentis, vt inde Tob.12

dei benignitate eripiantur ad requiem vitæ sempiternæ, quæ deinceps pro nostra salute, dubio procul deum sunt exoraturæ ex charitate erga nos, quę nunquam excidit, veluti de hac re & hoc genus similibus, abunde diximus in lib. Homiliarum in dissertatione purgatorij.

1. Cor. 13

6. Sexto, deinde defunctus defertur ad sepulturam a suæ professionis consimilibus, vtpote sacerdos a sacerdote, diaconus a diacono, laicus a laico, & quidem ferme processionaliter.

Vnde Christianæ fraternæque monemur charitatis, similiterque nos omnes eiusdem esse sortis, cuius factus sit ipse, qui defertur ad sepulchrum: vtpote, quod sumus omnes æque morituri, ipsumque sequuturi, nec ipso liberiores, nempe iudicio dei omnes vsque adeo cum ipso subiecti, vt qui effertur ad sepeliendum, recte possit ad vnumquenque nostrum dicere: Memor esto iudicij mei, sic em̃ erit & tuũ. Mihi heri, & tibi hodie. Quanuis vbi penuria hominũ est, nihil omnino refert, si defunctus a sui dissimilibus efferatur. Et si non videatur esse honestatis, vt mulieres efferant defunctũ, ne pudicitia muliebris denudatione quadam quoquo modo (quod hoc quidem casu facile fieri potest) offendatur, nisi cogat necessitas, quæ nec legi, nec consuetudini subiacet, maxime in cæremonijs, quæ non prorsus ad salutem sic absolute sunt necessariæ, vt necessitate vel causa aliqua legitima cogente, non possint sine periculo salutis obmitti, velut initio diximus. Quàm vero semper a mundo condito sepultura fuerit pia & religiosa & honorifica, nos post plerosque alios catholicæ ecclesiæ doctores abunde docuimus passim in libris nostris, maxime in libris Centuriarum.

Eccl. 38

7 Septimo, defertur processionaliter crux ante defunctum in frontispicio processionis, significans, eum, qui defunctus est, id sanctissimum vexillum adeo non fugisse, vt etiam ab eo vsque ad vltimos cineres miles haud defecerit: quippe quo sit a morte liberatus per eum, qui pependit in ipso: cuius etiam ductu in altero seculo inimicos crucis vsque ad paradisum fugere sperauerit, & cum eo omnes, qui sumus sequuturi hoc ipsum, firmiter sperantes in cruce Iesu Christi, per quem nobis mundus est crucifixus, & cum Apostolo gloriantes.

Osee. 13
1. Cor. 15
Heb. 2
Ephe. 2.
Gal. 6

8 Octauo, feruntur interim quoque circa pheretrum ardentes candelæ, significantes, vt antea diximus, quia defunctus cum omnibus qui sequuntur, crediderit se ex ijs mundi tenebris per mortem, quam modo deuicit, rediturum ad Iesum Christum, qui verum lumen est in æterna claritate, de seipso dicens: Ego sum lux mundi. qui sequitur me, non ambulat in tenebris. Ambulate dum lucem habetis. venit enim nox, quando nemo poterit operari.

1. Pet. 2.
Iohã. 1
Iohã. 8. 9
Iohã. 12.

9 Nono, murmurantur interea quoque inter deferendum magis quàm canuntur Næniæ, desumptæ, vt plurimum, ex libris Prouerbiorum, Ecclesiast. Esaiæ, Oseæ, Danielis, Corinthiorum & Thessaloniceñ. non aliud existentes, quàm sacræ precationes vel admonitiões, quibus monemur ad orandum, ad consolandum, ad commiserandum, ad recordandum nouissima nostra, quo minus peccemus. Consuetudinem vero canendi Nænias eiusmodi, non esse alienam a scripturis, patet inter alia ex eo, quia scribitur de Tyro peritura:

Pro. 5. 9
Eccl. 7. 12
Esa. 26
Osee. 13
Dani. 1. 12
1. Cor. 15
1. Thes. 4
Iob. 7. 14
Eccl. 7

Et adsument super te carmen lugubre, & plangent te. Et rursus: Fili hominis; cane carmen lugubre super multitudinem Aegypti. Quinimo exemplum con firmationis huiusmodi Næniarum habemus longe sanctissimum, quando non solum, teste scriptura, vniuersus Iuda & Hierusalem luxerint Iosiam, & quidem maxime Hieremias, sed & eius cantores omnes atque cantrices propterea sic lamentationes super Iosiam cecinerint, & annuatim replicauerint, vt deinde quasi lex in Israel obtinuerit, eiusmodi lamētatorias cātilenas succinere. Eze.17. Eze.32. 2.Par.35.

Decimo, defunctus (iuxta omniū ferme gentium a mūdo condito morem) non tantum sepelitur subtus terrā, sed & resupinus ponitur, pedibus ad orien tem, capite ad occidentem solem versis. Id quod significat & monet gequam. Significat enim, quod defunctus desideret ab occidente mortis pertingere ad cœlum & vitæ orientem. 10

Admonet autem, vt adspicientes & adstantes hoc ipsum defuncto sibiqꝫ a deo precentur. Et licet id totum in anima situm sit, interim tamen malum non est, vt idem corpore quoque repræsentetur exterius, maxime quia multi catho lici putent Christum eo modo sepultum.

Quod autem defunctus vel in templo vel in cœmiterio, more Christiano, si fieri potest, potius quàm alibi sepelitur, nonnihil significat & expedit.

Significat quidem, ꝙ defunctus in ecclesiæ vnitate & eius fide, extra quam non est salus, in humanis esse desierit. Heb.11.

Primo autem expedit, quia quum locus ibi dei sit verbo consecratus, anima defuncti minus affligitur a malignis spiritibus, corpus ipsius minus idone um sit præstigijs diabolicis exequendis: cum, quia malefici per membra cadauerum humanorum, per quæ cacodæmon eos decipit, multa moliuntur: tum quia maligni spiritus vsque adeo hominibus aduersantur, vt in eorum etiam corpora mortua desæuiant, quum fortassis in eos hoc ipsum in vita facere non potuerint, prout facile est conijcere ex eis duobus, qui dæmonia habuerunt, qui de monumentis exeuntes, ita sæuierunt, vt nemo posset per eam viam tu to transire. Id quod etiam colligere est ex eo defuncto, qui non rite sepultus, in domo multa intulit hominibus incommoda sæuiendo, de quo Plinius iunior & ipse quoque senior, cuius deinde cadauere refosso, legitimeqꝫ sepulto, perpe tua securitas est ipsi domui parta. Matt.8. Marc.5. Luc.8. Sabel.lib. 10.cap.3.

Secundo, quod homines, qui illic frequentius & deuotius ad orandum & ad dei verbum audiendum conueniunt, admoniti non solum pro defuncto orent, sed & precentur eum dei electum, cui locus tanquam patrono singulari dicatus est, vt is deum quoque pro anima defuncti precetur, prout olim Hieremias & Onias pro Hierusalem & vniuerso populo Israel orarunt. Atqꝫ hinc est, quod res & nomen sepulchri hoc ipsum insinuat. Siquidem frequentius al tior quidam tumulus quasi colliculus quidam super sepultū fieri soleat, vt eo facilius & efficacius defuncti nos admonere possit, atqꝫ ob id dici cœpit monu mentum, quod homines defuncti moneat, perinde sepultus illic ad nos dicat: Memor esto iudicij mei, sic enim erit & tuum: mihi heri, & tibi hodie. Id q̄d eti am repræsentat in diebus exequiarum ipsum, quod appellant xenotaphium, 2.Mac.15 Eccl.38.

Ex ijs sane causis & ex alijs, quas breuitatis gratia prætereo, procul dubio pijssimi quondam homines tantam suarum voluerunt sepulturarum habere rationem, præter quod semper etiam publicæ fuit honestatis, honeste locoqꝫ selecto sepeliri, non apud pios solum, sed & ethnicos, quorum tamen exempla hoc quidem loco in causa pia persequi nolumus, sed piorum duntaxat institu ta sub oculos admouere. Quis enim oro (vt vetustiora dent exordium) nesci at, quàm laudetur Abraham patriarcha ob magnifice sepultā vxorem suam Saram in Ebron, empta in hoc spelunca duplici versus Mābre quadringētis siclis? In quo dein etiam loco Isaac & Ismael sepelierunt Abraham patrem su um, in quo etiam loco deinde Esau & Iacob sepelierunt Isaac ad auum suum Abrahamum. Et quis etiam sine adfectione singulari leget verba, quibus Ia cob, spiritu sancto plenus, tantopere sibi sepulturam selegit, ad filium suum Io seph in Aegypto dicēs, paulo post moriturus: Si inueni gratiam in conspectu tuo, pone manum tuam sub femore meo, & facies mihi misericordiam & veri tatem, vt non sepelias me in Aegypto, sed dormiam cum patribus meis, & auferas me de terra hac, condasqꝫ in sepulchro maiorum meorum? Et paulo post agens animam, dixit ad omnēs filios suos: Ego congregor ad populum meum. Sepelite me cum patribus meis in spelunca duplici, quæ est in agro Ephron Ethæi contra Mambre in terra Chanaan, quam emit Abraham cum agro ab Ephron in possessionem sepulchri. Qui quidem illic eum sepelierunt & Saram vxorem eius. Ibiqꝫ sepultus est Isaac cum Rebecca coniuge sua. Ibiqꝫ Lia cōdita est. Sicqꝫ Iacob mortuus, ex Aegypto deuectus est in terram Chanaan, itinere sane longo & molesto, vltra quàm xiiij. diebus proficisci lice at. Et ipse quoque Ioseph & Moses, etsi in Aegypto fuerint mortui & sepul ti, ossa tamen sua voluerunt alio deferri, ne essent in natione idololatriæ. Sic fi lij Israel deinde sepelierunt ossa Ioseph in Sichem in eo agro, quem Iacob pater suus emerat a filijs Emor centum tenellis agnis, & possessus est ille a fili is Ioseph Cuius causa non temere venit ad illum locum dominus Iesus, ibiqꝫ requiescens apud fontem Iacob, plurima de fide disserens cum muliere Cana næa. Sic Tobias quoque dixit ad filium: Quum deus acceperit animam me am, corpus meum sepeli: quum autem & ipsa mater tua compleuerit tempus vitæ suæ, sepelias eam circa me. Et ipse quoque dominus Iesus vsque adeo sug sepulturæ honestæ rationem habuit, vt etiam, ipso statuente, multis ante secu lis de ipsa vaticinatus fuerit Esaias, dicens: Quia sepulchrum eius erit glorio sum, & sepultura eius in pace. Id quod, vt de eo omnia, verum factū est, quan do corpus eius positum est in monumentum de noua petra excisum, in quo prius nemo positus fuerat. Sed quid est multis, ex sacris etiam literis deprom ptis, exemplis probare, rem a tot patribus sanctis a nascente mundo vsque huc obseruatam, quæ & plenissima pietatis, a sacrosancta etiamnum scriptura passim approbata, a nullo vnquam, quod equidem sciam, prorsus impugnari cœpta est, præterquam a nostræ tempestatis schismaticis & hæreticis? Quo sane pacto arguunt se rationis omnis & honestatis publicæ expertes, scriptu ræqꝫ sanctæ derisores & contemptores, fatuiter satisqꝫ irrationabiliter dicen tes, sibi

Gene.23. Gene.25. Gen.47. Gen.49. Gen.50. Exo.13. Iosue.vl. Ioh.4. Tob.4. Esa.11. Mat.27. Marc.15.

tes,sibi vnum esse videricq́, siue sepeliantur apud vel in templo vel apud furcas,siue etiam minime sepeliantur: vtpote prorsus alienissimi a pijs sanctisq́ hominibus,qui,sicut dictum est,tantam habuerunt & loci & modi sepulturæ suæ rationem:nimirum longe magis pij & doctiores nostris hæreticis. Illi q̄dem non ignorabant,multum referre, an quis sepeliretur, & quo etiam loco, vel non,cum constaret, loco benedictionis fuisse quondam sepeliri, & maledictionis non sepeliri,vel non in loco honesto sepeliri, prout in libro Regum,& apud Hieremiam scripturas est inuenire & exempla. Verę proinde pietatis est & vtilitatis & honestatis publicæ,sepeliri in loco sacro,& quidem apud suos, vt homines sanctissimi factitasse leguntur, qui nobis longe pluris haberi debent quàm ij, qui bestijs sunt quàm hominibus, hoc præsertim casu,longe similiores.

3.Reg.13 3.Reg.14 Hiere.22 Hiere.8.

Vndecimo, sepultum vna cum sepulchro sacerdos cum thure suffire solet. Id quod non modo fit ad remouendum corporis fœtorem,sed & significat & monet.

Significat enim,quod defunctus creatori suo acceptabilem obtulerit & reliquerit odorem bonorum operum,quæ adhuc ei prosint. Cuiusmodi sunt deuotæ preces & obsecrationes,quæ significantur alibi per thus incensum.

Psal.140

Præterea significat, quia defunctus crediderit se per mortem hanc temporalem ire ad veram immortalitatem, qua futurus sit dei Max. participatione diuinus. Siquidem thure singulariter semperq́ deus sit honoratus,illiq́ thus oblatum, ad eius insinuandā diuinitatem & immortalitatem. Cuius argumento apud sepulchrum alias erigitur vel hedera,vel laurus, vel quid tale, quod semper virescit,ad designandum,quod mortuus in domino viuere non desinat:etsi enim corpore mortuus sit,anima tamen viuit, & cum ea tandem reuiuiscet & corpus iuxta euangelion.

Leuit.2. Matt. 2.

Admonet autem,vt defuncto precemur resurrectionem eiusdem immortalitatis & æternæ vitæ,non autem iudicij. Atque hinc est,quod etsi reliquæ cæremoniæ legis iam desierint, thuris tamen crematio in ecclesia non cessauerit, quoniam,quam illa repræsentauit,orationis officia & pietas semper maneant. Hinc Dauid: Dirigatur,inquit,oratio mea,sicut incensum in conspectu tuo domine,prout fuse alibi docuimus.

Ioh.5. 1.Thes.4 1.Cor.15 Psal.140

Duodecimo, defunctus vna cum sepulchro conspergitur aqua benedicta. Id quod expedit,significat & monet.

Expedit,vt per eam,quia verbo dei sanctificata est,cacodæmones effugentur cum oībus eorum prestigijs. Significat,quod defunctus in fide baptismi quem aqua designat, mortem obierit, in eaq́ solum se saluum fieri crediderit.

Admonet,vt deum quoq́ precemur, quatenus baptismus in defuncto non pereat, sed animam ipsi⁹ per eundem rore cœlesti perfundere dignetur,quemadmodum preces illic haberi solitæ præ se ferunt:quippe sicut aqua extinguit ignem,sic dei misericordia liberet & refrigeret animam defuncti. Id quod diuiti epuloni negatum fuit.

Eccle.3. Luc.16.

Tertio-

Tertiodecimo Crux, maximeq́ apud Germanos, siue lignea siue ferrea ponit ad caput demortui, vel in saxo quopiam sculpitur aut pingitur. Id q̃d non modo significat ipsum defunctum fuisse Christianum, sed & fieri solet, vt caco dęmon suis insidijs haud accedat ad locum insignitum signaculo crucis, quod iste maxime timet, sciens se victum & adhuc vinci per ipsum.

Ephe. 2. Col. 1. 2.

Præterea, quid aliud oportet cogitare, crucis signum inspicientem super sepulchro, quàm quod vti mortuus ille sperauit, ita nos quoque omnes confidamus, ipsum virtute crucis & passionis Iesu Christi peruenturum ad cœlum, quasi sic defunctus ipse cum Paulo diceret: Absit mihi gloriari, nisi in cruce domini nostri Iesu Christi.

Gal. 6

Quartodecimo solet in multis locis sepulchrum ornari, vtpote clypeis & insignijs ipsius demortui. id quod, tanquam scriptura, monet laicos minusq́ literatos, qualis fuerit qui est eo loco sepultus, quidq́ gloriose gesserit, inhortans, vt vel inspectores eorum insigniũ, vel saltem successores, hæredes & filij, eius sint virtutum & rerum gloriose gestarum, ob quas ciusmodi sunt insignia nacti, sequaces & imitatores. Id quod olim, teste Salustio, non solum nobiles Romani, quamlibet ethnici, sibi cum suis picturis & imaginibus voluerunt, sed & exemplum plane pium reliquit huius rei pientissimus ille Simon Machabæus, qui super monumentum patris & fratrum suorum, ædificium extruxit amplum & visu conspicuum atque sublime ex lapidibus positis ante & retro, & erexit desuper pyramides septem, semper vnam contra vnam patri & matri & iiij. fratribus. Atque ijs circumposuit columnas magnas, & super columnas arma ad memoriam æternam, & iuxta arma naues sculptas, vt viderentur a nauigantibus, dubio procul in memoriam sempiternam, quod pater & fratres sui pro legibus sanctis, patrumq́ testamento armis vsque ad mortem bella gessissent, idq́ ipsum propterea posteros recte facturos, quibus hæc essent monumenta perinde in exemplum erecta, vt antecessorum sequerentur vestigia.

Salustius i pl. bell. Iugurt.

1. Mac. 13

Cuiusmodi certe pia cæremoniarum intentio adeoq́ pompa ipsa circa sepulchra, minime venit repræhendenda: quum Christus etiam, quanuis in paupertate natus, educatus, conuersatus, & mortuus, honeste tamen sepeliri voluit, & sepulchrum habere gloriosum teste propheta, nimirum qui voluerit in præsentia magnorum hominum & in monumento nouo sepeliri. Etsi interim plane quorundam sinistram intentionem, vtpote superbiam & vanam gloriam, prorsus detestor, quam habent, qui adducunt equos circum altaria, & pannos aduehunt in feretro, & illos recipiunt, nihil inde pauperibus, nec ecclesiæ nec huius ministris relinquentes, vtpote damnabiles vt arrogantes coram deo & hominibus. Et hactenus charissimi de cæremonijs in defunctorum exequijs fieri solitis. Quę tãetsi fortassis in multis Christiani orbis regionibus, quarum singulæ suo abundant sensu, plures sint aut pauciores, nihil nostra refert, quum non singulares, sed catholicas in ecclesia cæremonias describere

Mat. 27. Esa. 11. Matt. 27 Marc. 15.

bere statuimus: quemadmodum facere volumus in numero earundem exequiarum & caeremoniarum, quoniam & ipsae secundum regionum consuetudinem sint aut plures aut pauciores.

Etsi enim alicubi dies exequiarũ & tertius & quadragesimus & septuagesimus & centesimus obseruari soleat, nec sua desit inibi ratio: catholicum tamen est, & quidem maxime in ecclesiis vtriusque Germaniae, ut primus, septimus, tricesimus & anniuersarius continuo seruetur. Proinde de catholico duntaxat numero in praesentia, quatenus deus dederit, rationem sumus reddituri.

Primus exequiarum dies, in quo pleraeq; oẽs hucusque dictae caeremoniae seruari solent, vbiq; gentiũ obseruari cõsueuit, diciq; coeptus est, dies depositionis: Significans, quod vti quippiã rei deponimus apud aliquem, vt suo tempore recipiamus, ita corpus defuncti in die obitus deponitur ab anima & de feretro ad terram, vt ipsum certo recipiat anima defuncti suo tempore, scilicet in fine seculi, quod interim terrae fidei commissum ab ipsa vsque in id tempus. Atque sane proprie deponere est, dimittere quo grauamur, quale est corpus, quod nos grauans dimittimus in obitu nostro, vt recipiamus ipsum glorificandum cum anima. Id quod Paulus pulchre subindicat, inter cętera corpus appellans tabernaculum, & dicens: Nam & qui sumus in hoc tabernaculo, ingemiscimus grauati, eo quod nolumus expoliari. Atq; eo respexit Petrus, suam mortem vocans depositionem tabernaculi sui, quum dicit: Iustum autem arbitror, quãm diu sum in hoc tabernaculo, suscitare vos in cõmonitionem, certus, quod velox sit depositio tabernaculi mei, secundum quod & dominus noster Iesus Christus significauit mihi. 2.Cor.5 2.Pet.1.

In exequiis propterea diei primi, scilicet obitus hominis, oportet nos cogitare, quomodo nos omnes sumus deposituri corpus per mortem, sed ipsum sicut quoddam depositum, recepturi in nouissimo die per resurrectionẽ. Hinc ea die defuncto homine, legi solent ex Prophetis, Apostolis & Euãgeliis, quae corporis resurrectionem aperto testantur. Iob.19. Ioh.5. 1.Thes.4 Eze.37. Esa.58.

Secundus exequiarum dies dici solet septimus, quoniam die septimo quoque dies depositionis iterum peragi soleat, nec scriptura, nec exemplo, nec ratione carens. Scriptura quidem dicit: Luctus stulti filii sempiternus, sapientis vero filii mortui diebus erit septem. Sic Ioseph cum fratribus suis fleuit Iacob patrem diebus septem in area Achad. Id quod in figura quondam significabatur, quando lex dicebat, quod qui tetigisset cadauer mortui hominis, immundus esset septem diebus: adspersus autem aqua septem diebus, mũdaretur. Immũdus vero per cadauer mortui, significabat pollutam animam propter opera mortua, quae expiarentur septem diebus. Iob.19. Apoc.14 1.Thes.4 1.Cor.15 Ioh.5.6. 11. Eccl.23. Gene.50 Num.19.

Primo proinde fit septimus, vt defunctus ad aeternae quietis sabbatũ, quod septem diebus constat, citius peruenire queat. Gene.2.

Secundo, vt ei remittantur omnia ipsius peccata, quae commisit in vita sua, quae septem diebus voluitur siue ducitur. Vnde numerus septenarius est vniuersitatis numerus.

Tertius

Tertius dies exequiarum,dici solet tricesimus,quoniam rursus tricesimo die defuncti depositionis dies peragi soleat, nec exemplo scripturæ nec ratione carens. Siquidem filij Israel totidem diebus,triginta videlicet,defleuerūt mortuum Mosen, Aaronem & Mariam. Ratio autem huius est numeri, quoniā ter decem, faciunt triginta. per ter vero, accipimus sacrosanctam trinitatem: per decem vero,catalogum intelligimus. in tricesimo propterea die depositionis, oportet vt deum precemur,quaten⁹ defuncto misericorditer indulgeat,quod transgressione decalogi contra sacrosanctam trinitatem ipsius, quæ deus est ipsemet,peccauit.

Deut.vl.

Quartus exquiarum dies, est anniuersarius,ita dici cœptus,quoniam reuoluto anno,rursus dies depositionis agi soleat, sua quoque ratione & exemplo non carens.

Primo,quoniam teste Augustino,nescimus quomodo mortuis succedat in alia vita,satius est, eis abundare aliquid bonorum operum nostrorum,quàm deficere.

13.q.2. Nõ æstimamus

Secundo, vt singulariter oremus in eis deum,quod sicut annus in se reuoluitur,sicq̧ propterea sine fine,nullamq̧ habeat varietatem,quod is semper est numero dierum,sic dignetur defuncto, qui de annis calamitatis & temporalitatis decessit,concedere,vt possit peruenire ad annos quietis & æternitatis,qui faciunt vitam æternam,quæ citra finem existens,nullam habet neque vicissitudinem nec varietatem.

Iaco.1.

Tertio est exemplum,quod vniuersus Iuda & Hierusalem cum Hieremia replicarunt lamentationes super mortuo Iosia rege. Atq̧ pie nimirum hac de causa celebramus etiam omnibus animabus in vniuersum diem depositionis anniuersarium. Si enim sanctorum anniuersarium ad ipsorum honorem & vtilitatem nostram celebramus,quur non celebraremus in Purgatorio defunctorum anniuersarium,tam ad eorum quàm nostram vtilitatem & deuotionem & pietatem, daturi quoque occasionem successoribus pro nobis orandi deū: Sicut enim nos ꝓ mortuis oramus,ita pro nobis,qui nos sequuntur,orabunt.

Nec dubium quin si fecerimus cum pia memoria pro defunctis, quæ exequiæ eorum cum suis cæremonijs præ se ferunt,proptereaq̧ institutæ sunt,ipsi demum liberati,pro nobis quoq̧ sunt deum deprecaturi.

Adde quod & eiusmodi,circa defunctos cæremoniæ vel proinde plurimū sunt vtiles, cum quia confirmant persuadentq̧ fidem futuræ resurrectionis & alterius in altero seculo vitæ. Qua quidem fide sicut nihil melius & apud aliquos nihil difficilius est, ita eius infidelitate nihil peius & damnabilius & magis impium, quando constet eum, qui futuram vitam & resurrectionem non credit, omnia quæ sunt virtutis & probitatis negligere, peioremq̧ & perniciosiorem esse bestijs. Cuiusmodi tamen sub hęc tēpora nouissima multi sunt, dicentes illud apud Esaiam,quod repetit Paulus: Manducemus & bibamus, cras enim moriemur.

Esa.22
1.Cor.15

Deinde conducunt eiusmodi cæremoniæ ad pietatem,deuotionem,misericordiam, compassionem, & humilitatem, omni virtute maiorem. Quis enim nol-

nollet humiliari,mitiorq; fieri,significationes eiusmodi cæremoniarum perci piens & ponderans? Quis nollet a peccatis cessare, quum per eas sic admone retur eorum,quę sibi futura sunt in et post mortem? vtpote certus de iudicio, in quo futurus sit ante tribunal Iesu iustissimi iudicis,atque ibi recepturus q̃d hic meritus est,rationemq; redditurus de om̃ibus. Quis nollet talium rerum memor,non semper ea adfici tristitia & mœstitia, quæ operatur stabilem pœnitentiam in salutem? Quam quidem tristitiam & pro meritis lamẽtationem fraternam, repræsentant etiam amici defuncti per vniuersas exequias,aliquando etiam plures dies, vtpote toto quidem anno nigris indumentis obuoluti magis quàm vestiti,nihil a scriptura faciẽtes alienum, quando scriptura subindicet alibi,fuisse consuetudinis olim, mortuos lugere veste lugubri, cuiusmodi vestis pullata haberi consueuit. Id quod fides non modo nostra est, & eorum omnium catholicorum,qui nunc viuunt,sed & eorum qui in veteri testamento & nouo sanctissime vixerunt & decesserunt,apud quos,vt euidenter audiuimus,exequiarum fuit vsus & earum cæremoniarum iusta saltem ex parte.Quæ tametsi nullis aperto scripturis,nec earum exemplis probarentur, quia tamen mysticis suis significationibus & admonitionibus om̃ino tendũt ad dei optimi gloriam,animarum salutem,consolationem & emendationem viuorum,gratiæ quoque & pietatis incrementum,merito essent a nobis summa diligentia & attentione peragendæ & seruandæ.

2.Cor.5. Rom.14. Matt.12.16. Matth.18. Matt.10. 2.Cor.7. 1.Thess.4.

Nec sunt hoc etiam loco tyrannici hæretici quoquo modo audiendi,qui pietatis expertes,nec aliqua scriptura nec ratione suffulti, sed contra omnẽ scripturam & rationem,totiusq; ecclesiæ catholicæ consuetudinem & obseruantiam,ab apostolorum etiam temporibus toto terrarum orbe obseruatã,sicut nos tyrannice sanctorum intercessione in cœlo priuare moliunt̃,ita quoq; conant̃ priuare viuentiũ in terra suffragijs animas alibi, fortassisq; ꝓpter nos,q̃rum causa aliquãdo peccauerunt,in summa necessitate cõstitutas. Quas deus opt. pater misericordiarũ & cõsolationis, dignet̃ vna nobiscũ in gaudio vitæ ęternę cõsolari,ꝑ vnigenitũ suũ,dñm nostrum,Iesum Christum. Amen.

DE CATHOLICIS IN ECCLESIA CAEREMONIIS, IN ferijs diui Martini præsulis & confessoris eximij. Cap. XIII.

EXpositurus cæremonias, quas Christiani passim vel extra templum partim frequentant in ferijs diui Martini,præsulis excellenter multisq; nominibus insignis,prius cuias ipse & qualis fuerit,paucis cõscribam. Fuit autem S.Martinus natione Hungarus,ex oppido Sabaria ad fluuiũ Raab,non adeo procul ab Austria sito. parẽtes habuit primum infideles,sed plane nobiles. qui tamen adultus,dein & Christianus factus,matrem ad fidẽ conuertit, manente patre in sua infidelitate,qui suprem⁹ fuit equitũ ductor sub impp. Constãtio et Iuliano. Cuius ideoq; causa Martinus filius in Italia Papię educatus est. Qui quum decem natus esset annos,diuina volente clementia,cõfugit ad Christianorũ templum,& parentibus inuitis,factus est catechumenus. id est, in fide Christi se erudiri permisit,studiosus sobrietatis,castitatis, abstinentiæ

& ſolitudinis a puero quidem. Qui propterea duodennis adhuc puer, auidus
Luc. 1.
diui Iohannis baptiſtę imitator, deſerta petere voluit, quippe conſiderans dif
ficile quẽpiam poſſe viuere apud mundanos, quum totus mũdus eſſet ſic po
1. Iohan. 5.
ſitus in maligno, vt quidquid eſſet in mundo, non aliud eſſet, quàm concupi
ſcentia carnis, & concupiſcentia oculorum, & ſuperbia vitæ, tranſiretq; mun
1. Iohã. 2.
dus & cõcupiſcentia eius. Cæterum quia puer ſanctus, imbecillis eſſet per na
turam & ætatem corpuſculi, deſiſtere coactus fuit a propoſito vere pio, quod
tñ deinde vir factus, deuote cõpleuit & ſeruauit. nam quũ factus adultior, &
baptizat⁹ eſſet, relictis oĩbus, cõceſſit ad S. Hilariũ epiſcopũ Pictauieñ. et ex-
orciſta creatus ab eo, diuina reuelatiõe domũ rediјt, ac in Schlauonia v̈bo dei
cõtra Arrianos hereticos vſq; ad mortẽ p̃dicauit & diſputauit. a qb⁹ violenť
expulſus, Mediolanũ ꝓfectus eſt. qui quũ ibidẽ q̃q; ꝓ fide catholica adeoq;
ſacroſanctę trinitatis, cũ oĩm admiratiõe fortiter aduerſus eoſdẽ hereticos p̃-
dicaſſet, eſt & illinc vi ꝓpulſatus, totq; ac tãta paſſim ꝓpter fidẽ de ſanctiſſ.
trinitate catholicã paſſus, vt nõ ſolũ aĩo, ſed & corpore nõ iniuſtius q̃ diuus
euãgeliſta Iohãnes inter veros martyres referri potuiſſet, vtpote q̃, ꝓut de eo
canit eccleſia, tot coact⁹ tribulatiõibus & iniqſſimis aduerſitatib⁹, nec mori ti
muit, nec viuere recuſauit, cui⁹ aĩam ſane ſanctiſſimã, etſi gladi⁹ ꝑſequutoris
nõ abſtulit, palmã tñ martyrij nõ amiſit, vtpote parat⁹ ex aĩo violentã mortẽ
Chr̃i noĩe ſubire. Cui dubio ꝓcul ſuffecit voluntas ad martyriũ, qñ facultas
Pſal. 36.
defuit. Cęterũ q̃a deus iuſtũ nunq̃ derelĩqt ad ſe clamantẽ, factũ eſt, vt & ipſe
S. Martin⁹ ab eodẽ minime derelictus, cõfugerit ad ipſum S. Hilariũ, q iã ab
exilio, q̃ fuerat ab hereticis ob fidẽ S. Trinitatis relegat⁹, redierat, atq; ibi iu-
xta Pictauiã in Aquitania Gallię ꝓuincia, monaſteriũ ordinauerit, atq; illic
tãta vitę ſanctimõia, tãtaq; miraculorũ virtute claruerit, vt nec v̈bo dei, nec
exẽplo vitę, nec miraculorũ multitudine cenſeret̃ ap̃lis impar, vt de ipſo pari-
ter eccleſia cõcinit. Cuius ꝓinde cauſa mot⁹ popul⁹ Turoneñ. q tũc ꝑ obi
tum p̃deceſſoris ep̃o caruit, ipſum S. virũ Martinũ, q̃tũuis modis oĩbus reni
tentẽ, ſibi petijt ep̃m ordinari. Ep̃s vero diuinitus electus & cõfirmatus, quũ
populi cõcurſũ ĩ ciuitate ferre nõ poſſet, homo videlicet vitę ſolitariæ, ꝓpter
orõnem, lectionẽ, & cõtẽplationẽ natus, ſibi duob⁹ ab vrbe miliarib⁹ cœno-
biũ fieri curauit. Vbi quũ xxxvi. annis vixiſſet Ep̃s in eadẽ, q̃ antea, vitæ ſan-
ctitate, & ꝓdigiorũ virtute, ſemꝑ totis virib⁹ ad cœlũ ſuſpẽſus, cũcta terrena
reſpuẽs, & inter lxxx monachos facile abſtinẽtiſſimus & humilimus, eſt tan
Phil. 1.
dẽ febri correptus. In q̃ Paulũ Tarſeñ ſecutus, aſſidua prece Chr̃m obteſtat⁹
eſt, vt ſe reciperet, quũ iã mortẽ ſuã adeſſe, cuius p̃ſcius erat, p̃dixiſſet ſuis fratri
bus & diſcipulis. Cæterũ iſtis acclamãtibus, Quur nos pater deſeris, & quur
nos miſeros derelinqs? ipſe cõclamauit: Dñe, ſi adhuc populo tuo ſum neceſ-
ſarius, nõ recuſo laborẽ. fiat volũtas tua. Et dũ loquutus eſt, obdormiuit feli
citer in dño, Anno ſuæ ætatis lxxxi. ſui ep̃atus, xxxvi. poſt Chr̃m vero natũ,
cccclxxxvi. tertio Idus Nouẽb. Archadio & Honorio impp. Cuius etiã in vi
ta & morte ſanctitas haud obſcure repręſentatur ab eccleſia paſſim certis vel
extra templum cæremonijs, quæ tales ſunt vti ſequuntur:

Solent

Solent ferme quotquot sunt vbiq; Christiani in ferijs diui Martini præsu lis paulo copiosius & lautius comedere & bibere, & plerunq; præter cætera cibaria, anseres: præterq; alium potum, de musto: concinentes interim non in templo solum scholastici cantores, sed & in plateis domificatim, nō secus dul ci harmonia variarū figurarum cantilenas, q̄ in natalitio Christiano. Quarū significantia cæremoniarū talis esse potest, saluo semper aliorum iudicio: Copiosior & lautior ipse victus in die sancti Martini, duo præcipue significat & testatur.

Primo, solēnitatem illius diei excellentem: quādoquidem scriptura nō modo permittit, sed & vult, vt diebus festis paulo lautius & vberius edatur, dicens: Ite, comedite pinguia, & bibite mulsum, & mittite partes ijs, qui nō præparauerunt sibi, quia sanctus dies dñi est. Quam sane scripturam seruasse creditur Christus ex eo, quod dixit ad Iudam Ischariotem: Eme ea, quibus opus est nobis ad diem festum. Et ipsa quoq; patrū decreta sic intelligūt. Ita quoque legimus Iobum & Tobiam die festo vixisse paulo q̄ cæteris diebus ob reuerētiam illius, copiosius & splendidius. Cum autem dico, paulo copiosius & lautius, nō intelligo cibum, qualis fuit diuitis epulonis ad luxuriam & crapulam paratus, sed accipio victum moderatum, qui naturæ conueniens, exhilaret & recreet potius q̄ repleat & grauet, vtpote semotus ab omni illicita voluptate, crapula & ebrietate, a qua sanctus Martinus olim fuit alienissimus, haud immemor Christi dicētis: Attendite autem vobis, ne forte grauentur corda vestra in crapula & ebrietate, & curis huius vitæ. Nec ignarus excitit scripturæ, dicētis: Noli auidus esse in omni epulatione, & nō te effundas super omnem escam. In multis em̄ escis erit infirmitas, & auiditas appropinquabit vsque ad choleram. Propter crapulam multi obierunt: qui autem abstinens est, adijciet vitam. Quàm verò nobis solennis sit dies sancti Martini natalitia, satis arguit in hoc ecclesia, quod ipsa sola inter dies confessorū habeat octauas institutionis, totoq; passim orbe sub præcepto festa est, sicut & sola dies S. Laurentij inter dies martyrum octauas habet institutionis, solaq; ex præcepto festa: quandoquidem vterq; inter cætera similis fuit alterius in hoc, q nenter iā moriēs vllius sibi mali cōscius fuerit, vti patet ex vtriusq; dicto, quod vterq; dixit iam paulo post moriturus. Ipse quidē S. Laurentius ait: Igne me examinasti, & nō est inuēta in me iniquitas. Martinus vero dixit cacodæmoni in agone adstāti: Nihil inuenies in me cruēta bestia. Proinde de eo vere dici potest: Qui potuit transgredi, & nō est transgressus, nec absimilis in hoc Christi seruatoris, qui solus natura de se dicere potuit: Venit princeps huius mundi, & in me nō habet quidq;. Quum propterea tantus fuit S. Martinus, profecto nō minor debet esse eius diei solēnitas, ob cuius merito reuerētiā nobis in ea paulo copiosior esse debet victus, & qdē cū sanctificatiōe.

Secundo copiosior ille victus cū gaudio, significat ipsius S. Martini largitatem, & erga pauperes liberalitatem, vtpote cuius in pauperes largitio Christi nomine, vel ex hoc vno exemplo cognosci potest, Quod quū catechumenus adhuc, Christi noīe sua reliquisset iuxta Christi consi liū oīa, dedissetq;

Neem. 8
Ioh. 13
Iob. 1.
Tob. 2.
Luc. 16
Luc. 21.
Eccl. 37.
Psal. 16.
Eccl. 31.
Ioh. 14
Matt. 19.

III ij quæ

quæ ex ſtipendio militari, pter quod victũ neceſſario habuit, oĩa pauperibus, veniretq; ad eũ hyemali tempore pauper quidã plane nudus ſub porta ciuitatis Ambianenſiũ, néc haberet q̃d eidẽ pauperi poſſet elargiri, ipſe chlamydẽ, q̃ ſibi ſola reſtabat, diuidit, & nudo dimidiã tribuit: expertus poſtea verũ prorſus eſſe q̃d Ieſus pridẽ dixerat: Amen dico vobis, q̃diu feciſtis vni de ijs fratribus meis minimis, mihi feciſti: quãdoquidẽ ipſe ſanctus Martinus ſequenti nocte Chriſtum chlamydis ſuæ parte, qua pauperem texerat, indutum vidit, ipſumq; ad angelos circunſtantes audiuit loquentem: Martinus adhuc catechumenus, hac me veſte contexit. Similem quoq; liberalitatem exhibuit alteri pauperi, cui nudo, profecturus ad eccleſiam & celebraturus, ſuam veſtem ſecreto dedit, & cappa ſe vtcunque potuit, contexit. Et quum ſe præparandum, ſpoliare cappa non auderet, eo quia nudus eſſet, archidiaconus quaſi indignatus, veſtem ei breuem & ſtrictam attulit; quam Martinus humiliter induit, & Miſſam celebraturus acceſſit. Quum itaque celebraret, ſacramẽtaq; offerret, globus igneus apparuit ſuper caput eius, in ſignum roboris ſpiritus ſancti, qui tali quoque ſpecie apoſtolis apparuit, cuius gratia Martinus quoque confertur apoſtolis.

Matt. 25 — Acto. 1.

Cum vero vir ſanctus in altari pro more manum eleuaret, & brachia manicis lineis labẽtibus ex breuitate tunicæ, nuda apparerẽt, miraculoſe torques aurei & gemmati ab angelis delati ſunt, & eius brachia cooperta. Cœpitq; rurſus fieri verum, quod veritas ait, eum videlicet centuplum recipere, qui dat eius nomine quicquam. Hanc ſane & huius ſimilem miſericordiam, largitatem & liberalitatem, quam ſanctus Martinus hilariter exhibuit inopibus, quem propterea ſingulariter dilexit, repræſentat noſter in eius ferijs paulo liberalior victus.

Matt. 19

Cæterũ non eſt modo liberalitas talis a nobis in viuendo repræſentanda, ſed & in Chriſti q̃q; & eius cõfeſſoris S. Martini nõie pauperibus exhibẽda, ne dãnabiles ſimus cũ diuite epulone, q̃ licet q̃tidie ſplendide comederet, nec tamen erat qui daret inopi Lazaro: ſed curemus inuitare pauperes & mendicos ex Chriſti præcepto, qui ſeruauit idipſum, quippe curans emi ad diem feſtũ, q̃d pauperibus diſtribueret. Id q̃d Tobias q̃q; & Iob fecerũt, q̃ diebus feſtis inuitabãt ad ſua cõuiuia timentes deum. Quod & dubio procul fecit diuus Martinus, cuius in pauperes hilarem largitatem repræſentare debemus, & hilari vultu & liberalitate conferre in eoſdem pauperes, non in eos ſolum, qui vicatim concinunt in eius ferijs.

Luc. 16. Luc. 14. Ioh. 13 Tob. 2 Iob. 1.

Quod vero tum pleriſq; oĩbus peculiaris cibus eſt anſer, potus aũt muſtũ ſiue vinũ: fit ideo partim, q̃a tum vix victus eſt, q̃ vel anſer, oĩbus æque cõmodior, melioriſq; fori: nec muſto ſiue vino potus cũ quiſpiã cõmunior, & q̃ poſſit oĩbus par eſſe in emptiõe. Vnde fieri ſolet, q̃ ſicut nõ ſolũ Pannonia genitrix, & Italia tanq; altrix, & Gallia triplex ipſa tanti viri filia ſpũalis, gaudere debet in ea die, ſed & omnes gentes, quæ gaudent eum habere patronũ, gaudere debent: ita cibum & potum decet habere, qui poſſit omnibus ad hilaritatem eſſe communis, & ad emendum facilis & æquus.

Et me

Et merito partim profecto peculiaris est cibus in diui Martini ferijs anser, quod hic conditionem ferme habet cum sancto Martino parem. Sicut enim anser natura nocturnas excubias celebrat, suasque vigilias assiduitate cantus testatur, ita quoque sanctus Martinus tam fuit semper orando, prædicando, contemplando vigil, suasque vigilias bene viuendo testatus est, vt propterea ecclesia censuerit in eius memoriam legi Euãgelion, in quo Christus esse beatos seruos ait, quos dominus in prima, secunda & tertia vigilia vigilantes inuenerit, qualis fuit sanctus Martinus. Luc.12

Est enim prima vigilia status pueritiæ, secunda iuuentutis, tertia vero senectutis status. Ipsum autem vigilare & expectare dominum, nõ est aliud, quàm sic omni tempore virtuose casteque viuere quasi dominus semper adsit, pulsans per ægritudinem, & vocaturus per mortem, suscepturus ad nuptias æternitatis beatæ, quo ipse profectus est in adscensione sua, reuertens particulariter in vniuscuiusque morte, reuersurus vniuersaliter in nouissimo die, redditurus vnicuique secundum opera quæ fecit. Ita nimirum in tribus suis vigilijs vigilauit, sicut anser seruusque fidelis, sanctus Martinus bene viuendo, quasi quotidie sistendus esset iudicio, quanuis nullius sibi mali conscius, nec suæ mortis inscius, non autem, vt etiam Paulus de seipso aiebat, Se iustificatum censens, sed serio memor verbi Christi, dicentis: Et vos estote parati, quia qua hora non putatis, filius hominis veniet. Et alibi: Vigilate ergo, inquit, Nescitis enim, quando dominus domus veniet, sero, an media nocte, an galli cantu, an mane, ne cum venerit repente, inueniat vos dormientes. Quod autem vobis dico, omnibus dico, vigilate. Atque hoc vigilate, monet anser Martinianus. Mat.16. 1.Cor.4 Marc.13

Ipsum vero mustum & vinum, spiritualiter designat hilaritatem cordis, qua cuncta distribuit sanctus Martinus inopibus: memor huius, In omni dato hilarem fac vultum tuũ. Id quod & Apostolus præcipit, inquiens: Vnusquisque prout destinauit in corde suo, non ex tristitia aut ex necessitate. Hilarem enim datorem diligit deus. Constat autem, vinum cor hominis lætificare, imo deum & hominem, teste scriptura. Eccl.35. 2.Cor.9 Eccl.31 Eccle.40 Iudic.9

Tertio, copiosior & iucundior ille victus in ferijs sancti Martini, significat illas lætas planeque spirituales & cœlestes nuptias, de quibus Apocalypsis ait: Beati, qui ad cœnam nuptiarum agni vocati sunt. Quæ non aliud sunt quàm beatitudo illa æternæ gloriæ, nuptiæ dici cœpta, quod sicut cum iucunditate & honestate reficimur in nuptijs corporaliter & saturamur, ita quoque qui sunt in æterna beatitudine, summo gaudio reficiuntur spiritualiter, & ideo per æternam gloriam saturantur, vt nusquam nec vnquã quàm illic plene possit omnibus bonis saturari. Cuius causa Dauid dicebat: Satiabor vbi apparuerit gloria tua. Siquidem viuentes ibi nec esuriunt, nec sitiunt amplius, omni repleti bono, quod nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis adscendit. Apoc.19 Psal.16 Apo.7. Esa.64 1.Cor.2

Quia proinde sanctus Martinus in easdem nuptias a Christo sit ductus per mortem, ibique cum cæteris beatis recumbens, accipit nihil non boni a

Christo transeunte & ministrante, ideoque nos eas nuptias & eius lætam cœlestemque refectionem inibi cæremonialiter in eius ferijs nostro paulo lætiore copiosioreque victu quodammodo repræsentamus. Concentus vero ille figurati uus, quo plerique summa iucunditate canunt in sancti Martini ferijs, haud secus quàm canere solēt in glorioso natalicio Iesu Christi: significat, angelos nō aliter cecinisse in obitu sancti Martini, quum ex terra per mortem natus est in cœlo ad æternam vitam, quàm cecinerunt olim Christo nato in terris ad mortem, qua vitam perditam reparauit.

Rem sic habere testatur veridica historia, fide bona conscripta a sancto Sulpitio Seuero, dicens, quum iam sanctus Martinus obdormisset in domino, vultum eius quasi iam glorificatum resplenduisse, ac chorum angelorum ibidem concinentem auditum esse, deindeque inter multos alios sanctum Seuerinum Episcopum Colonien. post matutinas preces lóca sancta, Christiano more circuisse, vocesque in cœlo cantantes audijsse, & vocatum ad se diaconū interrogasse, num quid soni vel cantus sentiret? Qui quū erectis auribus, voces in cœlo se audire dixisset, Episcopum respondisse, quod eadem hora sanctus Martinus Turonen. episcopus e mundo emigrasset, quem concinentes angeli, tum sicut animam Lazari in sinum Abrahæ, ad cœlum referrent. Idem se vidisse & audisse testatur S. Seuerus & S. Ambrosius, quū Mediolani inter prophetiā & epistolā duabus horis rapt⁹, S. Martini exequijs miro sane modo interfuerit. Atque hoc est, charissimi, quod inter alia canit in eiusdem sancti Martini ferijs ecclesia: Martinus Abrahæ sinu lætus excipitur, cœlū diues ingreditur, q pauper hic fuit & modicus, hymnis cœlestibus honoratur. O beatū virum, in cuius transitu sanctorum canit numerus, angelorum exultat chorus, omnisque cœlestium virtutum psallentium occurrit exercitus.

Luc.16

Hæ sunt, charissimi, cæremoniæ catholicæ, quibus passim vtimur in Christiano orbe in ferijs sancti Martini, quæ profecto non possunt non esse piæ nobisque proficuæ, si non abutamur illis, sed præstemus animo, quod ipsæ significant & admonent.

Primo, vbi nō ad voluptatē, sed ad necessitatē, nō tam corporaliter q̄ spūaliter edimus & bibimus: id quod facimus, prędicādo & audiendo verbum dei, prout S. Martinus fecit, gaudentes in domino, & in eius timore lætantes.

Deut.8

Secundo, vbi tribus vigilijs, id est, omni tempore vigilamus, præcincti & expectātes dominū, quādo venturus est in morte nostra, & in nouissima die a nuptijs æternitatis e cœlo, iudicaturus viuos & mortuos, daturus vnicuique secundū opera ipsius. Id quod faciemus, si cinxerimus lumbos nostros tam corporales quàm spirituales, id est, animos & corpora: quæ cingimus, vbi nos ab omnibus illicitis cogitationibus & operibus coercuerimus, vbique casti. Deinde si habuerimus in manibus nostris lucernas ardētes, id est, opera bona nō solum in nostram, sed & salutem omnium hominum, quibus ad bonum vitæ exemplum & imitationem lucere debemus haud aliter, atque lumen in domo lucet, Christo exponente & dicente: Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona, & glorificent patrē vestrū, qui in cœlis est. Vnde

Matt.16.

Mat.5.

Pau-

Paulus quoque præcipit, dicens: Prouidentes bona non tantũ coram deo, sed etiam coram omnibus hominibus. Roma.12

Ea ꝑpter ex ijs perspicuũ fit, eos nequaquam gaudere, sed insanire, nec honorare sanctum Martinum, sed mẽtiendo in ipsum, dehonestare ferias eius & blasphemare, qui tum non videntur edere ac bibere, vt saturentur, sed vt voluptuentur, omnem inibi bibendo & comedendo luxuriam exquirentes, seq; vino plusquam ingurgitãtes, quasi ad ꝑdenda vina nati, prorsus immemores interea pauperum, nec timentes deum, cum diuite epulone duntaxat inuitantes bibaces, detractores, nugaces, blasphematores, atq; cæteros id genus, quibus nostro tempore (proh dedecus) nostra abundant conuiuia, in quibus nolumus abesse bibulos, quos & cogimus adeo ad bibẽdum, vt bestijs fiant plerunque similiores, quum vtique bestiæ plus nunquam, quàm natura sitis appetit, bibãt: nos aũt bibimus, vt medij possemus crepere. Faxit deus optimus, vt, sub hæc nouissima præsertim tempora, cum sancto Martino lumbos nostros præcingamus, ardentesq; lucernas in manibus nostris habeamus, vt nos dominum venientem vigilantes suscipiamus, cum eo ingressuri nuptias æternæ gloriæ, quam nobis tribuat dominus virtutum & rex gloriæ Amen. Luc.16 Luc.12 Psal.23.

DE CATHOLICIS IN ECCLESIA CAEremonijs in ferijs diuæ Catharinæ gloriosæ virginis & Martyris. Caput XIIII.

QVàm recte, quàmq; apposite catholica ecclesia cẽsuerit in honorificã sanctamq; memoriam diuæ Catharinæ gloriosæ virginis & Martyris legendum euangelion, quo Matthæus describit parabolas, in quibus Christus dominus regnum cœlorum confert thesauro abscondito in agro, quem qui inuenit homo abscondit, & præ gaudio illius vadit, & vendit omnia quæ habet, & emit agrum illum: itemq;, in quibus idem regnum cœlorum comparat homini negociatori quærenti bonas margaritas, & inuenta vna preciosa margarita, abijt, & vendidit vniuersa quæ habuit, & emit eam. concluditq; demum dominus ipse Iesus Christus, inquiens, omnem scribam doctum in regno cœlorum, similem esse patrifamilias, qui profert de thesauro suo noua & vetera: argumẽto sunt cæremoniæ, quibus multis in locis, & maxime quidem in Germania, natione quõdam longe deuotissima & religiosissima, hactenus vtuntur in ferijs eiusdem diuæ virginis Catharinæ, non modo pleriq; omnes, qui vel ruditer bonis sunt literis & artibus imbuti, sed & qui aliquo præcellenti earundem literarum & artium liberalium gradu præ cæteris sunt insigniti, vt pote studentes, quos vocant, Baccalaurei, magistri, doctores & liberalium facultatum designati, & id genus alij. Ipsæ vero cæremoniæ propemodum tales sunt, quales subinde describuntur: Matt.13.

Cõuenit in ferijs Sanctæ Catharinæ cohors literatorum, & in templo quidem quopiam plerũq;, & non ꝑcul ꝑsona quædã quasi rex qspiã, regio modo cõsidet in solio suo, cui puer innocẽs adhuc, fœmineã virginẽ præ se ferens, &

coronatus,cum regia quadam muliere adducitur. Qui virginem illam de con iugio pro filio suo regio compellat, eamq; ob causam adfatur mulierem illi adstantem. Quæ quidem persona virginea, quum videatur sibi esse nobilissi ma,prudentissima, pulcherrima & opulentissima, nubere cuipiam nisi sibi si mili,renuit. Cum qua propterea abijt ipsa mulier adstans,ad virum moribus & ætate grauem. Qui virgini imaginem quandam,in qua virgo sole amicta, lunamq; sub pedibus habens,puerumq; baiulans in sinu,commonstrat. Re deuntibus deinde virgine & muliere ad regem in solio sedentem,prorsus ipsa virgo non modo nubere recusat,sed & regem duris sermonibus impietatis ar guit. Cuius rex ipse impatiens, ad se conuocat multos doctrina præcellentes viros,prudentiaq;,vt cum virgine de fide conferant & religione. Quos illa sic luculenta oratione conuincit, vt non dubitent eius nomine,pro quo dicit illa, mori,quemadmodum & ipsa deniq; virgo post varia tormenta,iubente rege moritur,morte quidem tam violenta,quàm miraculosa. Hactenus de cæremo nijs,quibus vt plurimum literati consueuerunt vti in ferijs sanctę Catharinæ, declarantibus non minus euangelion ipsum,quàm declarat illas euangelion si mul cum historia de diua Catharina memoriæ prodita.

Persona regia sedens in solio regio, repræsentat Imp. Maxentium, Christi anorum persecutorem longe sæuissimum, profugatum propterea a Constan tino Christianissimo Imp. in Alexandriã, vbi infinitos pene Christianos pro pter fidem Christianam trucidari curauit, Anno post Christum natũ cccxiiij. Quo quidem tempore xxx. diebus xx millia Martyrum pro fide Christi co ronata sunt, durante Christianorum persequutione decem annis, eorum tem plis & libris sacris combustis.

Puer virgineam personam referens, designat virginem Catharinam, Costi regis Alexandriæ demortui tum filiam, quam annos xviij. natam Maxentius Imp. filio suo dari voluit vxorem. Ad quam, quia renuit nubere, persuaden dam locutus est Imp. eius matri,quæ fuit Christiana,quæ designatur in cære monijs ipsis per mulierem regiam virgini adstantē. Quæ tametsi gauderet fi liam desiderari in vxorem vnico tanti Imp. filio, nihil tamen apud filiam obti nere potuit, vtpote quæ gentilis adhuc, & nimia pulchritudine & cæteris ani mi corporisq; dotibus superbiens, ait ad matrem, sibi coniugium persuadere conantem: Scias o mater, quod amore scientiæ (quoniam liberalibus artibus ad miraculum vsque erudita erat) proposui aut non nubere, aut nulli nubere præterquam ei, qui sit mihi par in quatuor rebus, nobilitate videlicet, pruden tia, pulchritudine & opulentia. Filius em̃ Imp. Maxentij licet in nobilitate & diuitijs me forsan p̃cedat, scientia tñ & pulchritudine me multo inferior est.

Vir moribus & ætate grauis, quem accedit mulier cum virgine, significat eremitam sanctum, quem mater Catharinæ simul cum filia accessit, exponens illi quidquid ageretur, a quo ipsa virgo nobilis ad fidem Christi deinde mira biliter est edocta & conuersa Quum enim is intelligeret, quod virgo Cathari na nulli præter quàm sibi in rebus quatuor pari nubere vellet, dixit ad eam: O deo dilecta puella, si credideris in Chr̄m, spõsum habebis ip̃m non tibi modo

parem,

parẽ,sed & longe te sapiẽtiorẽ,pulchriorẽ,ditiorẽ & nobiliorẽ,vtpote in quo sunt oẽs thesauri omnis sapientiæ & scientiæ:cuius sapiẽtia cœlũ & terrã cõplet,cuiusq́ pulchritudinẽ sol & luna admirant̃,nimirũ qui speciosus est forma præ filijs hominũ,quẽ sancti reges & prophetæ videre desiderarũt,cuius possessio est omnis terra & plenitudo eius: & deniq́ quidquid ambitu cœli continetur,cuius pater est rex æternus ac immortalis,& eius mater virgo ante & in & post partũ inuiolata,qui propterea dicit̃ ac est rex regum & dñs dominantiũ.Cuius & suæ matris vtcunq́ accipere deberet imaginem,quã ei donó traderet.Coram qua sane effigie cum deinde nonnunq́ deuotissime precaretur Catharina,vt videre posset tantũ sponsum,adeoq́ ipsum Christũ,quẽ descripserat eremita,cõtigit vt ei orãdo obdormiẽti appareret virgo Maria cũ Iesu puero,iuxta formã in Apocal.descriptã.Quæ quũ eius amore flagraret, nec tñ ei posset desponsari,nisi fide,mox cõsulta redijt ad eremitã,deposcens ab eo Christi fidẽ doceri,baptismũq́ more Christiano suscipere,id q̃d & factum est. Cæterũ quia fuit edocta,Christum iuxta Euangelion,multis sane nominibus esse ac dici regnũ cœlorũ,& hoc ipm simile esse thesauro in agro abscondito,quem nemo perfecte posset inuenire,nisi qui venderet omnia ob ipsum thesaurum,mox secundum Christi doctrinã,eius causa reliquit pauperibusq́ dedit.Quæ quũ cognosceret,nullibi posse Christũ Iesum, verũ illud in Euãgelio margaritum,q́ propterea dicit̃ a propheta lapis angularis,idẽq́ preciosus,melius & rectius reperiri & intelligi,q̃ inter p̃ciosas & bonas margaritas,hoc est,sacras literas,cuius causa Christus ipse ait:Scrutamini scripturas,illæ sunt eñi q̃ de me testant̃:cœpit profecto tã cõtinuo scripturas vtriusq́ testamẽti legere,vt tandẽ p̃ciosum illud & vnicũ margaritum,scilicet Christũ,perfecte inuenerit & intellexerit. Cuius vtiq́ amore vendidit oĩa,& eius gratia tam lubẽs reliquit & inopibus distribuit,vt nõ minus q̃ Paulus olim dicere potuerit:Omnia arbitror detrimentũ,& vt stercora propter Christum, & vt ipsum lucrifaciam.In cuius testimonium catholica ecclesia in ferijs sanctæ Catharinæ singulariter duo facit. Primo in eius persona canit:Regnum mundi & omnem ornatum seculi contempsi propter amorem dñi mei Iesu Christi,quem vidi,quem amaui,in quem credidi,quem dilexi.

Col.1. Psal.4. Matt.13. Luc.10. Psal.23. Ezec.44. Apoc.19. 1.Tim.6. Apoca.12. 1.Cor.11. Matt.12. Luc.17. Matt.13. Mat.19. Marc.10. Luc. Esa.45. Iohan.5. Phil.3. Cor.1.

Secũdo in eius ferijs legit euãgelion,q̃d agit de scriba docto,qui profert de thesauro suo,Christo videlicet,vetera & noua,id est,vetus & nouũ testamẽtum:quæ diua virgo Catharina tanq̃ scriba docta in regno cœlorum cognouit,vt per easdem scripturas non modo vicerit Imperatorẽ Maxentium,q̃n ad ipsum deducta cogeretur nubere,& adorare idola,& eis sacrificare,sed & quinquaginta philosophos & rhetores & oratores,q̃s ipse Imp.ad cõuincendã ipsam & peruertendã a fide Christi,ex oĩbus regni partibus cõuocauerat, qui designant̃ in ipsis eius feriarum cæremonijs,per eos excellẽtes viros,ad q̃s ipse puer in virginis speciem orationem habet,per quam designatur admiranda illa disputatio sacris ex literis deprompta,qua sic virgo illa sancta eos oẽs philosophos & oratores cũ stupore Maxentij superauit,vt in ea non minus verum cœperit esse,quàm in apostolis,Chri verbum,in quo ille dicebat:

Mat.13.

Ponite.

Ponite ergo in cordibus vestris,nõ præmeditari quemadmodum respondea- tis.Ego enim dabo vobis os & sapientiam,cui nõ poterunt resistere & contra- dicere omnes aduersarij vestri.Ipsi quidem viri tanti in omni philosophia,nõ solũ imperatori cõfessi sunt,se nihil posse vlterius cõtra virginis argumẽta, sed & se prorsus in eũ credere, in quẽ illa crederet, & pro cuius fide ipsa dispu taret.Quod imperator audiens,iussit eos igne comburi.In quo quum illi ma nerẽt non secus illæsi,atq; q̃ndã tres illi Hebræi pueri in camino ignis,gladio tandem pro Christo sunt decapitati,vnà cum ipsa regina Maxentij coniuge, & Porphyrio militiæ principe, ducentisq; militibus & satrapis, iubente fu- rioso Imperatore,quos ipsa virgo omnes in carcere detenta, ad fidem Chri- sti conuerterat.

Luc.21. Daniel.3

Quibus deinde omnibus ita pro Christo trucidatis,Imperator Maxentius iterum conuersus ad blanditias,magnis pollicitationibus Catharinam aggre ditur. Quas. cum virgo repudiaret, plumbatis scuticis crudelissime cæsa,in carcerem obscurissimum detruditur,& XII.diebus continuis fame & siti cru ciata,ad gladiorum rotam extrahitur excarnificãda. Cæterum quia rota con tinuo ad eius preces per angelũ domini confracta & comminuta est,propter- eaq; multa millia hominum ad Christi fidem sunt conuersa ex tanto miracu- lo,& ipsa diua virgo nullis tormẽtis a fide Christi diuelli potuit, sed amore ipsius omnia supplicia constanter superauit,iubente Maxentio obstinato,ca- pite plexa est ad VII.Calend. Decemb.Cuius corpus angeli ab Alexandria transtulerunt vsq; ad montem Sinai in Arabia,ibiq; sepelierunt.Vnde oleũ longo tempore defluxit,quo sanati sunt infirmi. Cuius causa illuc nõn modo ex omni mundi parte Christiani cõcurrũt,sed & infideles,vtpote Sarraceni.

3.Reg.17

Atque hæc & id genus alia,quæ breuitatis gratia p̃tereo,de sancta Catha rina contestantur vnà cum euangelio & veridica de ipsa historia cæremo- niæ,in eius ferijs haberi passim a literatis solitæ, docentes eam recte pos- se ab ipsis implorari pro vera sapientia & scientia,qua fuit ipsa mira biliter edocta,quam sine dubio sit impetratura eis ab ipso, in quo sunt omnes thesauri omnis scientiæ & sa- pientiæ absconditi:si modo sicut ipsa,bo nas margaritas quæsiuerint, & vnicum illud margari- tum inuenerint, & eius cau sa,quidquid est diaboli,carnis & mundi,deseruerint. AMEN.

Col.2.

Soli deo laus,honor & gloria.

Coloniæ in ædibus Quentelianis, Anno domini M. D. XLIII. Mense Martio.